

DA  
CCIÓ

BENEDICTI XIV

SYNODO

NECESSARIA

BX870

1803

V.1

CAI

135934





1080043251



642-6441

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
**BENEDICTI PAPÆ XIV.**

DE SYNODO DIÆCESANA

LIBRI TREDECIM

IN DUOS TOMOS DISTRIBUTI

EDICTIO V.

*A mendis purgata operâ ac studio Josephi à Carrasco, Phi-  
losophiæ ac Saceris Theologiæ in Lulliana Universitate  
Majoricentis Insulæ Ex-Professoris.*

TOMUS PRIMUS.



SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: APUD BENEDICTUM CAND.  
1803.

*Sumptibus Societatis Typographorum Bibliopolarumque.*

38225



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX 870

1803

V.1



FONDO BIRRI  
DE LA CASA PÚBLICA  
DE LEÓN

135934

## P R Æ F A T I O .

Post exactam vite nostræ partem ferè maximam Romæ in iis Congregationibus, ubi gravissima Religionis, & Ecclesiasticæ discipline negotia tractari solent; ut primùm honore Cardinalatus per fel. rec. Benedictum XIII. licet immerentes, insigniti fuimus, cum regendam accepissemus Anconitanam Ecclesiam, & inde mox ad Bononiensem Metropolitim, natale soium, traducti essemus; animadvertere jam tùm copimus ignorari passim, aut certè non satis notas esse multas ex Apostolicis Constitutionibus, quibus Ecclesiæ instituta gravissima continentur; decreta autem, & responsa Congregationum, aut nesciri penitus, aut non rectè intelligi, plura sinisteris interpretationibus in sequiorem partem accipi, atque corrumpi; que demùm aliè ante nos Antistites in Diocesanis Synodis bene, sapienterque constituerant, ea vigere parùm, negligi omninò, suam vim, pretium, ac dignitatem non obtinere: propterea, quod ignoti essent fontes, unde scita, et consulta illa omnia deducta, ac corrivata fuissent. Id nos perspicere certò potuimus, cum in theologicis consultationibus, que identidem nobis presentibus habebantur, tùm in privatis colloquiis, que sæpè varias ob causas Ecclesiasticis hominibus ferebantur; maximo verò quoties ad examen accedebant sive minores Clerici, sive Pontificiæ Administræ, sive Paroeciarum pettores, ut de singulorum scientia cognosceremur.

Hanc porro tantam, tamque damnosam insciam consideratibus nobis; acque, ut par erat, dolentibus, multa ad eam depellendam observantur. Erant qui opportunissimum fore censebant, Academiam instituerè, in qua per intervalla temporum disputandum esset de eisdem rebus, uti passim fieri in litteratorum conventibus solet. Verùm, præterquamquod haud facile inveniri poterant viri laboriosi, impigri, & idonei, eo numero, qui ad conficiendum cœterum Academicum requiruntur, id tempus habent incommodi ejusmodi Academiæ, quod, uno dumtaxat laborante, occupant cæteri, queque ille apè, copiosèque prolongat, aut non subeunt audientium animos (alibi si jam eruditè illi sint, & lisdem rebus exculti) aut citò effluunt, ad summum rudem tantummodò; & indigestam post se notitiam reliquant; nunquam verò latè manant, nec ad notitiam publicam, uti opus est, propagantur. Alii alia subiciebant, que longum esset hoc loco enumerare.

In tanta consiliorum multitudine ac varietate, visum nobis fuisse viam attentatam hæcens, & qua non alia fortasse planior & expeditior. Uru enim ipso edocti, ad rectè administrandam civitatem, atque diocesim, proponenda subinde esse populo aliqua Edicta; ea nos exarare instituimus



non, ut alii solent, sola præcipiendi formula, sed arte quadam, & apta ad erudendum methodo, præceptorum scilicet causa, & fundamenta commostrarum, disciplinam Ecclesiæ veterem, recentiorumque explicantes, ea demum exponentes omnia, quibus non solum promoveri quisque posset ad imperata faciendâ, verum etiam rationes disceret, propter quas unquam res injuncta esset, aut vitia, idque nullo suo labore & incommodo.

Hoc institutum, quod legitibus quidem facile, ac nobis, tametsi diu in egiendo rerum tractatione exercitatis, laboriosissimum accidebat; brevi intelleximus, Deo nostra corpa secundante, magnas republicæ utilitates adferre. Exceptæ, a approbatione omnium secundissimâ, nostræ illæ Sanctiones; non intra Diez æseos Bononiensis fines continuerunt sese, sed ad circanvitas civitates primo, deinde ad remotiores volitare coeperunt, donec aliquot Voluminibus comprehensæ, & pluribus in locis impressæ, ad universam itæ Italianam pervaserunt. Illud autem nobis optandum maxime, ut, siquidem hæc nunc ex Italici in Latium sermonem cum fide conversæ sunt, tamen fructus hæc inveniantur ultra montes, & apud omnes ubique gentes, quàm in Italia fuerint.

Secundum hæc parabamus Diocesanam celebrare Synodum, certis tamen præfixis rerum discutiendum capitulis, præter que spatium non liceret. Erant pleræque educta ex Edictis nostris, que cupiebamus Synodali auctoritate rata ac firma esse. Et videbamus nobis his Edictis, & Litteris attigisse omnia, que gravissima sunt; queque ad Episcopi sollicitudinem & cognitionem pertinent. Sed, ubi manum operi admoveere cœpimus, tot simul oborte voces, tot exaudire sententiæ sunt, ut aliis convertenda consilia nostra judicaverimus. Negabant aliqui, viri exteroqui probi, nec iadocet, ullum exiturum operis pretium, nisi ad alia multa rerum genera Synod cognito traduceretur. Hoc scilicet decerni malbant, illud loterfici; has atque illas proponi contumacibus penas; hoc illudve malis publicis remediis adhiberi; res, maximam partem, extra Synodali potestate positas, quasque ipsi nos sæpè Romæ rejeceramus; & sacris Congregationibus improbatas, à summis Pontificibus reprehensas, atque emendatas videramus.

His ergo tollendis ex hominum mentibus præjudiciis, veat nobis in mentem Commentationem edere de *Diocesana Synodo*, eaque congerere simul, que circa hoc argumentum sparsa multis in Libris invenirentur, additis Patrum, Conciliorum, & Ecclesiasticæ Historiæ documentis; quarum rerum ingentem copiam habebamus in promptu, partim privato studio, partim nuncibus publicis, & experientia collectam. Ut rem itam ordinarè perageremus ampliam divisimus materiam in plura capita; omniaque complexi, que ad rem ulla modo, & maxime ad præsum fieri videbantur, Opus nostrum ad calcem deduximus. Sed, quo maxime tempore illud relegere, explorare, & multis partibus angere meditabamur, obitu Clementis XII. abruptum opus concti sumus, Romam vocati scilicet ad Cardinalium Comitâ. Illam igitur rûdem hactenus, maneam & impolitam reliquimus in nostra Bibliotheca Bononiensî; ac tamen mente, ut, simul ac regressi estimus ad nostram Sedem, supremam illi materiam impingeremus.

Verùm inter hæc ad supremam Ecclesiæ regimem nullo nostro merito, ac præter omnem opinionem evecti, id unum efficere potuimus primo, ut scripta omnia, et adversaria nostra Romam exportarentur sicut quibus

cum

cum esset Commentatio, de qua dicimus, eam perditu nec attingere licuit; tam multis, tam variis; tamque gravibus districti fulmus curis toto hoc præterito tempore nostri Pontificatus. Numquam tamen ejus perficiendæ, vulgandique cogitationem adiecit. Itaque post recognitos, auctos, & iterum typis impressos quatuor nostros de *Comminatione Sanctorum* tomos, post sumendum laborem adhibuit nostris Operibus de *Festis Domini, & Beate Mariæ Virginis, de sanctissimo Missæ Sacrificio*, aliisque, que in Latium conversa, & additamentis pluribus locupletata, vel proderunt jam, vel prælo parata sunt; post vulgatum præterea Bullarii nostri prælorem tonium, hæc postremo animum convertimus: nacti tempore subinde latere difficillimum, & assidua Pontificatus negotia aliquid vaci noster, idque rapim Commentationis nostræ impendentes, eam aliquando tandem cœpimus, sui verbis ferè ex integro elaboravimus; adeo multa sunt de novo addita partim ex Libris nostræ Bibliothecæ, partim ex nostris Bononiensibus Litteris & Edictis, partim denique ex his, que toto nostri Pontificatus septennio decreta à nobis & constituta sunt.

Ita in hæc qualemque formam redacta est Commentatio, quam nos diu in publicum edimus, aliud nihil spectamus, nisi ut Episcopi suas celebrare Synodos ritè ac laudabiliter possint, nullumque præbeant locum querelis, que sæpè contra Synodalia Decreta ad Sedem Apostolicam perferuntur. Spe autem certa declinam, non exiguum exiturum fructum laboris & industriæ nostræ, si modo Præsulis Ecclesiarum animo suo reputabunt, quod in Concilio Tridentino decretum est de Synodis celebrandis, nec leve negotium esse, nec temerè, aut sine certis legibus peragendum. Sed ut nullum fore arbitramur, qui velit, sine justa causa, hæc officii sui partem gravissimam prætermittere; ita votorum nostrorum summam consequemur, si deinceps suas singulis Synodos celebrare instituant non solum crebrò, verum etiam rectè, & ex præscripto illarum rerum, quas toto hoc Opere complexi sumus.

Et hæc quidem olim præfati sumus, cum nostrum hoc Opus de *Synodo Diocesana* anno Domini MDCCXLVIII. Romano typis euderet; eademque leguntur præfixa cæteris editionibus, que in hæc usque diem præderunt. Sed postea, cum certis argumentis nobis innotuerit, labores hosce nostros grata utentium approbatione exceptos fuisse, qui etiam multorum rogatu excitati fuerimus ad novam hujusmet Operis editionem curandam, his auctam additamentis, que necessaria nobis, aut opportuna viderentur; arduis licet, & assiduis Pontificis officii curis distracti; parva quædam temporis intervalla captare conati sumus, quibus nos in domesticam Bibliothecam addiderimus, ibique in manus resumemus non solum impressa prælo Scriptorum volumina, sed etiam veteres nostras locubrationes, tunc maxime calame exaratas cum in minoribus Romanæ Curie ministeriis versantes, à Pontificibus Prædecessoribus nostris beneficentissimam ad occurrentia adhibebamur negotia, & sententiam nostram nunc voce, nunc scripto explicare jobebamur; & ex his veluti subsidii adjuvi, requirentium desideris satisfacere. Lectorum nunc partes erunt, de editione hæc, eisque additamentis iudicium ferre; quod quidem in nos, operamque nostram satis æquum nobis pollicemur; si unquamque eorum, qui lecturi sunt, nobis vel scribentibus, vel dicantibus præsens adstiterit, vidissetque objectas studiis nostris interpellationes; quibus multoties in-

ceptum opus abrumpere, sæpe etiam quæ scripta, aut dictata fuerant, relinquere conati sumus, donec capitulis pluribus horis, aliquando diebus integris, quandoque etiam hebdomadis, & mensibus totis, eadem resumere poteretur vel temporis magis commoda opportunitas, vel nihilis aspera & difficultis pendendum negotiorum natura.

Imò verò, ut de nova hac editione dicamus aliquid, hoc primis monendum, nihil nos in superfluis editionibus animadvertisse, quod delendum aut emendandum iudicaverimus. Mutatas tantummodo voluminum Operis sectiones, divisas simul in plures libros materis, & argumentis, quæ in prioris editionis libro septimo continenter tractata, unum illum librum longiorum cæteris, & plus æquo prolixum effecerant. At verò multis in locis, propter occasum se obtulit, oportuna aptavimus additamenta, quibus ea confirmaverimus, quæ in priorie editione asserta non fuerant. Insuper non pauca ex integro capitula elaboravimus, quibus plures rerum notitias, easque non levia momenta, in prioribus editionibus omissas, complexi sumus; quibusque editio hæc reverà auctior, & cumulatior prodibit.

Monendi sunt autem Lectores, qui tam in priorie, quam in præsentis hujus Operis editione altatas frequenter offendent resolutiones Congregationis Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, ac in aliquam inclinant perperitatem, & confusionem, propterea quòd hujusmodi resolutiones non semper eadem ratione, ac methodo allegari conspiciant. Cujus diversitatis hæc causa est. Cum nos olim munere Secretarii prædicte Congregationis orati fuerimus, eam institutum consuetudinem, quæ deinde à Secretariis successoribus nostris servata fuit, ut in foliis causarum, quæ ante singulas ipsius Congregationis sessiones typis impressa distribuuntur, antiquiores ejusdem Tribunalis resolutiones adnotaremus, si quæ ad aliquos controversias tunc verentis decisionem facere viderentur; adjectis etiam nonnullis præsertim Canonistarum auctoritatibus, quæ ad propositam questionem illustrandam conferrent. Hinc factum est, ut hujusmodi folia tam à Nobis, quam à Successoribus nostris exarata, utpote studiosorum usibus proficua, deinde in unum veluti corpus collecta simul ederentur, hoc inscripta titulo: *Thesauri Resolutionum Sacre Congregationis Concilii*; cuius Thesauri jam plura Volumina extant; & quatuor quidem priora notis lucubratiombus constant, reliqua ad ees pertinent, qui Nobis in eodem Secretarii munere successerant. Cum itaque in præsentii Opere de *Synodo Diocesana* citandum occurreret aliquod, seu resolutio, ex illis, quæ in hujusmodi Collectione vulgarè habentur, satis duximus Thesaurum ipsum allegare, quem facile adire et consuleere poterit, quicumque decretum, sive resolutionem, in forte, ut ajunt, recognoscere cupiet.

Sed alia complures sunt resolutiones, in quibus citandis indicatur à Nobis dies mensis, & annus, quibus emanarunt, ac præterea liber, & libri pagina, unde fuerunt desumptæ. Hæc nimirum sunt, quæ, cum à sæpe dicta Congregatione ante collatum nobis ipsius Secretarii munus edita fuerint, in illius regestis descripte aservantur. Cum autem Nos per decennium, & ultra, officium illud obtinuerimus, adeoque in potestate habuerimus ipsius Congregationis Tabularium; multum sanè tempus insumpsimus in perlegendis veteribus ejusdem Congregationis actis; gravio-

ra quæque adnotando, atque ea, quæ scitu digna, aut necessaria nobis videbantur, ex authenticis Archivi regestis in privata nostra adversaria transferendo. His autem, & sæpe aliis, & in hujus maxime Operis descriptione utentes, adnotatis à nobis indicationes diei, mensis, & anni, necnon quilibet pagine, unde monumentum olim extractimus, Lectorem resolutione certior fieri vellet, Congregationis Secretarium adeat, exhibitisque hujusmodi indicationibus (juxta celeberrimi Auctoris Prosperi Fagnani innotum, illius Operibus præfixum) authenticum decreti, aut resolutionis exemplum facile obtinere valeat; nisi forte Nobis tantum tribuere non recusaverit, quantum Nos cum cæteris omnibus eidem Fagnano tribuendo merito censuimus; cui scilicet, utpote eodem Secretarii munere perfuncto, ejusdemque olim Tabularii custodi, plenam fidem adhibere solemus, ejusque testimonio, absque ulteriori indagine aut perquisitione, acquiescere. De aliis etiam altarum Congregationum decretis, atque resolutionibus, quæ in hoc opere allegantur, testari possumus, eandem adhibitam fuisse curam, ut cum aethographis regestis conferrentur, & ad eorum fidem exigerentur.

Porro in novissimis hisce additionibus nitamur semper nobis scribendi rationem secuti sumus; nihil scilicet pro certo ac definito venditantes, quod re ipsa defuit non sit; nihil contumeliosè jacientes in alios, quantumvis ab opinione nostra longe dissentiant. Id enim homine Christiano indignum, & honesto viro indecens existimamus, neque verò minus validè unumquemque sententiam suam tueri posse censuimus, si ab aliorum contemptu & injuria abstinat.

Prima hujus Operis lineamenta, ut supra diximus, adumbrata à Nobis sunt, mox etiam ad aliquod complementum adducta, cum Cardinalatus honore fungentes, ad Metropolitanæ Bononiensis Ecclesiæ gubernacula sederemus. Ad summum deinde Pontificatum erecti, idem Opus multis partibus expolitu paucis ab hinc annis edidimus, et hanc amplificatum, & auctum de novo in lucem proferimus. At, ubi neque à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, neque à Nobis ipsis aut in Bullario, aut alibi, Apostolica auctoritate quidquam definitum est, ac generaliter omnibus in rebus, quibus nullam ex publica Ecclesiæ auctoritate pondus accessit, nihil nos definire, ac veluti decretorium exhibere intendimus. Ea enim Nobis & semper fuit, & adhuc mens est, ut sententiam nostram proponentes, hanc eatenus tuerentur, quatenus illi ex rationibus, & auctoritatibus, quæ Nos ad eam amplectendam impulerunt, satis roboris & firmitatis adesse dignoscatur; libentique animo subscribimus doctrinæ Scriptoris egregii Melchioris Cani, qui *lib. 6. de Locis Theologicis cap. 8. in responsione ad novum argumentum*, de Libris agens, qui à summis Pontificibus conscripti publicantur, hæc ait: *Cum edant Libros de re qualibet Romani Pontifices, sententiam suam ut bonos alii docent, expriment, non tanquam Ecclesiæ Judices de Fide pronuntiant.* Magnus ille Prædecessor noster Innocentius IV. Commentaria sua in Libros Decretalium scripti, cum summum Pontificatum gereret: *Trabens incertam Legem, post Concilium ibi celebratum, composuit Apparatum super Decretalibus*; ut testatur Thomas Diplovatius in Vita ipsius Innocentii antedictis Commentariis præmissis. Neque profecto Innocentius



Hoc sibi unquam arrogavit, ut quicquid in eo Opere scripsisset, pro re definita haberetur; sed facile passus est, opiniones suas, quas tanquam privatus Doctor proposuerat, ab aliis Doctoribus oppoari; ut patet ex ipsa, quam citavimus, illius Vita; multoque magis ex ea, quam sibi amplissimam hac in re licentiam sumpserunt posteriores Coenostæ, & in sententias ab Innocentio suis Commentariis insertas sæpè deserere; & in aliis omnia ire non dubitarunt.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE PUEBLA  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## INDEX LIBRORUM ET CAPITUM.

### LIBER PRIMUS.

*Nationes Questionesque præliminares.*

CAP. I. De Synodi nomine, & Synodorum divisione.	Pag. 1
CAP. II. De Synodi Diocesanae utilitate.	7
CAP. III. Quo titulo sit honestanda Synodus Diocesana, & quomodo inscribenda ejusdem decreta.	11
CAP. IV. An Synodus Diocesana pertineat ad potestatem Ordinis, vel jurisdictionis, & an ad legem diocesanam, vel ad legem jurisdictionis.	14
CAP. V. De loco in quo Synodus Diocesana habenda est.	17
CAP. VI. De tempore quo cogenda est Synodus Diocesana.	21

### LIBER II.

*De his, qui Synodum Diocesanam cogere possunt.*

CAP. I. An Romanus Pontifex cogere possit Synodum Diocesanam.	23
CAP. II. Jus Romani Pontificis congregandi Synodum tam Provincialem, quam Diocesanam, explicatur & confirmatur.	27
CAP. III. De Cardinali Urbis Vicario.	32
CAP. IV. De Archiepiscopo.	34
CAP. V. Generalia de simplici Episcopo.	38
CAP. VI. De Episcopo privilegium habeate gestandi Pallium, & Crucem ante se deferendi.	40
CAP. VII. De Episcopo Titulari.	43
CAP. VIII. De Vicario Generali Episcopi.	46
CAP. IX. De Vicario Capitulari.	48
CAP. X. De Vicario Apostolico.	53
CAP. XI. De Presbitero interiori.	58
CAP. XII. De Episcopo Latino, in cujus diocesi Græci Sacerdotes, & Clerici degunt.	66

### LIBER III.

*De vocandis ad Synodum, ordine sedendi, & sacris vestibus juxta proprium conjugue gradum adhibendis.*

CAP. I. De Prelatis Regularibus, & Secularibus.	71
CAP. II. De Abbatibus, Prioribus, Guardianis Conventuum subjec-	to-

INDEX LIBRORUM

torum jurisdictioni Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ delegati.	77
CAP. III. De obtinentibus dignitates, personatus, officia, & de Vicariis tum Generali, tum Foraneis.	81
CAP. IV. De Canonicis Ecclesie Cathedralis, & Collegiatarum.	86
CAP. V. De Parochiis.	88
CAP. VI. De obtinentibus Beneficia simplicia, exterius Presbyteris, & Clericis diocesanos.	90
CAP. VII. De Fratribus Capellanis sacre Religionis Hierosolymitanæ, curam animarum habentibus, aliisque eidem Religioni inservientibus.	92
CAP. VIII. De Beneficiatis, Capellanis, aliisque aggregatis Ecclesie in solo Laicæ fundatis, de Protonotariis, & Subcollocariis spoliis, ac de Ecclesiasticis privilegiatis Almam Domum Lauretanam.	94
CAP. IX. De Lolietis.	100
CAP. X. De ordine sedendi in Synodo.	106
CAP. XI. De Indumentis Episcopi, aliorumque, qui Synodo Diocesane intersunt.	110
CAP. XII. De penis quibus fiunt obnoxii, non accedentes ad Synodum, nisi legitimo detineantur impedimento.	116

LIBER IV.

*De Officialibus, seu Ministris Synodi, suam nimirum operam Synodo præstantibus, aliisque, qui pro futuris eventibus in Synodo designantur.*

CAP. I. De officialibus primi generis.	121
CAP. II. De Judicibus querelarum, & excusationum.	123
CAP. III. De Testibus Synodalibus.	124
CAP. IV. De Punctatoribus.	124
CAP. V. De Judicibus Synodalibus.	124
CAP. VI. De Judicibus Conservatoribus.	130
CAP. VII. De Synodalibus Examinatoribus.	140
CAP. VIII. Expenduntur aliis ad Synodaliū Examinatorum officium spectantia.	146

LIBER V.

*De generis in Synodo.*

CAP. I. De publicis Supplicationibus, Missis, Allocutionibus, Sermonibus, & Aclamationibus.	152
CAP. II. De legendis in Synodo, & Fidei professione in ea emittenda.	157
CAP. III. De Scrutinio.	162
CAP. IV. De auctoritate reservandi casus, eorumque reservatione in Synodo faciendâ.	166
CAP. V. Quænam sicut atrociora & graviora crimina reservanda, unde cum aliis ad materiam pertinentibus, et signatur quoad Regulares.	170

CAP.

ET CAPITUM.

CAP. VI. De jure exigendi Cathedralicum, in Synodo ut plurimum solvendum.	177
CAP. VII. De nonnullis questionibus Cathedralicum respicientibus.	181
CAP. VIII. De elemosyna Missarum, & ejus taxatione in Synodo ut plurimum faciendâ.	185
CAP. IX. De advertendis ab Episcopo in statuendis Missæ elemosynis, evellendis abutibus circa eas gliscientibus; & ne Confessarii easdem à poenitentibus exigant.	192
CAP. X. De Missarum oneribus minuentibus.	196
CAP. XI. De ratione redituum Seminarii à Deputatis in Synodo reddenda, & de nonnullis ad eosdem Deputatos pertinentibus.	198
CAP. XII. De nonnullis monitionibus in Synodo faciendis.	203

LIBER VI.

*De Constitutionibus in Diocesana Synodo edendis, eorumque conscribendarum methodo.*

CAP. I. Summa statuendorum in Diocesana Synodis.	205
CAP. II. Quæ methodo, quoque sermone stylo conscribendæ sint Synodales Constitutiones.	208
CAP. III. Quæ utiliter in una, inutiliter in alia Synodo decernantur; ubi nonnulla de Oblatis, Eremitis, & Gracis degentibus in diocesis Episcoporum Latiorum.	210
CAP. IV. Aliis exemplis demonstratur, non omnes Constitutiones omni Synodo aequè congruere; ubi multa de Judæis degentibus in terris Christianorum.	214
CAP. V. Quæ in præcedenti capite dicta sunt, novo confirmatur exemplo, communicationis videlicet Catholicorum cum hæreticis in Divinis, atque adeo etiam matrimonii Catholicorum cum hæreticis.	219
CAP. VI. De illis, quæ provisæ sunt super matrimonii iustis, atque incendis in Hollandiæ, & in regionibus federatarum orationem domino in Belgio subjectis; quæ scilicet in Synodis earum regionum, non solum in aliis inseri & manifestari convenit.	223
CAP. VII. De aliis quibusdam respicientibus matrimonia, quæ à Catholicis contrahuntur in regionibus infidelium, aut hæreticorum Principum domino subjectis, vel quæ in regionibus Catholicis inveniunt inter Catholicum ex una parte, & hæreticum occultum ex altera; de quibus similiter nequaquam in omnibus Synodis agendum est.	229
CAP. VIII. De Constitutionibus Synodalibus ad Missæ Sacrificium spectantibus, quæ peculiaribus quibusdam diocesis, non verò aliis, congruere possunt.	235
CAP. IX. De Communione sub utraque specie quoad Laicos, Clericos, & Sacerdotes non celebrantes; de qua etsi quibusdam in Synodis actum fuerit, in aliis tamen non expediret sermonem instituire.	244

CAP.



INDEX LIBRORUM

- CAP. X. De veritate Divinarum Scripturarum lectione alicubi prohibenda Synodali Decreto, si abusus irreperi erit; si tamen nullus abusus locus sit, hac de re allegari prestabit. 248
- CAP. XI. Recens auctoritas in diocesi absum, modo revera talis sit, & remedia canonice submoveri valeat, necessariam interdum reddit Constitutionem, que in alia forte Synodo redderetur; ubi de Confessariis, qui penitentibus adstringerent ad sibi appendendam nomen complicitatis in peccato; item de denuntiatione Confessariarum sollicitantium ad turpia, & de sollicitantibus ad alia illicita. 252

LIBER VII.

*De his, que continentur in Constitutionibus Synodalibus.*

- CAP. I. De cavendis quoad questiones nondum definitas; ubi de questione, an sit de Jure Divino residentia quoad habentem curam animarum. 257
- CAP. II. Iterum de cavendis quoad questiones nondum definitas; ubi de ea, ut Clerici Beneficarii sicut domini, vel administratores fructuum suorum Beneficiorum. 261
- CAP. III. Regula in precedentibus capitulis tradita limitatur. 268
- CAP. IV. Præcipue abstinendum à definiendis questionibus respicientibus Sacramenta; ubi de intentione Ministri requisita ad validitatem Sacramenti. 270
- CAP. V. Nonnullæ recensentur questiones, sperantes Sacramentum Baptismi, à quibus in Synodo definiendis est abstinendum: ubi de Baptismo collato infanti in matris utero latitanti, necnon infanti, qui aliquam sui partem ex utero matris emisit. 272
- CAP. VI. De forma conditionaria Baptismatis, alteriusve Sacramenti characterem imprimendis; ubi de Baptismo collato infanti, qui jam indubitanter mortuus, per miraculum ad vitam creditur revocari. 278
- CAP. VII. De Sacramento Confirmationis relativè ad Præbiteros Græcos, qui illud pueris post Baptismum administrant, & primo de Ministro hujus Sacramenti. 286
- CAP. VIII. De adhibendo Chrismate ab Episcopo benedicto, si Præbiter uti Minister extraordinarius Confirmationis Sacramentum administrat; & an ad solum summum Pontificem, excluso Episcopo, pertineat jus delegandi simpliciter Sacerdoti dicti Sacramenti administrationem. 290
- CAP. IX. In quo finis imponitur propositæ questionis de pueris, qui post Baptismum à Præbitero baptizante confirmantur. 294
- CAP. X. Rursus de Sacramento Confirmationis; de quo in quadam Constitutione Synodali cautum est, ne pueris mox necessariis administraretur. 299
- CAP. XI. De evitandis in Synodo questionibus theologis circa sacrosanctum Eucharistie Sacramentum, ubi de Viatico exhibendo, necne, his qui eadem die Eucharistiam susceperunt; item de

ET CAPITULUM.

- de Communione danda reis capite damnatis, & deneganda peccatoribus publicis & manifestis. 303
- CAP. XII. In quo agitur de Viatico pueris exhibendo; item de his, qui perseverante eodem morbo periculo, insistant, Viaticum sibi exhiberi; & aliqua de frequenti, aut quotidiana Communione. 309
- CAP. XIII. De pertinentibus ad Sacramentum Penitentiae, & signanter de questione, ejusque usu in Synodalibus Constitutionibus, quoad necessitatem aliqualis dilectionis Dei in attritione ex metu gehennæ concepta; aut dicte necessitatis exclusionem. 314
- CAP. XIV. De Confessione, quam nonnulli Synodi excipiendam prohibent Confessario: qui est in opere carnali complex criminis cum penitente peracti. 320
- CAP. XV. De forma conditionata in Sacramento Penitentiae. 323
- CAP. XVI. De reprobatione doctrinæ, que in nonnullis Synodis legitur, Confessionis videlicet factæ in mortis articulo laico, aut etiam mulieris, deficientis Sacerdotis, aut Diacono, vel Subdiacono. 330

LIBER VIII.

*De pertinentibus ad Sacramenta Extremae Unctionis, Ordinis & Matrimonii.*

- CAP. I. De Sacramento Extremae Unctionis, ubi de materia hujus Sacramenti, de olei benedictione ab Episcopo peragenda, nulla tamen in Synodo facta prohibitione Præbiteris Græcis illud benedicens; & Catholicis Græcis ritus inaugurandi, si in Latinarum diocesis Græci inhabitent. 338
- CAP. II. De forma Sacramenti Extremae Unctionis, de qua multa in Synodis, & instructionibus Episcopalis. 341
- CAP. III. De corporis partibus inaugurandis; de quo multa in nonnullis Synodis, & Ritibus habentur. 343
- CAP. IV. De Sacramento Extremae Unctionis Ministro, tum quoad Ecclesiam Latinam, tum quoad Ecclesiam Græcam; quodvis Episcopi Latini, in quorum diocesis Græci inhabitant, statueri valeant de periti ritibus hac in re. 346
- CAP. V. De subiecto hujus Sacramenti, & præsertim de more Græcorum sacros Oleo inaugurandi; & quid de eo Episcopi Latini, in quorum diocesis Græci inhabitant, in Synodo disserere possint. 350
- CAP. VI. De eodem subiecto Extremae Unctionis, & signatur de ritibus, in qua eadem pueris exhiberi potest; ubi etiam de amentibus, & furiosis; ac nonnulla de Synodis, in quibus de predictis rebus disseritur. 354
- CAP. VII. De tempore quo infirmis Extrema Unctio est exhibenda; & quid in Synodis, & instructionibus Episcopi de dicto tempore statueri debeant. 357
- CAP. VIII. De ordine, quo Extrema Unctio infirmis administranda est, & de reiteratione administrationis ejusdem Sacramenti. 362
- CAP. IX. De cautela in Constitutionibus Synodalibus adhibenda, cum in eis agitur de Sacramento Ordinis. Flora de questione, utrum

INDEX LIBRORUM

- in cuilibet Ordinis minoris collatione verum conficiatur Sacramentum, quam nonnulli Episcopi in suis Constitutionibus Synodalibus, aut decidisse, aut ignorasse visi sunt. 356
- CAP. X. Quod nihil in Synodo sit decernendum de trium hierarchicorum Ordinum materia, & forma, imminuat exemplo desumpto ex quadam quaestione Congregationi Concilii proposita. 374
- CAP. XI. De protestatione in aliquas Synodos inserta, & per Archidiaconum, Episcopos omnino, ante Ordinationem reperta; per quam Episcopos Ordines collaturus protestatur, se intentionem non habere ordinandi irregulares, aut canonico impedimento irretitos; & de ordinatione ad majores Ordines ab Episcopo in Missa, non ab ipso celebrata, sed a Sacerdote; de qua re in Synodo Episcopali aliquando disceptatum est. 379
- CAP. XII. Ad demonstrandum, quam circumspecte sit in Synodo loquendum de Ministro Sacramenti ministerii, nonnulla praeferuntur respicientia Concilii Tridentini decretum, quo irrita sunt matrimonia clandestina. 384
- CAP. XIII. Ex eo quod praesentia Parochi necessaria nunc sit ad vires tribuendas Christianorum connubii, recurrit quaestio, jam antea a nonnullis excitata, an scilicet ille sit Sacramenti matrimonii Minister. Secum iavicem hac in re pugnantium Doctorum praecipua argumenta proferuntur, concluditurque, non esse in Synodalibus Constitutionibus de hujusmodi controversia ferendum iudicium, ne aliquid asserendum, quod uni aut alteri opinioni refragetur. 389
- CAP. XIV. Corrigitur falsa doctrina, quae in quassam Synodos irrepit quoad idem matrimonii Sacramentum. 395

LIBER IX.

*De cavendis in Synodo, quae auctoritati & iuribus Apostolicae Sedis vestigari possunt; item de non arguenda definitione controversiarum jurisdictionalium inter potestatem Ecclesiasticam, & Secularem; de sobrio in Synodo usu Legum Civilium; & de non laedendis privilegiis Regularium.*

- CAP. I. Nihil in Synodo decernendum, quod praedictum inferat auctoritati & iuribus Apostolicae Sedis; ubi de falsitate assertionis, tribuuntis Episcopo potestatem statuendi in sua dioecesi, his dumtaxat exceptis, quae totius Ecclesiae statum respiciunt, quidquid Papa sibi specialiter non reservavit; incidenter de erectionibus monasteriorum, et domuum Regularium. 399
- CAP. II. Ex his, quae dicta sunt, decernitur, quibus in casibus fas sit, non sit Episcopo, relaxare impedimenta dirimentia matrimonii. Agitur etiam de consuetudine, ac nonnullis Synodis Gallicanis, eandem Episcoporum facultatem spectantibus. 404
- CAP. III. De Pontificae auctoritatis lesione in eo, quod pertinet ad dispensationes matrimoniales inter unam partem Catholicam, & alteram hereticam. 410

CAP.

ET CAPITUM.

- CAP. IV. Examine instituitur Synodalis Constitutionis, adscribentis Episcopo facultatem absolvendi ab haeresi; quae, nisi congrue explicetur, iura deturbat Apostolicae Sedis. 414
- CAP. V. Alia evocantur argumenta, quibus speciatim suffulti nonnulli Auctores Gallicani, facultatem absolvendi ab haeresi, quam aliis ablatam haud difficulter admittunt, in suis nationis Episcopis laxitatem perseverare, asserunt. 420
- CAP. VI. Eadem iura Romani Pontificis laudantur etiam per Synodalem Constitutionem, intelligentem degradationis potestatem Clericis quorundam atrociorum criminum reit. 423
- CAP. VII. De lesione iurium Apostolicae Sedis in unione Beneficiorum, quae Seminario fit ab Episcopis in vim decreti Concilii Tridentini cap. xviii. ses. xiiii. de reformatione. 437
- CAP. VIII. Quomodo se gerere debeant Episcopi erga Apostolicam Sedem, si qua forte Pontificiam Constitutionem de aliquo discipulo capite pro suis dioecesibus minime opportunam esse censent. 440
- CAP. IX. Nulla in Synodo decidatur controversia, quae in materia jurisdictionis vertatur inter potestatem Ecclesiasticam, & Secularem; ubi multa de causis nunc, & olim pertinentibus ad Ecclesiasticam potestatem. 440
- CAP. X. Leges Civiles cum moderatione & decore in Synodo allegandae. 449
- CAP. XI. Exempla Legum secundi generis, quae scilicet sunt a Jure Canonico correctae et improbatas; ubi de matrimoniis filiorum familiarum sine consensu parentum, & servorum sine consensu dominorum. 453
- CAP. XII. Exempla alia Legum Civilium a Jure Canonico correctarum; ubi praecipue de adulteriis, & concubinato. 457
- CAP. XIII. Gravis dubitatio olim exorta, an quaedam Lex Civilis esset a Jure Canonico recepta, an potius abrogata; atque ideo an valide contrahi possit matrimonium inter virgicum, & uxorem privigii. 460
- CAP. XIV. De Legibus Civilibus a Jure Canonico neque correctis, neque expresso approbatis, & proinde aliquando opportune in Synodo memorandis. 465
- CAP. XV. Nihil in Synodo constituendum, quod Regularium privilegia laedat. 468
- CAP. XVI. Modus adhibendus in Constitutionibus respicientibus Regularibus. 475
- CAP. XVII. Aliis exponuntur earundem querelarum causae. 481

LIBER X.

*De censuris, de araris, et contractibus; necnon de malis pecuniariis.*

- CAP. I. Censurae, praesertim latae sententiae, Synodalem Constitutionum transgressoribus, nonnulli sobrie, & circumspecte infligantur. 484



INDEX LIBRORUM ET CAPITUM.

gantur; ubi etiam de potestate dictas censuras ferendi.	486
CAP. II. Auctoritate & exemplis improbatior immoderatus usus censurarum late sententiæ.	491
CAP. III. Interdum decet potestatem censura late sententiæ adhibendam culpam, quæ in se expectata, est levis, si ob adjunctas circumstantias fiat gravis.	496
CAP. IV. Quid de usuris & contractibus in Synodo decerni possit; ubi specialiter de mutuo.	497
CAP. V. An, & quando unius suspicione vacent quidam speciales contractus, de quibus interdum est in Synodo agendum; ubi de iure quod ultra sortem recipitur in Montibus Pietatis, de censibus, & de cambis.	503
CAP. VI. A cambis locabilibus activis, omnique alia questuosa negotiatione, quantumvis in se licita, & laicis permessa, per Synodalem sanctionem prohibeantur Clerici.	508
CAP. VII. Quid sentiendum de contractu, quem vocant trium contractuum; an à Synodo permitti, an potius proscribi debeat.	513
CAP. VIII. Contractus ejusmodi diocesis propriis & peculiare in Synodo examinentur.	516
CAP. IX. De mulctis, seu penis pecuniariis.	518
CAP. X. De mulctarum seu poenarum applicatione seu destinatione; & obiter nonnulla de procuratore debita Episcopo visitanti.	528



DE SYNODO  
DIOECESANA  
LIBER PRIMUS.

NOTIONES QUÆSTIONESQUE PRÆLIMINARES.

CAPUT PRIMUM.

*De Synodi nomine, & Synodorum divisione.*

**S**ynodus, ut ipsa præfertur nominis etymologia, idem est ac Concilium, seu plurius in unum locum, aliquid deliberandi gratia, convenit. Quocirca in Analibus Francorum ad annum 775. tom. 3. Collectionis Andreæ du Chesne, pag. 28. legitur: *Tunc Synodum superactus Rex gloriosus tenuit generaliter cum Francis apud Jenuam civitatem, ibique exercitum dividens, &c.* Et ad annum 776. p. 70. ejusdem Collectionis: *Convenit Synodum ad eandem civitatem, & ibi placitum publicum tenuit, &c.* Et in Annalibus Bertinians ad annum 767. tom. 5. Collectionis citatæ pag. 153. habetur: *Synodum fecit cum om-*


*nibus Francis, solito more in campo. Idem videre est apud Plinium, lib. 72. cap. 9. sect. 35. Aliquando autem locus ipse, seu oppidum, ejusmodi congressibus habendis stabiliter destinatum, appellatur Concilium, ac proinde etiam Christianorum Ecclesias, ad quas fideles conveniunt, ab antiquissimis Scriptoribus non raro Concilia & Synodos nuncupatas legitimus; in quo sensu Constantinus Magnus, leg. 4. Cod. Theodosianæ, lib. 16. tit. 2. de Episcopi, & Clerici, inquit: *Habeat unusquisque licentiam, cunctissimo Catholico, venerabilique Concilio decedens, honorum quod optavit relinquere; nomine etiam Concilii hic, ut in multis aliis antiquorum locis Ecclesiam intelligi, observat ibidem Gothofredus. Eandem vocis significationem elicit Ba-**

Tom. I.

A ro-

INDEX LIBRORUM ET CAPITUM.

gantur; ubi etiam de potestate dictas censuras ferendi.	486
CAP. II. Auctoritate & exemplis improbatior immoderatus usus censurarum late sententiæ.	491
CAP. III. Interdum decet potestatem censura late sententiæ adhibendam culpam, quæ in se expectata, est levis, si ob adjunctas circumstantias fiat gravis.	496
CAP. IV. Quid de usuris & contractibus in Synodo decerni possit; ubi specialiter de mutuo.	497
CAP. V. An, & quando uxore suspicione vacent quidam speciales contractus, de quibus interdum est in Synodo agendum; ubi de iure quod ultra sortem recipitur in Montibus Pietatis, de censibus, & de cambis.	503
CAP. VI. A cambis locabilibus activis, omnique alia questuosa negotiatione, quantumvis in se licita, & laicis permessa, per Synodalem sanctionem prohibeantur Clerici.	508
CAP. VII. Quid sentiendum de contractu, quem vocant trium contractuum; an à Synodo permitti, an potius proscribi debeat.	513
CAP. VIII. Contractus ejusmodi diocesis propriis & peculiare in Synodo examinentur.	516
CAP. IX. De mulctis, seu penis pecuniariis.	518
CAP. X. De mulctarum seu poenarum applicatione seu destinatione; & obiter nonnulla de procuratore debita Episcopo visitanti.	528



DE SYNODO  
DIOECESANA  
LIBER PRIMUS.

NOTIONES QUÆSTIONESQUE PRÆLIMINARES.

CAPUT PRIMUM.

*De Synodi nomine, & Synodorum divisione.*

**S**ynodus, ut ipsa præfertur nominis etymologia, idem est ac Concilium, seu plurius in unum locum, aliquid deliberandi gratia, convenit. Quocirca in Analibus Francorum ad annum 775. tom. 3. Collectionis Andreæ du Chesne, pag. 28. legitur: *Tunc Synodum superactus Rex gloriosus tenuit generaliter cum Francis apud Jenuam civitatem, ibique exercitum dividens, &c.* Et ad annum 776. p. 70. ejusdem Collectionis: *Convenit Synodum ad eandem civitatem, & ibi placitum publicum tenuit, &c.* Et in Annalibus Bertinians ad annum 767. tom. 5. Collectionis citatæ pag. 153. habetur: *Synodum fecit cum om-*

*nibus Francis, solito more in campo. Idem videre est apud Plinium, lib. 72. cap. 9. sect. 35. Aliquando autem locus ipse, seu oppidum, ejusmodi congressibus habendis stabiliter destinatum, appellatur Concilium, ac proinde etiam Christianorum Ecclesias, ad quas fideles conveniunt, ab antiquissimis Scripturibus non raro Concilia & Synodos nuncupatas legitimus; in quo sensu Constantinus Magnus, leg. 4. Cod. Theodosianæ, lib. 16. tit. 2. de Episcopi, & Clerici, inquit: *Habeat unusquisque licentiam, cunctissimo Catholico, venerabilique Concilio decedens, honorum quod optavit relinquere; nomine etiam Concilii hic, ut in multis aliis antiquorum locis Ecclesiam intelligi, observat ibidem Gothofredus. Eandem vocis significationem elicit Ba-**

Tom. I.

A ro-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE BUENOS AIRES  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

DE



tonius in *Martyrologium Romanum ad diem 27. Junii* ex epistola S. Hieronymi ad Heliodorum, ubi Nepotianum laudat, quod *Basilicam Ecclesiam*, & *Martyrum Concilium* diversa floribus, & arborum comis, veteris *pampis adumbravit*, ut Martyrum quippe Concilia, denotari Ecclesiam super Martyrum sepulchra erectas, fidem facit S. Gaudentius, *serm. 17. tom. 5. maxima Bibliotheca Patrum, editionis Lugdunensis anni 1677, pag. 970.* in dedicatione ejusdem Ecclesie, quam vocat *Concilium Sanctorum*. Neque certe aliud, quam Ecclesiam indicare potere Liber Pontificali, cum Damasus narret verbis adhuc *Martyrum Concilia*, & gesta S. Stephani Papae, cum de Nemesio referret: *Circulat crypta, & Concilia Martyrum*; quae loca bene perpendit du Cangius in *Glossar.* & Joannes Molanus *ad diem 27. Junii in Martyrol. Usuardi*, in quo Martyrologio eadem die narratur, Corpus Joannis Presbyteri, Martyrio coronati, à Concordio eidem Presbytero collectum, & *repositum iuxta Concilia Martyrum*. Verum postea apud nos usus passim obtinuit, ut *Synodus*, & *Concilium* nomine, non locus, nec quicumque hominum coetus, sed illi significetur, in quibus Episcopi intersunt, & Ecclesiastica negotia potissimum pertractantur.

H. Eiusmodi Synodorum ex Petro de Marca *lib. 6. de Concordia, &c. cap. 24. num. 7.* alie olim dicebantur *Regia*, quae non ex Episcopis solum constabant, verum etiam ex Optimatibus, & Comitibus Regni, ut omnium suffragis leges conferrentur, ad utramque potestatem, Ecclesiasticam, & civilem disponentiam. Hujus generis Concilia frequentia fuisse Constantinopoli, observat Thomassinus *de vit. & nov. Eccles. discipl. part. 2. lib. 3. cap. 46.*

Frequentissima vero fuerunt in Gallia, cujus piissimi Reges, ut animadvertit Baluzius in *notis ad Capitularia Regum Francorum*, tom. 2. col. 1028. nihil grave decernebant sine Episcoporum, & Optimatum consilio, quod ipsimet fatebantur in suis edictis, quorum vetustissima formula, edita à Bigonio in *notis ad Marculphum, lib. 1. cap. 24.* haec erat: *Nos autem cum Apostolicae vobis Patribus nostris Episcopis, Optimatibus, ceterisque Palatii nostri Ministris, &c.* Alie fuerunt, & sunt Synodi *Ecclesiasticae*, in quas solum conveniunt Sacerdotes, ut de rebus statuatur ad Ecclesiam pertinentibus. Tres istarum species commemoravit S. Augustinus, *lib. 2. de Baptismo contra Donatistas, cap. 7. tom. 9. Oper. editi. Parisien. Monachor. Benedictinor. S. Mauri col. 98.* nimirum, quae per singulas regiones, quae per singulas provincias fiunt, & quae ex universo christiano orbe congregantur; quibus quartam addidit Concilium Toletanum IV. *cap. 7. tom. 7. Collectio nis Harduini col. 579.* illius mentionem faciens, quae ex unius regni, vel nationis Episcopis confilatur. Quare Conciliorum, seu Synodorum quatuor nunc genera passim Auctores enumerant, *Generalia, Nationalia, Provincialia, & Dioecesana; Generalia, quae & Oecumenica* dicuntur, quae sunt ad quae vocantur Episcopi totius orbis, qui possunt, & debent eidem interesse, nisi legitime impendantur, & quibus praesidet Romanus Pontifex vel per se, vel per suos Legatos. *Nationalia* sunt, in quae conveniunt Archiepiscopi, & Episcopi unius regni, vel nationis, praeside ejusdem nationis Patriarcha, vel Primite. Haec quandoque vocari *universalis*, quia scilicet talia sunt quoad illud regnum seu nationem, quamvis absolute, & quoad totam Ecclesiam universalis non sint, no-

notavit Bellarmius *tom. 2. Controv. lib. 1. de Conciliis cap. 4.* quincirca S. Augustinus *epist. 215. ad Valentinum, num. 2. tom. 2. Oper. col. 794.* secundam Synodum Africanam, sub Zosimo Papa, anno 418. celebratam, nuncupavit *plenariam*; & Synodus Tolerana III. anni 589. *cap. 18.* se appellavit universalem, iniquens: *Præcipi hæc saneta, & universalis Synodus.* Verum Natalis Alexander *histor. Ecclesiast. ad sac. III. dissert. 24.* opportune animadvertit, ea ferè semper plenaria & universalis dicta esse cum aliqua limitatione, quae verè Oecumenicis distinguerentur. Sic præfata Synodus Africana dicta quidem esse plenaria ab Augustino, sed plenaria *totius Africae.* Et Synodus Carthagenensis III. *cap. 7.* simile Concilium vocavit *universale anniversarium*; *Sin autem nec ad Concilium universale anniversarium occurrere voluerit, ut significaret, se de illo loqui, ad quod omnes Africanis Episcopi singulis annis confluebant.* Allatum autem Toletani III. exemplum dubium est; nam in plerisque antiquis codicibus verbum illud *universalis* desideratur, ejusque loco legitur *veneranda*, quod videri potest in *Collectione Harduini, tom. 3. col. 482.* & in Labbeana, *tom. 5. col. 1073.* solumque *universalis* legitur in *Isidoriana Collectione, & apud Ivo nem, part. 4. Decret. cap. 244.* Provincialia sunt, in quibus conveniunt Episcopi unius Provinciae sub eorum Archiepiscopo, seu Metropolitano. *Dioecesana* tandem nominantur quae quilibet Episcopus congregat ex Parochiis, Presbyteris, aliisque Clericis suae Dioeceseos, quibus ipse praesit.

III. Notissima, & pervulgata est hæc Conciliorum divisio, eamque communiter tradunt Doctores, praesertim Melchior Canus *de Loc. Theol. lib. 5.*

cap. 7. Cardinalis Bellarminus *cit. lib. 1. de Conciliis cap. 4.* Cabassutius in *Notitia Ecclesiast. seculi primi in observant. de Conciliis Ecclesiae, n. 2.* Doulat. *Prænot. Canonice lib. 2. cap. 1. n. 3. & 4.* Durallius *de suspens. potest. Roman. Pontif. part. 4. quæst. 1.* ac Alphonsus Guarterius in suo non omnibus obvius *Tractatu de Conciliis*, quem anno 1745. edidit, & Carolus V. Imperator dicitur, qui reperitur inter *Miscellanea Bibliothecae Cardinalis-Passionis, tom. 526.* & novissime Oddo Schærs. *ad Doctrinæ Gregorii IX. tit. 2. de Constit. §. 2. quæst. 4.* Attamen accurate pervolvunt Ecclesiastica monumenta, nonnulla occurrunt Concilia, à Romanis Pontificibus celebrata, quae ad nullam ex enumeratis speciebus referri commode possunt; sed videntur quodammodo mixta ex Provincialibus, & Dioecesanis. Illis quippe aliqui interfuerunt Episcopi, quos in Urbe inveniri contingit, atque insuper Romani Presbyteri, aliique Ecclesiastici viri, sive hi ad Romani Cleri coetum pertinerent, sive ex alienis dioecesebus Romam adventissent. Eiusmodi fuit Concilium illud, quod Cornelius Papa circa annum 251. Romæ habuit, ut de causa judicaret Maximi, Urbani, & Sicionii, qui ejurato schismate in Ecclesiam recipi posebant; de quo idem Cornelius in Epistola ad Cyprianum, quae est 46. hæc scribit: *"Omni igitur actu ad me operato, placuit contrariis Presbyterium."* Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie praesentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa persona eorum observari deberet, consensu omnium statueretur." Hand abimile est Concilium ab Agatone Papa ex sexdecim Episcopis, & universo Romano Clero in Constantiniana Basilica congregatum

pro componendis rebus Ecclesie Britannicæ; cujus Acta referuntur in novissima Collectione Conciliorum Britannicæ Davidis Wilkins *tom. 1. pag. 47.* Nec diversa fuit Synodus habita à S. Gregorio Magno, cui subscripsisse legitur Episcopus duos & viginti, & Romana Ecclesia Presbyteros tres supra triginta, in Collectione Harduini, *tom. 3. col. 208.* Alia similium Conciliorum exempla videri possunt collecta in tractatu de studio Conciliorum, Gallico idiomate conscripto; & Parisiis edito anno 1724. *pag. 558.* eorundemque meminit etiam Cabassutius in brevi Dissertatione de urbanis, seu popularibus Synodis, post Synodum Constantinopolitanam sub Patriarcha Menna, anno 136. Quin etiam animadvertere hic libet eum Thomasio, *tit. part. 2. lib. 3. cap. 43.* Constantinopoli cum sætis magno numero Presules continuè versarentur, ibi quamdam quasi perpetuam Synodum fuisse constare, cui Regie Urbis Annistes presidebat, & difficilliores quoque Ecclesie Orientalis causas terminabat. In ejusmodi Synodo Episcoporum Constantinopoli fortè observantium, Nectarius Constantinopolitanus Episcopus de causa Judæi Agrippæ & Gabodii, de Bostreni in Arabia Episcopatu inter se contentendum, sicuti habetur *Jure Orient. part. 1. pag. 247.* In simili Synodo à Chrysostomo exanctoratus est Geronimus Nicomediensis in Bithynia Episcopus, quod narrat Sozomenus *lib. 8. cap. 6.* In eadem Synodo idem Chrysostomus querelas & accusationes audivit complurium Asiæ Episcoporum adversus Antonium Ephesinum Episcopum, quem admodum refert Palladius in *Dialogo historico de vita & conversatione Beati Joannis Chrysostomi Episcopi Constantinopolitani*, qui extat *tom. 13. Operum ejusdem Chrysostomi edi-*

tionis Patris Montfaucon anol. 1738. Jam verò cum ab his Synodis absentes laici, & soli in illis assiderent Episcopi, quod colligitur ex eodem Palladio, qui prefatam Synodum exactè describens, solos Episcopos enumeravit; cumque præterea in illis causæ dumtaxat disceptarentur ad Ecclesie forum spectantes; à diversæ profectò erant à Synodis illæ Regiæ, de quibus supra; & præinde altam constituunt Ecclesiasticæ Synodi speciem, ab his quatuor distinctam, quas communiter Doctores recensent.

IV. Verùm, his prætermisiss, quæ præsentis instituti non sunt, Synodum Dioecesanam, de qua solum hic agimus, paulò accuratius consideremus. Mathias Ughonius Episcopus Famaugustanus, Scriptor decimi sæculi, de quo plura Dupin in *Biblioth. Eccles. Auctor. sæculi 16.* Tractatum concinnavit, & evulgavit de Conciliis, qui in paucis Bibliothecis reperitur, atque in Tractatu præhuldis *pag. 47.* scitè animadvertit, Synodum Episcopalem, seu Dioecesanam, frequenter ab antiquis vocari *Presbyterium*, sicuti re ipsa nuper illam appellatam audivimus à Cornelio Papa. Eadem quandoque nuncupatur *Concilium Episcopale*; utpotè quæ congregatur ab Episcopo in sua civitate cum solis Presbyteris suæ Dioeceseos; quod colligimus ex *epist. 12. Hadriani II. Summi Pontificis ad Carolum Calvum* in causa Herlefridi Presbyteri *tom. 2. Collectionis Harduini, col. 706.* in qua ait *Sed nunc melius faceretis, si quod in citatis Concilio apud suam Episcopum perpetuam ætatem est, in Provinciali Synodo apud vos rationabiliter, & apud Fratrum vestrum Hincmarum Archiepiscopum tractatur.* Nunc autem, quem admodum notat Bouquet, *tit. Prænot. Canonie. lib. 2. c. 1. n. 16.* ita propriè Synodi nomen sibi usurpat, ut cum Synodum, sine ulla additione, di-

ci-

cinus, plerumque Dioecesanam intelligamus; quare Guillelmus Lindewode ad Constitutiones provinciales Angliæ, *tit. de officio Judicis Ordinaris*, cum statum offenderit; à Bonifacio Episcopo in hunc modum editum: *Item statutum, quòd Episcopi in suis Synodis & aliis convocationibus, & singulis Archidiaconi in suis capitulis, &c. statim adnotavit: Synodi dicuntur convocationes, sive congregaciones Senum, & Presbyterorum, quæ debent fieri per Episcopos annuatim.* Hæc de nomine. Ad definitionem quod attinet, non incongruè à Rotto in suo Tractatu de Synodo Episcoporum, *part. 1. n. 3.* & ab Antonio Paulino in sua *Jurisprudentia sacra tit. de Conciliis Ecclesiasticis, cap. 9. n. 2.* Synodus Dioecesana hæcè ferè verbis describitur: *Legitima congregatio ab Episcopo facta ex Presbyteris, & Clericis suæ Dioeceseos, aliusve, qui ad eam accedere tenentur, in qua de his, quæ curæ Pastoralis incumbunt, agendum & deliberandum est.*

V. Ita descripta Dioecesana Synodi species quondam & imaginem nobis exhibent, Acta Apostolorum *r. 2. 1.* Hierosolymitanam Ecclesiam gubernante Jacobo Minore, qui dicebatur Frater Domini, de cujus Episcopatu Hierosolymitano fidem faciunt Clemens Alexandrinus, Eusebius, Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, quorum testimonio congressit Petrus Franciscus Foggiani de Romano *D. Petri Linææ, & Episcopatu exercit. lib. 4. p. 422. & seq.* Paulus Hierosolymitanam profectus est, cumque illuc pervenisset, Jacobum adivit, apud quem statim omnes collecti sunt Seniorum, sive presbyterorum, quos ad eum reportaverat, eundem à mouerunt immittentis ei à Judais periculi, quibus erat eo nomine *Tom. I.*

invisus, quòd Circumcisionis, & totius Mosaicæ Legis abolitionem veller, & prædicaret. Quamquam autem illi esset à veritate alienum, nam Paulus solum docebat, Legem Moysis non esse necessariam; quinimo sine Fide Christianam esse, nec quidquam consistere ad æternam salutem; Legem tamen ritus, & caeremonias, utpotè quæ nondum mortifere evaserant, nunquam dæmonstravit; quod quidem facile demonstrare potuisset ex facto proprio, siquidem ipsemet circumciderat Timotheum, *Act. 16.* & Nazarenus votum susceperat, *Act. 18.* sicuti ad rem perpendit Tirus ad *dietum cap. 21. vers. 21.* nihilominus tamen Paulus, ut ealumniam propositi dilueret, Seniorum consilium inquirens, cum aliis quatuor viris Nazarenorum voto obstrictis, Tempus ingressus est, ibique palam & publice Legis caeremonias exolevit. Gestæ hæc sunt, non inter Jacobum tantum & Paulum, sed eorum universo cœtu Synodum, hoc est Presbyterorum Ecclesie Hierosolymitanæ, sicuti, teste Cornelio Alapide *ibidem*, habet Græcorum Textus; atque hi Presbyteri illi fidem erant, qui interfuerant celebri Concilio Apostolorum, in quo actum fuit de Legalibus *Act. 15.* quod ipsimet asseruerunt: *De his autem, quæ, crediturum ex Gentilibus, non scriptimus, judicantes, ut abstinere se ab idolis, à immolatio, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, ut vitarent etiam eod. cap. 21. vers. 25.* Quamobrem ejusmodi Seniorum conventum cum proprio Episcopo Jacobo fuisse veram & propriam Synodum Dioecesanam, ad exemplum cæterarum primùm habitam, expressè affirmavit Turrecornata *Summa de Eccles. lib. 7. c. 5.* scribens: *Tertia species Conciliorum dicitur Concilium Episcopale, sive Synodus Episcopalis, quam celebrat Episcopus in diocesi suæ cum Abbati-*



bus, & Clericis sibi subiectis. *Forma autem hujus Concilii præcessisse videtur in Concilio, quod Beatus Jacobus dicitur celebrasse Hierosolymis cum Senioribus, pro abolenda suspitione orta contra Paulum, de quo Act. 20. idemque sentire vixi sunt Beda, Comestor, & Alphonsus Guertorius in tit. Tract. de Concil. cap. 1. ubi ait: Synodus à Paulo, & Jacobo celebrata fuit Hierosolymis super abolenda suspitione quorundam Judæorum. Nos vero, quamquam libentius assentiamur Cornelio Alapide, Terino, & Lucino ad cit. cap. 4. r. 18. Cabasius in Noth. Ecclesiast. Lib. 1. Concil. & Canon. in Synodi primæ sæculi n. 11. aliisque negantibus, præfata Seniorum congregationem fuisse veram Synodum; quoniam illi non vocati, sed sponte ad Jacobum accessere, ut Paulum invidentem & salutarem, nec rogati sententiam tulissent, aut decretum aliquod edidisse, sed ambo dumtaxat Paulum monuerunt; atamen neminem infoliarî posse putamus, speciem quamdam & imaginem Synodi in prædicta congregatione emittente.*

VI. Vera & propria Synodus Dioecæsanæ, ac fortasse omnium prima, quæ in Ecclesiasticis monumentis occurrat, illa est, quam describit Silius Papa in *Epist. 2. num. 3. tom. 1. Collectionis Harduini col. 852. circa annum 389. ad diversos Episcopos data adversus Jovinianum, ejusque socios, ubi dicitur ait; Jovinianus hæresis à se, & universo Romano Clero, coram se simul coacto, fuisse damnata: Facto ergo Presbyterio (inquit) constitit, doctrinæ nostræ, id est Christianæ Legi, esse contrariam. Unde... omnium nostrarum sicut Presbyteriorum, & Diaconorum, quam etiam totius Cleri unam acritate fuisse sententiam, ut Jovinianus, Amentius, &c. Divina sententia, & nostro iudicio in perpetuum damnati, ex-*

*tra Ecclesiam removerent. Quod verò continet ad alias Dioecæsanæ Synodos, quarum ad nos manarint Acta, & decreta, Ludovicus Thomassinus de lib. 6. nov. Eccles. discipl. part. 2. tit. 3. cap. 77. n. 3. & Joannes Petrus Gilbert in suo Corpore Juris Canon. edito Lugduni anno 1737. tom. 1. prolegomen. part. 1. tit. 18. cap. 3. affirmant omnium antiquissimam esse Alsiiodorensium, celebratam anno 178. Nos antiquiores his præferre possemus; nimirum Landavenses tres Synodos Dioecæsanæ, si anni his consignatæ essent, quibus eas consignavit in Collectione sua Henricus Spelmanus tom. 1. pag. 61. anno scilicet 160. sed ex Uxerit notis mss. monet David Wilkins tom. 1. novissimæ Collectionis Conciliorum Britannicæ pag. 17. ad secundum Augustini Archiepiscopi Cantuariensis annum pertinere, id est Christi 597. Nihilominus dubitandum non est, alias longe his vetustiores fuisse, quarum Acta, & memoria existerent; etenim laudatus Thomassinus lib. 7. cap. 75. n. 1. non immerito asserit, inter Synodos, eas, quæ Dioecæsanæ dicuntur, cæteris antiquitate præstare; primis quippè Ecclesie sæculis, cum immanes in Fideles sævientes persecuciones, facilius fuit singulis Episcopis suum Clerum congregare, quam unâ cum aliis Coepiscopis in Provinciali Synodo convenire.*

VII. Etenim vero, quod olim frequentes essent totius Cleri cum proprio Episcopo congressus, præter ea, quæ ad hanc rem comprobantur inferias dictari sumus, vel ex hoc, quod hic subnectimus, aperte conjicitur. Non pauci ad nos pervenerunt libri Penitentiales particularium dioecesium propriarum, quarum qualibet sumus habebat, in quo præscribebatur modus excipiendi penitentium confessiones, ac penitentias pro modo culpe singulis injungendi.

*trædabantur præterea salutaria monita, quibus Sacerdos penitentes à vitis retraheret, atque ad virtutem alliceret, & tandem accuratæ, atque etiam minutissimæ observationes circa forum sacramentale instituebantur; utque interea antiquæ reitæcatur Epistolæ Canonice Sanctorum Dionysii Patriarchæ Alexandriæ, Gregorii Thaumaturgi, & Basilii Magni, quæ ad rem facere possent; adhuc extant libri Penitentiales Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, Bedæ, seu (ut alii volunt) Eberthi Archiepiscopi Eboracensis, Rabani Mauri Archiepiscopi Moguntini, Buchardi Wormatiensis, & demum libri Penitentiales Romanus ab Hallugario Episcopo Cameracensi sæculo 9. insertus in suum librum Penitentiarum, editum ab Hugone Menardo, de quibus, & aliis videri potest Morinus in fine Operis de Penitentia. Hi porro libri Penitentiales, cum totam respicerent dioecesium, non aliter ab Episcopo fiebant, quam de suorum Presbyterorum consilio; quod deducitur ex Epist. 52. Cypriani, in qua non obscurè innuit, tum primum de penitentibus stabili quadam lege imponendis delibetatum fuisse, cum, restituta Ecclesie pacæ, licuit Sacerdotibus in unum convenire; atque idcirco, sive ratio habeatur rerum quæ in illis decernuntur, sive personarum quæ ad decernendum vocabantur, non immerito affirmari posse videtur, ejusmodi libros in Dioecæsanâ Synodo fuisse exaratos.*

## CAPUT SECUNDUM.

## De Synodi Dioecæsanæ utilitate.

**E**tui ad statuendam Synodorum Episcopaliū utilitatem, satis superque esset asserere, earum coactionem esse à sacris Canonibus præscriptam, atque à sacro Concilio Tridentino sers.

*24. de reform. cap. 1. iterum præceptam, & ab Alexandro VII. Summo Pontifice in sua Constit. 20. §. 8. tom. 6. Bullar. Rom. pag. 35. inculcatam, ubi alloquens Episcopos Italici, & Insularum adjacentium, hæc habet: Persuassissimum vobis esse non dubitamus, nihil frequentius animarum recognitione, Synodorumque celebratione; popularium salutis, ac veteri discipline constituende, nihil Catholicorum Principum paci à Deo imperante accommodatius esse; quo intermissis, magna in moribus contumad ad omnem improbitatem, ac peccandi licentiam facta est immutatio; ut tamen illa claris innotescat, operæ pretium esse censemus, nonnulla subdere præclarorum Antistitarum testimonium, quibus ingens egritudinis utilitas summiore celebratur. Atto II. Episcopus Vercellensis, qui floruit medio sæculo 10. adeo viles putavit Dioecæsanæ Synodos, ut totam Ecclesiasticæ disciplinæ perniciem eis earum omissionem ortam arbitraretur; in Capitulari enim, quod habetur tom. 1. novæ editionis Speliæ regii Luca Dacherii ita loquitur cap. 27. pag. 405: Nullis penitus res disciplina moris ab Ecclesia Christi magis depulsi, quam Sacerdotum negligentia, qui contemptis Canonibus, ad corrigendos Ecclesiasticos mores, Synodum facere negligunt. Ob hoc à nobis univociter dehilum est, ut, quia juxta antiqua Patrum decreta bis in anno difficultate temporis fieri Concilium non sinit, saltem vel semel à nobis celebretur.*

II. Patres Concilii Provincialis Coloniensis anni 149. tit. de Synodis celebratis cap. 1. tom. 9. Collectionis Harduini col. 209.6. decernentes, ut à singulis Episcopis duæ Synodi Dioecæsanæ quotannis haberentur, earum utilitatem hæc verbis extollunt: In Synodis redintegritur unitas, statuat corpori in sua



sua integritate conservando; ubi etiam, quae in visitatione non dabatur exequi, executionem studitis communibus assequuntur; ubi de capite & membris, de fide & pietate, de Religione, & cultu Divino, de moribus & disciplina, de obedientia, de iudicio & rebus omnibus ad bene christianaeque venerationis commodum vel necessarium tractatur, atque statutur, ut veritate in reformationis formula de alius. *Salus Ecclesiae, terror portationis eius, & Fidei Catholicae stabilimentum sunt Synodi, quae etiam reformationis corporis Ecclesiae nervos direrunt. Neglectis enim Synodis, non aliter Ecclesiasticus ordo diffinit, quantum si corpus humanum nervis solidatur. Augustinus Valerius, celebris Veronensis Episcopus, in libro ad Clerum suum fatetur, id potissimum commodi atque utilitatis se ex Synodo referre solere, quod, habita in ea per Patros, & Vicarios Foraneos totius Dioecesis notitia, videretur sibi quodammodo omnia sua esse propriis oculis intueri, moresque omnium perspicere. *Mihi certe, ait, nullus satis de Synodi aetate iucundior, nullus, qui in maximis molestis, quas tanti numeris cura affert, animum meum magis consolatur & recreat. Nam ea die videre oculos meos, aures meas, manus meas, pedes meos. Cum enim multis de causis mihi non concedatur, ut opus esset, Verona discedere, & singularum vitam & mores inquirere, inquiris vos, Praetere, cognoscitis vos multiplices animarum morbos, iustas piorum hominum querelas auditis; vestra opera, vestris vigilis, vestris itineribus, laboribus, atque etiam periculis, mihi partem sollicitudinis admittitis, vel certe sublevario. Neque ea utilitate, quam ex Synodo percipiebat laudatus Valerius, illi gaudent Episcopi, qui iam saepius quam**

dioecesis perlestrantur; etenim in dioecesis visitatione, quamvis crebro peccata, non omnia deprehendit Episcopus, quod corrigere & emendare oporteat, sed multa adhuc in Synodo recitari potest à Parochiis, qui immediatam ovium curam habent, & continuo inter eas versantur. Quare Sanctus Carolus Borromaeus, etiam dioecesis subinde peragrando, commissi sibi gregis indolem & motus exploraret, nihilominus Dioecesanæ Synodos celebrare numquam omisit; atque in concione habita ad Clerum in sua Synodo 11. part. 7. Act. Mediol. Eccles. edit. Mediolanen. anni 1559. pag. 1167. haec de Synodi utilitate dixit: *Etsi generalis quaedam visitatio Synodis; alias enim per unum particulares quasdam Ecclesias dumtaxat visitamus; hic vero generatim sacerdotes omnes, & Clericos, ac in ipse, sui etiam modo, populos eis commissos. Idem ferè sentit Joannes Franciscus Bonhomius in decretis generalibus de reform. Eccles. edit. Coloniae, an. 1585. pag. 114. ubi ad suadendam Synodi utilitatem ait: „In illa quippe, quasi in altera visitatione, Clerum sibi commissum iterum recognoscens (Episcopus) tum paternam illum charitatem simul universum complectatur, tum salutaribus monitis instruat, tum quae pro recti, universae Dioecesis administratione, spectat ea, quae in singulis locis peccatè, haeciter sanciverit, decernenda in visitatione cognoverit, generatim visitat, sanciat, atque decernat.”*

III. Nec minus honorifice de Synodis loquuntur alii doctrina & pietate praestantes Episcopi. Guilbertus Tornacensis Ordinis Minorum, in suo tractatu de officio Episcopi, & Ecclesiae reformandis tom. 2. §. maxima Bibliothecae Patrum edit. Lugdunen. c. 6. pag. 403. agens de Synodis ait: *Synodus ut testatur Isidorus, ex Graeco, Cetus*

interpretatur, ex quod in meum Sacerdotes, & ad nutum Episcopi congregantur, ut eorum excessus fideliter corrigantur, & per eos salubria monita tribuantur; & rursus cap. 7. pag. ead. Congregantur igitur etiam Sacerdotes ad Synodum, ut suum periculum agnoscant, vitam corrigant, & Episcopus docentem audiant. Venerabilis Dei Servus Joannes Ribera Archiepiscopus Valentinus, in praefatione ad suam Synodum Dioecesanam, editam tom. 4. Conciliorum Hispaniae Cardinalis de Aguirre pag. 287. sermonem faciens de Dioecesanæ Synodi utilitate, asserit, per earum statuta praecipui, quae bona sunt, & insurgentia mala prohibentur: *Sunt enim, inquit, quae sola monitione ad bonum perducunt; sunt, qui ferè ad omnia praecipua egerunt; sunt qui parva etiam irachendi sunt, &c.*

IV. Quid plura? Ad celebrandam Episcopatum Synodorum maximam utilitatem, abunde foret illarum Acta pervolvere. Notissima sunt Dioecesanæ Synodi habitae, & à Sancto Carolo Borromeo Archiepiscopo Mediolanensi, & à Sancto Thurbio Archiepiscopo Limano, & à sanctae memoriae Benedicto XIII. cum Beneventanae Rotae Auditor, in sua Jurisprudentia intra lib. 7. de Comitibus Ecclesiasticis cap. 9. n. 5. Non indece tamen illis advertendum, quae absolute necessaria affirmant; quemadmodum enim Concilia generalia, quamvis summo perè utilia, non sunt tamen absolute & simpliciter necessaria pro Ecclesiae universae regimine, sicut pluribus ostendit Duvallius de supr. Roman. Pontif. in Ecclesiam potestate, part. 4. quest. 7. & Cardinalis Bellarminus Controv. tom. 2. lib. 1. de Concil. cap. 20. ita Episcopales Synodi, etsi maxime fructuosae, non tamen absolute necessaria dicendae sunt pro recta Dioecesium administratione, cum alii suppetant modi aequen-

noniae, & promulgatae anno 1341. ab Episcopo Beltramo. Et, ne in his recensendis inoffensivus simus, in tomis Conciliorum superae editionis Venetae quamplurimae legatur antiquae Synodi Dioecesanæ, per Italiam, Galliam, Germaniam, & Hispaniam celebratae. Jam autem si quis earum omnium statuta & decreta vel cursim pervolvant, illa deprehendit summa sapientia, & prudentia referat, loco, & tempore opportune accommodata, atque aptissima ad Clericos continentendos in officio, & depravatos populi mores reformandos; ac propterea fieri cogatur, Dioecesanæ Synodos validum esse fulcrimentum ad nutantem in dioecesi disciplinam sustinendam.

V. Haec pluribus, quam ceteroquin necesse erat, hic exposuimus, ad illorum intendendam auctoriam, qui non veriti sunt scribere, Dioecesanæ Synodos esse prorsus inutiles; quos etiam redarguant, & refellunt Auctores Libri de vita, & officio Episcopi, Romae impressi anno 1759. part. 1. §. 15. Episcopus Brachius in suo Prognostico Synodali c. 1. & praecipue §. 31. & seq. Antonius Panulnius, olim Romanæ Rotae Auditor, in sua Jurisprudentia intra lib. 7. de Comitibus Ecclesiasticis cap. 9. n. 5. Non indece tamen illis advertendum, quae absolute necessaria affirmant; quemadmodum enim Concilia generalia, quamvis summo perè utilia, non sunt tamen absolute & simpliciter necessaria pro Ecclesiae universae regimine, sicut pluribus ostendit Duvallius de supr. Roman. Pontif. in Ecclesiam potestate, part. 4. quest. 7. & Cardinalis Bellarminus Controv. tom. 2. lib. 1. de Concil. cap. 20. ita Episcopales Synodi, etsi maxime fructuosae, non tamen absolute necessaria dicendae sunt pro recta Dioecesium administratione, cum alii suppetant modi aequen-

quendi eundem finem, ad quem Synodi tendunt. Joann. Matthæus Giberus Episcopus Veronensis, cujus virtutes & merita plurimum commendant illustrium virorum testimonia collecta ad calcem Operum ejusdem que typis impressa prodierunt Verona, anno 1740. in inquam novendecim annorum spatio præfatum Ecclesiam sanctissime gubernavit; & tanto temporis intervallo unicam Synodum coegit (quod narrat Auctor ejus Vitæ, in eisdem Operibus præfixæ) ratis nimirum, se muneri suo plene satisfecisse, cum singulis annis diocesim visitaverit, aliisque multa præstiterit, quæ ad rectam sui Cleri institutionem conferre videbantur. Mortuus est quidem Gilbertus initio Concilii Tridentini, & proinde antequam emanaret decretum de cogendis quotannis Synodo Diocesana; sed jamdud id ipsum sanctum fuerat aliis Ecclesie Constitutionibus, quibus nihilominus putavit Giberus se alla ratione æque bene satisfacere. Quæ à nobis dicta censei volumus, non animo elevandi Synodorum utilitatem, quam iterum iterumque commendamus & inculcamus; sed ut statuamus, eas non esse omnino & absolute necessarias, utque Episcopi, qui ob aliquod impedimentum suam Synodos, juxta Tridentini decretum, congregare nequeant, non propterea animam abiciant, sed alias supplere sibi sciant artes succurrendi suorum ovium indigentibus, earumque spiritalium bono prospiciendis, atque ut ab aliorum exemplis modum addiscant Synodi defectum supplendi. Quæ in re præstat audire sacram Congregationem Concilii, quæ præcipuis suggerit industria substituentas Synodo; cum ab Episcopo fieri nequit. Brevis cum Episcopo Cameracensis, occasione visitationis sacrorum Limitum, ad præfaram Congregationem

transmisisset relationem status suæ Diocesis, eidemque significasset, impossibile sibi esse Diocesanam Synodum cogere, sacra Congregatio literis ad ipsum datis anno 1720. rescripsit: „Reliquum est, ut tuis postulatis respondeam. Primum difficultates Diocesane congregandæ Synodi nobis ob oculos ponis, & ex quidem maximæ sunt, vetantque profectum omnem Ecclesiasticorum conventum fieri. Verum sacra Congregatio certior à te fieri cupit, an in unaquaque insula possent per annos singulos, definitio à te per edictum loco hæc die, aut omnes, aut major Clericorum pars, quibus Synodo interesset jus est, commode coire, ritus suos uni, aut pluribus Procuratoribus delegaturi; & an qui electi fuerint, possent, accepto authenticæ legationis suæ testimonio, statim pariter tempore, to convenire, ut referrent suarum Ecclesiarum statum, Cleri & populi mores, religionem, pietatem, templorum decus, sanctorum locorum administrationem, ceteraque omnia, quæ opus forent. Collatis tunc ipse consillis, quid agendum esset, imperaret relati de Synodi sententia, imperataque illi ad suos adducerent, curarentque perfectum iri. Id enim verò Synodi speciem obtineret, maximumque inde fructum caperes; quippe quod ubique tuæ diocesis agatur, peritus internosceres, habitoque cum gravissimis viris, quales hujusmodi Procuratores creandi essent, sermone, melius universis Ecclesie tuæ rebus consuleres. Hoc si fieri nequeat, diocesim tibi per edicta regere necesse erit; quæ invalescentibus fortasse saniorum moribus remedium in dies afferant, eruantque populos ad virtutem. Curandum tamen erit, ut eadem edicta non negligantur, & haud

quaquam neglecta fuisse, ex unaquaque insula testimonium tibi identidem afferatur. Salutaribus hæc sacra Congregationis moribus morem gerere debent Episcopi extra Italiam, ac præcipue in Germania gentes, si verum est, quod scribit Leopoldus Pilatus, Canonicus Tridentinus, in suis Originibus Sæculi Pontificii lib. 5. tit. 2. de Conciliis Ecclesiasticis, fieri nimirum non posse, ob diocesim amplitudinem, Parochorum paupertatem, atque iterum difficultatem, ut illi singulis annis Synodum celebrent.

## CAPUT TERTIUM.

Quo titulo sit eohonestanda Synodus Diocesana, & quomodo inscribenda ejusdem decreti.

Nonnullæ antiquæ Synodi Provinciales, ac potissimum Oscanis anni 789. tom. 3. Collectionis Harduini col. 535. can. 7. Barcinonensis anni 599. ibid. col. 537. & Toletana 8. ibid. col. 533. anni 653. se sanctas inscripserunt, dicendo ex. gr. *Sacra Synodus præcipit, Sancta Synodus statuit*. Hodie tamen & docet & expedit, ut ab ejusmodi titulo omnino abstinere, ille siquidem solis nunc tribuitur Concilii Generalibus. Ferdinandus de Loazes Archiepiscopus Valentinus anno 1661. Synodum Provinciale[m] coegit, in qua confirmavit aliam Synodum Provinciale[m] habitam à Martino de Ayala: Synodum de more ad Sedem Apostolicam transmisit; eaque per sacram Congregationem Concilii sedulo examinata, inter cetera quæ visa sunt corrigenda, demandatum fuit, ut ab ea deleteretur titulus *Sacra*, utpote qui solis debetur Concilii Generalibus, sicuti litteris in forma Brevis ad eundem Archiepiscopum datis

rescripsit Sanctus Pius V. *Hæc verba, Sancta Synodus, non conveniunt Synodo Provinciali, sed Universali* Dionysius Paulus Lopis Presbyter Valentinus, & Doctor nostræ Academiæ Bononiensis, nullum non movit lapidem, ut suaderet, titulum *Sacra* non solis Universalibus Conciliis, sed etiam exercitis Synodis competere posse; & mirum est, quot exempla in sua juris allegatione ad id comprobandum attulerit. Mixta est allegatio juris ad sacram Congregationem Concilii; & clare memoriæ Cardinalis Marthejus, tunc sacra Congregationis Præfatus, die 14. Novembris 1594. respondit quæsto prædicti Lopis sequenti epistola: „Cum Provincialis illa Archiepiscopi Valentini Synodus, de qua nuper ad me scripsisti, ad sacram hanc Congregationem, Concilii Tridentini interpretem, inspicenda, ac recognoscenda missa fuit, summa quidem cum diligentia, ac maturitate omnia, in ipsa Synodo contenta, expensa atque examinata fuerint ab his Patribus; qui eo tempore prædicte Congregationis præerant. Itaque quod nunc à me requiritis, ut tibi ratio diversitatis aperiantur, cur illdem Patres tunc de dicta Synodo Provinciali, dum ea sancta Synodus appellatur, verbum *sacra* tollendum censuerint, cum tamen idem verbum in plurimis Provincialibus Conciliis non semel legatur; gratum mihi certe fuit quæsitum tum, sicut gratissimum existit studium & meritum, quam prout se fers in pluribus locis animadvertens, & colligendis. Verum cum certò sciam, graves illos Patres tunc nonnulli cum ratione dictionem illam de hujusmodi Synodo sustulisse, minime meæ meæ partes esse videntur (nulla necessitate cogente) hoc in controversiam vocare, cum potius meæ partes sint



illorum Patrum auctoritati, ac prudentiae omnino acquiescere, & eorum sententiam plane adhaerere. Ex qua prudentissimi epistola, & multo magis ex allegato Brevis S. Pii V. manifestum fit, nec Synodos Provinciales, nec Dioecesanæ, sed solum Generales prædicto titulo *Sancitæ* esse honestandas. Tota hujus rei gestæ series habetur apud Cardinalem de Aguirre tom. 4. *Conciliorum Hispaniæ pag. 87. & plurib. seq.* Inter Dissertationes Francisci Martii Cardinalis Brancatii Episcopi Portuensis, una est, cui titulus: *De Regula Sanctorum Patrum*: in qua insertum legitur *Volumen*, à Patre Odone de Comibus Societatis Jesu conscriptum. Hic satis apposite sibi observat, quod, etiamsi ex persona eorum, qui Synodum constituunt, *Sancitæ Synodi* appellatio deducatur, atque ea locum habere possit in Generalibus, aut ad summum in Nationalibus, & Provincialibus Synodis, quæ constant ex pluribus Episcopis, quibus nempe *Sancitatis* appellatio tributa dignoscitur, non quidem inultu gratiæ sanctificantis, qua aliqui ex ipsis carere possunt, sed in venerationis characteris Episcopalis; verumtamen neque hoc pacto dici possit de Dioecesanis Synodis, quibus unicus Episcopus presidet: *De Synodi Dioecesanæ nihil dico, in quibus unus tantum sedet Sanctus Pater Episcopus; quem titulum nec obtinent, nec obtinere merentur Canonici, alique æquales sine jurisdictione Episcopali.*

II. Alia deinde excitatur controversia circa Constitutiones à Provincialibus, & Dioecesanis Synodis factas, de quibus dubitatur, an dici possint *Canones*. Cum Canon idem sit, ac regula, ut habet Textus in *Can. Canon. dist. 3.* omnes leges Ecclesiæ, quæ sunt regula morum, videntur sine ulla

difficillare appellandæ *Canones*. Hinc quia Concilia Generalia inscuntur tam ad definiendum quid credendum, quam ad statuendum quid agendum sit, eorum definitiones, quæ ad fidem pertinent, dicuntur *Dogmata*; quæ vero mores spectant, vocantur *Canones*. Verùm hæc nominum accurata distinctio non semper in praxi observata fuit. Capita octo, quæ in Synodo Carthaginiensi anno 418. Episcopi plus quam docenti, juxta S. Innocentii I. definitionem, adversus Pelagianam heresim ediderunt, continent fidei Dogmata, & tamen *Canones* appellata sunt. Definitiones Fidei in Causa Pelagiana à Concilio Atraciano secundo anno 519. propositæ, & à Bonifacio II. confirmatæ, *Canones* dicuntur. *Canonum* quoque nomine viginti de Fide Capitula à S. Martino I. in suo Concilio Romano anno 549. contra Monothelitas proposita nuncupantur, ut observat Bartholus Episcopus Fehriensis in suis institutionibus *Canonicis cap. 1. n. 6.* Hanc consuetudinem Tridentina Synodus sequuta est, quæ Fidei definitiones, & heresum damnationes per *Canones* proposuit; etsi aliquando eadem Synodus hanc methodum non retinuerit; in processu quippe capituli primi *sess. 14. de reformatione*, tredecim, quæ sequuntur, Capita appellavit *Canones*: hos, qui sequuntur, *Canones statuendos & decernendos dicit*, & jamen in his nihil circa fidem decrevit, sed sola tradidit præcepta circa disciplinam; quemadmodum scitè observat Doujat *Prænotionum Canoniarum lib. 1. cap. 1. n. 8.* Ex his porro confici plane videtur, nullam adesse rationem, propter quam Constitutiones Synodi, aut Provincialis, aut Dioecesanæ, quæ certè regulæ & normæ sunt, ad quas sive provinciæ, sive Dioecesis incolæ suas actiones illigere debent, non sint inscribendæ *Canonet*. Et

Et re ipsa *Canoni* nomenclaturam illis attribuit. Glossa in principio distinctionis 18. inquit: *Episcopi bene possunt condere Canones Episcopales, & Archiepiscopus Provinciales, quia quilibet populus, & quilibet Ecclesia sibi potest statuere aliquid jus; & Abbas in c. Canonum de Constitutionibus, ubi generatim ait Appellatione Canonis venit omnia Constitutio Ecclesiastica.*

III. Ita profectò res se haberet, si unice insistendum esset vocis etymologie, & grammaticali ejusdem significationi; at, si communem vocis acceptionem attendimus, præfatas Constitutiones *Canones* appellare prohibemur; usus quippè nunc communiter, & præcipue apud Doctores, invaluit, ut *Canoni* nomine sola denotentur Constitutiones, quæ universam obstringunt Ecclesiam, quales illæ sunt, quæ aut à Concilio Generalibus, aut à Summo Pontifice promanant, quod pluribus tradit Fagnanus in *cap. Canonum statuta n. 19. & seq. de Constitutionibus*, notans simul *ibid. num. 22.* quod si statutum Episcopi à Papa confirmetur, & extendatur ad totam Ecclesiam, tunc, utpote jam Pontifici arrogatum, rectè dicatur *Canon*.

IV. Neque mirum videri debet, si ambæ itæ voces *San* ta scilicet, & *Canon* olim à Synodis Provincialibus, & Dioecesanis vocentur, nunc à solis Conciliis Generalibus adhiberi possint: cum enim voces pendant ab hominum placito, possunt utique homines nunc ad plura significanda illas extendere, nunc ad pauciora restringere. Exemplum præsto esse potest in nomine *Papa*, quod olim commune erat omnibus Episcopis; quibus illud tribuitur in Epistola Cypriani, ut animadvertit Pamelius ad *epist. 3. n. 7.* in Epistola Ennodii adnotante Sirmondo ad *epist. 29. tom. 1. Var. col. 1467.* atque

in plurimis Veterum scriptis, aut apud Sydonium Appollinarem, aliosque passim; idque Caroli Paschalis, hominis diligentissimi, atque antiquitatis peritissimi, conjectura, inde evenisse autumat Anastasius Germonius *lib. 2. Antiquadversionum c. 1.* quod quemadmodum Imperatores olim Patres Patrie dicebantur, & hæc nomenclatura hiæc notis exprimebatur *PP.* ut passim legitur in antiquis monumentis, ita Episcopi, ob singularem venerationem ac reverentiam, quam in primitiva Ecclesia omnes illis exhibebant Fideles, appellarentur pariter Patres Patrie, cumque hæc honoris significatio iisdem quoque ipsis retineri minus perit, eas legendas putavit *Papa*. Sed nihilominus quidquid sit de nomine *Papa* origine, jam à seculo 6. Ennodius Episcopus Ticinensis nisi Romano Pontifici, tamquam ejus proprium & peculiare illud adscribere coepit, eumque sequutum Cassiodorus, scribens ad Bonifatium, Agapetum, & Joannem, Romanæ Urbis Antistites, quemlibet eorum *Papa* appellavit, cæteroque Euseborgium, & Datium Medialanensem, & alios aliarum civitatum Præsules, non alter, quam Episcopos vocaverit, quemadmodum scitè observavit Sirmondus in *notis ad epistolam primam Ennodii lib. 4.* Nunc autem idæo proprium & singulare est Romani Pontifici, ut ex Constitutione S. Gregorii VII. in Concilio Romano habito anno 1072. adverteat schismaticus, nulli in toto orbe licet sive se, sive alterum, præter Romanum Pontificem *Papa* nuncupare; uti habetur apud Cardinalem Baronium in *notis ad Martyrologium Romanum ad diem 20. Januarii*. Optimi Rocca in suo *Tractatu de Romani Pontificis nomenclatura tom. 1. suorum Operum pag. 4.* Et quamvis univocitate Episcopus, Pon-

*titulæ, vel summus Sacerdos, sicut Pa-  
pa, dici olim poterat; nunc tamen  
hæc nomina non nisi Romano Pontifi-  
ci tribui possunt. Et, ne longius  
exquiramus, hæc ipsa vox Ca-  
non de se complectitur omnem legem,  
tam civilem, quam Ecclesiasticam, quia  
utraq; est regula morum, & nihilominus, per antonomasiam, sola lex Ec-  
clesiastica dicitur Canon, ob excellen-  
tissimum nimirum potestatis à quo fertur,  
& finis ad quem dirigit.*

V. Quomam igitur nomine Dicoe-  
cesana Synodi statuta, & decreta erunt  
appellanda? Romaguerra *ad Constitutio-  
nes Synodales Germanensium lib. 1.  
tit. 1. cap. 1. num. 24.* contendit, illa  
non Constitutiones quidem posse, cum  
proprietas sermonis, nominari. At,  
cum Constitutiones ab omnibus divi-  
dantur in Generales, & Particulares, &  
istæ sint, quæ feruntur ab habentibus  
jurisdictionem restrictam & limitatam  
ad certum locum, seu genus persona-  
rum, ac propterea etiam statuta facta ab  
Universitatibus, Collegiis, Civitatibus,  
& Academiis, communiuntur & sine ulla  
contradictione, dicantur Constitutiones,  
ut advertit Florens *ad tit. 2. de  
Constitutioibus tract. 2.* plane non vi-  
demus, cur Constitutionis vocabulum  
nequeat cum omni proprietate aptari  
decretis in Synodo edita ab Episcopo.  
Quare concludendum est, Synodos  
Provinciales, & Dioecesanæ, modò  
nomen Canonis non adhibent; nulla  
ratione prohiberi, ne sua statuta &  
decreta Constitutiones inscribant; quas  
quidem Constitutiones, quod à pleris-  
que factum deprehendimus, expedit,  
ut ad majorem legentium commodi-  
tatem in congruos titulos distribuantur,  
& titulos in capita dividant.

## CAPUT QUARTUM.

*At Synodus Dioecæsanæ pertinet ad  
potestatem Ordinis, vel jurisdictionis;  
& an ad legem Dioecæsanam, vel  
ad legem jurisdictionis.*

Duplex in Episcopis consideratur  
potestas, Ordinis nimirum, & ju-  
risdictionis. Potestatem Ordinis habent  
Episcopi immediate à Christo Domino,  
qui eam Hierarchiam in sua Ecclesia esse  
se voluerit, ita in ea Episcopos instituit,  
ut Ordinis prærogativa & gradu mediis  
Presbyteris antecederent, ac virtute soli-  
us characteris Episcopalis plura præste-  
re possent, quæ simplices Sacerdotes  
aut omnino nequeunt, aut virtute dum-  
taxat Ordinationis suæ facere non valent;  
quod contra Salmasium, aliosque  
Hæreticos pluribus demonstrat Petrus  
*de Eccles. Hierarch. Oper. 1. 3.*  
Episcopus enim, ut loquitur Epiphanius  
adversus Aërium hæres. 76. n. 4. In-  
cunctatam habet, qua Patres Ecclesie,  
hoc est Presbyteros, aliosque Episcopos  
generare potest simplices vero Presby-  
teri adeo infecundi sunt, ut, in nullo  
rerum eventu, alios Presbyteros gigne-  
re, seu ordinare queant. Episcopus  
præterea potestatis sui Ordinis propria,  
Sacramentum confert Confirmationis,  
quod simplices Sacerdotes, non nisi ex  
speciali delegatione, non vero virtute  
soliis Ordinis, in quo sunt constituti,  
ministrare possunt. Cum autem & Con-  
firmatio & Sacerdotium vera Sacramen-  
ta sint, causativa gratiæ sanctificantis,  
aque in hoc postremo talis imprimatur  
character, per quem ordinatus in Sa-  
cerdotem Corpus Christi conficere, atque  
qui à peccatis absolvere valet, nemo  
est qui non videat, ordinari potestatem  
illa conferendi non nisi immediatè  
à Deo. posse in Episcopos promanare.  
Neque enim immediatam derivatio-

DOM

nem Episcopalis potestatis à Deo im-  
pedi actio ministri, quum necessario  
intercedere oportet, ut novus Episco-  
pus consecratur; quomam minister  
operatur virtute & nomine Christi,  
ejus est instrumentum, ac propterea  
Christus est, qui proxime & imm-  
mediatè agit principaliter, & virtute  
propria.

II. Quoad potestatem jurisdictio-  
nis, quæ jus affert Beneficia conferendi,  
causas audiendi, leges, & senten-  
tias ferendi, ac cætera præstandi, quæ  
ad subjecti gregis regimen sunt ne-  
cessaria; questio est inter Tridentinos  
Patres, summa contentione jam-  
diu exagitata, nec desinita, de qua Car-  
dinalis Palavicinus in *Historia Concilii  
Tridentini lib. 18. cap. 24. & lib. 2. 1.  
c. 11. & 13.* an Episcopi illam acci-  
plant immediatè à Christo, aut potius  
à summo Pontifice. Licet autem eorum  
opinio, qui etiam hanc potestatem im-  
mediatè à Christo oriri propugnant,  
validis fulciatur argumentis, nihilominus  
tamen & rationi & auctoritati con-  
formior videretur sententia opposita. Ra-  
tio siquidem Monarchici regiminis,  
quod Christus in sua Ecclesia constitu-  
it, videretur exposcere, ut totius Eccle-  
siæ jurisdictionis fons, & origo ideat  
in ejusdem Ecclesie visibili Capite, qui  
est Romanus Pontifex, atque ab eo  
profut in cætera membra. Quare In-  
nocentius I. Epistola ad Episcopos Car-  
thaginæ congregatos, quæ in editione  
Conciliorum est 24. l. 1. Collectionis  
Harduini col. 1022; eos laudans, quod  
sententiam contra Pelagianos ab ipsis  
latam, ad Sedem Apostolicam mire-  
rint approbandam, ait: *num. 1. Scientes  
quod debatur Apostolica Sedi,  
etiam omnia hoc loco positi ipsam sequi  
desideremus Apostolum (Petrum) à  
quo ipse Episcopatus & tota aucto-  
ritas nominis hujus emerit. Et Episco-  
pi Africani tom. 3. Collectionis Har-*

*duini col. 739.* scribentes ad Theodo-  
rum Papam ita exhortantur: *Mag-  
num, & indecimentem omnibus Chris-  
tianis florentia redundantem, apud  
Apostolicam sedem consistere fontem,  
nullus ambigere possit, de quo  
niveli produnt affluentes, universum  
longissime irrigantes orbem Christia-  
norum.* Et clariss, atque ad rem  
nostram magis apposite Leo Magnus  
*epistola olim 89. in nova editione 10.  
cap. 1.* ad Episcopos Viennensis provin-  
ciæ, quam refert Gratianus *dist. 9.  
Can. 7.* inquit: *in Hujus muneris sa-  
cramentum ita Dominus ad omnium  
Apostolorum officium pertinere voluit,  
ut in Beatissimo Petro Aposto-  
licorum omnium summo principaliter  
necesse caret, ut ab ipso, quasi quodam  
capite, dona sua velut in corpus  
nomine diffunderet.* Idque eo sapien-  
tissimo consilio à Christo Domino fac-  
tum existimam D. Thomas *lib. 4. con-  
tra Gentes cap. 76.* in hoc continet,  
& quasi perenni influxu jurisdictionis  
à capite in membra, firmior & solidior  
esset omnium cum illo nexus, &  
melius conservaretur unitas Ecclesie:  
*Soli (ait Angelicus num. 4.) loquens de  
Christi promissione facta Petro) prom-  
issum: Tibi dabo claves regni calorum;  
ut ostenderetur potestas clavium  
per eum ad alios derivanda, ad con-  
servandum Ecclesie unitatem.* Hoc  
eodem argumento utuntur, idemque  
pluribus exornant D. Bonaventura in  
Opusculo *Quare Fratres Minorum præ-  
dicant, tit. 7. Oper. edit. Lugavæni.  
anni 1668. pag. 540.* Cardinalis Bel-  
larminus *tit. 1. Centur. lib. 4. de Rom.  
Pontif. cap. 24. & 25.* Vargas in  *toto  
Opere de jurisdic. Episcoporum. Sæptæ  
de legibus lib. 4. c. 4. per tot.* Fagnanus  
in *c. Permissam a. n. 50.* usque  
ad finem, *de offic. Ordin.* Hæc obiter.  
Quod nostra interest, illud dumtaxat  
est, nimirum statuere, si Synodus

con-



convocandi, non ad Ordinis sed ad Jurisdictionis Episcopalis potestatem pertinere; quod profecto, semel percepto inter utramque discrimine, unusquisque facile deprehendit.

III. Dicenda nunc remanent alia quæstio pars; an videlicet congregatio Synodi pertineat ad legem jurisdictionis, an potius ad legem diocesanam. Sed, priusquam hæc decidatur, præmittenda est brevis utriusque legis notitia. Compertum est omnibus, Monachos, eorumque Ecclesias, ac Monasteria, plurimorum sæculorum intervallo, fuisse juri Episcoporum omnino subjecta, ac primum à Sancto Gregorio Magno fuisse illis concessam exemptionem à potestate Episcoporum quoad electionem suorum Abbatum, solutionem Cathedralium, & Decimarum; juxta et, quæ referuntur à Thomassino de *vet. & nov. Eccl. disciplin. tom. 1. lib. 3. c. 10. & seq.* Neque est, cur quispiam de hisce conquireretur exemptionibus, alisque adhuc amplioribus, quibus subinde Regularium Ordines fuerunt ab Apostolica Sede exornati; siquidem etiam Patriarchæ Orientales pleno jure dominabantur in omnia sui Exarchatus Monasteria; atque inter eos Patriarcha Constantinopolitanus post annum Christi milleimum in plura Cœnobia, per totum Orientale Imperium sparsa, immo etiam summoque jure utebatur, ut observat idem Thomassinus *cod. 1. 1. lib. 1. c. 9. num. 15. & cap. 16. num. 1.* Quinimo etiam hædie inter jura Patriarcharum propria idem recensent *jus Sæuoragii*, in hoc consistens, ut in Monasterii fundatione Patriarcha, si velit, Crucem figat, eoque actu Monasterium de novo erectum subtrahat à jurisdictione Episcopi, intra cuius Diocesos fines situm est, sibi que immediate subijciat; quod quidem jus, de quo vixnulla nos attingimus in *nostra Constit. 98. §. 19.*

*nostr. Bullar. tom. 1. antiquissima consuetudine, non schismaticæ usurpatione, ab Orientalibus Patriarchis acquisitum ostendit Christianus Lupus in Scholis, & Notis ad Canon. Concilior. 1. 3. edit. Bruxellen. pag. 357.* Jam verò quæstio Monachi plene, atque in omnibus subjecti fuerant Episcopis, nulla enarrata distinctio inter legem diocesanam, & legem jurisdictionis; sed postquam à Sede Apostolica concessa illis fuerant indicata exemptionis privilegia, quorum nonnulla habentur in *Can. Cum pro utilitate 16. quest. 1. in Can. Quam ut necessarium, & in can. Luminoso 17. quest. 2.* Joannes Semeca, dictus Theutonicus, qui medio sæculo 13. vivebat, & Auctor fuit Glossæ communis, Decreto Gratiani opposita, seu potius Huguetionis, seu Hugutio, quem primum Gratianus Glossator affirmat S. Antoninus in *Spensio Historiarum 7. part. tit. 18. cap. 6. pag. 66.* ex cuius, aliorumque glossis, textu Doujat *Prænotionum Canoniarum lib. 5. c. 3. n. 6.* suam conscripserat Theutonicus, eam distinctionem excogitavit, iisque simul collectis, in quibus Monachi subercti fuerant à jure, seu potestate Episcopi, ea adscriptis legi diocesane, cætera verò, in quibus Monachi adhuc subjecti remanebant juri Episcopali, spectare ad legem jurisdictionis; quod colligitur ex Glossa ad *Can. 1. 10. quest. 1.* Hæc eadem distinctio, ab Huguetione inventa, adhæsit Honorio III. in *cap. Dilectus, de officio Judicis ordinarii*, sicuti observat Franciscus Florens *tom. 2. tit. de statuta Monachorum fol. 70. & 75. & tit. de officio Ordinarii ad text. in cap. Dilectus, fol. 187.* Illephontus Clemenens de Arostegui in *sua Concordia Pastoralis edita Compluti anno 1734. part. 1. cap. 1. num. 70. & pluribus seq. Rota Romana decisi. 769. num. 4.*

*& seq. coram Molines.*

IV. Hæc satis esse videtur ad eam, de qua agimus illustrandam; si enim cætera prosequi vellemus, quæ de lege jurisdictionis, & lege diocesana Doctores adnotarunt *ad cit. cap. Dilectus*, in infinitum cresceret hic noster liber, atque in ea nos dæmet conficeremus, unde vel nullus, vel exiguus sane fructus expectari posset. Nec verò ea, quæ innimus, in quibus fere Doctores conveniunt non hujusmodi sunt, ut viam definiendæ propositæ quæstioni patefaciant. Semel enim posito ad legem diocesanam ea pertinere, in quibus Monachi sunt exempti à jure Episcopali, & ad legem jurisdictionis cætera, in quibus eadem juri substant; cum ex infra dicendis liquidò constet, Monachos in nonnullis Synodo subijci, in aliis ab illa exini & plene exinde consicri, Synodum Diocesanam esse quid mittum, & ad utramque legem spectare. Ita dissidentes hæc in re Doctores invicem componit Ostiensis in *cap. Quid super his man. 2. de imperitate & obedientia, quam secantur Bortus de Synodo part. 1. num. 61. & seq. Paulus in sua Jurisprudentiæ sacra de Constit. Ecclesiasticis tom. 4. Biblioth. Pontificæ Roccaberti decisi. 619. Rota decisi. 619. part. 4. divers. & decisi. 17. n. 27. de officio Ordinarii coram Fulconio tom. 7.*

## CAPUT QUINTUM.

*De loco, in quo Synodus Diocesana habenda est.*

¶ Cum Episcopus in tota sua diocesi jurisdictionem ordinariam possideat habere, subijci non existit, quin in quolibet loco sue Diocesis sit exempto, per se, vel per alium possit pro tribunali sedere, causas ad Ecclesiasticum forum spectantes au-

Tom. I.

mittere. & cætera, quæ ad ipsius spectant officium, libere exercere; verba sunt Bonifacii VIII. in *cap. 7. de officio Ordinarii in 6.* Quod rectè sancitum notant Cirioinus lib. 2. *Observat. Juræ Canon. cap. 4.* exemplo Prætoris Urbani, qui cum esset Judex ordinarius civium Romanorum, uti testatur Plutarchus in *Sylla*, ubi cumque jus diceret, forum constituat, *leg. penult. ff. de just. & jur. & leg. ult. ff. de jurisdic. omni. Judic.*

¶ Quamobrem indubitatè est, Episcopum non solum in civitate, verum etiam in qualibet sue Diocesis parte, posse Synodum cogere. Unde Concilium Anrelianense I. anni 111. *can. 19. tom. 1.* Collectionis Harduini col. 1012. & Oïense anni 1098. *can. 1. tom. 3.* ejusdem Collectionis Harduini col. 578. habent, ut omnes Abbates Presbyterici, & Diaconi singulis annis accedant ad Synodum celebrandam in loco, ubi Episcopus elegerit; & inter antiqua statuta Ecclesiæ Biterrensis, ab Ugone Episcopo anno 1368. renovata, *tom. 4. Anteceditor. Martene col. 627. cap. 1.* legitur: «Statuimus & ordinamus, quòd quolibet anno bis Synodus celebratur in Ecclesia Biterrensi, vel ubi Dominus Episcopus ordinaverit. Quinimo, addit Bortus de *Synodo part. 1. quest. 9. num. 58.* integrum esse Episcopo suam Synodum cogere etiam extra propriam Diocesim, si ab ea fuerit expulsus, aut ob prætem, aliamve justam causam, ab illa recedere coactus, quod tamen intelligendum monet Massobrius de *Synodo Diocesanas op. 2. tit. 8.* dummodo consentiat Ordinarius loci, ubi exterius Episcopus vult suam Synodum celebrare. Atque ita reipra, obtenta prius ab Ordinario licentiâ, quidam Episcopus trusiacus, qui Diocesim administrabat sitam in tertis Infidelium, & ab eo fuerat ex-

B

pul-

pulsus, cum ejusdem diocesis Presbyteris, & Clericis, qui secum adveniant ad civitatem Burgensem, suam Dioecesanam Synodum ibidem habuit, quod refert Frances de *Ecclēsiā Cathedrali* cap. 32. n. 92.

III. Veram etiā, solo jure spectato, liberum sit Episcopo Synodum congregare in quolibet suae diocesis oppido, expedit tamen, cum nullum obstat impedimentum, ut illam cogat in civitate, quemadmodum declaravit sacra Congregatio Concilii in *Acerentor.* die 17. Maii. 1636. lib. 21. decretor. pag. 355. à tergo, hisce verbis: «Pōse Episcopus etiam in dicto oppido Dioecesanam Synodum congregare, sed satis esse, ut illam in oppido suam Cathedralē celebret.» Quid si duae Cathedrales Ecclesiae sint aequè principaliter unitae, Episcopus, qui utriusque praesit, sola inspecta juris severitate, non tenetur facere duplicem Synodum, sed unam tantum in alterutra, quam maluerit, ex praefatis Ecclesiis, cui adesse tenentur Ecclesiastici utriusque diocesis; adituque in ea decretis ambe dioceses obstringuntur, sicut docent laudatus Frances cap. 8. num. 370. & seq. Gratianus *diocē.* 645. num. 29. & seq. Cardinalis de Luca *de jurisdictione* disc. 56. num. 6. & de *praemissionis* disc. 7. num. 2. & 21. Romaguera *ad Constitutiones Synodales Gerundenses* lib. 1. tit. 1. cap. 1. num. 12. Emerix junior *dect.* 1785. & dect. 1236. Neque huc doctrine ille aduersatur, quod à sacra Congregatione Concilii olim decisum fuerat in quadam causa *Geruntina*, cuius summa haec erat: Indicta ab Episcopo Geruntino Synodo, habenda in civitate Caritensi, aequè principaliter unita Ecclesiae Geruntinae, huiusmodi lares, ecclesiasticae de Clero Geruntino ad Synodum accedere recusarunt, eam obtinentes

excursionem, quod in utriusque Ecclesiae unione reservata fuisset praerogativa Ecclesiae Geruntinae. Re delata ad sacram Congregationem Concilii, ejusque discussioni propositis his dubiis: I. An Synodus ab Episcopo celebrata in Cathedrali Caritensi substatuatur. II. Et quatenus affirmatiue, an licet diocesis Geruntinam? Sacra Congregatio die 2. Octobris 1706. respondit ad primum Affirmatiue, ad secundum Negatiue. Nec tamen haec responsio (ut dicebamus) aduersatur modo traditae doctrinae; nam, eadem causa iterum proposita die 1. Februarii 1708. sacra Congregatio stetit in decisum quoad primum dubium; ad respondendum verò, praevio recessu à decisionis, respexit Affirmatiue; lib. 48. decretor. pag. 57. Ideo autem sacra Congregatio in secundi quæsitae decisionis non nihil acceperat fuerat, quia Clerus Geruntinensis sibi assistere contentabat consuetudinem, de qua mox.

IV. Diximus, sola inspecta juris severitate, licere Episcopo in alterutra, quam maluerit, ex praefatis Ecclesiis Synodum cogere; nam si aequitatis & decentiae sit ratio habenda, ad evitandam inter utramque Ecclesiam simultates, & concordiam fovendam, maxime expedit, ut illam modo in una, modo in altera, alternativam celebret; & praeterea, si alternativam induxerit legitimam consuetudo, tenetur Episcopus hanc omnino servare. Hujusmodi porro oportuna distinctio in vicem conciliantur variæ a sacra Congregatione Concilii responsiones, quae minus peritis videri possent inter se pugnantes. Siquidem in praedicta *Geruntina*, in qua causa contentiosè agebatur, sacra Congregatio iudicium protulit ad excusandum juris normam; secus verò accidit in alia *Ampurien. Synodi*, in qua, cum ipsemet Episcopus sacram Congregationem ita

interrogasset: «Approximante tempore celebrationis Synodi, Episcopus, nstante quod Ampurien. unita sit aequè principaliter Civitatem. diocē. nulla in hac parte suffultus consuetudine, supplicat ab EE. VV. edonecti, an ipse teneatur celebrare Synodum in utraque diocesi.» Eadem sacra Congregatio non juris apices, sed decentiam & aequitatem respiciens, die 8. Maii 1694. respondit; affirmatiue alternativam, lib. 44. decretor. pag. 219. à tergo. Aliud autem dicendum est de sententia lata in causa *Adrien. & Pennen.* diocēibus unitis; quoniam in hac, cum probata esset consuetudo Synodum alternis vicibus habendi in utraque civitate, non ex mera decentia, sed ex iustitia, ab eadem sacra Congregatione die 12. Aprilis 1625. prodit sequens decretum: «Sacra, &c. Patr. bus auditis, ac «Santissimo Domino nostro approbante, censuit, Episcopum Pennensem, & Adriensem debere primam Dioecesanam Synodum, eam ultima in civitate Pennen. coacta fuerit, in Adriensi civitate indicere ac celebrare; lib. 12. decretor. pag. 276. & rursus in eadem causa die 27. Julii 1647. lib. 18. decretor. pag. 378. «Synodum ab Episcopo congregatam, & celebratam in civitate Pennen. quae ratione alternativae celebranda erat in civitate Adriensi, non esse abolendam, sed acriter corripiendum Episcopum, & facienda declarationem, inquit huiusmodi celebratio nullo modo praedictae civitati Adriensi, ratione dicte alternativae, prout haec sacra Congregatio declarat.» Quia verò in illa si nullo causa *Matheranen. & Acheruntin.* diocēibus unitis, et titula Acheruntinum nondum legitime probare at eam ten. quam asserbat, consuetudinem sibi, utique Ecclesiae favorabilem, cujus praetextu ad-

esse renuebat Synodo, quam Archiepiscopus celebrandam indixerat in civitate Matheranensi, ideo sacra Congregatio die 24. Martii 1736. distulit controversiae decisionem; & at ne interim Synodi coactio, non sine utriusque diocesis detrimento, protraheretur, prudentissimè addidit: *Non retardato pro hac vice interveatu Cleri Acheruntini Synodo jam indictae in civitate Matheranensi, sine praedictio juris ambarum Partium.*

V. Hactenus de loco. Si nunc locum loci, ut ajunt, investigemus, hoc est, si quaeramus, in quoniam civitatis loco an oporteat, aut debeat Synodum celebrari, triplex statim nobis occurret Doctorum opinio. Bortus in *Tractatu de Synodo* quest. 9. n. 56. part. 1. existimat necesse non esse, ut Synodus celebretur in Ecclesia. Joannes Andreas in *Cap. Decet, de immunit. Eccles.* in 6. concludit, Synodum posse fieri in Ecclesia; simulque insinuat, deoere, ut fiat. At Masobius in *ct. Tract. de Syn. Diocē.* cap. 2. dub. 9. docet, juxta universalem consuetudinem Synodum esse in Ecclesia celebrandam. Et profecto, si antiquiorum Synodorum Acta pervolvimus, ferè omnes, tam *Ecumenicas*, quam *Provinciales*, quam demum *Dioecesanas* Synodos in Ecclesia coactas deprehendimus, quemadmodum perpendit, multisque adductis exemplis confirmat, & illustrat Mendona in *notis ad Concil. Illiberitan.* cap. 9. tom. 1. Collectionis Conciliorum Labbei *col.* 1047. Exterius verò exemplis ab illo collectis adicere possumus etiam domestica; omnium videlicet Conciliorum, quae Romae sunt celebrata, aut in Basilica Lateranensi, aut in Basilica Vaticana. Typis impressum esse Bullarium solas continens Constitutiones pertinentes ad Basilicam Vaticanam, in quarum prima, quae est S. Leo-



Niceta I. cognomento Magni tom. 1. pag. 7. habetur: *Constitutum est, ut in his annis singulis Episcoporum de-beret esse conventus; quibus verbis subnecantur hac alia: Quoniam, ad-juvante gratis Dei, facilius poterit provideri, ut in Ecclesia Christi nul-la scandala, nulli nascentur erro-res, cum coram Beatissimo Apostolo Petro id semper in commune tractandum fuerit. Ad hunc autem locum eruditum Adnotatoris expeditio est verba coram Beatissimo Apostolo Petro, fuisse ostendunt, utque ad 11. saeculum Romana Concilia fuisse ce-lebrata in Ecclesia S. Petri, presen-te, & presidente Romano Pontifice. Nominis porro Ecclesiae ambigunt, sed omnis locus sacer, Ecclesiae adjunctus, & ad Ecclesiam pertinet; siquidem (ut recte notavit Du-Cangius) in Actis Concilii Chalcedonensis act. 1. 1. 2. Collectionis Harduini col. 174. mentio fit eisdem Concilii Constantiopolitani celebrati in Baptisterio Sancti So-phiae, quod ubique erat ab Ecclesia distinctum. Concilia vero Carthagenen-sia III. IV. V. VI. habita legitur in secretario Basilicae. Quondam pariter Concilium Antiochenum, insertum his-dem Actis Concilii Chalcedonensis eod. tom. 3. col. 579. coactum dicitur in porticu aedificii secretarii. Secreta-rium autem idem erat ac Diaconicum, seu, quam vulgo dicimus, Sacristia, ut admonet Valerius not. in Philos-torg. lib. 7. cap. 7. qui locum fuisse contendit intra Ecclesiam; Gothofre-dus vero, & alii, ab Ecclesia sepa-ratum existimant. Praeterea Leo Alla-tius de consensu Eccles. Orient. & Occid. lib. 2. cap. 11. & 12. nonnulla commemorat Concilia celebra-ta in Cathedra Nicetae, & citatus Du-Cangius, in descriptione Aedis Sophia-nae ad calcem Cinnami num. 38. ex*

Niceta, aliisque probat VIII. Synodum non in Ecclesia, sed in Cathedra Nicetae coactam. Cathedra vero, ut liquet ex Leone nov. 77. aliisque quos laudat item Du-Cangius ibidem num. 87. erant solaria, seu porticus superiores Eccle-siarum. In Vaticana porticu Synodum pariter habitam narrat Rasponus de Patriarchio Lateranensi lib. 4. cap. 4. Ac demum in Leoniano Triclinio à Leone III. propè Lateranensem Basili-cam constructo, quod collapsam, ac dirutum, ne praclarum sacrae antiquita-tis monumentum eruditorum hominum volugetate deceret, nos, quatenus li-cuit, salvum esse volumus, ac restitui mandavimus, plura Concilia celebra-ta, ac praesertim unum ab Eugenio IV. tra-ditum Nicolaus Aematus de Latera-nensibus Parietibus pag. 29. Panvini-us, aliique passim. Ceterum, quicquid sit de loco, in quo olim Synodi coege-hantur, ut loquamur de hodierna praxi, distinguendum videtur inter congrega-tiones, quae Synodo praemitti solent, & sessiones ipsas Synodales. Congre-gationes haberi consueverunt in ad-i-bus Episcopalis, sessiones autem semper in Ecclesia; quemadmodum ad-vertit Gavarrus in Praxi Dioecesa-na Synodi cap. 4. & cap. 9. colligitur ex Pontificali Romano, quod agens de ordine ad Synodum, cum dicit, Epi-scopum cappam indutum pergere ad Ec-clesiam, celebrare Missam de Spiritu Sancto; & distibuerè Eucharistiam Clero, pro certo iam sumit, illam in Ecclesia celebrari. Idem supponit Ca-remoneale Episcoporum lib. 1. cap. 31. describendo ornatum Ecclesiae, in qua Synodus habetur. Et S. Carolus Borrome-us in concione habita in sua Synodo Dioecesa-na XI. anno 1584. part. 7. Act. Eccl. Mediol. p. 1167. considerans excellentiam & sanctitatem loci, ubi Synodus congregatur, haec dixit, qui soli Ecclesiae aptari possunt, „Et lo-  
cus

mus ipse, quo convenimus, conside-ratione dignissimus est. Ille enim non vest aliud, nisi aula Dei, & regia do-mus eius, ac porta coeli. Ille perso-naliter & realiter totus Christus est praesens. Advant cum eo innumera sanctissimorum Angelorum, & bea-torum spirituum milia. Illic repositae sunt sacrosanctae tot sanctissimorum hominum Reliquiae. Illic nihil, nisi Cru-cis, nisi imaginis. Omnia sancta sunt, promissa sanctitatem spirant, omnia ti-morem quendam filialem incutunt, nihil, ubi situs, & coram quo, no-bis significant.

VI. Inter Ecclesias autem, si fieri possit, eligenda est Cathedralis, quae a rectori vinculo Episcopo alligatur, alia-rumque Ecclesiarum mater est, & ex-poni; quamvis, urgente aliqua rationa-bili & honesta causa, non prohibea-tur Episcopus Synodum facere in alia Ecclesia, quod bene notavit Montacel-lus in Formul. legak. part. 1. tit. 5. formul. 3. num. 7. Simile est, quod dicitur de Chrismate, ac Oleis Catho-nicorum, & Infirmitum, quae licet aliquando, ac praesertim cum Episcopus abest a civitate, consecrari possint in qualibet Ecclesia, regula tamen est, ut cum fieri potest, consecrentur in Cathedrali, iuxta declarationem Con-gregationis sacrorum Rituum die 17. Novembris 1600. relata in Cardinali de Aguirre tom. 4. Concil. Hispania pag. 794.

## CAPUT VI.

De tempore, quo cogenda est Synodus Dioecesa-na.

Olim his in anno Concilia Provin-cialia celebranda fuisse, constat ex Canone 38. alias 50. ex recensione Cotelieri tom. 1. pag. 447. ex his, qui  
Tom. I.

dicuntur Apostolice: *Bis in anno Episcoporum Concilia celebrantur*, cui consonat Canon quintus Concilii Niceni, ex versione Dionysii Exiguus tom. 1. Collectionis Harduini col. 306. *Bonè placuit annis singulis per unam-quamque provinciam bis in anno Con-cilia celebrari*. Idque religiose serva-ri jussit Leo Magnus epist. 12. ad Anastasium Thesalon. eadem Episcopus cap. 7. relata à Burchardo lib. 1. cap. 43. & à Gratiano Can. 2. dist. 18. inquit: *De Conciliis autem Episcopalis non aliud indicimus, quam sancti Patres valdebriter ordinarunt, ut scilicet divi conventus per annos singulos habeantur*. Ilanc eandem disciplinam in plerisque saltem provinciis perseverasse saeculo octavo patet ex Concilio Vernensi anni 753. can. 4. tom. 3. Collectionis Harduini col. 199. in quo statuitur, ut provin-ciales Episcopi singulis annis, tum Martii, tum Octobris Kalendis, una cum Metropolitano ad Synodum con-veniant; itaque et c. 1. Capitularium Aquisgranensium anni 780. tom. 1. Ca-pitularium collectionis à Stephano Baluzio editionis Parisiensis anni 1677. col. 218. ubi praecipitur: *Ut provin-ciales Episcopi cum suo Metropolitano bis in anno propter causas Eccle-siae Concilia celebrent*.

II. Quia porro Concilia Provin-cialia semper convocabantur Synodi Dioecesa-nae, ut edita in illis decreta à singulis Episcopis in his promulgaren-tur, sicuti cautum legitur in plerisque Conciliis, & praesertim à Toletano XVI. anni 693. cap. 7. num. 3. Collec-tionis Harduini col. 1797. & adverit Thomasius de or. nor. & nov. Eccles. discipl. part. 2. lib. 3. cap. 73. n. 1. inde factum est, ut hinc pariter Synodi Dioecesa-nae quotannis haberentur; atque hic mos ita inolevit, ut ad tem-pora, à nobis non omnino remota, pro-



tractus fuerit; etenim duas Diocesanarum Synodos quotannis cogendas edixit Concilium Hafnense in Dania anni 1421. tom. 8. Collectionis Harduini col. 1036. Coloniaense anni 1436. part. 14. cap. 17. tom. 9. Harduini col. 2028. & aliud Coloniaense anni 1449. tit. de Synodis celebrat. cap. 1. ibid. col. 2096. Quinimo, in nonnullis Diocesisbus designati erant certi dies, quibus prædictæ Synodi haberentur, nimirum feria tertia & quarta illius hebdomadæ in qua celebratur festum S. Lucae; & feria tertia & quarta illius hebdomadæ post Pascha, in qua cantatur Evangelium, *Ego sum Pastor bonus*; quos quidem dies, antiqua tunc Ecclesiæ statuta renovando, iterum Synodis cogendis perpetuo destinavit Hugo Episcopus Bituronicus anno 1468. cuius decretum extat in tom. 4. *Theauri novi Anecdotor. collectorum* à Marteno, & Durando pag. 627. hisdemque ferè diebus Synodos singulis annis habendas decrevit Raymundus Episcopus Ruthenensis, eodem tom. 4. pag. 673. Inter statuta tamen Ecclesiæ Claromontensis anni 1268. ab Harduino tom. 7. col. 587. primum evulgata legitur, morem illius Ecclesiæ fuisse, ut Synodus actualis fieret diebus Mercurii, & Jovis post festum Pentecostes; & hyemalis diebus Mercurii pariter, & Jovis proximioribus festo S. Lucae. Quare Alteserra in suo *Tract. de Jurisdic. Ecclesiastic.* lib. 2. cap. 19. satis apposite scripsit: *Næ semel, sed iterum in anno vocari Synodum Episcopalem, antiqui juris fuit.*

III. Verum eum in VII. Synodo statutum fuerit, ut semel in anno Concilia Provincialia fiant, quemadmodum habetur apud Gratianum *Can. 7. distict. 18.* huic sanctioni adhaerens Innocentius III. in Concilio Generali Lateranensi decrevit, Synodos Provin-

ciales ab Archiepiscopo, & Diocesanarum ab Episcopo quolibet anno esse cogendas, *Cap. Sicut olim de accus. status. Quamvis autem non vetuerit Innocentius, ne sæpius Diocesanarum Synodis haberetur, plerisque tamen Episcopis satis visum est, se Innocentii decreto accommodare, & unam quotannis Diocesanam Synodum incidere; & re ipsa unam singulis annis esse indicendam, decrevere Concilium Ravennate anni 1311. rubr. 18. tom. 7. Collectionis Harduini col. 1368. Paterentium anni 1322. cap. 1. ibid. col. 1464. Tarraconense sub Joanne Patriarcha Alexandrino anno 1329. cap. 67. quod extat cit. tom. 4. *Theauri nov. Anecdotor. collect.* à Marteno, & Durando. col. 308. Valentini à trium provinciarum Episcopis anno 1368. celebratum. cap. 6. tom. 7. Collectionis Harduini col. 1817. cuius verba hæc sunt: "Ad memoriam reducentes statuta Patrum, in quibus præcipitur, ut semel in anno per Episcopos Synodalia Concilia celebrantur, sacro approbante Concilio statuimus, ac in virtute sanctæ obediencie nostræ suffraganeis nostris præcipimus, ut singulis annis per se, vel per idoneos viros, si ex causa necessaria fuerit impediti, dicta Synodalia Concilia habeant celebrare."*

IV. Sed, quoniam postea hæc disciplina relaxata fuerat, & Synodorum celebratio intermissa, idcirco plerique, religionis studio permoti, Tridentinos Patres urere, ut illam instaurarent. Inter petitiones ab Oratoribus Regis Christianissimi factas in Synodo Tridentina, atque ex Angelo Massarello eiusdem Concilii Secretario relatas tom. 8. amplissime Collectionis veterum Scriptorum, & Monumentorum editæ à Marteno, & Durando. col. 1317. trigesima quarta, & ultima hæc est: "De-

notat sancta Synodus, ut non solum Synodi Episcopales quotannis semel, vel minimum, sed etiam tertio quolibet anno Provinciales congregentur, in quibus de his, quæ ad statum Ecclesiasticum pertinent, diligenter tractetur, de Ministrorum delictis maturè cognoscatur, & in eos, qui deliquerint, severè animadvertatur." Quibus petitionibus, antiquo jure indiximus, libenter indulisit sacrum Tridentinum Concilium, districtè præcipiens *sess. 24. cap. 2. de reform.* ut à singulis Metropolitanis quolibet triennio Synodus Provincialis, & ab unoquoque Episcopo semel in anno Diocesanarum cogatur: *Synodi quoque Diocesanarum quotannis celebrentur*; contra contumaces, verò huic decreto parere recusantes, penas à sacris Canonibus jamdiu sanctas renovat, iterumque infligit: *Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopis, & aliis suprascriptis negligentes fuerint, penas sacris Canonibus sanctas incurrant.* Et sacra Congregatio, ejusdem Concilii Tridentini interpres, ad præovendandæ & amputandæ quascunque Episcoporum inanes exositationes, uti refert Fagnanus in *Cap. Sicut olim, num. 10. & 11. de accurat.* alias respondit, ut, si Episcopi impediantur à Synodo quolibet anno per semetipsos celebranda, possint eam celebrare per suum Vicarium Generalem, instructum speciali mandato, quod ad hunc actum esse necessarium, infra dicitur: Neque enim celebratio Synodi ad illa munera pertinet, quæ ab ipsomet Episcopo necessario expleri debent; etenim, uti ratiocinatur laudatus Fagnanus, cum Tridentinum locutus imperpersonaliter, dicendo: *Synodi quoque Diocesanarum quotannis celebrentur*; non exigit veluti absolute necessariam præsentiam Episcopi, nec prohibet, ne alterius opera ad Syno-

dum cogendam utatur. Ad hæc in eodem capite loquens Tridentinum de Synodo Provinciali, expressè decrevit, ut, Metropolitanò legitime impedito, illam cogat *Cœpiscopus antiquior*, ac propterea, cum oppositum non statuat de Diocesanarum, non obscure insinuat, etiam huic posse per alium celebrari. Ita pariter longe ante Tridentinum sententia citatus Joannes Patriarcha Alexandrinus in allegato Concilio Provinciali Tarraconensi, in quo præcipit quidem, Synodum quotannis à suis Suffraganeis fieri, sed simul aperitè permittit, ut, cum aliquo detineretur impedimento, illam per alios cogant. "Sacro approbante Concilio, statuimus, & in virtute sanctæ obediencie Suffraganeis nostris præcipimus, ut singulis annis per se vel per idoneos viros, si ex causa necessaria fuerint præpediti, dicta Concilia Synodalia habeant celebrare;" idemque ac ferè hisdem verbis decreverat nuper relatum Concilium Vauriense.

V. Verum prælatum præceptum Synodum quotannis celebrandi, à sacris Canonibus toties impositum, & repetitum, atque à sacro Concilio Tridentino denno restauratum, nimirum benignè moderantur aliqui Jurisperiti, Monacellus in *Formula legali practica* tit. 5. formul. 3. num. 1. tom. 15. opinatur, Episcopum primo, & secundo anno à suscepto suæ Ecclesiæ regimine, debere Diocessim perlustrare, ut serpentina in ea mala inspicat, ac tertio anno Synodum cogere, in qua illis occidendis opportuna apponat repagula. Pax Jorjanna tom. 2. lib. 8. tit. 2. num. 45. non dubitavit generatim, & absque ulla limitatione asserere, tatis esse, ut quolibet trienio Diocesanarum Synodus habeatur. Episcopus Brasilius in suo *Promptuario Synodali* cap. 1. n. 21. & pluribus seq. existit.

tionat, non posse quoad hoc prescribi certam, & universalem regulam, ab omnibus ubique euseodiendam, quia ait, in aliquibus dioecibus necessaria erit ecribri Synodorum coeatio, in aliis minus frequens sufficiet. Nos vero, quamquam non negemus, potuisse Tridentini decretum contraria consuetudine nonnulli emollii & temperari, non idcirco tamen approbamus effrem istam licentiam, quam privati Doctores sibi usurpant, illud pro libito, etiam contra expressa ejusdem verba, interpretandi & limitandi; neque illos excusamus Episcopos, qui, cum nihil sit, quod eos impellat, ex sola socordia & negligentia Synodum facere praetermittunt; eosque magis redarguimus, qui cum plures annos dioecesim gubernaverint, ne de cogenda quidem Synodo unquam cogitant; in eamque ceterique, qui ex mera invidia & inertia praefato Tridentini praeepto non parent, & sine ulla causa Synodum facere committunt, meminito debeant, se, proter reatum inobedientiae, poenam incurere suspensiois ab officio suarum in eap. *Sicut olim, de necessitat. Quisquis autem hoc salutare statutum negli. xxi. adimpleret, a sui officioque officii suspendatur: licet poena hujusmodi, ut ipsa indicat vox suspendatur, non sit lata, sed ferenda sententia, quod in eodem eap. *Sicut olim a notariis Orientis in fines Joannis Anstrez. num. 7. Pagananus. 103. & scq. referent etiam resolutiones sacrae Congregationis Concilii, Thomasin. de vi. & usq. *Be. P. Althup. part. 2. lib. 7. cap. 72. num. 140. Neque audiendi sunt, qui, ad propriam obtegendam ignorantiam, se consulto, & prudenter abstinere dicunt a Synodi coeatione, ne novarum Constitutionum in dies accessione, comite sibi Dioecesis status perturbetur. Nam in primis***

necesse non est, ut novae Constitutiones in Synodo edantur, sed quandoque expedit solam urgere executionem illarum, quae jam sancitae fuerunt; qua in re exemplum nobis praebuit supra laudatus Augustinus Valerius, celeberrimus Episcopus Veronensis, qui in citato libello ad Clerum suum testatur, se obtemperasse Concilio Tridentino, Synodum quotannis celebrando; in qualibet Synodo sermonem habuisse ad Clerum de Ecclesiastica disciplina, singulos hortando, ut ad hujus exactam normam suos mores componerent, sed nullum in Synodo edidisse decretum; quod tamen, addit, nonnullis displicuisse Sacerdotibus, & propterea libellum scripsit, in quo factum excusat, & salubria monita tradit, loco Constitutionum, quas in Synodis non fecerat: *Cur autem* (inquit) *cum singulis annis, ex quo ipse Episcopus sum factus; Synodus sit celebrata, & a nonnullis sint habiti longi sermones, ad me ipsum, & ad vos excitandos, nullam Constitutionem nomine meo reddiderim, cum ad aures meas pervenerint, esse nonnullos bonos Sacerdotes, qui hoc meum consilium non vultis probent, illis hujus facti rationem reddendam judicavi, &c.* Deinde difficile videtur, quo tempore, quo Ecclesiastica disciplina quotidie consenscit & labefactur, aliquam inveniri Dioecesim, cui opus non sit ulla nova Constitutione, qua saltem antiquae leges corroborarentur, & quae morum corruptella penit absoleverunt, revirescant.

## LIBER SECUNDUS.

DE HIS, QUI SYNODUM DIOECESANAM COGERE POSSUNT.

## CAPUT PRIMUM.

*An Romanus Pontifex cogere possit Synodum Dioecesanam.*

Romanus Pontifex, qui, ut totidem verbis ad Leonem III. scribebat olim Theodorus Studita *epist. 34. lib. 1. ex recensione Sirmondii tom. 3. var. est omnium capitum caput, atque universae, quae sub caelo est, Christi Ecclesiae Princeps, Moderator, & Pastor; est etiam Patriarcha Occidentis, Primas Italiae, Archiepiscopus & Metropolitanus Romanae provinciae, atque Episcopus urbis Romae; quod scilicet considerat Sirmondus *Opusculum l. 4. de suburbanae regionibus, & Ecclesiis, Propemptici lib. 2. cap. 10. & in eap. a Dissertationis secundae cap. 5. Morinus exercit. Ecclesiae lib. 4. exercit. 6. & exercit. 17. Leo Allatus de consens. Ecclesiae Occident. & Orient. lib. 1. cap. 8. Hallier de sacris Ordinibus, 5. part. cap. 4. sect. 5. art. 7. Natalis Alexandri *hist. Ecclesiae ad saeculum 4. dissert. 10. proposit. 2. & passim alii. Porro Episcopos Romanos, ac totius Catholicae Ecclesiae praefectura, in presenti re, un ordine non sunt duae distinctae Sedes, neque duae dignitates, quae fortuito in una copulentur Romani Pontificis persona, quavis, secundum se spectata, tales esse poterint; nam Petrus universalis Ecclesiae Pastor a Christo Domino renuntiatus potuisset unique, ea suprema totius***

Ecclesiae praefectura retenta, nullius particularis Ecclesiae regimen capessere, sicuti re ipsa nullius specialem administrationem suscepit primis aliquot a Christi Domini in caelum Ascensione annis; potuisset Antiochenam Ecclesiam Princeps, Moderator, & Pastoresque annos Episcopus gubernare, petperuo retinere; potuisset denique Ecclesiam Romanam, ad quam postmodum suam transtulit Sedem, relinquere, alio se conferre, & alterius urbis secularium curam, seu Episcoporum assumere. At cum haec, quae fieri poterunt, nomine facta sint; sed Petrus suam Sedem Romae fixit, per annos viginti quinque firmat retinuerit; & in ea martyrio coronatus glorioso obiens, simul evenerit ex Divino praeepto, seu expressa revelatione ipsi Petro specialiter a Deo facta, sive ex sola voluntate Petri, licet diximus inspirata, inde factum est, ut suprema Pontificatus praerogativa, ita insita remanserit Romani Sedi, ut qui in hac Petro succedit, necessario succedat in totius Ecclesiae primatu Petro, ejusque legitimis Successoribus a Christo collato, quemadmodum bene explicat Cardinalis Bellarminus *Controvers. tom. 1. de Romano Pontifice lib. 2. cap. 12. Suarez in defensione Fidei ad. Anglicanae sectae*



tionat, non posse quoad hoc prescribi certam, & universalem regulam, ab omnibus ubique euseodiendam, quia ait, in aliquibus dioecibus necessaria erit ecribri Synodorum coeatio, in aliis minus frequens sufficet. Nos vero, quamquam non negemus, potuisse Tridentini decretum contraria consuetudine nonnulli emollii & temperari, non ideo tamen approbamus effrem istam licentiam, quam privati Doctores sibi usurpant, illud pro libito, etiam contra expressa ejusdem verba, interpretandi & limitandi; neque illos excusamus Episcopos, qui, cum nihil sit, quod eos impedit, ex sola socordia & negligentia Synodum facere praetermittunt; eosque magis redarguimus, qui cum plures annos dioecesim gubernaverint, ne de cogenda quidem Synodo unquam cogitant; in eamque ceterique, qui ex mera invidia & inertia praefato Tridentini praeepto non parent, & sine ulla causa Synodum facere omittunt, meminito debeant, se, propter reatum inobedientiae, poenam incurere suspensiois ab officio suarum in eap. *Sicut olim, de necessitat. Quisquis autem hoc salutare statutum negli. xxi. adimpleret, a sui officioque officii suspendatur: licet poena hujusmodi, ut ipsa indicat vox suspendatur, non sit lata, sed ferenda sententia, quod in eodem eap. *Sicut olim a notariis Orientis in fines Joannis Anstrez. num. 7. Pagananus. 103. & scq. referent etiam resolutiones sacrae Congregationis Concilii, Thomasin. de vi. & usq. *Be. P. Althup. part. 2. lib. 7. cap. 72. num. 140. Neque audiendi sunt, qui, ad propriam obtegendam ignorantiam, se consulto, & prudenter abstinere dicunt a Synodi coeatione, ne novarum Constitutionum in dies accessione, comite sibi Dioecesis status perturbetur. Nam in primis***

necesse non est, ut novae Constitutiones in Synodo edantur, sed quandoque expedit solam urgere executionem illarum, quae jam sancitae fuerunt; qua in re exemplum nobis praebuit supra laudatus Augustinus Valerius, celeberrimus Episcopus Veronensis, qui in citato libello ad Clerum suum testatur, se obtemperasse Concilio Tridentino, Synodum quotannis celebrando; in qualibet Synodo sermonem habuisse ad Clerum de Ecclesiastica disciplina, singulos hortando, ut ad hujus exactam normam suos mores componerent, sed nullum in Synodo edidisse decretum; quod tamen, addit, nonnullis displicuisse Sacerdotibus, & propterea libellum scripsit, in quo factum excusat, & salubria monita tradit, loco Constitutionum, quas in Synodis non fecerat: *Cur autem* (inquit) *cum singulis annis, ex quo ipse Episcopus sum factus; Synodus sit celebrata, & a nonnullis sint habiti longi sermones, ad me ipsum, & ad vos excitandos, nullam Constitutionem nomine meo reddiderim, cum ad aures meas pervenerint, esse nonnullos bonos Sacerdotes, qui hoc meum consilium non vultis probent, illis hujus facti rationem reddendam judicavi, &c. Deinde difficile videtur, quo tempore, quo Ecclesiastica disciplina quotidie consenscit & labefactur, aliquam inveniri Dioecesim, cui opus non sit ulla nova Constitutione, qua saltem antiquae leges corroborarentur, & quae morum corruptella penit absoleverunt, revirescant.*

## LIBER SECUNDUS.

DE HIS, QUI SYNODUM DIOECESANAM COGERE POSSUNT.

## CAPUT PRIMUM.

*An Romanus Pontifex cogere possit Synodum Dioecesanam.*

Romanus Pontifex, qui, ut totidem verbis ad Leonem III. scribebat olim Theodorus Studita *epist. 34. lib. 1. ex recensione Sirmondii tom. 3. var. est omnium capitum caput, atque universae, quae sub caelo est, Christi Ecclesiae Princeps, Moderator, & Pastor; est etiam Patriarcha Occidentis, Primas Italiae, Archiepiscopus & Metropolitanus Romanae provinciae, atque Episcopus urbis Romae; quod scilicet considerat Sirmondus *Opusculum l. 4. de suburbanae regionibus, & Ecclesiis, Propemptici lib. 2. cap. 10. & in censura Dissertationis secundae cap. 5. Morinus exercit. Ecclesiae lib. 4. exercit. 6. & exercit. 17. Leo Allatus de consens. Ecclesiae Occident. & Orient. lib. 1. cap. 8. Hallier de sacris Ordinibus, 5. part. cap. 4. sect. 5. art. 7. Natalis Alexandri *hist. Ecclesiae ad saeculum 4. dissert. 10. proposit. 2. & passim alii. Porro Episcopos Romanos, ac totius Catholicae Ecclesiae praefectura, in presenti re, un ordine non sunt duae distinctae Sedes, neque duae dignitates, quae fortuito in una copulentur Romani Pontificis persona, quavis, secundum se spectata, tales esse poterint; nam Petrus universalis Ecclesiae Pastor a Christo Domino renuntiatum potuisset unquam, ea suprema totius***

Ecclesiae praefectura retenta, nullius particularis Ecclesiae regimen capessere, sicuti re ipsa nullius specialem administrationem suscepit primis aliquot a Christi Domini in caelum Ascensione annis; potuisset Antiochenam Ecclesiam Princeps, Moderator, & Pastoresque annos Episcopus gubernare, petperuo retinere; potuisset denique Ecclesiam Romanam, ad quam postmodum suam transtulit Sedem, relinquere, alio se conferre, & alterius urbis secularium curam, seu Episcoporum assumere. At cum haec, quae fieri poterunt, nomine facta sint; sed Petrus suam Sedem Romae fixit, per annos viginti quinque firmat retinuerit; & in ea martyrio coronatus glorioso obierit, si non eveniret ex Divino praeepto, seu expressa revelatione ipsi Petro specialiter a Deo facta, sive ex sola voluntate Petri, licet diximus inspirata, inde factum est, ut suprema Pontificatus praerogativa, ita insita remanserit Romani Sedi, ut qui in hac Petro succedit, necessario succedat in totius Ecclesiae primatu Petro, ejusque legitimis Successoribus a Christo collato, quemadmodum bene explicat Cardinalis Bellarminus *Controvers. tom. 1. de Romano Pontifice lib. 2. cap. 12. Suarez in defensione Fidei ad. Anglicanae sectae*

oper lib. 1. cap. 5. n. 4. & lib. 3. c. 17. num. 12. Petrus de Marca in *diacrisi*. 1. de *gignulari primatu Petri*, num. 20. Marcus Antonius Capellus in *disp. 2. de successione Episcoporum Romani in Pontificat.* cap. 1. Quamvis itaque possit in aliquo sensu dici, supremam Ecclesie monarchiam jure tantum humano esse annexam Sedis Romane, quia nimirum utriusque unio, nexus, & alligatio ortum habuit ex facto Petri; atamen non videtur posse sustineri illorum opinio, qui asserunt, præstatam annexionem ita esse de jure humano, ut possit ab Ecclesia dissolvi, & quod aliter separari, etiam postea, quod Petrus suam Sedem stabiliter Romæ collocaverit, & Romanus regens Ecclesiam obierit, nullus, qui Episcopus Romanus non sit, potest dici verus Petri successor, ac propterea nunquam ad eum referri possunt verba Christi Domini: *Pater oves meas.* Joann. 21. quibus universalis Ecclesie curam Petro, ejusque Successoribus commisit. Quare jure ac merito ejusmodi paucorum opinionem resellunt, & censuræ perstringunt Melchior Camus de *Locis Theologicis* lib. 6. c. 4. Gregorius de Valentia in *Analisti Fidei Catholice* lib. 7. c. 12. alique non pauci Theologi. Non inde tamen, quod Romanus Pontifex insitam sibi habeat dignitatem & prerogativam præcæni Capitis totius Ecclesie, consequitur, omnia, que ab eo fiunt, fieri tamquam ab Ecclesie Capite; siquidem aliquando operari potest, & re ipsa operatur, non tamquam Christi Vicarius, sed tamquam Patriarcha Occidentis, illa dumtaxat jura exercendo, que cæteris Patriarchis competunt; aliquando solum gerit personam, vel Primatis Italie, vel Metropolitanæ Romanæ provincie; quandoque se tantum exhibet Episcopum urbis Romæ; ea unice peragendo, que cui-

libet Episcopo in sua Diocesi peragendi jus est; aliquando demum stam supremam explicatæ dignitatem, & tamquam totius Ecclesie Præses, Moderator, & Princeps, illam exercet potestatem & jurisdictionem, qua non nisi in Christi in terris Vicarius possitur. Quæ omnia optime, & ad rem pertinet Allarius de *perpetua consensione Ecclesie Occidentalis, atque Orientalis* lib. 1. cap. 8. ubi hæc habet: "Communia ergo omnia habet summus Pontifex cum Episcopis ut Episcopus, cum Patriarchis ut Patriarcha, nec potest ipsi in eos infidelitatis est, quam cuicumque Episcopo in Episcopos, & Patriarcha in Patriarchas. Uti tamen Christiani Vicarius, & Potestas Apostolica à Christo instituta est, summus Pontifex non tantum Episcopus, & Patriarchis dignior est, sed & in Episcopos, & Patriarchas auctoritatem habet, eos confirmandos & promovendos, & si quando opus est, deponendos, & quod magis est, de novo, si placeat, instituens, & suppressens institutos."

II. Neque quod quis pro loco & tempore diversas induat personas, & modo una, modo altera eis utatur potestatibus, quibus diverso nomine præstat, res est adeo nova & injusta, ut ab heterodoxis irrideri queat: etenim Agamemnon (exemplum est adhibitum à Cardinali Perrotio in *Replicatione ad Regem Angliæ*, lib. 1. c. 35.) Rex erat inter Græcos, auctoritatem habens supra sui regni milites, æqualem illi, quam quilibet ex aliis Græciæ Regibus, inter se; & cum eo confederatus, obtinebat supra suos; sed præterea Agamemnon erat supremus, & universalis Dux omnium copiarum confederatarum, & idcirco non tamquam Rex, sed tamquam Dux imperabat universo exercitui, ac Regibus ipsis. Non ab-

## CAPUT II.

*Jus Romani Pontificis congregandi Synodum, tam Provinciale, quam Diocesanam, explicatur & confirmatur.*

Cum Romanus Pontifex in sua provincia, cujus est Archiepiscopus & Metropolitanus, omnia jura habeat, quæ cæteris Metropolitanis sunt communia, poterit profecto ejusdem provincie Episcopos ad Concilium convocare. Neque hæc quod convocando ex eo impediatur valet, quod nonnulli opponunt, Romane nimirum provincie limites esse ita incertos, ut impossibile sit discernere, quinam Episcopi sint ad Provinciale Concilium convocandi. Quantum enim, qui hæc faciunt, à veritate abeunt, ex sequentibus palam fiet.

II. Jacobus Gothofredus anno 1618. Francofurti edidit, absque Auctoris nomine, librum inscriptum: *De suburbicariis regionibus, & Ecclesiis, seu de Præfectura, & Episcopi urbis Romæ diocesi, Conjectura;* in quo totis viribus probare conatus est, Diocesim Papæ, uti Metropolitanæ, & Episcopi Romani (hæc enim duo, ut observavit mox citandus Simonius, Gothofredus confundit) non extendi ultra centesimum ab Urbe lapidem; quo ferè modo Præfati Urbis jurisdictione intra dictos fines continebatur, juxta Textum in *lib. 1. ff. de officio Præfati Urbis*.

III. Quibus præmissis, nemo dubitare potest, quin Romanus Pontifex, veluti urbis Romæ Episcopus, possit suam Diocesanam Synodum cogere, sine ulla supremæ suæ dignitatis immixtionem. An autem unquam illam coegerit, restat investigandum, atque idem inquirendum de Conciliis Provincialibus.

IV. Hic libro alios postea addidit in idem argumentum, cum Gothofredus ipse, tum qui in ejus subsidium quasi succenturiatus advenit, Claudius Salmasius, qui Heidelbergæ in Jurisprudentiæ schola Dionysium Gothofredum, Jacobi patrem magistrum habuerat. Ex eo tempore hæc de suburbicariis Eccle-



clasis questio celeberrima facta est, de qua Hieronymus Alexander junior in lib. de suburbic. region. & dioc. Episc. Roman. Marcus Antonius Capellus in disputa. de summo Pontificatu, & region. suburbic. c. 9. Jacobus Gutberius in speculo de Eccles. suburbic. Joannes Darts in opuscul. de suburbic. Eccles. Joani. Morinus dissert. Eccles. lib. 1. dissert. 70. de Marca, de Concord. Sacra. & Imper. lib. 1. cap. 5. Henricus Valerius in observ. ad Socin. & Sazon. Christianus Lupus in not. ad 6. Canon. Nicenum, Leo Allatus de Eccles. Occid. & Orient. perpet. controvers. lib. 1. c. 2. & 4. Sabulstrat. Antiq. Eccles. tom. 2. dissert. 6. c. 1. Paglus ad annum 725. atque ante hos omnes plura in hanc rem disputaverat Cardinalis Petronius in Replicatione contra Jacobum I. Anglie Regem, lib. 1. c. 37. sed præ cæteris hanc questionem egregie versavit, & Gothofredo, & Salmasio strenuè opposuit Jacobus Sirmondus, à quo primùm contra Gothofredum edita est censura, conjectura anonymi. Scriptoris de suburbicariis regionibus & Ecclesijs: deinde adversum eundem ac Salmasium, qui Parisiis cogitabat, evulgata Adventoria Causidico Dictionis adversus Amicè ad Amicum epistolam de suburbicariis regionibus, & Ecclesijs, cum censura vindictarum conjectura alterius Anonymi denique libellus & artatus, quem inscripsit Progenitum. His in libris Sirmondus demonstrat, vana esse commenta, quæ de suburbicariis regionum etymò, ac nomine, deque earumdem numero, & situ adversus jurgant, nequaquam illas sic vocatas ostendunt quod suburbane forent, aut quod intra centesimum ab Urbe lapidem consistarent, sed quia suberant Publico Magistratu, seu Urbis Vicario, non autem Prefecto, cujus potestas non excedebat

territorii fines, & angustioribus est, quam centesimis terminis clauderetur. Quinimò Emmanuel à Schelstrate loc. cit. Paglus ad ann. 325. num. 74. Carolus à S. Paulo in sua Geographia sacra, aliique pastores, considerantes 6. Canonem Nicenum, seu verius explicationem, quam ei adiecit Rufinus, quæ hinc controversie potissimum occasionem præbuit, ubi enim Canon Nicænus habet: "Anntiqua consuetudo servetur per Aegyptum, Lybiam, & Pentapolim; ita ut Alexandrius Episcopus horum nominum habeat potestatem, quia" & urbis Romæ Episcopo parvis non nest: Legit Rufinus, ut apud Alexandriam, & in urbe Romæ vestusta consuetudo servetur, ut ille in Aegypti, vel hic suburbicariam, Ecclesiarum sollicitudinem gerat: "hinc inquam, considerantes non immerito existimant, nomine suburbicarium Ecclesiarum, quatum speciale sollicitudinem habet Romanus Pontifex, non solum intelligi provinciam Romanam, sed omnes comprehendi Occidentis regiones, quæ Romano Pontifici, tanquam Patriarchæ, parebant, siquidem Concilium Nicænum, & Rufinum, non de Metropolitanico, sed de Patriarchico jure loqui, ex contextu liquet, atque exinde conicitur, suburbicariis regiones, de quibus Rufinus, non solum intra centesimum ab Urbe lapidem non esse conclusas, sed alii universum porrigi Occidentem. Præterea, cum Gothofredus, & Salmasius principii loco straverint, quod Ecclesie, & Dioeceses perpetuo & constanter civillum Magistratum formam sint imitata, atque inde intulerint, Romani Antistitis Dioecesium non fuisse extensam ultra fines Romanæ Prefectura, illud falsum esse probavit Sirmondus, & post Sirmondum, inter cæteros eximie demonstravit Benedictus Bach-

nus in disert. de Eccl. Hierarchie originibus; cum enim alia sint rerum secularium ratio, alia Divinarum, sicuti ad Marcianum Augustum scripsit Leo Magnus, epist. 78. al. 54. cap. 5. Romanus Antistes, frejus potestate sibi à Christo Domino tradita, & ante & post institutam Urbanam Prefecturam, suam jurisdictionem libere exercuit, nulli illius habita ratione, quod etiam bene perpendit Leo Allatus cit. lib. 1. cap. 2. Atque ita ei dimissioni cum Salmasio, & Gothofredo finis est impositus, ut jam nemo sit inter Eruditos, inquit laudatus Valerius, qui non Sirmondi sententiam ambulet, quod ajunt, ultra angustetur.

III. Verum, licet Romana provincia non fuerit inquam adeo angustis limitibus coarctata, sicuti Gothofredus, & Salmasius contenderunt, non tamen indem semper terminis est definita, sed ejus amplitudo modo major, modo minor extitit. In primo quidem quiddam sit de tribus prioribus sæculis, quibus nullum in Italia, sive etiam in Occidente, fuisse Metropolitanum, præter Romanum, opinantur citatus Bachinius part. 2. num. 10. & Rubens in Morum. Eccles. Aquilæ. cap. 19. certum esse videtur, quod sæculo 4. ex septemdecim Italie regionibus, saltem decem subessent Metropolitanico juri Romani Pontificis, & aliz septem Archiepiscopo Mediolanensi parerent; quinimò, si fides habenda sit Josepho Cantello in Metropolitanarum urbium hist. civil. & Ecclesiast. part. 2. dissert. 6. c. 4. Romana Provincia duodecim Italie regionis per id tempus complectebatur. Cum autem dignitatem Metropolitanam assequitur sunt Aquilejensis, & Ravennatensis Ecclesie, quod primæ in fine ejusdem sæculi 4. alteri sæculi 7. contigisse idem Bachinius, & Rubens existimant, alia suc-

cessit Italie regionum divisio; Aquilejensis assignata sunt Venetia, & Istria; Ravennatensis Flaminia, & Anagnina; cæteris subjectis, ut antea permamentibus, aut Mediolanensi, aut Romano Metropolite, quemadmodum probat Carolus à S. Paulo in cit. Geographia sacra. Labente sæculo 17. Urbanus II. erecta Pisana Sede in Metropolim, Romanæ provincie amplitudinem, jam multum imminutam, arctioribus adhuc limitibus constrinxit. Quare Innocentius III. qui in sæculi insequentis fine Romanam Sedem adeptus est, in cap. Sua nobilitas, de offic. Vicarii, Romanam provinciam inter Capuanam, & Pisanam sitam divisit. In antiquo codice Valtiano à Baronio prolato ad ann. 1057. qui simillem Carolus à S. Paulo se reperisse testatur in bibliotheca Thuana, describitur provincia Romana, intra quam; præter septem Episcopos Cardinales, dictos Collaterales, quia Pontifici in Urbe semper atant, numerantur Episcopi amplius sexaginta, qui Suffraganei erant Romani Pontificis, nulli alio Archiepiscopo subjecti; atque in hoc alio locum habent Lunensis, & Ariminensis; quorum Sedes, ut cæteras omittamus, ducentis fere passuum millibus Roma distat. Sed alie postmodum sequitur sunt distractiones Romanæ Provincie. Martinus V. Florentinam; Pius II. Senensem, Pius IV. Urbinatensem, Gregorius XIII. Bononiensem, Sixtus V. Firmantem Ecclesias in Metropoles erexere. Quocirca Romana provincia, etsi etiam hodie, juxta laudatam Decretalem Innocentii III. sita dicatur inter Pisanam & Capuanam, non tamen absolute constat ex omnibus omnino Episcopis intra utramque existentibus, sed ex illis dumtaxat constituitur, qui & existunt inter Capuanæ, & Pisanæ provincie limites, & nulli Archiepiscopo subjec-

non; ac proinde eum Concilium Tridentinum 122. 24. cap. 2. de Reform. decreverit, ut Episcopi, qui nulli Archiepiscopo subiciantur, aliquem vicinum Metropolitanam semel eligant, in cuius Synodo Provinciali cum aliis interesse debeant; sacra Congregatio, ejusdem Concilii interpres, die ultima Julii 1584. declaravit sub hoc decreto non comprehendi Episcopos provincie Romanæ, quoniam isti immediate subiciuntur Papæ, tanquam eorum Archiepiscopo & Metropolitanæ. Idemque iterum statutum fuit in Congregatione habita coram sanct. memor. Benedicto XIII. die 28. Martii 1524. Aut enim ejusmodi Episcopi, qui Ecclesias regunt, inter provinciam Capuanam, & Pisanam, fuerunt auctoritate Papæ divisi à Provincia Romana, & adscripti inter Suffraganeos alienius Archiepiscopi, & tunc sine ulla dubitatione, hujus Provinciali Concilio interesse debent; aut adhuc perseverant soluti à cujuslibet Archiepiscopi jurisdictione, & imperio; & tunc censentur Suffragani Papæ, ejusque Metropolitanico juri immediate subduntur.

IV. Quæ hæcenus diximus, perspicuos & manifestos reddunt, si non antiquos, saltem recentiores fines Romanæ provincie, & designant & indignant quodammodo Episcopos Suffraganeos summi Pontificis, à quem propterea neque poterit remorari à Synodo Provinciali, quando ei liberit, pronuntianda, sub hoc frivolo prætextu, quod certò definiti nequeat, quanam Episcopi sint ad eam convocandi.

V. Examinandum tunc superest, an Romanus Pontifex, & suo generis personam Archiepiscopi & Metropolitanæ, Concilium merè Provinciale unquam coegerit. Plerique Eruditi opinantur, ex Romanis Conciliis, quo-

rum, præter quinque Lateranensia Generalia, numerantur novem supra centum, nullum omnino fuisse merè Provinciale, ob admissionem scilicet, & interventum aliorum Episcoporum, qui ad Romanam provinciam non pertinebant. Alii ex adverso asserunt, ex illis inter verè Provincialia esse recensenda; nam, etiam nonnulli adfuerint exteri Episcopi, adeo tamen exiguus fuit istorum numerus, ut credere fas sit, eos non accessisse vocatos, sed cum fortuito Romæ reperirentur, honoris causa fuisse ad Concilium admittendos. Ejusmodi, inter cætera, fuisse Concilium illud Romanum à Bonifacio IV. circa annum 610. coactum, cui interfuit Mellitus Episcopus Londinensis, dicimus ex Bedæ lib. 2. cap. 2. apud Spelmanum *Concil. Britan. tom. 1. pag. 139.* hæc narrante: «His temporibus venit Mellitus Londoniæ Episcopus Romanæ, de necessariis Ecclesie Anglorum causis, cum Apostolico Papa Bonifacio tractaturus. Et cum idem Papa Reverendissimus coegeret Synodum Episcoporum Italicæ, de vita Monachorum, & quiete ordinaturus, & ipse Mellitus inter eos assedit. Nec dissimile fuisse credimus Concilium in Basilica S. Petri à Gregorio II. anno 721 celebratum, in cuius Actis subscripti apparent viginti duo Episcopi, quorum duo tantum, aut tres non erant de provincia Romana.

VI. Verùm, quidquid sit de aliis, indubitatum est, verè, propriè, & strictè Provinciale fuisse Concilium à sanct. mem. Benedicto XIII. habitum in Basilica Lateranensi anno 1725. cui nos interfuimus, uti Doctor in Decreto, seu Canonista: in illius quippè indictione Pontifex decretum commendat Concilii Tridentini de Synodis Pro-

Provincialibus, à singulis Metropolitanis quolibet triennio cogendis; additque, se huic decreto obtemperasse, pluresque Synodos Provinciales habuisse, quamdiu in sua Metropolitana Ecclesia Beneventana resideret; & ad supremum Pontificatum evectum, velle hanc Episcopalis ministerii partem obire, ut primæ Sedis exemplo, cunctis Ecclesie Pastoribus, quid ab ipsis agendum foret, proponeret. Accedit, ad illud dumtaxat vocatos fuisse Episcopos, in speciali Romana provincia constitutos, videlicet inter Capuanam provinciam, & Pisanam, Archiepiscopos Suffraganeos carentes, Episcopos Sedis Apostolicæ immediate subjectos, & Abbates nullius diocesis jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, qui aliis sibi Metropolitanum, cuius Provinciali Concilio interessent ad formam Tridentinæ, non elegerunt, ac singulis denuntiaturum fuisse, ut ad Concilium accederent, suarum Ecclesiarum necessitates proponerent. Hæc autem omnia, quæ totidem verbis leguntur in literis indicationis Concilii, aperte continent Concilium, de quo est sermo, esse Provinciale accensendum. Et quamvis, præter Episcopos, adfuerint etiam S. R. E. Cardinales, quorum interveniunt dubitationem nonnullis iniecit, ne idcirco Provinciale dici non posset, rectius tamen aliis vitum est, non propterea esse delendum à Provincialium albo; Cardinales siquidem admitti fuerunt, veluti Capitulum Papæ, atque ut eorum presentia augustinus redderetur consensus, & Pontificia maiestas consueto comitatu emineret. In hac sententia fuerunt sanctorum Urbis Congregationes, quæ ex citatis controversiis, quoad obligationem servandi præfati Concilii decreta, semper responderunt, hæc extra Romanam provinciam vires non obtine-

re; quod utique non disissent, si illud non reputasset merè Provinciale.

VII. Sed, & an aliquando Synodus Diocesana sit à Romano Pontifice coacta, altera questio est, quæ tamen paucis absolvitur. Antiquis Ecclesie temporibus consuevisse summos Pontifices Romanum Clerum coram se congregare, ut, omnium consilio audito, de re aliqua gravi deliberarent, ex insuper, quæ lib. 1. cap. 1. n. 5. enarravimus, ita enim se gessisse legimus Cornelium Papam in causa Maximi Urbani, & Synodii, & situm in causa Joanniani, & sociorum, sicuti *ibidem* & num. 6. ex utriusque Pontificis epistolis retulimus. In Synodum pariter convenisse universum Romanum Clerum, ut responderet S. Cypriano, à quo, vocante Romana Sede per obitum Fabiani Papæ, veluti primæ Sedis Clerus motus fuerat de insolentia lapsorum, qui nulla licet functi poenitentia & veniam & communiõnem audacter exposebant, ipsæmet Clerus testatur suis ad eundem Cyprianum Epistolis, quæ inter epistolæ Cypriani sunt 30. & 31. quamvis, ut verè fateamur, ea Synodus non possit dici merè Diocesana, quoniam ab ipsomet Romano Clero plures Episcopi fuerunt ad eam accessit, ut in secunda ex præfatis epistolis narratur. Posteriori Ecclesie ævo, seu in tabulis Ecclesiasticis mediæ ætatis, vix ulla occurrit mentio habiti cœtus omnium Clericorum solius Romanæ Ecclesie; quod fortasse vel ideo evenit, quia frequentius tunc Romæ fieri cœperunt Concilia Episcoporum, in quibus summi Pontifices etiam specialia Romana Diocesis negotia tractare & expediri poterant; vel quia, nimium aucto Romani Cleri numero, fidem Pontifices satius duxerunt solos Cardinales ad consilium adhibere. Illud certò ali-



37  
 nemare possumus postremis hinc tem-  
 poribus nullam inveniri Synodum Dicoe-  
 cesanam à Romanis Pontificibus coram  
 eos convocant. Utrum autem illam coege-  
 rint opera sui in Urbe Vicarii, mox  
 inquiremus.

CAPUT III.

De Cardinali Urbis Vicario.

NON est hic sermo de Cardinali Vi-  
 cario, qui Pontificis vices in Ur-  
 be gerat cum amplissima jurisdictione,  
 & potestate, tum quoad secularia, tum  
 quoad Ecclesiastica; & quales fuerunt,  
 quos idem Pontifices, cum Avenio-  
 ne residerent, Romane urbis prefectio-  
 bant regioni, & qualis praeerat fuit  
 Cardinalis Inulcus Avalot, quem Cle-  
 mens VIII. Ferrasiam sedes, sui  
 Vicarium Romae reliquit, ut legitur  
 in eisdem Clementis Constitutione 53.  
*Bullar. Rom. tom. 7.* si siquidem Le-  
 gati potius de latere, quam Vicarii Pa-  
 pae, speciem praesentebant; neque  
 loquuntur de Cardinali Vicario, qui  
 in olim constituebatur, ut non pre-  
 sente, sed absente dimittatur Roma-  
 no Pontifice, Episcopalia munia in  
 Urbe exerceret, de quo Auctor am-  
 nymus antiquae chronicae Normanna  
*inter scripturas antiquae historiae Nor-*  
*mannorum editos ab Andrea Duches-*  
*no Paris 1619. pag. 288.* haec ha-  
 bet ad an. 1152. Successit ei Gilli-  
 eus Eugenio III. Concedit Sabinen-  
 sis Episcopus, Apostolicæ Sedis in  
 Urbe dimittatur in agenda Episco-  
 palibus, dum Papa deest, ex anti-  
 qua consuetudine pro dignitate loci  
 sui, Vicarius, qui erat natione  
 Romanus, vir grandævus, & apud  
 Romanos auctoritate præclarus, exin-  
 de vocatus Anastasius IV. Sed agitur  
 de Cardinali Vicario, qui est Ordina-  
 rius in Urbe, ibique representat pec-

DE SYNODO DIOECESANA.  
 sonam Papae, non tamquam Papae, sed  
 tamquam Episcopi Romani, cum plea-  
 jurisdictione Episcopali exercenda,  
 tam absente, quam presente Papa, jux-  
 ta ea, quae cumulantur *decis. 62. post*  
*collect. legal. Bonifacii*, adnotavitque  
 Cardinalis de Luca de *jurisdictione*  
*disc. 34. n. 10.*

II. Huius Cardinalis Vicarii jurisdic-  
 ctio Ordinaria est, ideoque, etiam  
 Apostolica Sede vacante, in suo vigo-  
 re perseverat, ut recte observat *Fag-*  
*in cap. Cum olim num. 69. de ma-*  
*yorib. & obed. Eadem vero protenditur*  
*quidem usque ad quadragessimam ab*  
*Urbe lapidem, sicuti adnotavit Gon-*  
*zalez in cap. Sua nobis num. 6. de*  
*offic. Vicar. non tamen complectitur*  
*locum intra eundem circuitum existen-*  
*tia, quae sunt alteri subiecta Episco-*  
*po, puta Tusculano, vel Nepesino,*  
*ut prosequitur Anastasius Germonius*  
*de Indulgentiis Cardinalium & Tibi quoad*  
*vicarii num. 80. & seq. Et quam-*  
*vis ex Constitutione Alexandri VIII.*  
*quam exorpat Romualdus Honorate*  
*in Praxi Secretariae Tribunalis Car-*  
*dinalis Urbis Vicarii c. 6. not. 1.*  
*vel Cardinales Episcopi suburbicarii,*  
*Ostensis, Anagnini, Portuensis, Sabin-*  
*ensis, Tuscolanus, Albanensis, &*  
*Prænestinus, nisi proprium Episcopum*  
*Suffraganeum in sua quisque Diocesi*  
*habeat, aut ipsi in ea commorantes,*  
*Ordines per semetipsos conferant, ad*  
*solum Cardinalem Urbis Vicarium di-*  
*mittere possit suos subditos, sive sa-*  
*cris, sive minoribus initiatos. Ord-*  
*inibus; non propterea tamen Cardinalis*  
*Vicarius nullum tibi vindicare potest*  
*Ordinariae jurisdictionis exercitium in*  
*prelatis suburbicariis Diocesis, quod*  
*nos post nostram ad Petri Cathedram*  
*ascensum declaravimus in Constitutione*  
*113. quae incipit Romana Curia c. 27.*  
*nostri Bullar. tom. 1. pag. 457. Quam-*  
*obrem, est jurisdictione Cardinalis Vic-*

rii

LIBER II. CAPUT III.

rii ad quadraginta ab urbe milliaria  
 dicatur extendi, detractis tamen finiti-  
 mis Diocesis, & spectato exiguo  
 numero Ecclesiarum, hominumque ex-  
 tra Urbem existentium, qui eidem sub-  
 duntur, videtur potius intra unius Ur-  
 bis moenia conclusa, juxta Decretalem  
 Innocentii III. in *cl. cap. Sua nobis:*  
*Quoniam jurisdictione Vicarii, quem*  
*Romanus Pontifex in Urbe reliquit,*  
*non extenditur extra illam, nisi ei*  
*specialiter sit concessum. Specialiter*  
*autem est illi concessum, ut Fratri-*  
*bus Ordinis Minorum Capucinorum,*  
*Capellani ministerii exercentibus in*  
*Pontificis triribus, facultatem im-*  
*petituri valeat excipiendi confessiones*  
*remittunt, aliorumque in triribus*  
*continue degentium, modo illas exci-*  
*piant in ipsis triribus, aut in portu*  
*Centumcellarum, vel in receptaculo*  
*vulgo Darsena, atque in hospitio in*  
*Darsena existente, non vero intra ci-*  
*vitatem Centumcellarum, ad Diocesim*  
*Viterbiensem pertinentem, & absque*  
*Episcopi Viterbiensis approbatione;*  
*quod totidem serè verbis docimus fuit*  
*à sacra Congregatione Concilii 18.*  
*Aprilis 1722. cui nos, ejusdem Sec-*  
*retarii munus tunc obepentes, ad peti-*  
*tionem Episcopi Viterbiensis, hoc nego-*  
*rium sedulo examinandum proposui-*  
*mus, sicuti videre est in Theaur. Re-*  
*solut. tom. 2. pag. 103. 147. &*  
*158.*

III. At nihilominus Cardinalis in  
 Urbe Vicarius pluribus est instructus  
 prerogativis, quibus aliis prestat Episco-  
 pum Vicarius, atque inter ceteras  
 hæc etiam potitur, ut possit, pro li-  
 bito, Romani Cleri Diocesanam Syno-  
 dum indicere & celebrare; quod aliis  
 Vicariis, sine speciali Episcopi man-  
 dato non licere, infra ostendetur. Id  
 enim juris ibi expresse, concredi con-  
 suevisse, cum à Papa in Administrum  
 assumitur, tradit *Cohell. in Notitia*  
*Tom. I.*

Cardinalatus cap. 55. §. Postunt, &  
 decretum est in Constitutione Pauli  
 III. 36. §. 10. *Bullar. tom. 1.* ubi or-  
 dinarius facultatibus Cardinalis in Urbe  
 Vicarii hæc quoque accensetur Syno-  
 dum in Romano Clero pro correctione  
 malorum morum, & pro necessitate,  
 juxta temporum opportunitates in Cle-  
 ro occurrentes, ubi, & quando libere-  
 rit, celebrandi, congregandi, &c.

IV. Licet autem ea, quam dixi-  
 mus, potestate rard admodum Cardina-  
 les Vicarii usi fuerint, aliqua nihilomi-  
 nus celebrata ab illis Synodi Dicoe-  
 cesane exempla comperimus. In codi-  
 ce Casanatenis bibliothecæ lit. G. v.  
 1. quedam extant antiqua Statuta  
 Cleri Romani, quae condita dicuntur  
 ab universo Clero Romano, in Ec-  
 clesia Monasterii Domne Rosæ anno  
 1784. congregato, jussu Stephani Car-  
 dinalis Tituli Sancti Marcelli, summi  
 Pontificis in Urbe, eiusque subditis  
 & districtu Vicarii Generalis; eadem-  
 que Statuta iterum examinata & ap-  
 probata dicuntur anno 1792. à Joanne  
 Abbate Monasterii Sancti Pauli de  
 Urbe, Vicario Generali Bonifacii IX.  
 Alia insuper in eodem codice extant  
 Constitutiones à Francisco de Padua  
 Episcopo Feltrensi, Vicario Generali  
 in spiritualibus Pii Papæ II. anno 1461.  
 editæ, & promulgatæ in Ecclesia Sa-  
 ncti Eustachii, post solemniter decan-  
 tatum Missam de Spiritu Sancto, &  
 cum assensu universi Romani Cleri,  
 ibidem Synodaliter congregati. Qua-  
 propter, sive considerentur ipse Con-  
 stitutiones, quæ morum reformatio-  
 nem respiciunt, sive ratio habeatur  
 ritus & solemnitas, qua conditæ  
 sunt, nihil in illis desideratur, ut in  
 vera Synodo Diocesana factæ dica-  
 tur.

V. Præter istas duas, nullam aliam  
 invenimus Synodum à Cardinali in  
 Urbe Vicario habitam. Vidimus non-  
 nul-

R

C



nulla Statuta à Jeanne Garca Cardinali Millino Urbis Vicario, aliisque à Gaspare Cardinali Carpineo, tempore Clementis XI. pariter hactenus, condita; sed cum neque hac, neque illa facta fuerint in Cleri congregatione, neutra Constitutionum Synodaliū nomen possunt sibi usurpare.

VI. Ne verò quāquam ex tam diuturna omissione Synodi Dioecesanæ occasionem arripat obloquendi de Romanis Pontificibus, aut ipsi illarum continentium Synodos, quarum coactionem Tridentinum præcepit, & irritatem ipsimet illis proponunt, & deprædicant, duo considerare oportet. Primum, totam ferè Dioecesim Romanam (ut paulo ante prænotavimus) unius Urbis incensibus concludi, atque idcirco & Pontifex & Cardinalis Vicarius, una veluti conversione oculoꝝ, omnes iux Dioecesis Parochos, Presbyteros, cæterosque de Clero intrinseci, ac qualibet hora eorum quemlibet ad se accedere possunt; atque hinc viciniam, cum opus fuerit, semper ad Pontificem, ejusve Vicarium parat aditus; quod non contingit in aliis Dioecibus, & quæ plerumque ex Ecclesiis, locis, & oppidis conflantur, inter se, & à Civitate, ubi Episcopus residet, longè dissitis; unde huc appositè cadit responsum, quod in re diversa dedit Innocentius I. *epist. 25. num. 8.* ex recensione Petri Constant. col. 860. Decentio Episcopo Eugubino sciscitanti, cur illis non liceret, quod Romæ fiebat, inquiriens: *De sermone, quod die Dominica per Titulum mittimus, superfluum nos consulere voluerit, cum omnes Ecclesie nostra intra civitatem sint constitute.*

VII. Alterum advertendum est, plures esse in Urbe Cardinalium Congregationes à Sixto V. *Constitutione 74.* institutas, in quibus etiam, quæ in

dies occurrunt Romæ Ecclesiasticæ negotia sæpius pertractantur, atque exorta inter Clerum controversæ discutuntur; ex quo efficitur, ut Synodi omnisio Ecclesiasticæ Urbis disciplinæ nullum irrogare damnum; quidquid enim pro reformandis populi, & Cleri moribus difficiliss, & tardiss obtineretur à Synodo, facilius, & celerius præstatur, aut immediatè à summo Pontifice, aut à Cardinalium Congregationibus.

VIII. Eadem est ratio, cur intermissi nunc fuerunt frequentes illi Episcoporum conventus, qui olim Romæ habebantur; ad hos quippe potissimum vocabantur Episcopi Italici, quorum consilio & operâ summi Pontifices in gravioribus Ecclesiæ negotiis definiendū utebantur; at, postquam in illorum locum successerunt Cardinales, quos Romani Pontifices in propriis & stabiles consiliarios sibi specialiter adscribebant, superfluum visum est, tam sæpè Episcopos à suis Sedibus disvellere, atque ad Urbem vocare. Præcipue verò, cum inter Cardinales, sex adsint Episcopi suburbicarij, quidquid à Pontifice in eorum congressu, auditoque eorumdem suffragio, decernitur, non immerito videri potest, in quadam veluti Episcoporum Synodo definitum. De qua re videri possunt Cardinalis Bellarminus *Controvers. tom. 2. de Clericis lib. 1. c. 16.* Petrus de Marca *de concordia Sacerdotij, & Imperij lib. 1. c. 9. n. 7.* Schelestrat *Antiquitat. Eccles. 1. 2. dissert. 6. c. 4. art. 2. num. 15.*

## CAPUT IV.

## De Archiepiscopo.

Qui Metropolitanus est provincie, idem Episcopus est iux civitatis, & qui Primas est Dioecesis, sump-

ta hic Dioecesi pro plurium provinciarum tractu, sicuti accipitur in *leg. unic. C. Ut omnes Judices*, idem est Metropolitanus suæ provincie, & suæ item civitatis Episcopus; sunt enim inter se ita gradus hi comparati, ut superior semper inferiori complexetur; uti bene animadvertit Sirmundus in *cit. censuræ conjecturæ Anonymi de Eccles. suburbicar. dissert. 1. cap. 5.*

II. Atque hinc fit, ut qui Metropolitanus est, non solum cogere possit Synodum Provinciale cum suis Suffraganeis, ut consulari provincie, sed etiam Dioecesanam cum suis Presbyteris, ut suo prospiciat Episcopatu. Utque à cæteris profertendū abtineamus exemplis, adhuc extant Concilia Provincialia, & Dioecesana S. Caroli Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, Concilia Provincialia, & Dioecesana S. Thurbii Archiepiscopi Limani, Concilia Provincialia, & Dioecesana sanct. mem. Benedicti XIII. Archiepiscopi Beneventani.

III. Hæc obvia sunt, nec quidquam difficultatis habent; unum tamen hic in questionem venit. Aliqui sunt in Italia Archiepiscopi, unicum habentes Suffraganeum; Teatinum videlicet, Brundisium, Cosentinum, & Spontonium. Aliqui Suffraganeis omnino carentes; Rossanensis nimirum, Lanitanensis, Lucensis, & Ferrariensis; & de his postremis dubitatur, an si Synodum cogant, cui præter Parochos, aliosque suæ Dioecesis Presbyteros, intersint etiam Præpositi, & Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, ejusmodi Synodus dicenda sit Dioecesana, an Provincialis.

IV. Plurimorum menti incederat hæc olim opinio, quod Provincialis & diceretur, & esset. Cumque Tridentinus Episcopus anno 1584. morem gerens superius relato decreto Tridentini

*sess. 24. cap. 2. de reform. elegisset Archiepiscopum Lanitanensem, cujus Provinciali Synodo interesset, & anno 1794. excitata fuisset controversia, an præfata electio, jamdiu facta, sustineretur; sacra Congregatio Concilii censuit, sustineri, ea potissimum de causa, quod Archiepiscopus Lanitanensis, etsi Suffraganeis careret, habebat tamen intra suam provinciam Præpositum Atisicæ, aliosque Abbates Nullius, cum quibus poterat Provinciale Concilium celebrare, quod fusc narrat Cardinalis Petra ad *Constitut. Apost. tom. 1. num. 32. pag. 471.**

V. Sed aliter res se habuit, cum eadem questio in Concilio Romano sub Benedicto XIII. anno 1725. fuit instaurata. Archiepiscopi Lanitanensis, & Rossanensis, jus sibi asserturibus celebrandi verum Concilium Provinciale, quamvis Suffraganeis careant, atque ideo contendentes, integrum esse Episcopis nulli Archiepiscopo subjectis, alterum eorum eligere, cujus Provinciali adsint Concilio, strenuè se opposuit Francis Maria Pitonius, alter ex Doctores in Decretis, seu Canonista Concilii, elucubrata dissertatione ostendens, Archiepiscopos, nullos habentes Suffraganeos, non posse cum veritate, & proprietate sermonis dici absolute Archiepiscopos, & Metropolitanos, sed tales dumtaxat appellari cum hac restrictione, meri scilicet honoris, seu honorarios, & ex privilegio Apostolico, juxta textum in *Can. Scilicet 6. quest. 3.* ex quo intulit, menti Tridentini neutiquam satisfieri ab Episcopis, qui cum nulli subiciantur Archiepiscopo, præfatos Archiepiscopos eligant, quorum Provinciali intersint Synodo. Nulla quippè Synodus, ab his celebrata, etiam cum intervenit Abbatum fructuum jurisdictione quasi Episcopali, cum terri-

nsalva Metropolitani subiectione, Archiepiscopi fungerentur officio & honore. Ex quibus primus fuit antiquus ille Urbicus, & multo post, tempore Pipini Regis, ex sorore nepos Crodegandus, & post eum Angelramus, & alter ab illo Drogo Caroli M. imprimis filius.

VI. Scimus præterea, aliquot Archiepiscopos decoratos fuisse titulo Patriarchæ, quin tamen idcirco Patriarchalia jura sint assequuti. Atque, ut alios plures præmittamus Metropolitas, quibus etiam simplices Episcopos, qui se Patriarchas appellarunt, de quibus Cironius *Observat. jur. Can. lib. 1. cap. 11.* refert Dionysius Samaritanus in *sua Gallia Christiana t. 1. col. 26.* Rodolphum Archiepiscopum Bituricensem, atque Aquitaniam Primatem, Patriarchæ titulo cohortentatum fuisse à Nicolao I. quod etiam narrat Christianus Lupus in *rehol. & not. ad Concil. tom. 1. pag. 911. edit. Lovanien.* & constat ex ejusdem Nicolai epistola 19. in Collectione Harduini tom. 5. col. 342. relata pariter à Gratiano in *Can. Conquestus. 9. quest. 7.* Eiusdem verò tituli tenaces, fuisse Rodolphi Successores, colligitur ex epitaphio inciso tumulo Henrici I. Archiepiscopi Bituricensis, qui Cardinalia dignitate, & Apostolicæ Legationis munere ab Urbano III. insignitus, obiit anno 1200. in eo siquidem epitaphio, teste citato Sammarthano *codem tom. 2. pag. 59.* legitur:

*Hic bonus Henricus, vir nobilis,  
& Patriarcha  
Quondam Bituricus, tumuli jacet  
hujus in arca.*

VII. In Bibliotheca pariter novorum librorum, edita à Labbeo *tom. 2. pag. 1.* extat Opus inscriptum: *Patriarchatum Bituricense; & anonymi Auctoris, quod tamen compositum creditur circa annum. 1537.* à quodam Monaco Mo-

nasterii S. Sulpitii Bituricensis, atque in eo habetur, Franciscum de Tournon Metropolitam Bituricensem, & postea S. R. E. Cardinalem anno 1528. Provinciali præfuisse Concilio in cuius Actis habetur: *Presidente Francisco de Tournon, Archiepiscopo Patriarcha Bituricensi, Primate Aquitanie.* Sed quamquam Archiepiscopi Bituricensis Patriarchæ titulum, ab Apostolica Sede tenel obtentum, constanter retinuerint, rectè tamen existimantes, eum esse meri honoris, nunquam Patriarchalia jura sibi vindicare, jurisdictionemque in ceteros Primates ausi sunt exercere, sicuti animadvertunt Alteserra *rerum Aquitanicarum lib. 4. cap. 4.* & Du-Cange in *Glossar. verb. Patriarcha dicitur etiam Primates.* Neque Nicolaum I. cum Rodolphum Bituricensem appellavit Patriarcham, aliud in animo habuisse, nisi novo honorificentie vocabulo ejusdem Primatiam dignitatem cumulare, eo planè modo, quo, notante Christiano Lupo *cit. loc.* in Concilio Chalcedonensi omnes Metropolites, ad majorem honoris significationem, vocati sunt Patriarchæ, optime inferri ait Joannes à Costa ad *Decret. Gregorii IX. pag. 176.* ex ejusdem Nicolai responsis ad consulta Bulgarorum, in quibus *cap. 92.* præter Romanum Pontificem, qui est Patriarcha Oecumenicus, duos tantum commemorat veros Patriarchas, videlicet Alexandrinum, atque Antiochenum (Constantinopolitanum, & Hierosolymitanum nondum fuerant legitima auctoritate in eos cooptati Patriarchas.) "Deusideratis nosse (scripsit Nicolaus) quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui Sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent; idem qui illis præsent Ecclesie, quas Apostoli instituisse probantur, Romanam

videlicet, & Alexandrinam, & Antiochenam." Eiusmodi, rationatur à Costa, non ita scripsisset Nicolaus, si Archiepiscopum Bituricensem, qui ipsemet Patriarchæ nomen attribuerat, veris accensisset Patriarchis, veraque Patriarchalia jura eidem contulisset.

VIII. Similiter in Prefatione Concilii Matisienensis secundi, quod habitum fuit anno 185. Patriarchæ nomen Prisco Archiepiscopo Lugdunensi tributum legitur: *Priscus Episcopus Patriarcha dicitur.* Cui tamen postremus ejusdem Concilii Canon, non alium, quam Metropolitam titulum desiderat: *Et hoc adimplere sollicitudinis est Metropolitanis Lugdunensis Episcopis.* Sed & ante id temporis apud Gothos, & Vandalos obtinuisse morem, ut suos Episcopos Patriarchæ nomine appellarent, testatur Victor Vitensis in *Historia persecutionis Africane sive Vandalicæ lib. 2. tom. 8. Biblioth. Patrum pag. 680. lit. E. & pag. 683. lit. pariter E.* Ex Gothorum autem consuetudine, Cardinalis Baronius *ad annum Christi 575. num. 36.* derivatum esse ait, ut in Occidente Archiepiscopi etiam Patriarchæ titulo appellarentur: *Ex Gothis enim ejusmodi vocis usus emersit, ut Archiepiscopi in Occidente Patriarchæ etiam dicitur coepit.* Idem quoque affirmat Pater de Rubéis in *Monumentis Ecclesiæ Aquilensis c. 21. n. 4.* & alii ad Orientales Metropolites extendunt, ut Henricus Palladius *rerum Forjulienarum lib. 5. n. 77. & 78. t. 6. part. 4. Theauri Hist. Italiae pag. 55. Auctor. Justit. Moral. part. 2. lib. 7. c. 57.*

IX. Hæc autem ritè expedites Patres laudati Concilii Romani, Pitoni sententia ad hæserunt, neque in præfatis Episcopis alia Metropolitania jura agnoscentes, nisi meri nominis atque honoris, quod Pitonius conclu-



serat, suo approbatur statutumque decreto *tit. 9. cap. 2.*

### CAPUT V.

#### Generalia de simplici Episcopo.

Jus cogendi Synodum Diocesanam est adeo proprium Episcopi, ut ad eam cogendam non sit ei necessarius cujusquam alterius consensus, puta Archiepiscopi seu Metropolitanum, qui fortè subijcitur, quemadmodum antiquioribus relatis, docent Bottus de *Synodo Diocesana part. 1. num. 24.* Massobius de *Synodo Diocesana cap. 2. Pax Jordan. lib. 8. tit. 1. num. 12.* & optimè Ugonius Episcopus Phamagustanus de *Conciliis in prelad. pag. 3.* ubi loquens de Episcopo, inquit: *Nemo in sua Diocesi Synodum congregare potest sine eo, vel ipsius auctoritate, et Episcopus dictam suam Synodum potest sine auctoritate Metropolitanus sui facere.*

II. Sed, quandam Episcopus plenum & expeditum jus assequitur suam Synodum cogendi, difficultas est, quam breviter exponemus, & pateis enodabimus.

III. In promotione ad Episcopatum, duplex contrahitur spirituale conjugium; alterum inter eligentes, & electum, quod perficitur per electionis confirmationem; alterum inter Episcopum confirmatum, & Ecclesiam, quod per consecrationem absolvitur, uti disertè habetur in *cap. Inter corporalia, §. Sicut enim, de translat. Epis.* In presentis rerum statu, & pro ea, que nunc viget in Ecclesia, disciplina, electio ad Episcopatum sibi vindicat locum in sola Germania; Reliqui Episcopatus conferuntur à Papa in Consistorio aut omnino libère, aut prævia nominatione Regum, & Prin-

### DE SYNODO DIOCESANA

cipum, quibus jus est idoneas personas ad illos nominandi; atque in his postremis ipsamet Episcopatus collatio, à Papa facta in Consistorio, vim habet electionis simul & confirmationis, quod docuerunt Innocentius in *cap. Cum olim in princip. de causa possessionis, & proprietatis, Glossa in c. 1. verb. Provisionem, de electione, in 6. Azorius Instit. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 6.* Fagnanus in *cap. Eam te n. 15. de re scriptis*, atque ex ipsis verbis liquet, que à Papa in Consistorio pronuntiantur: "Auctoritate Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra; Ecclesiam N. de Persona N. providemus, ipsi usque illi in Episcopum præficiamus & Pastorem, curam & administrationem ipsius eidem in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo."

IV. His præmissis, disputatur: an Episcopus aut à Capitulo electus, aut à Papa in Consistorio promotus, ante sui consecrationem Synodum celebrare queat. Cujus tamen questionis decisio vix quidquam conferre potest ad praxim; nam cum electi in Episcopos, etiam si fuerint S. R. E. Cardinales, teneantur intra tres menses munus consecrationis suscipere, juxta decretum Tridentini *sess. 23. cap. 2. de reform.* difficile videtur, velle Episcopum intra illud primum trimestre spatium, cum nondum perspectas habet res Diocesis sibi commissa, cogere Diocesanam Synodum. Quid nihilominus communitè Doctores sentiant, indicabimus.

V. Bottus de *Synodo part. 1. n. 26. & seq.* post Innocentium, Zabarellam, & alios antiquiores, re bene discussa concludit, Episcopum electo, & confirmato fas esse, suam Synodum

sta-

### LIBER II. CAPUT V.

statim habere; eidemque opinioni subscribit Pax Jordan. *lib. 8. tit. 2. numer. 13. & 14.* Ricc. in *praxi Curie Neapolitanae decis. 443. ab initio usque ad num. 8.* Massob. de *Synodo Diocesana c. 2. dub. 1. Gavant. in praxi Synod. Dioces. c. 2. in adnotat. §. 1. num. 2.* Laurent. in *Foro Beneficiali tom. 2. sect. 2. quest. 443. num. 5.* Romagnert. ad *Constit. Synod. Getunden. lib. 1. tit. 1. cap. 1. num. 10.* Etenim coactio Synodi est actus jurisdictionis, & meri imperii, quod supra ostensum est; & que jurisdictionis sunt, exerceri queunt ab Episcopo electo & confirmato, licet nondum consecrato, juxta textum in *cap. Transmissam, de electione.* Ante consecrationem autem ea dimittat exercere non potest, que sunt Ordinis, puta sacrum Christa conficere, Ordines, aut Confirmationem conferre, Virgines benedicere, Ecclesias, aut Altaria consecrare, Cabassut. in *theor. & praxi juris Canon. lib. 1. c. 7. n. 7.* quamvis committere & delegare valeat alteri Episcopo consecrato, facultatem ea omnia in sua Diocesi peragendi; quoniam sola delegatio ad exercendum Ordinem, est actus jurisdictionis, & non Ordinis; Azorius *Inst. Moral. part. 2. cap. 19. quest. 7.*

VI. Sed statim altera quoad eundem Episcopum electum & confirmatum suboritur questio: an videlicet possit Synodum cogere, etiam non obtentis & exhibitis litteris Apostolicis, vulgo Bullis, quibus ostendat, se legitima auctoritate talis Ecclesie orbe & regimini fuisse præpositum, sed etiam hæc nullo solvitur labore, respondendo omnimodò negativè. Textus enim in *cap. Injuncta, sub tit. de electione, inter extrava. comm. apertè interdicit electo & confirmato quicumque actum jurisdictionis, nisi litteris Apostolicis expeditis, lique quibus de jure ex-*

hibitis; ac potestatem insuper suspensionis à percipiendis suorum Beneficiorum fructibus, illis irrogat, qui sine ejusmodi litteris cum in Episcopum recipiunt, ut eidem obediunt, uti ad rem prosequuntur Massobius, Gavantus, Pax Jordan. *locis citatis*, duabus tamen additis limitationibus: Quarum prima est, ut possit electus & confirmatus, non expeditis Bullis, Synodum facere, si obtinuerit Breve Apostolicum de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, cum clausula, ut intra tot menses, & Bullæ expediatur, & consecrationis munus suscipiatur; virtute namque prædicti Brevis potest Episcopus omnia exercere, que jurisdictionis sunt, ac si litteræ Apostolicæ fuissent expeditæ; nec prohibetur ab exercitio eorum, que sunt Ordinis, si interim fuerit consecratus, quod bene animadvertit Pax Jordan. *loc. cit. num. 19.*

VII. Altera est, ut Cardinalis S. R. E. aliquo ex modis expositis in Episcopum electus & confirmatus, statim Synodum celebrare possit, etiam litteris Apostolicis non exhibitis; quoniam Cardinales, utpote qui in *citata Extravaganti* expresse non nominantur, non consentiunt sub ejus severitate comprehendi; quod, aliis allegatis, probat Pax Jordan. *cit. loc. num. 21.* & præter Doctores ab eodem relatos docent Fermosin. in *c. Transmissam quest. 6. à num. 1. ad 10. de electione, Diana in edit. coord. tom. 9. tract. 7. resol. 53. & 54. Ca. pon. discept. for. 10. num. 11. tom. 1. Rota decis. 1217. cor. Emeria jun. & in Cordubren. Beneficiorum §. Decemb. 1696. coram bon. mem. Ursino Decano.* Accedit Bonifacium VIII. perlicitam Extravagantem unice voluisse evitare periculum, ne quis se gerat pro Episcopo, qui Episcopus non sit; hoc autem non

C 4 ha-



habet locum in S. R. E. Cardinalibus quorum simpliciter assertioni, ob dignitatis, qua præfulgent, eminentiam, esse credendum, probat textus in *Can. Novissimus dist. 97.* & notat ibidem Glossa verb. *Nihilominus*, & recitè pondant Gonzalez ad regul. 8. *Can. cell. gloss. 24. num. 7.* Lotteç. de re *Beneficiar. lib. 1. quæst. 27. n. 52.* Passerinus de elect. c. 33. n. 23. Barbosa in cit. *Extravagant. Injunctæ num. 5. & de officio & potestate Episcoporum part. 7. alleg. 112. num. 35.*

VIII. Non omnia ex his, quæ de Episcopis hætenus diximus, aptantur Archiepiscopis, in quibus illud est peculiare, quod ne per consecrationem quidem a sequantur plenitudinem officii sui, nisi Pallium receperint à Romano Pontifice, ex cap. *Nisi specialis de auctoritate & usu Pallii;* non quod Pallium aliud superaddat consecrationi quoad Ordinis potestatem; sed quia liberum præbet accepti Ordinis exercitium, & Archiepiscopalis muneris quamdam veluti perfectionem affert, & complementum, quod adiuvat Innocentius Cironius ad tit. 8. *de auctoritate & usu Pallii pag. 32.* Quocirca, ne diu careant ea potestatis plenitudine, quæ ab ipsis in totius provincie commodum est derivanda, debent intra tres menses à suæ consecrationis die, vel, si jam antea consecrati erant, à die confirmationis numerandos, Pallium petere à Romano Pontifice, *Can. Quoniam dist. 100.* atque interim, sicut se Archiepiscopi nominare prohibentur in cit. cap. *Nisi specialis*, ita abstinere jubentur à Synodo Provinciali congreganda, Chrismate conficiendo, & dedicandis Ecclesiis, Clericis ordinandis, & Episcopis consecrandis, in cap. *Quod sicut de Electione*, ubi ita legitur: *Præterea, cum non liceat Archiepiscopo*

nsine Pallio convocare Concilium, consecrere Chrisma, dedicare Basilicas, ordinare Clericos, & Episcopos consecrere, multum profectò præsumit, qui, antequam impetret Pallium, Clericos ordinare festinat, neim id, non tamquam simplex Episcopus, sed tamquam Archiepiscopus facere videatur. Quodque constans semper hæc fuerit antiquioris Ecclesie disciplina, observavit Joannes à Costa ad tit. *Decretal. de auctoritate & usu Pallii. pag. 97.*

## CAPUT VI.

De Episcopo privilegium habente gerendo Pallium, & Crucem ante se deferendi.

Quamvis Pallium sacrum insigne sit, quod solum de jure competit Archiepiscopis; attamen ex summi Pontificis privilegio, nonnulli, qui & re & nomine simplices Episcopi sunt, consueverunt Pallio condecorari. Syagrio Augustodunensi Episcopo, ejusque Successoribus, ad petitionem Brunehildis Reginae, Pallii honorem delatum à S. Gregorio Magno, dicitur ex ejusdem Gregorii *epist. 11. lib. 9. indit. 2. Oper. col. 976. & epist. 109. ejusdem libri col. 1014.* Auctor vitæ Theodorici Episcopi Metensis, à nobis nuper relatus cap. 4. num. 5. speciales prosequens prærogativas Metensium Episcoporum cit. loc. ait: *Walo etiam, vir magnus in Christo reverentia, Pallii usum meruit, decreto Joannis Papæ; Joannis scilicet VIII. cujus litteræ, quibus hoc privilegium contulit Waloni anno 878. leguntur tom. 6. part. 1. Collectionis Harduini pag. 121.* Item Pallium accepisse ante & post Walonem plures Episcopi Metenses, licet Archiepiscopali jure non

non potirentur, constat ex Gallia Christiana veteris editionis tom. 3. pag. 711. & duabus sequentibus. Inter Episcopos Mindenses, quemdam Hercubertum fuisse Pallio cohonestatum, narratur in *Chronico Mindensium Auctoris anonymi tom. 1. Scripser. rer. Germanicæ. Meibomii junioris pag. 552.* ubi hos insuper antiquissimos rhythmos adducit:

*Nam Præsul honoratur,  
Mindensis qui vocatur,  
Dignitate Pallii.  
Quod tenet rationale  
Vocatur, & hoc non male;  
Nam trini Episcopi  
Tantum isto decorantur,  
Per quem rectè venerantur  
Locus, Gens, & Clerici.*

Alexandrum II. Pallii honorem contulisse Episcopo Halberstadiensi, ob concordiam inter Imperatorem Henricum III. & eundem Alexandrum promotam, testatur Burelærdus in *Chronico Halberstadiensi apud citatum Ichonium tom. 2. Scripser. Brunsvic. pag. 126.* ubi etiam refert concessio- nis diploma, cujus verba sunt: *"Itaque & locum, non in filii similitudine, sed in familiari affectu tibi concedimus, sanctæ quæque Halberstadiensis Ecclesie tuæ, ut sit filia Romana Ecclesie, prærogativam quoque attribuimus. Insuper quocumque, pio paternoque affectu, Pallio te vadoritate decrevimus, salva tamen auctoritate, aut magisterio sanctæ Metropolis Moguntine Ecclesie, salvo quoque Fratrum tuorum Coepiscoporum, & ordine, & loco." Et ne plura à nostra ætate remota perquiramus exempla, Pallii prærogativa etiam hodie gaudent Episcopi Quinqueleisensis, de quo in cap. Cum in juvenute de præsumpti. Episcopi*

Ostiensis, Bambergensis, Papiensis, & paucis antea annis, cum nondum Archiepiscopi honorem erat consequutus, Pallio utebatur Episcopus Lucentinus; de quibus omnibus Cuccus *Instit. lib. 1. cap. 6. tit. 8. Marchin. de Sacrament. Ordin. tract. 4. c. 9. numer. 1.* Durant de ritibus Ecclesie lib. 2. c. 9. n. 27. Ventriglia de jurisdictione *Episc. cap. 7. num. 3.* ac nuperimè sanct. mem. Clemens XII. ob præclara Episcopi Massiliensis in Ecclesiam merita, personale privilegium eidem concessit gerendi Pallium, quocumque viveret; idemque Pontifex perpetuum Pallii honorem denavit Episcopo Aretino. Undè porro cum Pallio interdum accessisse Episcopis prærogativam sedendi, statim post Metropolitanam, supra reliquos suæ provincie Episcopos, liquet ex *epist. 108. S. Gregorii ad Syagrium Episcopum lib. 9. indit. 2. cit. 1. 2. fol. 1012.* ubi, post concessum eidem Pallium, ait: *"Cujus ne indumenti munificentiam nodam videamus quondam modo contulisse, hoc etiam pœnitè propètinus concedendum, ut Metropoli tuo per omnia loco & ubi in te servato, Ecclesie civitatis Argentinæ, cui omnipotens Deus nuper esse voluit, post Lugdunensem Ecclesiam esse debeat, & hinc tibi locum & ordinem ex nostræ auctoritatis indulgentia vindicare. Ceteros verò Episcopos, secundum Ordinationis suæ tempus, sive ad nos conveniendum in Concilio, sive ad nos scribendam, vel in qualibet alia re, nusa attendere loca decernimus, & usurum tibi prærogativam ordinum vindicare." Hanc tamen loci prærogativam non fuisse ab Alexandro II. concessam Episcopo Halberstadiensi, ex ejusdem diplomate acutissimus; ex quo proinde colligimus, honorem Pallii non fuisse necessariò connexum cum jure*

procedendi antiquiores Episcopi, quinimo ex allegata S. Gregorii Magni epistola palam fit, specialis opus fuisse concessione, ut Syagrius, una cum Pallio, accederet praesentia sedendi statim post Metropolitanum supra ceteros sine provincia Episcopos. Et nihilominus nonnulli Episcopi, Pallio decorati, aliquando eodem detractarunt etiam suis Metropolitanis, pluresque controversias adversum eodem excitarunt, quas fuisse pertractat Franciscus Florens *Oper. Juridicor. tom. 1. ad lib. 1. Decretal. de auctoritate & usu Pallii pag. 259. & seq.*

II. Neque solium aliquot simplices Episcopi Pallii ornamentum à Sede Apostolica obtinuerunt, sed nonnulli eorum privilegium etiam impetrarunt deferendi ante se Crucem. Mora in praegestanda Crucis à summo Pontifice ad ejusdem Legatos primum fluxisse, assertit Thomassinus *de ori. & usq. Becl. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 59.* atque inde factum est, ut sanctissimus Hungariae Rex Stephanus, statim ac Apostolicae Sedis legatione donatus fuit, veluti eidem muneri consecrationem privilegium simul obtinuerit praederendi Crucem, quemadmodum narrat Auctor ejus Vite apud Surium *to. Aug. cap. 9. Pontifex Crucem ante Regem, seu Apostolica insignia gestandum adiunxit.* Ab Apostolica vero Sedis Legatis, mox ad Patriarcham, subinde ad Primate, & demum ad Archiepiscopos est propagatus. Non tamen omnibus Archiepiscopis fuit id juris universim, & indifferenter ab initio concessum, sed modo uni, modo alteri ex speciali gratia attributum; etenim Eugenius III. *epist. 10. tom. 6. par. 2. Collectionis Harduini col. 1250.* peculiari quodam privilegio, Archiepiscopo Colonensi Crucem praegestantem permisit, & Alexander III. apud

Baronium *ad ann. 1177. num. 76.* eadem prerogativa exornavit Archiepiscopum Salernitanum, quam postea Gregorius IX. Archiepiscopis Auxitano, Burdegalensi, & Messanensi est elargitus, apud Raynaldum *ad ann. 1228. numer. 38. & ad ann. 1273. num. 26.* atque ita pedetentim facta est omnibus Archiepiscopis communis, quod sub eodem Gregorio IX. aut sub Alexandro IV. contigisse, suspicatur laudatus Thomassinus. Porro Clemens V. in Concilio Viennensi, ut habetur in *Clement. Archiepiscopo, de privilegiis*, idem jus omnibus promissum Archiepiscopis asseruit, ac praeterea statuit, ut eidem licere Crucem praefere, etiam per loca exempta sine provincia: "Archiepiscopo per quaevis loca exempta sine provincia facient transirum, naut ad ea forsitan declinanti, ut in Crucem ante se liberè portari faciat, usacro approbante Concilio, praesentis Constitutionis serie duximus concedendum."

III. Verùm, quemadmodum in Ecclesia Orientali inter Patriarchalia insignia numeratur fax ante eos praelata, & nihilominus Archiepiscopis Bulgariae, & Cypri, privilegio datum fuit, ut praelata pariter lace per suas Dioeceses incederent, quod testatur Balsamon in *Melete*, ita in Ecclesia Latina, etsi jus praegestandi Crucem Archiepiscoporum sit proprium, iisque solis, spectato jure communi, competat; attamen, ex Apostolicae Sedis beneficentia, nonnullis Episcopis permissum est, ut instar Archiepiscoporum, Crucem ante se erecta, totam suam Dioecesim perlustrate, & loca etiam exempta, intra Dioecesis ambitum contenta, ingredi valeant. Scimus quippe, Episcopo Lucensi hanc potestatem factam esse à Lucio III. Celestino III. & Innocentio III. Cumque

Canonici Regulares Lateranenses monasterii S. Frigidiani civitatis Lucensis illam impugnant, contententes non licere Episcopo Lucensi, qui nondum Archiepiscopi prerogativam nactus fuerat, in eorum monasterium ingredi praelata Cruce, in sacra Congregatione Concilii die 8. Augusti 1716. propter enumerata Episcopi privilegia, causâ occiderunt, *tom. 9. Theauri Resolat. pag. 227.* Eodem privilegio jam ante Alexandrum III. inebatur Episcopus Papiensis; quo ab eodem Alexandro fuisse privatum, eo quod adhaesisset Octaviano Antipapae, narrat Baronium *ad ann. 1175. num. 12.* sed aut ab ipsonem Alexandro, aut à Successoribus illud postea recuperavit; nam, cum anno 1681. fuisset in questionem deductum, sacra Congregatio Concilii die 2. Februarii ejusdem anni illud adhuc vigere censuit, ut habetur *lib. 51. decretor. pag. 528.* Et nos ipsi, postquam ad supremi Pontificatus apicem evecti fuimus, Episcopo Eystetensi, ejusque Successoribus perpetuum privilegium induimus, Crucem ante se sublimem deferendi in sua eivitate, & Dioecesi, ad instar Archiepiscoporum; modo tamen Archiepiscopo praesens non sit; aut, si advenit, ejusdem consensus accesserit; cuius Archiepiscopi Metropolitanica jura in ceteris omnibus illata esse volumus, quod patet ex nostris Apostolicis litteris anno 1745. datis, editisque in nostro *tom. 1. Bullar. in ordine 135.*

IV. Ex privilegio Episcopis dato deferendi ante se Crucem, nulla oritur questio, quae ad Synodum Dioecesanam referri possit. Privilegii mentio habita est, ut, relato privilegio gerendi Pallium, non omittetur aliud privilegium à summis Pontificibus aliquando Episcopis concessum deferen-

di Crucem ante se more Archiepiscoporum. Ex privilegio verò deferendi Pallium, aliquando Episcopis concessio, dubium oritur, an, quemadmodum ante Pallii receptionem vetitum est Archiepiscopis Synodum facere Provinciale, ita & ipsis sit interdictum suam celebrare Dioecesanam. Primo aspectu videbitur fortasse cuiuspiam idem de utriusque ferendum iudicium; ne secus Archiepiscopus, Pallii prerogativa à jure communi donatus, deterioris conditionis sit, quam Episcopus, cui idem honor ex sola indulgentia & privilegio delatus est. At, re penitus inspecta, verius existimamus, Episcopum, Pallio insignitum, ante hujus receptionem posse suam Synodum habere; privilegium enim cumulat antiquis nova jura; sed antiqua non aufert, ne secus plus afferat detrimenti, quam commodi, *cap. Abbate, & Contra quod, de verbor. significat. & cap. In his, de privilegiis.* Quare, si quilibet Episcopus, statim ac est electus & confirmatus, & litteras Apostolicas expedit, potest suam Synodum convocare, aequum non est, ut hoc jure ille spoliatur, qui Pallii potitur privilegio. Nec novum videri debet, quod Episcopus, Pallio decoratus, in aliquibus sit melioris conditionis, quam Archiepiscopus. Nonne Archiepiscopus intra tres menses à suae consecrationis die, aut, si jam antea consecratus erat, à die suae confirmationis numerandos, tenetur Pallium à Sede Apostolica exposcere, per textum in *tit. Can. Quoniam dist. 100. ubi Archidiaconus num. 2. & Turresemata num. 142.* Et tamen hoc onere non gravatur Episcopus habens usum Pallii, quia nemo tenetur uti privilegio sibi specialiter concessio. Praeterea Archiepiscopus ante receptum Pallium non potest exercere Pontificalia, per textum in *tit. cap. Ni-*



*Nisi specialis de auctoritate & usu Pallii;* quod tamen nusquam in Jure sancitum reperitur de Episcopo, cui Pallium gestare competat ex privilegio. Diversitatis ratio facile ex diebus eruitur; etenim per Pallium confertur Archiepiscopis plenitudo Pastoralis officii; at Episcopis in memoratam datam honoris significationem, non ut aliquid juris per illud tribuatur, quo antea carerent. Plura de his videri possunt apud Marcum Paulum Leonem de auctoritate & usu Pallii cap. 10. & cap. 14.

## CAPUT VII.

## De Episcopo Titulari.

Omnibus exploratum est, plerumque olim florentissimas Episcopales Sedes, nunc infidelium jugo pressas, habituale dumtaxat retinere Cathedralitatem. Notissimum pariter est, ne antiquæ illarum dignitatis memoria penitus obliteretur, solere summos Pontifices, nonnullos quandoque Episcopos ad exarandum titulum creare; qui, etsi veri Episcopi sint, ut qui in consecratione Episcopalem characterem & potentiam hinc adestant receperunt, sunt tamen potestatis usus, & jurisdictionis, si quam in Ordinatione acceperunt, actu & exercitio penitus spoliati. Præter autem nuper insinuatam, aliæ justissimæ causæ urgent Romanos Pontifices, ut ad nudum prædictarum Cathedralium titulum aliquos promoveant Episcopos; quarum præcipua est, ut sibi assistant in Apostolico obediendo ministerio, utque eorundem opera in illi utatur, quæ nonnisi Episcopis decet committere; vel ut tanquam Suffraganei Pastoralia expliant munia in aliqua Diocesi, propter cujus amplitudinem proprius Diocesis Episcopus alieno ministerio

indigere videatur; quæ rectè adnotarunt Thomassin de vet. & nov. Eccles. dioc. part. 1. lib. 1. cap. 27. Pagnanus in cap. Episcopali, num. 45. & 53. de privilegio & in cap. Ex parte num. 47. & seq. de Clericis non residentibus, Franca de Eccles. cathedral. cap. 32. à numero 79. ad 90. Ex quibus evidenter desumitur, Joannem Georgium Peitsch, aut deceptum, aut certè alios decipere voluisse, cum p. 2. clement. Juris canonici lib. 1. tit. 27. scripsit, à Pontificis Titulares Episcopos, per jocum, appellari portatiles, conductitios, adventitios, fictitios, commentitios. Probi siquidem Catholici eos summopere venerantur, cum propter Episcopalem, quem impressum habent, characterem, tum propter causas, quarum intuitu ad eximiam illam dignitatem, qua nulla est in Ecclesia præstantior, à summo Pontifice promoventur, tum denique quia, prævio processu super vita, moribus, cæterisque qualitatibus, ac meritis personæ, proponuntur à Papa in Consistorio, eo planè modo, qui servatur cum aliis Episcopis non Titularibus, quibus Ecclesiarum cura & regimen actu committitur. Neque absorbum, aut recentis institutum est, ut Romanus Pontifex aliquos ad Episcopatum promoveat, quin ullius specialis Ecclesie actuali administrationem illis tradat. Atque, ut cætera prætermissis hujus rei vetustissima exempla, congesta à Thomassin cit. loc. existimat Epiphanius hæres. 27. n. 6. cui alii plures adducuntur apud Petrum Constant. Epist. Roman. Pontif. tom. 1. pag. 3. & 6. Linum, & Clementem, ita ab Apostolo Petro fuisse Episcopos ordinatos, ut nulli tunc Ecclesie fuerint alligati, sed unice ut Petro, prout opus esset, in Ecclesie regimine adestent. Eo-

Eodem serè modo, in fine secundi sæculi; Cajum ex Romano Presbytero Episcopum ordinatum, nullius Ecclesie cura illi commissa, asserit Franciscus Blanchinus, tom. 2. Anastasii in not. ad Vitam S. Eleutherii pag. 142. ubi contra Pagium defendit, scriptum à Romanis Pontificibus ordinari consuevisse ejusmodi Episcopos, quos vocat Episcopos Gentium; eo quod, data opportunitate, ad gentes mitterentur, quæ in Christiana religione institui exposcerent, etsi plures ex his Romæ retenti, ad Romanum Episcopatum fuerint postea promoti.

II. Jam verò cum Episcopi Titulares actuali careant administratione Ecclesiarum, ad quarum titulum sunt promoti & consecrati, non obstruuntur lege lata à Sixto V. de sacris Apostolorum liminibus visitandis, exhibendaque relatione status suarum Ecclesiarum, prout anno 1594. declaratum fuit à Clemente VIII. & constat ex lib. 8. decretor. sacre Congregationis Concilii pag. 100. At tamen, quia laude digni sunt, si Sedi Apostolicæ modum suggerant, quem oportunum existiment ad obtinendam conversionem infidelium degentium in Diocesis, quarum exorantur titulo, uti animadvertit Pagnanus in cap. Ego num. 85. de jurejur. iudiciorum dubitatur, an cogere possint Synodum ex Sacerdotibus, qui fortè ex illis regionibus advenierint, ut ab istis instructi, quæ ad prædictum finem conducere possunt, melius assuequantur.

III. In primo libro cap. 5. num. 2. narratum est, in civitate Biturgensi, cum Ordinari licentia, à quodam Episcopo Titulari Diocesana Synodum cum nonnullis suis Sacerdotibus fuisse celebratam. At ejusmodi exemplum non facit ad rem; quoniam ille Episcopus Titulari administraverat Ecclesiam,

cujus habebat titulum, à qua postea expulsus cogebatur exulare; in quibus circumstantiis urget profecto rescriptum Joannis VIII. in Can. Porro 160. q. 7. Ubi Pagnanus, & Intradulorum furor in causa est; quantalibet prætereant tempora, jura non præjudicant Ecclesiasticum. Alia propterea, si inveniri possint, disquirenda sunt hujus rei exempla.

IV. Turcarum armis anno 1190. occupata Palestina, & proinde civitate Nazareth in captivitate subacta, Archiepiscopo Nazareno honoraria Sedes in Italia assignata est, in nobili Apulæ oppido, quod dicitur Barulium, Diocesis Tranensis, & non procul ab oppidi moenibus, Ecclesia Beate Mariæ in Metropolitanam erecta, cum titulo, dignitate, & jure Archiepiscopali, Nazareno Præsuli commissa fuit. Post aliquod temporis intervallum, aliæ Parochiales præfatio Archiepiscopo subjectæ sunt; & subinde duæ Cathedrales, Caenensis videlicet, & Montis Viensis, fuerunt eidem perpetuo addictæ. Ipsaque postea Metropolitana, temporis, & bellorum injuria, solo aquata, in eius locum suffacta est Ecclesia S. Bartholomæi, iuxta oppidum sita; quæ omnia narratur ab Ugheccio in Italia sacra. tom. 7. Itaque in præsentem statum Archiepiscopus Nazareus, habito respectu ad civitatem Nazareth, est merè Titularis; sed, si locum spectemus, in quo residet, piamque Episcopalem jurisdictionem exercet, merè Titularis neque est, neque dici potest; ac proinde, quoniam in hoc loco Diocesana Synodum cogere valet; si cuti re ipsa sapius cogit, non potissimum inde inferre, licere Episcopo Titulari Synodum celebrare.

V. Erunt fortasse, qui in exemplum adducant Episcopum Bethlemiticum. Expulsis pariter Christianis

## CAPUT VIII.

## De Vicario Generali Episcopi.

Vicarius Generalis Episcopi, qui & Officialis vocari solet, in iis, que jurisdictionis sunt, censetur una eademque cum Episcopo persona, atque unum & idem est utriusque tribunal; ex quo fit, ut a sententia Vicarii Generalis, non ad Episcopum, nec ab eodem ad eundem, sed ad Metropolitanum, cui Episcopus subest, interponatur appellatio, *cap. 2. de consuetudine & cap. Romana, in principio, de appellationibus in 6.*

II. Sed, quamquam Vicarius ordinariam Episcopi jurisdictionem Episcopi nomine in Diocesi exerceat, plurima tamen sunt, que virtute solius generalis commissionis sine speciali Episcopi mandato facere nequit, juxta decisionem *cap. Licet 2. & cap. final. de officio Vicarii in 6. ubi Glossa, & Interpretes. Inter ea porro, que sine speciali mandato Episcopi a Vicario Generali expleri nequeunt, hæc enumerantur: Primo, que spectant ad potestatem Ordinis, Christiana conficere, Sacramentum Confirmationis conferre, Ecclesias & Altaria consecrare, aut pollutis sanctitatem pristinam restituere. Hæc quippe, allaque hujus generis, Vicarius Generalis, etsi Episcopali Ordine sit insignitus, peragere non potest sine peculiari Episcopi Diocesani consensu; cum non in istis, sed in jurisdictionis dumtaxat exercitio, illius gerat vices; quod bene observat Sbrox. *de Vicar. Episc. lib. 1. quest. 5. num. 10.* ob quam rationem, nec ea peragendi potest alteri Episcopo facultatem impertiri, Robuff. *tit. de Vicario num. 181. Barbosa de offic. & potest. Episc. alleg. 54. num.**

*num. 83. & 84.* Secundo concedere literas dimissorias ad Ordines extracolum, quo Episcopus in remotis regionibus versetur, *cap. Cum nullus 3. de temp. Ordinat. in 6.* ita ut ab Ordinandis sine magna difficultate, arbitrio prudentis viri metienda, conventio non valeat, sicuti in *cod. cap. docet Glossa verb. Remotis.* Tertio, in materia Beneficiali ea, que sunt vere liberalitatis & gratiæ, vel speciem habent alienationis, ac proinde sine speciali Episcopi mandato non potest Beneficia conferre, aut ad ea, que juris patronatus Episcopalis sunt, Clericos nominare, presentare, vel eligere; quia tam collatio Beneficii, quam ad istud presentatio seu electio, donationem quandam & liberalitatem sapit, *cap. Relatum, de præbendis, & c. Post electionem, de concess. gratiæ.* Non potest Beneficia suppressere, aut simul uniro, vel factas uniones revocare; nam hæc omnia speciem referunt alienationis, Layman in *cit. cap. fin. de offic. Vicar. in 6. num. 8.* Neque Beneficiorum resignationes, tam simpliciter quam ex causa permutationis factas, admittere; quoniam earum admissio requirit potestatem destituenti, juxta receptam Glossam in *Clemen. 1. de re-muniat. Vicario Generali sine speciali mandato non competentem; Flamin. de resignat. lib. 7. quest. 24. num. 1. & seq. Cabasut. in theoricis, & præxi Jur. Canon. lib. 1. c. 13. à num. 2. ad 7.* An autem Vicarius Generalis, cui Episcopus peculiarem facultatem Beneficia conferendi non concessit, possit, præsentatos a patronis instituere, & electos confirmare, hæc est inter Doctores; sed magis recepta videtur opinio, que Vicario solius generalis mandati virtute, facultatem inesse, affirmat, presentatos instituendi, & electos confirman-

di; institutio enim & confirmatio, non liberalitatis & gratiæ, sed necessitatis & justitiæ sunt actus, quod docent, & Romanæ Rotæ decisione, ac sacre Congregationis Concilii declaratione corroborant Garcia de Benefic. *part. 7. cap. 8. num. 84. Barbosa cit. alleg. 44. num. 70. & prosequitur Natalis Alexander quæst. 10. Append. 1. tom. 1. Theolog. Moral.*

III. De his, aliisque non paucis, que Vicarii Generalis, nisi speciali Episcopi commissione muniatur, vires excedunt, præter citatos videri possunt ceteri Juris Canonici Interpretes ad *tit. de offic. Vicarii.* Quod unice nostra hic interest, est decernere, an Vicarius Generalis possit sine speciali Episcopi mandato, Diocesanam Synodum indicere & celebrare. Melioris notæ Doctores sentiunt, non posse; quia Synodi coactio, veluti res gravioris momenti, quam cætera sint, que nuper recensimus, ordinariis ipsis facultates prætergreditur. Ita docent Altessera in *Vinculicis Ecclesiasticæ jurisdictionis lib. 7. cap. 4.* inquiens: *Vicarius Episcopi non potest celebrare Synodum sine speciali mandato Episcopi; Barbosa cit. alleg. 44. num. 103. Fagnanus in cap. Sicut olim, num. 11. de accusat. Romaguerra ad Constit. Synod. Gerund. lib. 1. tit. 1. cap. 1. n. 25.* Petrus Laurentius tract. 1. de potest. Vicarii Episcopi c. 3. quest. 168. quodque caput est, hæc expressè declaravit sacra Congregatio Concilii, que hæc verbis interrogata: *N. Ordinarius supplicat pro declaratione, an Vicarius Generalis Episcopi possit, Episcopo absente, Synodum Diocesanam congregare, ita ut Constitutiones in ea editæ sint observandæ; die 4. Decembris 1655. respondit: Non potuisse absque speciali mandato Episcopi, ac propterea Constitutiones in Synodo, ut pro-*



DE SYNODO  
*proponitur, factas, esse ipso iure nul-  
 las;* sicut legitur *lib. 19. decretor.  
 pag. 243. à tergo.* Neque retragatur  
 Concilium, in Gallia sub Pipino Rege  
 celebratum, quod nonnulli Metense  
 existimant, cum *l. 2. Concilior. Gallie*  
*editionis Sirmondi pag. 4. ita decrevit*  
*cap. 7. de Presbyteris, & Clericis sic*  
*ordinamus, ut Archidiaconus Episcopi*  
*eos ad Synodum convocaret, nisi cum*  
*Comite; ad Archidiaconum quippe;*  
 utpote Vicarium natum Episcopi, per-  
 tinebat Presbyteros ad Synodum con-  
 vocare, sed de Episcopi mandato, seu  
 verius, postquam Synodus ab Episco-  
 po indicta fuerat, Archidiaconi minus  
 erat componere Presbyteros, & Cleri-  
 cos, nisi ad illam accederent.

IV. Quod autem Vicarius Genera-  
 lit possit Diocesam ipsam Synodum habe-  
 re, si specialis ab Episcopo instruat  
 mandato, res compertissima est; nam  
 nemo in controversiam adducit. Nam,  
 præter ea, quæ *lib. 1. c. 6. n. 4. dixi-  
 mus,* ut probremus, non prohiberi  
 Episcopum, ne suam Synodum per  
 alium celebret, exemplum habemus S.  
 Caroli Borromei, qui anno 1572. suam  
 tertiam Synodum Diocesanam, quam  
 ipsemet indixerat, Romam postea pro-  
 fectus, per suum Vicarium Generalem  
 celebravit, quod ipsemet asserit in ejus-  
 dem Synodi proemio *part. 2. Actor.  
 Eccl. Medii. pag. 347.* inquit: *Cum*  
*Rome anno superiori essemus, iudica-*  
*tam à nobis Diocesanam Synodum,*  
*quam eo ipso anno habere statueram;*  
*à Vicario nostro Generali, Joanne*  
*Baptista Castellio, Protuario*  
*Apostolico, nobis absentibus, celebra-*  
*ri iussimus. Et animadversione dignum*  
*est, quod scribit Jacobus Meyer lib. 7.*  
*Annal. Flandrie ad an. 1591.* nimirum  
 Episcopi Gandavensibus privile-  
 gium olim datum fuisse, ut Synodum  
 quolibet tantum triennio cogeret, ea  
 tamen adjecta conditione, ut per

se, & non per Vicarium, illam ce-  
 lebrarent; quod profecto argumen-  
 tum est, hæc specialis lege secuta; &  
 jure communi tantum spectato; lice-  
 re Episcopo Synodum per Vicarium  
 habere.

## CAPUT IX.

## De Vicario Capitalari.

A Vicario Generali Episcopi ad Ca-  
 pitularem progredimur. Sanè jux-  
 ta veterem disciplinam, Ecclesia ali-  
 qua vacante, ad vicinorem Episcopum  
 spectabat illius curam assumere; ut  
 videre est in *em. 6. Concilii Regien-  
 sis anni 439. & in Can. 6. Concilii*  
*Aurelianensis anni 533.* inter antiqua  
 Gallie Concilia à Sirmondo collecta  
*tom. 1. pag. 68. & pag. 229. & tradit*  
*Glossa in Can. Quoniam, verb. Episco-*  
*porum, dist. 100. & fusiùs prose-*  
*quitur Hallier de sacr. Election. &*  
*Ordin. part. 2. sect. 5. c. 2. art. 15. &*  
*4. n. 11. & 12. secunda editionis.* Qui-  
 nimò id etiam nunc obtinet inter Ec-  
 clesias Lugdunensem, & Augustodu-  
 nensem, quarum prima vacante, pos-  
 terioris Episcopus totum illius regim-  
 en assumit; secunda verò Pastoris  
 solatio destituta, prioris illius Præul  
 eam administrat, & omnimodam ju-  
 risdictionem in ea exerceat, ut videre  
 licet in *tom. 4. Gallie Christiane. p.*  
*316. & seq.* Cumque olim in Civitate  
 Manlic, quæ primaria est in Insulis  
 Philippinis, Episcopo defuncto, gra-  
 via quadam absurda & inconvenientia  
 sub temporaneo Vicarii Capitalaris  
 gubernio accidissent, postulatum est  
 à Romano Pontifice, ut per litteras  
 Apostolicas straueret, prædicti Eccle-  
 sia vacante, illius regimini ad anti-  
 quiorum Episcopum, in hisdem Insulis  
 residentem, devolvi; & quidem Con-  
 gregatio Concilii consulendum cen-  
 suit

suit Sanctissimo, ut hujusmodi peti-  
 tionem annueret; uti relatum habetur in  
 Regestis dicte Congregationis *lib. 12.*  
*Supplicum Libellorum pag. 469.* Præ-  
 terea, ubi ex antiqua & immemo-  
 rabili consuetudine inductum retri-  
 tuatur, ut Ecclesie vacantis admi-  
 nistratio ad aliquem in certa Eccle-  
 siastica dignitate constitutum devol-  
 vatur, ut in Ecclesia Gerundensi con-  
 tingit, cujus jurisdictioni, Episcopo  
 defuncto, ad Archidiaconum Major-  
 em, & Rogationibus nuncupatum,  
 devolvitur; antiqua hujusmodi con-  
 suetudo minime reprobat, ut firmat  
 Rota Romana *decis. 731. &*  
*764. coram Emeric Jun. & decis.*  
*132. coram Benincasa.*

II. Verum, extra has rerum cir-  
 cumstantias, & extra casus peculia-  
 res hujusmodi, vacante Sede Epis-  
 copali, tota Episcopi jurisdictioni tran-  
 sit ad Capitulum Cathedralis Eccle-  
 siæ, per textum in *cap. His que, &*  
*cap. Cum alim, de majori. & obe-*  
*dientia.* quod quidem de jure communi  
 possit illam per se exercere, cum  
 nullus reperitur textus, quoad iux  
 jurisdictionis exercitium alteri commit-  
 tendum obstringatur; quamvis re ve-  
 tra consultus semper, atque viduata  
 Ecclesie nullius visum fuerit, singu-  
 lari alicui personæ, & Capitalarium  
 eam seligende, illud demandare; ete-  
 nim, vacante Ecclesia Faventina, cui-  
 us exigentibus peculiaribus rerum cir-  
 cumstantiis, non statim Pastorem præ-  
 ficiendum judicabat S. Petrus Damia-  
 nus, hæc ad Faventinis scripsit *epist.*  
*10. lib. 5. „Unde & Dominus nos-*  
*ter Papa rogandus est, ut Epis-*  
*copum vobis modò non ingerat,*  
*sed Ecclesiam vestram interim va-*  
*care, & vos sub sui benedictio-*  
*nis umbraculo manere decernat.*  
 „Quia verò per Dei misericordiam  
 „industrios inter vos Clericos, ac

„prudentes & literatos habetis, si  
 „placeat, unus ex eis eligatur, qui  
 „ad exequendum hæc negotium uti-  
 „lior inventur; cui nimirum cura  
 „solicitude totius Episcopatus  
 „possit imponi, ac per eum omnia  
 „necessaria Ecclesiastica negotia de-  
 „beant ministrari.“ At jure novo  
 Tridentinum *sess. 24. cap. 16. de re-*  
*form.* tenet Capitulum intra octo  
 dies post mortem Episcopi, aut aliter  
 inductam Ecclesie vacationem,  
 seu verius, ab habita vacationis no-  
 titia, uti decernit referet Quaranta in  
 Summa Bullar. verb. Capitulum Se-  
 de vacante, Vicarium constituere,  
 per quem jurisdictionem ad se de-  
 volutam exerceat. Quodsi in Vica-  
 rio, intra octo dies eligendo, negli-  
 gens fuerit, tunc, si agatur de Ec-  
 clesia Suffraganea, ad Metropolitanam  
 num, si de ipsa Ecclesia Metropolitana  
 na, ad antiquiorem ex Suffraganeis,  
 si de Ecclesia exempta, ad propin-  
 quiorum Episcopum, pro ea vice, electio-  
 nem Vicarii perire voluit idem  
 Tridentinum *cit. loc.* Idemque juris est,  
 si Ecclesia vacans caret Capitulo,  
 à quo Vicarius constitui queat. Si tamen  
 contingat, vacare Ecclesiam Su-  
 ffraganeam, carentem Capitulo tem-  
 pore, quo etiam Metropolitanæ est suo  
 Pastore viduata, in hoc casu, electio-  
 nem Vicarii non spectare ad antiqui-  
 orem ex Suffraganeis, ut nonnulli opi-  
 nabantur, sed ad capitulum vacan-  
 tis Ecclesie Metropolitanæ, censuit Sa-  
 cra Congregatio Concilii, à qua cum  
 questum fuit; Primo, „an, va-  
 „cante Ecclesia Suffraganea Capitu-  
 „lo carente, illius administratio, &  
 „Vicarii, Sede vacante, deputatio  
 „spectet ad Metropolitanam; &  
 „quatenus Metropolitanæ Ecclesia  
 „Pastore careat; Secundo, an spec-  
 „tet ad Capitulum, ejusdem Eccle-  
 „siæ Metropolitanæ, vel potius ad

DE SYNODO  
*proponitur, factas, esse ipso jure nul-  
 las; sicut legitur lib. 19. decretor.  
 pag. 243. à tergo. Neque retragatur  
 Concilium, in Gallia sub Pipino Rege  
 celebratum, quod nonnulli Metense  
 existimant, cum t. 2. Concilior. Gallie  
 editionis Sirmondi pag. 4. ita decrevit  
 cap. 7. de Presbyteris, & Clericis sic  
 ordinamus, ut Archidiaconus Episcopi  
 eos ad Synodum convocaret, nisi cum  
 Comite; ad Archidiaconum quippe  
 utpote Vicarium natum Episcopi, per-  
 tinebat Presbyteros ad Synodum con-  
 vocare, sed de Episcopi mandato, seu  
 verius, postquam Synodus ab Episco-  
 po indicta fuerat, Archidiaconi minus  
 erat componere Presbyteros, & Cleri-  
 cos, nisi ad illam accederent.*

IV. Quod autem Vicarius Genera-  
 lit possit Diocesana tam Synodum habe-  
 re, si specialiter Episcopo instruat  
 mandato, res compertissima est; nam  
 nemo in controversiam adducit. Nam,  
 præter ea, quæ lib. 1. c. 6. n. 4. dixi-  
 mus, ut probremus, non prohiberi  
 Episcopum, ne suam Synodum per  
 alium celebret, exemplum habemus S.  
 Caroli Borromei, qui anno 1572. suam  
 tertiam Synodum Diocesanam, quam  
 ipsemet indixerat, Romam postea pro-  
 fectus, per suum Vicarium Generalem  
 celebravit, quod ipsemet asserit in ejus-  
 dem Synodi proemio part. 2. Actor.  
*Eccl. Mediol. pag. 347. inquit: Cum  
 Romæ anno superiori essemus, iudica-  
 tam à nobis Diocesanam Synodum,  
 quam eo ipso anno habere statueram-  
 us, à Vicario nostro Generali, Joanne  
 Baptista Castellio, Prototuario  
 Apostolico, nobis absentibus, celebra-  
 rit iustus. Et animadversione dignum  
 est, quod scribit Jacobus Meyer lib. 7.  
 Annal. Flandriæ ad an. 1591. nimirum  
 Episcopi Gandavensibus privile-  
 gium olim datum fuisse, ut Synodum  
 quolibet tantum triennio cogeret, ea  
 tamen adjecta conditione, ut per*

se, & non per Vicarium, illam ce-  
 lebrarent; quod profecto argumen-  
 tum est, hæc specialiter lege secuta; &  
 jure communi tantum spectato; lice-  
 re Episcopo Synodum per Vicarium  
 habere.

## CAPUT IX.

## De Vicario Capitalari.

A Vicario Generali Episcopi ad Ca-  
 pitularem progredimur. Sanè jux-  
 ta veterem disciplinam, Ecclesia ali-  
 qua vacante, ad vicinorem Episcopum  
 spectabat illius curam assumere; ut  
 videre est in *em. 6. Concilii Regien-  
 sis anni 439. & in Can. 6. Concilii  
 Aurelianensis anni 533. inter antiqua  
 Gallie Concilia à Sirmondo collecta  
 tom. 1. pag. 68. & pag. 229. & tradit  
 Glossa in Can. Quoniam, verb. Episco-  
 porum, dist. 100. & fusiùs prosequit  
 Haillic de sac. Election. &  
 Ordinis part. 2. sect. 5. c. 2. art. 15. &  
 4. n. 11. & 12. secunda editionis. Qui-  
 nimò id etiam nunc obtinet inter Ec-  
 clesias Lugdunensem, & Augustodu-  
 nensem, quarum prima vacante, pos-  
 terioris Episcopus totum illius regim-  
 en assumit; secunda verò Pastoris  
 solatio destituta, prioris illius Præul  
 eam administrat, & omnimodam ju-  
 risdictionem in ea exerceat, ut videre  
 licet in tom. 4. Gallie Christiane, p.  
 316. & seq. Cumque olim in Civitate  
 Manlic, quæ primaria est in Insulis  
 Philippinis, Episcopo defuncto, gra-  
 via quædam absurda & inconvenien-  
 tia sub temporaneo Vicari Capitalari  
 gubernio accidissent, postulatum est  
 à Romano Pontifice, ut per litteras  
 Apostolicas straueret, prædicti Eccle-  
 sia vacante, illius regimini ad anti-  
 quiorum Episcopum, in hisdem Insulis  
 residentem, devolvi; & quidem Con-  
 gregatio Concilii consulendum cen-  
 suit*

suit Sanctissimo, ut hujusmodi peti-  
 tionem annueret; uti relatum habetur in  
 Regestis dicte Congregationis lib. 12.  
*Supplicum Libellorum pag. 469. Præ-  
 terea, ubi ex antiqua & immemo-  
 rabili consuetudine inductum retri-  
 niatur, ut Ecclesie vacantis admi-  
 nistratio ad aliquem in certa Eccle-  
 siastica dignitate constitutum devol-  
 vatur, ut in Ecclesia Gerundensi con-  
 tingit, cujus jurisdictioni, Episcopo  
 defuncto, ad Archidiaconum Majo-  
 rem, & Rogationibus nuncupatum,  
 devolvitur; antiqua hujusmodi con-  
 suetudo minime reprobat, ut firmat  
 Rota Romana decis. 731. &  
 764. coram Emeric Jun. & decis.  
 132. coram Benincasa.*

II. Verum, extra has rerum cir-  
 cumstantias, & extra casus peculia-  
 res hujusmodi, vacante Sede Episco-  
 pali, tota Episcopi jurisdictioni tran-  
 sit ad Capitulum Cathedralis Eccle-  
 siæ, per textum in cap. His que, &  
 cap. Cum alim, de majori. & obe-  
 dien. quod quidem de jure communi  
 possit illam per se exercere, cum  
 nullus reperitur textus, quoad hanc  
 jurisdictionis exercitium alteri commit-  
 tendum obstringatur; quamvis re ve-  
 tra consultus semper, atque viduata  
 Ecclesie nullius visum fuerit, singu-  
 lari alicui personæ, & Capitalarium  
 eam seligende, illud demandare; ete-  
 nim, vacante Ecclesia Faventina, cui-  
 us exigentibus peculiaribus rerum cir-  
 cumstantiis, non statim Pastorem præ-  
 ficiendum judicabat S. Petrus Damia-  
 nus, hæc ad Faventinis scripsit *epist.  
 10. lib. 5. Unde & Dominus nos-  
 ter Papa rogandus est, ut Episco-  
 pum vobis modò non ingerat,  
 sed Ecclesiam vestram interim va-  
 care, & vos sub suæ benedictio-  
 nis umbraculo manere decernat.*  
 Quia verò per Dei misericordiam  
 industrius inter vos Clericos, ac

prudens & literatos habetis, si  
 placeat, unus ex eis eligatur, qui  
 ad exequendum hæc negotium uti-  
 lior invenitur; cui nimirum cura  
 ac sollicitudo totius Episcopatus  
 possit imponi, ac per eum omnia  
 necessitas Ecclesiasticæ negotia de-  
 beant ministrari. At jure novo  
 Tridentinum sess. 24. cap. 16. de re-  
 form. tenet Capitulum intra octo  
 dies post mortem Episcopi, aut aliter  
 inductam Ecclesie vacationem,  
 seu verius, ab habita vacationis no-  
 titia, uti decernit referet Quaranta in  
 Summa Bullar. verb. Capitulum Se-  
 de vacante, Vicarium constituere,  
 per quem jurisdictionem ad se de-  
 volutam exerceat. Quodsi in Vica-  
 rio, intra octo dies eligendo, negli-  
 gens fuerit, tunc, si agatur de Ec-  
 clesia Suffraganea, ad Metropolitanam  
 num, si de ipsa Ecclesia Metropolitana  
 num, ad antiquiorem ex Suffraganeis,  
 si de Ecclesia exempta, ad propin-  
 quiorum Episcopum, pro ea vice, electio-  
 nem Vicari perire voluit idem  
 Tridentinum cit. loc. Idemque juris est,  
 si Ecclesia vacans caret Capitulo,  
 à quo Vicarius constitui queat. Si tamen  
 contingat, vacare Ecclesiam Suf-  
 fraganeam, carentem Capitulo tem-  
 pore, quo etiam Metropolitanæ est suo  
 Pastore viduata, in hoc casu, electio-  
 nem Vicari non spectare ad antiqui-  
 orem ex Suffraganeis, ut nonnulli opi-  
 nabantur, sed ad capitulum vacan-  
 tis Ecclesie Metropolitanæ, censuit Sa-  
 cra Congregatio Concilii, à qua cum  
 questum fuisset; Primo, in va-  
 cante Ecclesia Suffraganea Capitu-  
 lo carente, illius administratio, &  
 Vicari, Sede vacante, deputatio  
 spectet ad Metropolitanam; &  
 quatenus Metropolitanæ Ecclesia  
 Pastore careat; Secundo, in spec-  
 tet ad Capitulum ejusdem Eccle-  
 siæ Metropolitanæ, vel potius ad



iniquiorem Suffraganeum Episcopo-  
rum; eadem die 28. Augusti 1683.  
*lib. 53. decretor. pag. 261.* ad  
primum respondit *Affirmative*; ad se-  
cundum, *spectare ad Capitulum  
Metropolitanae*. Idemque responsum  
dedit die 14. Aprilis 1683. *lib. 55.  
decretor. pag. 190.*

III. Vicarius late, sive à Capitu-  
lo, sive ab alio Capitulo negligentiam  
supplente, electus, eodem termino  
titulæ iure ac Vicarius Generalis vi-  
ventis Episcopi; ad eum quippe, ut no-  
tat eum communi Barbosa *supra cit.  
alleg. 34. num. 158.* transfert exer-  
citiū totius jurisdictionis Episcopalis,  
penes Capitulum existentis. Idque  
adeo verum est, ut sua auctoritate  
ordinaria conferre valeat processus  
super fama virtutum & miraculorum  
Servorum Dei, quos conferre potuis-  
set Episcopus, juxta ea, quæ alle-  
gavimus in nostro Opere de *Canoni-  
zatione Sanctorum lib. 2. cap. 2.  
num. 2.* Imò ab ipsamet Sede Apo-  
stolica ad Vicarium Capitularem quan-  
doque diriguntur litteræ remissionales  
pro conficiendis processibus Aposto-  
licis super virtutibus & miraculis, tam  
eorundem Servorum Dei, tum etiam  
eorum, qui jam in Beatorum album  
sunt relati; quod pariter à nobis  
ostensum fuit *cit. lib. 2. cap. 45.  
num. 17.* Quamobrem, ut ingenue  
loquamur, nondum hactenus percel-  
pere potuimus, cur Dataria Aposto-  
lica dispensationes, quæ ex men-  
te Tridentini *sess. 22. de reform.  
cap. 5.* extra Curiam committende  
sunt Ordinariis locorum, in quibus  
degunt illas impetrantes, nunquam  
committere consueverit Vicariis Capitu-  
lariis; quamvis eisdem commit-  
tere soleat Vicariis Generalibus; quem-  
admodum testantur Corradus in *Præfati  
dispensat. Apostolicar. lib. 2. cap. 4.  
n. 11. & seq. & Rosa de executivis*

*litterar. Apostolicar. cap. 3. n. 21. &  
seq.* Scimus utique, dispensationes ab  
Apostolica Sede, Episcopo, aut Vica-  
rio Generali delegatas, quæ ante  
Episcopi obitum, eorum alter non sit  
exequutus, non censeri commissas  
Vicario Capitalari, qui propterea, et-  
si Episcopo quoad jurisdictionis exer-  
citiū succedat, non tamen poterit  
prædictas Apostolicas litteras exequi,  
quemadmodum firmat Sylvius *Oper.  
tom. 3. verb. Vicarius secundo*; sed  
epistmodi res nihil cum nostra habet  
commune; ideo enim Vicarius Capitu-  
lariis exequi nequit præfatas litem-  
tas, quia litteræ directæ sunt Episco-  
po, vel Episcopo Vicario Genera-  
li; & ipse, quamquam exerceat Episco-  
palem jurisdictionem, non tamen  
est Episcopus, nec Vicarius Genera-  
lis Episcopi; hoc autem non prohi-  
bet, ne eadem litteræ ad ipsum  
Vicarium Capitularem signanter at-  
que expressè dirigantur.

IV. Quoniam autem Vicarius  
Capitalaris Vicario Generali Episco-  
pi quodammodo comparatur, merito  
propterea dubitant Doctores, an  
ille, sola sui muneri commissione,  
ea expedire valeat, ad quæ perfi-  
cenda Vicario Generali opus est  
speciali mandato. Negat Barbosa *de  
Canonic. & Dignit. cap. 42. numi  
103.* asserens, contrariam opinio-  
nem minus firmam visam esse Ro-  
manæ Rotæ in *usu Mauritanen.  
Pensionis die 24. Junii 1626. coram  
Pirovano. Sed Gutierrez. Can. Quest.  
lib. 2. cap. 17. num. 21.* Garcia de Be-  
nif. *part. 5. cap. 7. num. 28.* Molina  
*de jur. & jur. tract. 5. disput. 11. n. 3.*  
alique plurimi, sententiam affirmati-  
vam tuerent, validisque sustentant ra-  
tionibus; Tridentinum enim, in-  
quirunt, voluit, Vicarium à Capitulo  
eligi, ad evitandas inter Capitulares  
discordias, ad causas celerius expedi-  
diendas, & multa præcavenda incom-  
moda, quæ, experientia edocente,  
obvenirent, si Episcopalis jurisdic-  
tionalis actualis administratio penes uni-  
versum Capitulum resideret. Hæc autem  
inter incommoda non minus sequen-  
tur, si, constituto Vicario Capitalari,  
adhuc tamen Capitulum sibi, suoque  
iudicio reservaret, quæ aliis indigent  
speciali mandato. Neque dedecere,  
ajunt, Vicarium Capitularem in hoc  
præstare Vicario Generali, cum & in  
aliis idem contingat; siquidem Vica-  
rio Generalis potest ab Episcopo, pro  
suo libito, & sine ulla causa remove-  
ri; Vicarius verò Capitalaris, semel  
electus, non potest à Capitulo revoca-  
ri, nisi causa ad id probata à sacra  
Congregatione negotii Episcoporum,  
& Regularium preposita; quod ab  
eodem sacra Congregatione fuisse sa-  
cra declaratum, refert Barbosa *cit.  
cap. 42. de Canon. & Dignit. n. 47.*

V. Quidquid verò sit in aliis,  
quod peculiariter ad rem nostram at-  
tinet, Vicarium Capitularem nullo  
indigere speciali mandato, ut Dio-  
cesanam celebret Synodum, viden-  
tur communiter affirmare Doctores  
generatim docentes, integrum illi  
esse Synodum, cum voluerit, con-  
gregare, quin ullam specialis man-  
dati mentionem faciant, quemadmo-  
dum, inter ceteros, tradunt Garcia  
*de Beneficiis part. 9. cap. 2. num.  
64.* Botius *de Synodo Episc. part.  
3. quest. 5. num. 40.* Ventriglia  
*tom. 2. annot. 15. §. 2. num. 49.*  
Cardinalis Petra *ad Constitut. Apost.  
tom. 6. pag. 129. num. 113.* Scar-  
fantoni, ad Cœcooper. *part. 2. lib.  
4. tit. 7. in animadvert. pag. 126.  
num. 25. & 26.* Romagosa *ad  
Const. Synod. Gerundens. lib. 1. tit. 1.  
cap. 1. num. 16. & seq.* Expressè au-  
tem facultatem, de qua loquimur,  
Vicario Capitalari, solo sui muneri

jure, & sine speciali mandato, com-  
petere asserit Petrus Laurentius *de  
Vicario tract. 5. cap. 5. quest. 599.*  
Quoniam, ais, non minus Diœcesis  
visitatio, quam Synodus coactio, inter  
majora & ardua recensetur; illa à  
Vicario Capitalari sine speciali man-  
dato liberè expleri potest: igitur, &  
Synodus congregari.

VI. Hæc porro assertio, quam  
Laurentius aperte, & alii subobscu-  
rè adstrunt, etsi verissima sit, tamen  
ex eodem illo argumento, quo  
præcipue innititur, ita videtur limi-  
tanda, ut nimirum liceat Vicario Ca-  
pitalari sine speciali mandato Syno-  
dum convocare, dummodo efflu-  
verit annus à die ultimæ Synodi ha-  
bitæ ab Episcopo; etenim, quamvis  
ille possit Diœcesim visitare, sicuti  
latè probant Alteserra in *Vindic.  
Ecclesiast. jurisdict. lib. 8. cap. 16. in  
fin. Marescot. varior. resolut. lib. 2.  
cap. 13. num. 14. & seq. Navar. in  
summ. Bullar. comment. 58. num. 6.  
part. 1. Rota dec. 346. num. 9. &  
7. part. 1. recent. & dec. 84. alius  
83. coram Merlino*; non potest tamen  
visitationem aggredi, nisi elapsus sit  
annus à die ultimæ visitationis ab  
Episcopo peractæ, ut prosequuntur  
Barbosa *Jur. Ecclesiast. univers. lib. 1.  
cap. 71. num. 71.* Navarr. *cit. Summ.  
Bullar. part. 2. comment. 52. num. 5.*  
Ventriglia in *præfati text. Ecclesiast.  
part. 2. annot. 15. §. 1. n. 2.* ac septies  
deciesim fuit à sacra Congregatione  
Concilli, signanter Ostiensi, 28. Julii  
1708. *lib. 57. decretor. pag. 266.* cùm  
proposito dubio, An, & quando Vica-  
rius Capitalaris possit visitare, res-  
cripsit *Affirmative post lapsum annis*,  
& dum fugebamur munere Secreta-  
rii ejusdem sacre Congregationis, pro-  
positis die 13. Septembris 1721. se-  
quentibus dubis: „An Vicarius Ca-  
pitalaris Scardonens. facere possit  
D 2

„visitationem civitatis & Dioecesis. Secundo, an facere possit visitationem personalem Capitularium;” responsum fuit: „Ad primum, & secundum affirmative, dummodo elapsus sit annus à die ultimæ visitationis factæ ab Ordinario. Quotiescunque à sacro Concilio Tridentino tam Dioeceseos visitatio quam Synodi eorundem, quotannis periculi causa, ac proinde hæc duo in se presenti videantur quodammodo inter se connexa, eodem jure metienda sunt, idemque de utraque est ferendum iudicium, eum in utraque eadem vigeat ratio, bene perpena ab Alteserra de *Jurisdic. Ecclesiast. lib. 8. cap. 10. in fin.* „Probabilis est, Capitulum, si Sede vacante, posse utrumque visitare, & Synodum celebrare, ne, crescente peccandi licentia, crimina remaneant impunita.”

VII. Dicit fortasse quispiam: Quamvis ad Capitulum, & per Capitulum ad Vicarium tota Episcopalis jurisdictione, Sede vacante, transeat, & facultas convocandi Synodum, non ad Ordinem, sed ad jurisdictionem Episcopalem pertinet, non rectè tamen exinde inferatur, facultatem inesse Vicario convocandi Synodum; nam etiam potestas concedendi Indulgentiarum, non ad Ordinem, sed ad jurisdictionem pertinet, ut desumitur ex *cap. Quod autem de penitent. & remission. atque ex eo fit*, quod à summo Pontifice simpliciter Clerico quandoque delegatur, & nihilominus ab Episcopo ad Capitulum, cuius Vicarium non transit, hic quippe Indulgentias quadragesimæ dierum, quas Episcopus elargiri poterat, neutiquam concedere valet. At responderunt in primis, non deesse Doctores, qui eandem potestatem concedendi Indulgentias, qua poller Episcopus, attribuunt Vicario

Capitulari, inter quos Abbas in *cap. Cum olim, quæst. 17. de majori. & obediens. Marcher. in Praxi Vicar. Capit. cap. 24. num. 1. & seq.* Peregrin. in *Praxi Vicar. part. 1. sect. 4. sub sect. 2. num. 72.* Mollo. de *Just. & Jur. tom. 6. disp. 11. n. 6. Annot. Int. Moral. part. 1. lib. 3. cap. 77. quæst. 9.* Barbosa *Jur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 32. num. 91.* Sylva de *Beneficiis part. 2. cap. 11. num. 4.* Armilla in *Summa in verb. Capitulum, verò. Cum jura dicant. Sylvester in Summa verb. Capitulum, in fin. Sa in Aphor. Confessorior. verb. Capitulum Sede vacante.* Deinde, etsi libenter admittamus, veriorum esse sententiam oppositam, quam tenent Turretremata in *Can. Item in Lectico num. 41. de penit. dist. 1. Socin in cap. Nostram, n. 19. & 26. de penit. & remiss. Fagnanus in cap. Accedentibus, num. 13. de excessib. Prælator. Pirhing ad lib. 1. Decretal. tit. 33. sect. 2. num. 49. verò. iusmodi potestas, & lib. 5. tit. 38. sect. 2. num. 42. Fermosio de *Cap. Sede vacante quæst. 9. n. 10.* Leander *Oper. Moral. tom. 1. tract. 5. disp. 14. quæst. 25.* Fragos. de *Regim. Christiane Reip. tom. 2. part. 2. lib. 4. disp. 4. §. 1. num. 19.* Pax Jordan. *Elucubrât. tom. 1. lib. 5. tit. 16. num. 27.* Cotton. *controv. lib. 2. controv. 11. cap. 1. num. 20.* & præterea fateamur, hæc secundam opinionem esse omnino in praxi servandam; nam sacra Congregatio Concilii die 17. Novembris 1688. interrogata: „An Vicarius Capitularis, Sede Episcopali vacante, facultatem habeat concedendi Indulgentias, quas ceteroquin concedere possit Episcopus vivens:” noluit quidem juris controversiam decidere, districtè tamen vetuit, ne opinio, eam facultatem asserens Vicario deduceretur in praxim, respondendõ:*

*Vicarius Capitularis se absteineat;* multa nihilominus intercedere agnoscendum discrimina inter hæc, & potestatem congregandi Synodum. Primum enim facultas concedendi Indulgentias, uti bene ratiocinatur Theodorus à Spiritu Sancto in *Tract. de Indulgentiis part. 1. cap. 3. art. 4.* non est adeo necessaria ad Dioeceseos regimen, ut aliquod damnum eidem imminet, si ea careat qui Dioecisem ad tempus administrat; quod de usu jurisdictionis, quoad alia externam potestatem respicientia, dici nequit. Secundo, præfata potestas, etsi jurisdictionis, & non Ordinis sit, est tamen jurisdictionis cuiusdam extradiocesanæ, soli dignitati Episcopali annexæ, sicuti disertè dicitur in *cap. Accedentibus, de excessib. Prælator.* Tertio demum, jus Indulgentiarum elargiendi plenariè residet in solo Romano Pontifice, qui Ecclesiæ thesauri, ex infinitis Christi Domini meritis, Sanctorumque satisfactionibus constituti, custos, administrator, & dispensator est; atque à summo Pontifice profluit in Episcopos, uti docet Bellarminus in *tract. de Indulgentiis lib. 1. cap. 11. Controv. tom. 2.* Potuit tamen summus Pontifex illius juris partem conferre Episcopis, tamquam suarum Ecclesiarum sponsis, ut ea uterentur in communi gregis, cuius veri pastores, & tutores sunt, & nolle illam credere aliis, qui neque Ecclesiarum sponsi, nec veri pastores sunt; sed temporarium tantum gregis curam gerunt. Cum itaque tot & tanta inter utrumque potestatem: quæ in objectione invicem comparantur, intersint discrimina, ex denegata Vicario Capitulari facultate concedendi Indulgentias, nullo pacto sequitur, esse pariter illi abdicandam jus congregandi Synodum.

VIII. Cave tamen, ne hanc potestatem.

testatem Synodum Dioecesanam celebrandi, quam pluribus iudicavimus Vicario Capitulari, ita extendas ad Vicarium vacantis Ecclesiæ Metropolitanæ; ut jus pariter huic adscribas indicendi Synodum Provinciale; nam, cum indecens & absonum visum fuerit tantam jurisdictionem tribuere Vicario Capitulari Metropolitanæ Ecclesiæ, ut aliquod damnum compellere totius provincie Episcopos; idcirco sancitum est, ut, vacante Sede Metropolitana, non ad istius Vicarium, sed ad antiquiorem Suffraganeum jus pertinet Provinciale Synodum cogendi; quod declaravit sacra Congregatio Concilii in causa *Tarraconen. 10. Februarii 1624. lib. 22. decretor. pag. 160.* in qua interrogata: „An Capitulum Tarraconen. possit, Sede Archiepiscopali vacante, vindicare ac celebrare Concilium Provinciale, an vero hæc facultas spectet antiquiorem Episcopum eius provincie?” respondit: „Jus Provinciale Concilium indicendi ac celebrandi, Sede vacante, non ad Capitulum Metropolitanum, sed ad antiquiorem provincie Episcopum pertinere.”

## CAPUT X.

## De Vicario Apostolico.

Apostolicorum quorundam Vicariorum illustria in Ecclesiastica Historia extant monumenta. Thessalonicensis Archiepiscopus à S. Damaso Romano Pontifice Vicarius Apostolicus Sedis constitutus fuit. S. Simplicius Papa anno 482. Apostolicum Vicarium in Hispania Episcopum Hilarianum deputavit; ut in prima illius epistola habetur: „Congruum duximus, Vicaria Sedis nostræ te aucto-



virate fuletri, cujus vigore mun-  
strus, Apostolicæ institutionis De-  
necra, vel Sanctorum terminos Pa-  
ntrum nullo modo transcendit per-  
mitas. Quem quidem Vicariatum  
Apostolicum S. Hormida Romanus  
Pontifex ratum habuit, sub eoque  
Bæticam, & Lusitaniam comprehen-  
dit; pro reliqua autem Hispania Ar-  
chiepiscopum Tarracoensem Vica-  
rium Apostolicum constituit, ut ex  
24. epistola illius deprehenditur.

"Servatis privilegiis Metropolitanorum,  
vices vobis Apostolicæ Sedis  
meritis delegamus, ut sive ea que  
ad Canones pertinent, sive ea que  
ad nos sunt nuper mandata, ser-  
ventur." Floardus in sua *Historia*  
*lib. 1. cap. 15.* docet, S.  
Hormidam cum fuisse Pontificem,  
per quem S. Remigius, Archiepis-  
copus Remensis, Apostolicus Vica-  
rius in Gallia constitutus fuerit. Ve-  
rius Pointius in suis *Annalibus* id  
non Hormidæ, sed Symmacho tri-  
buit; additque, ut supremorum Prin-  
cipum in Gallia regnantium postu-  
latis satisfaceret, Vicariatum Aposto-  
licum Arelatensibus etiam Episcopis  
concessum fuisse. De Apostolicis hæc  
vicariis fuit æque Thomassinus de  
*veteri & nova Ecclesiæ disciplina*  
*part. 1. lib. 1. cap. 18. n. 7. &*  
*seq. & cap. 30.* Porro inter cætera,  
que ad officium Vicariorum Apo-  
stolicorum extra Italiam pertinebant,  
id erat, ut Provinciales Synodos co-  
gerent, ut eisdem præsidere, & ut  
que omnem curam adhiberent, ne  
à Metropolitanis Synodales Conven-  
tus prætermitterentur, quemadmodum  
P. Joannes Antonius Bianchi in suo  
*Opere de Potestate & Polliti Ecclesiæ*  
*tom. 5. lib. 7. c. 5. 7. n. 1.* late ostendit.  
Verum, quia ad nostrum Instru-  
tum non pertinet de hujus generis Vi-  
cariorum Apostolicorum hoc loco agere, ideo

que ad illos attinent, ex citatis Auc-  
toribus petenda relinquimus.  
II. De illis Vicariis Apostolicis  
nobis in præsentia sermo est, qui ho-  
diernis etiam temporibus à summis  
Pontificibus deputantur, interdum quide-  
m sine Episcopali characterè, inter-  
dum autem hujusmodi characterè in-  
signiti, cum titulo tamen alicujus Ec-  
clesiæ in partibus Infidelium sitæ, ut  
spirituale regimen gerant alicujus re-  
gionis, cujus Episcopus & Pastor pro-  
prius non existat; aut si existit, aliqua  
ratione, etiam sine vitio suo aut  
culpa, impediatur, quominus pro-  
prium gregem per semetipsum pas-  
cere valeat; ac de his quæritur, utrum  
jus habeant Dioecesanam Synodum  
in regionibus sibi commissis convo-  
candi.

III. Cùm per Monasteriensem Pa-  
cem læta fuissent Archiepiscopi Colo-  
niensis jura, etique impeditum regi-  
men ejusdem partis sue Dioecesis;  
delata fuit ad Apostolicam Sedem  
anno 1667. instantia Ducis Brunsvi-  
censis & Luneburgensis, qui peten-  
tibus, ut in iis regionibus Vicarius  
Apostolicus constitueretur, simulque  
ad id muneris delegandum propone-  
bat Valerium Maciomum Equitem, &  
primum suum Eleemosynarium. Con-  
sultus per litteras Apostolicis Nun-  
tius, Poloniae agens, rescripsit, ac  
hujusmodi Vicarii deputatione; tum  
ipsi Duci majores animos addidit, ut  
ad Catholicam Religionem in illis re-  
gionibus promovendam; tum etiam  
sore, ut Catholici, qui in iis locis  
erant, magnopere sublevarentur; ip-  
sum vero Coloniam Archiepiscopum  
hujus deputationis liberè, essentiali  
quippe qui impedimentum, exercitio  
sui juris obsecrum; à se nullo pacto  
superari posse intellexeret. De hujus  
Apostolici Vicarii constitutione, ac  
de reliquis, que superius exposuimus,

extant monumenta in Tabulario Si-  
Congregationis Propagandæ Fidei no-  
gotiis præposita.

IV. Postquam ab antiquissimo  
tempore, sive ut aliis placet, jam  
usque ab Apostolorum ævo, Catho-  
lica Religio primordia in Malaba-  
rica regione constituta fuerunt, dia-  
bolica fraude factum est, ut Nesto-  
riana heresis labes illarum gentium  
animos inficeret; quam eo usque te-  
nuerant, donec per celebrem Ale-  
xium de Meneses Goæ Archiepis-  
copum eliminata fuit. Sed non diu per-  
mansit hujus laborum, atque ope-  
rum fructus. Cum enim Grangarone-  
nsis Ecclesiæ Archiepiscopus mag-  
nam semper in ea Ecclesiæ auctori-  
tatem obtinuerit, quidam Thomas de  
Campo Archiepiscopus gravissimum  
schisma adversus Archiepiscopum con-  
flavit, & magnam illius subditorum  
partem ad suam obedientiam per-  
traxit. Quod cùm circa finem Pon-  
tificatus Innocentii X. contigisset, ab  
Alexandro VII. ejus successore missus  
fuit in eas regiones Vir Religiosus &  
Carmelitana Familia, nomine Joseph  
à Sancta Maria, qui amplissimis facul-  
tatis à Pontifice sibi delegatis mu-  
niti, exitiali illi malo jam late gra-  
vanti remedium adhiberet. Cui quide-  
m cùm primum ad Malabaricam  
regionem accessit; quantumvis mul-  
tum ædè laboraverit, parum, aut  
nihil proficere datum est. Idem tamen  
cùm Romam reversus, in itam à se  
agendi rationem summo Pontifici ma-  
gnopere probasset, Pontifici magno  
decuratus, & in eandem regionem iterum  
missus, memoratum schisma feliciter  
extinxit, & Thomam de Campo ad-  
dixit, ut male præsumpta potestate  
se abdicaret. Præterea Alexandrum de  
Campo, illius patrualem Episcopum  
consecravit, magnamque animarum

numerum, quæ in plurimum Nesto-  
tociam erroris laqueum reciderant,  
ad sanctam Ecclesiæ Catholicæ fi-  
dem reduxit; indeque digressus, ab  
eodem Alexandro VII. summo Pon-  
tificis, pro laborum suorum premio,  
Brisinianum Episcopatum accepit; à  
quo deinde ad Thipheratem Eccle-  
siam transiturus est, ubi supremum  
diem obiit.

V. Sed vix è Malabarica regione  
memoratus Episcopus excessit, cum  
Archiepiscopus eundem rursus aucto-  
ritatis locum invasit, in quo usque  
ad vitæ finem perseveravit; illo autem  
extincto, schismaticæ factionis qui  
erant, opem ferente schismatico Pa-  
triarcha Hierosolimitano, Gregorio V.  
nuncupato, alium sibi antesignanum,  
cui nomen pariter Thomas de Campo,  
sibi elegerunt. Atque hæc rerum status  
cùm ad nostra usque tempora perma-  
neat, cumque Præsulibus Cocchini, &  
Granganoris per sæculares Potestates  
minimè permissum sit propriam spiri-  
tualem jurisdictionem exercere in illis  
regionibus, quæ temporali eorum di-  
tioni subjectæ sunt; necesse fuit, ut  
Sancta Sedes Vicarium Apostolicum,  
Episcopali characterè insignitum, in  
locis illis constitueret, qui Catholico-  
rum ibidem degentium regimen ge-  
rens, eosdem in Sancta Religione  
continere, atque hæresis progressum  
reprimere satageret; cui tamen rei,  
magne ad hunc diem difficultates se  
opponunt; cùm & schisma ibidem  
etiam nunc perseveret, & aliquot loca  
sint, quæ Archiepiscopi schismatici,  
ac hæresi infecti regimine, & auctori-  
tate continentur; licet ille, qui Ar-  
chiepiscopatum in præsentia occupat,  
apud nos, & Apostolicam Sedem agat,  
ut in Catholice unitatis gremium re-  
cipiatur, paratum se ferens, erroribus  
abjuratis, in sancta Matris Ecclesiæ  
sinum, unâ cum magno populi mul-  
ti-

titudine sibi dicto audiente, redire, ac summi Pontificis auctoritatem agnoscere; quod sane gravissimi momenti negotium actu discutitur in dicta Congregatione Propagandæ Fidei præposita, quam nos jam semel coram nobis coegimus ad consultandum, qua via & ratione ad optatum tantæ rei exitum perveniri possit. Hæc autem partim desumpta ex historia vite præfati Patris Josephi à S. Maria, qui Tiphernatium Episcopus obijt, partim ex monumentis, quæ in actis ejusdem Congregationis aservantur, hoc loco paucis inserere opportunum duximus, ut originem exponeremus Vicariatus Apostolici regionis Malabaricæ, qui ex eo tempore alicui semper à Carmelitarum Discalceatorum Familia, Episcopali characterè prædico, committitur solet.

VI. Nankinensem, & Pekinensem Episcopatus in Sinarum Imperio erexit Alexander Papa VIII. & jus nominandi personas illis præficientiæ attribuit pro tempore existentis Portugallie Regi Fidelissimo, ut videre est in ejusdem Pontificis Constitutionibus 16. & 17. tom. 9. *Bullarii novæ Romanæ editionis*. Verùm non multo post agnitum fuit, nimis vastas esse Dioceses memoratis Episcopis assignatas, atque hinc animarum regimen ibidem haud rectè procedere. Itaque Innocentius XII. per diversos Dioceses illarum tractus Apostolicos Vicarios constituit, quorum officium tandiu duraturum esset, donec liceret novos ibi Episcopatus erigere; Episcopi autem Nankinensis, & Pekinensis interdixit, ne se ullo modo immiscerent regimini illarum regionum, quæ per Vicarios Apostolicos gubernarentur. Et hi quidem Vicarii Episcopali characterè præditi sunt, earumque regionum moderamini ad hunc diem præsent, ad

formam Constitutionis memorati Pontificis, quæ in eodem Bullario habetur num. 138.

VII. In Mellaporensis Episcopatus erectione, quæ facta est à Pontifice Paulo V. Peguviz Regnum, tamquam Diocesis illius pars, descripium reperitur. Sed cum Episcopis numerum datum fuerit, in ea Diocesi sibi attributa parte visitationem peragere, ideoque animarum cura multum inibi negligeret; re ad nos delata per sept. dictam Congregationem de Propaganda Fide, anno 1741. Præsulem Galizia, Glismentis Episcopi titulo decoratum, Vicarium Apostolicum in dicto Peguviz Regno constituimus.

VIII. Quod itaque ad hujusmodi Vicarios Apostolicos attinet, cum ipsis omnimoda Pastoralis auctoritas commanicetur, nullus controversiæ locus est, quin Diocesanam Synodum cogere & celebrare valeant. Petrus Episcopus Beritensis, Vicarius Apostolicus in Tunkini, aliisque Sincensis Imperii partibus à summo Pontifice deputatus, cum pro bono animarum sibi creditarum regimine necessarium duxisset Diocesanam Synodum convocare, de suis facultatibus nihil dubitans, ita scribat: "Ex quo datum est nobis in Tunkinense Regnum ingredi, id unum præ animo habuimus, ut majorem Dei gloriam, hæc infidelium conversionem promoveremus. Cum autem inter varia, quæ suppetebant, media, maxime præ cæteris conducere videretur Synodi celebratio, convocavimus eos omnes, quorum consilio in presenti negotio uti possemus." In hac autem Synodo, cui Apostolici Missionarii, Catechista, & Presbyteri vocati interfuerunt, inter alia, quæ statuta atque provisa sunt, hoc, quod subjoinedimus, decretum est: "Unquoque

vertente anno, Conventus Synodalis fiet coram nobis, aut Vicario nostro Generali, ad quem vocabuntur Administratores, & in eo de rebus Religionis tractabitur." Cumque Synodales hujusmodi Constitutiones Romam transmissæ, & in Congregatione de Propaganda Fide examinatæ & probatæ fuissent, à summo etiam Pontifice Clemente X. per suas Apostolicas literas die 23. Decembris anno 1673. datas, quarum initium *Apostolatus officium*, in forma specificè confirmatæ fuerunt. Quæ litteræ inter Constitutiones Apostolicas ad Synarum, & Tunkini Missiones pertinentes, anno 1676. Parisiis editas, insertæ sunt, pag. 122. & seq.

IX. Sixtus V. in sua *Constitutione 117. tom. 4. part. 4. Bullarii novissimæ editionis Romanae pag. 299.* Congregationi Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, facultatem attribuit, ut quando Ecclesiarum necessitas id exigeret, in Italia præsertim, Vicarios Apostolicos deputaret, probos ac doctos Viros, qui auctoritate accepta à Romano Pontifice per Apostolicas literas in forma Brevis, peculiare Dioceses gubernarent: "Ubi necessitas exegerit, Viros usu & doctrina idoneos, rectos, & timentes Deum deligant, qui nostrarum litterarum auctoritate suffulti, Ecclesias sub Vicarij Apostolici regant." Articulus hujus quidem generis Apostolicos Vicarios frequenter deputari contingit, sive cum metus est, ne diu Ecclesia aliqua Pastore viduata peniteat; sive cum in Vicarij Capitularis electione controversiæ, & turbas excitandas fore prospicitur; vel quando Episcopus adversa valetudine, aut senio affectus, gregi gubernando impar agnoscitur; aut denique cum illius cul-

pa fit, ut ab Episcopatus administratione suspendi, aut perpetuo removeri debeat.

X. Ad hos igitur Vicarios Apostolicos sermonem redigentes, si quaratur, an ipsis etiam competat facultas convocandi Synodum Diocesanam, respondendum, quòd illos, qui ad regendam Ecclesiam per obitum, aut translationem Episcopi, vacantem deputati fuerint, ea omnia locum habere, quæ in superiori capite de Vicariis Capitularibus disseruimus. Quod vero spectat ad alios, quibus supplende injunguntur vices Episcoporum, qui vel Ecclesiæ regionini nequaquam idonei, vel ab illius administratione remoti sunt, omnium tutior ac melior ratio est, ut Apostolicæ eorum deputatiõnis litteræ inspiciantur, & perpendantur. Si enim in illis expressa reperitur facultas cogendæ Synodi, utique Vicario jus erit eam convocandi, sin autem ejusmodi facultas in litteris expressa non fuerit, & tamen ea sit rerum illius Diocesis conditio, ut Synodum convocari requiratur, supplendum erit Summo Pontifici, ab eoque facultas obtinenda celebrandi Diocesanam Synodum; quod quidem facili negotio impetrabitur: eo vel magis, quòd ipsis Apostolicis litteris, quibus Vicariorum deputatiõnes fiunt, ut plurimum hujusmodi facultas inseri consuevit. Formula, quæ contempni solent hujusmodi deputatiõnum litteræ, impressa legitur in tractatu de *Vicario Apostolico*, quem scripsit Præsul Baisi, quondam Episcopus Anabini *ad lit. 1.* Qui etiam Auctor jure ac merito censet, ad Synodales Conventus ad hujusmodi Vicario Apostolico celebrandos, minime accersendum, aut admittendum esse Episcopum, cui vel ob inhabilitatem, vel ob culpam, datus est auctoritate



Apostolica Vicarius ipse, de quo agitur; ut videtur est in citato *Tractatu tit. 2. num. 9.*

## CAPUT XI.

## De Prælati inferiori.

**T**amburinus de *Jure Abbatum tom. 1. disp. 24. quest. 7.* *Giulianus Controu. Juris lib. 2. cap. 220. num. 125.* & *Joseph de Proprietate in suo tract. de territorio separato, quest. 5. numer. 18.* indifferenter docent, omnibus Prælati inferioribus, qui tantam jurisdictionem in loco exercent, ut dicantur loci Ordinarii, jus esse congregandi Synodum Diocesanam. At ad arcendum errorem, qui ex voce ambiguitate oritur, & multos deopere solet, tres distinguimus inferiorum Prælatorum species.

II. Prima est eorum, qui certo præsentati generi personarum existentium intra septa alicujus Ecclesie, monasterii seu conventus, cum passiva exemptione à jurisdictione Episcopi. Ejusmodi sunt Superiores Regulares, & notarii Prælati Seculares, qui unâ cum Ecclesia, ejusque Ecclesie Clerici, & Administrati, quibus præfentur, subsunt immediatè Romano Pontifici.

III. Secunda species est Prælatorum habentium jurisdictionem activam in Clerum, & populum certi loci; qui tamen locus est intra Episcopi Diocesim, à qua unâque circumscribitur. Et ejusmodi Prælati improprie tantum, & l'ro quodam loquendi modo dicuntur esse *Nullo.*

IV. Tertia species est Prælatorum, qui jurisdictionem activam habent in Clerum, & populum alicujus loci, seu oppidi, aut plurium locorum &

oppidorum, quæ omnino avulsa & separata sunt à cujuslibet Episcopi Diocesi; quapropter dicuntur consistere quædam quasi Diocesim, ubi Prælati, iis exceptis, quæ Ordinibus Episcopalis sunt, omnia exercent, quæ ceteroquin ad Episcopalem jurisdictionem pertinent. Hujus generis Prælati inter inferiores nobilissimi sunt; & dicuntur verè, & proprie *Nullo;* & veris annumerantur Ordinatis locorum. De singulis hisce Prælatorum speciebus diligenter, morte suo, agit Cardinalis Petra ad *Constitutionem 4. Callixti III. sect. 1. tom. 5.* & post eum, *Clemens de Arostegui in sua Concordia Pastoralis super jure Diocesanorum inter Episcopos, & Prælatos inferiores part. 1. cap. 4. num. 65. & seq.* ubi simul omnium prælatorum trium Prælatorum investigat originem. Et si quidem ex privilegiis à Sede Apostolica concessis Prælati primæ & secundæ speciei, incaute admodum nonnulli Doctores, & quandoque etiam Tribunalia, inferebant concessionem territorii verè separati, & Prælatum tot tantisper concederant prærogativis, illic accensebant Prælati tertie speciei; idcirco nos ad supremum Pontificatum evecti, ad hæc eventerday equivocaciones, Constitutionem edidimus, quæ est in *ordine 76. nostri Bullarii tom. 1.* in qua, additis etiam nostræ Romanæ Rotæ Auditoribus, totam hæc materiam accuratè digessimus, & perspicuè explicavimus, quod & à nobis præstitum est in alia nostra Constitutione, quæ incipit *Inter multa*, edita die 24. Aprilis 1747. super jurisdictione Episcopi Tusculani in Clerum & populum Cryptæ Ferratæ, inserta in secundum tomum nostri Bullarii 33. in *ordine.*

V. Hac opportuna distinctione præmissa, certum esse dicimus, ab in-

ferioribus Prælati tum primæ, tum secundæ speciei, non posse Diocesanam Synodum celebrari; quod profecto de Prælati primæ speciei est per se manifestum; de Prælati verò secundæ speciei, colligitur ex Tridentino *sess. 24. cap. 2. de reform. præcipiente*, ut nisi ipsi subdantur Capitulis generalibus, accedant ad Synodum Episcopi, cui aliàs cessante exemptione interesse deberent; non enim ita Tridentinum jussisset, si ipsi jus esset propriam Synodum habendi. Quod verò spectat ad Prælatos tertie speciei, non idcirco, quod isti verè *Nullo* sint, & propriam ac separatam territorium habeant, statim jus sibi vindicare poterunt congregandi Synodum Diocesanam; sed necesse est, ut duo insuper præbent: primum sibi à Sede Apostolica concessum fuisse explicitum privilegium Synodum convocandi; secundum, tale privilegium deductum fuisse in usum, & recipi à suis antecessoribus fuisse Synodum coactam; sicuti docent *Garcia de Benef. part. 2. cap. 2. num. 127.* *Paris de resignat. lib. 8. quest. 9. n. 98.* ac pluribus Cardinalis Petra *cit. tom. 5. sect. 2. pag. 129. num. 114. & seq.* quorum sententiæ ad stipulantur plurimæ Rotæ Romanæ decisiones relatæ à *Garcia cit. loc. & uberius videri potest in decis. 17. & 14. tom. 2. tit. 27. de offic. Ordinari. cor. clar. ment. Cardinali Falconerio*; & quod magis est, eadem semper fuit sententia sacre Congregationis Concilii, cui sola qualitas *Nullo*, cum territorio separato, nunquam via est sufficere ad astriendum Prælati inferiori facultatem cogendi Synodum; nisi simul in eodem concurrant illa duo, speciale scilicet, & expressum privilegium Apostolicum, atque ejusdem privilegii usus; uti constat ex quamplurimis ejusdem sacre Con-

gregationis responsis, & decretis, congestis & relatis à Cardinali Petra *loc. cit.* de quibus etiam restatur boni mem. Alcovitius, sacre Congregationis olim Secretarius, in voto, quod exaravit in causa *Lacrenien. seu nullius, Sancti Vincentii in Vulturis*, proposita die 11. Januarii 1687. ubi hæc habet: "Ad ubi ut Episcopo inferior possit Synodum congregare, duo copulative requiruntur; primum nempe, quod habeat proprium & separatam territorium; secundum verò, quod eandem Synodum congregare consueverit, ut aliis respondit sacra Congregatio, & signanter in Militen. mense Decembris 1586. lib. 4. decretor. pag. 216. ubi: Abbatem Sanctissimæ Trinitatis non posse separatim Synodum celebrare, nisi constet, Abbatiam nullius esse Diocesis, & propriam habere territorium, atque aliàs legitime territorium celebrasse."

VI. Quia porro jus convocandi Synodum, & jus iudicandi concursum ad Parochiales Ecclesias, videntur quodammodo inter se connexa, cum juxta Tridentinum *sess. 14. cap. 18. de reform.* concursus institutus sit coram Examinatoribus in Synodo Diocesana electis; idcirco sacra Congregatio jus iudicandi concurrere in Abbatibus non admittit, nisi prius, & privilegio, & privilegium ostenderint, se esse in quasi possessione Synodum cogendi; Quod si Parochialis, *verbo sunt sacra Congregationis*, non sit intra fines Diocesis alicujus Episcopi, & inferior Episcopo omnimodam habeat jurisdictionem Episcopalem, nec alicui subdat, sed est immediate subiectus Sedi Apostolicæ, nullius Diocesis, proprium territorium habens, si n habeat jus congregandi Synodum, &

illegitimè constet, illam congregasse, nec congregare, & elegisse, ac eligere Examinatores, poterit concursum rinstituere, examinare, & approbare; Oeconomus, Vicarius deputare, & alia facere, quæ prescribuntur cap. 18. sess. 21. Episcopus verò debet manentem, donec dicta requisiti Abbas probaverit, lib. 6. decretor. pag. 91. Ideaque, atque fisdem verbis rescriptum legitur die 26. Septembris 1615. lib. 11. decretor. pag. 163.

VII. Prædicta contextio inter facultatem cogendi Synodum, & indicendi concursum ad Ecclesias Parochiales, ansam præbuit controversiæ, cuius notitia prodesset ad clariorem præsentis materie intelligentiam. Inter Commendatarium, *Archimandritam* nuncupatum, Monasterii S. Salvatoris de lingua Pharis, & Archiepiscopum Messanensem, dum malitiamque disceptatum fuit de vera separatione territorii ejusdem Archimandrite à Diocesi Messanensi, cum vera qualitate *Nolitus*, atque ad omnem titulum controversiam inita, & non est inter utrumque concorsio, à Sede Apostolica approbata, in qua Archimandrita ponitur in pacifico statu Prælati tertie speciei, cum territorio separato, & inter cætera jus illi adscribitur indicendi & instituendi concursus ad Beneficia Curam, in sua quasi Diocesi vacantia, & vacatura. Coherenter ad huiusmodi concordiam, & veluti in necessariam illius sequelam, contendebat Archimandrita jus pariter sibi esse Synodum congregandi. Re delata ad sacram Congregationem Concilii, à docto & accurato ejusdem Congregationis Secretario scilicet animadversum fuit, ex potestate indicendi concursum non necessario consequi jus cogendi Synodum, cum

possit concursus fieri coram Examinatoribus electis à Synodo iustitiam Episcopi, qualis in casu esset Archiepiscopus Messanenensis; ex quo intulit, onus aihue incumbere Archimandrite probandi & privilegium Apostolicum, quo sibi fiat expressa potestas Synodum cogendi, & præviam ejusdem privilegii, si ab antiquo concessum demonstraretur, executionem; cumque hæc probata non fuerint, adcircò proposito, die 3. Julii anni 1738. sequenti dubio: *An Archimandrite Messanensi competat jus cogendi Synodum*; responsum fuit *Negativè*. Verum cum post nostram assumptionem ad supremum Pontificatum, Cardinalis Sylvius de Valentibus, Commendatarius Archimandrite prælati Monasterii S. Salvatoris, nobis supplicasset, ut potestatem, qua hæctenus caruerat, Apostolica auctoritate ei concedere dignaremur, nos ejusdem Cardinalis precibus annuentes, nostris in forma Brevis litteris datis die 12. Januarii 1741. privilegium eidem Cardinali indulgimus celebrandi Synodum in aliquo loco sue jurisdictionis, extra civitatem Messanenensem, quod tamen privilegium personale duxitaxat esse declaravimus, nec suffragari volumus futuris Archimandritis, nisi simile indultum à Sede Apostolica ipsi quoque obtulerint. Eodem Apostolico privilegio, nuac temporario nonè perpetuo, à Sede Apostolica extorquatos fuisse alios plures inferiores Prælatos tertie speciei, non igituramus; cum frequenter occurrant Synodi ad illi habitæ, ac præsertim ab Abbatibus Cassinensi, Nonantulano, Farnensi, Sancti Salvatoris Majoris, & similibus.

VIII. Audivimus ab aliquibus, etsi viris probis & doctis, quæ modo dicta sunt, improbari, ex eo potissimum,

quod si tertie speciei Prælati in vim ordinariæ sue jurisdictionis competat, aut Ordines suis subditis conferre, aut litteras dimissorias eis concedere, ut ab aliis Tonsuram, & minores Ordines recipere possint, eisdem Prælati tertie speciei denegari non possit facultas cogendi Synodum jure suo, & præcio quolibet Apostolico privilegio. At tantum abest, ut illatum exemplum intentioni sic æquum prodesset possit, ut eam potius evertat; quod ut facilius percipiatur, opus est præmittere, à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 10. de reform. duo fuisse sancita: primum, ne Abbatibus, aliisque quibuscumque, quantumvis exemptis, liceat primam Tonsuram, vel minores Ordines cuicumque conferre, qui Regularis subditus sibi non sit; secundum, ne lidem Abbates, aliique exempti litteras dimissorias Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedere valeant.

IX. Jam vero primam decreti partem expendenti statim coercita apparere illimitata illa facultas, à iure antiquiori quibusdam Abbatibus data, omnibus indistinctè & promiscuè conferendi primam Tonsuram, & minores Ordines; & perspicuum fit, ab illis, quantumvis fruatur exemptione, hodie non posse initiari, nisi suos subditos Regulares. Ut autem hæc ipsa, qua nunc unice fruuntur potestate, uni valeant, non solum debent esse in Prebiterato Ordine constituti, sed debent insuper benedictionem obtinuisse ab Episcopo, nisi Episcopus tertio cum humilitate ac devotione, sicut convenit, requisitus, eos benedicere forte reuertit, juxta textum in cap. Statutum. de suppl. v. sig. Prælator. aut nisi alio peculiari fulciamur privilegio, quo eis potestas fiat, etiam non recepto benedictionis munere, omnia per-

agendi, quæ Abbatibus competunt Episcopi benedictione quodammodo distincta; quæ omnia sigillatim, & distinctè à nobis exposita fuere in brevi quadam dissertatione, quam evayavimus occasione cujusdam causæ *Vrsitavianæ*. sacre Congregationis Concilii, cuius Secretarii officium gerebamus, proposita die 12. Februarii 1724. & juxta nostrum sensum desisse, uti videre est tom. 3. *Thesaur. Resolut. pag. 19. & pag. 23. & seq.* à quibus propterea ulterius enucleandis, ne actum agamus, consultò abstinemus. Solum addimus, prædictis peculiaribus privilegiis, quorum mentio fit etiam à Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 39. à Dian in edit. concord. tom. 2. tract. 5. *resolut. 81.* non fuisse derogatum per Constitutionem sanct. mem. Benedicti XIII. qua incipit *Commisist nobis*, editam post nostram memoratam dissertationem, & impressam in Appendice ad Concilium Romanum, in qua præcipitur Abbatibus Regularibus percipiatur, ut intra annum, à die eorum electionis, Episcopalem suscipiant benedictionem; in ea quippe & *Quo verbò ad Abbates*, nihil innovatum legitur quoad Abbates, qui prælati peculiaribus sunt instructi privilegiis.

X. Quoniam autem Tridentinum Abbatibus quovis modo exemptis, facultatem duxitaxat reliquit, primam Tonsuram, minoresque Ordines conferendi suis subditis Regularibus, & Abbatibus Secularibus, & Abbatibus Secularibus, quantumcumque gaudeant exemptione, Regularibus non præsumit, necessario inde consequitur, eos non posse, ullum, quantumcumque sue jurisdictioni subiectum, ad primam Tonsuram, Ordinesque minores promoveri, nisi hanc potestatem à Sede Apostolica post Tridentinum Concilium impetraverint; Concilium enim præ-



precedentia privilegia abrogavit, sed ab eisdem in posterum concedendis non potuit Apostolicam Sedem impedire, quemadmodum ad rem ponderat Fagnanus in *cap. Statutum*, num. 14. & num. 57. & 54. de *suppl. neglig. Prælator.* Eiusmodi privilegium ab Urbano VIII. concessum Abbati Commendatario pro tempore B. Marie Farsensis, & S. Salvatoris Majoris, liquet ex ejusdem Apostolicis litteris impressis post Synodum Dioecesanam Farsensem, habitam à Carolo Cardinali Barberino pag. 997. idemque privilegium ab Alexandro VIII. die 8. Aprilis 1690. datum Primicerio S. Marci Venetiarum quoad personas non inservientes Ecclesie, referit Clericatus post *dect.* 15. de *Sacram. Ord.* Eandem facultatem sibi pariter adstruebat Abbas S. Barbara civitatis Mantuanae, de cujus iuribus plura nos in utramque partem adduximus, quæ extant *tit. Theaur. Resolut. tom. 3. pag. 214. & seq. pag. 230. & seq. & pag. 293. & seq.* quibus in locis concluditur etiam probavimus, neminem posse eam potestatem sibi arrogare, nisi à Sede Apostolica sibi post Tridentinum spectatum atque expressè concessam ostendat.

XI. At dicit hæc in re excitantur questiones: prima scilicet, an Episcopus suis subditis, atque Regulares Prælati Religiosis sibi subiectis litteras dimissoriales concedere valeant, ut primam Tonsuram, minoresque Ordines recipient, aut ab Abbatibus Regularibus, quibus virtute eorum privilegiorum, nec est ad eos promovendi nos subditos Regularis, aut etiam ab Abbatibus Secularibus, eodem ornatis privilegio, limitato tamen ad certum genus personarum, putà ad subditos in suo territorio commorantes, aliæque certas, atque in privilegio designatas

personas; secunda, an collatio Tonsuræ, Ordinumque minorum, ab utrisque Abbatibus facta personis, in suis privilegiis minime comprehentis, sit tantum illicita, an etiam invalida. Sed amba istæ controversiæ jamdudum dirimptæ & diffinitæ sunt à sacra Congregatione Concilii.

XII. Atque, quod primam spectat, etsi vult, an no videlicet 1572. eadem Congregatio censuisset, integrum esse Abbatibus, de quibus est sermo, primam Tonsuram, minoribusque Ordinibus initiare, quæ quot hæc instantiæ forent à propriis Ordinariis ad eos dimissi; ex quo plane censiebatur, etiam locorum Ordinariis licere suas litteras dimissoriales ad eosdem Abbates dirigere; attamen, cum eadem questio, jubente Clemente VIII. fuerit ad trutinam revocata, atque in Rotæ Auditorio iterum diligenter discussa, sacra Congregatio in hærenti decisioni, quæ à sacra Rota emanavit, eaque 995. coram *Seraphino*, à priori sententiæ recessit; statuitque, non posse ad prædictos Abbates litteras dimissoriales dirigi, neque videri eas esse personis, quæ in eorum privilegiis expressè non sunt, etsi cum suorum Prælatorum dimissorialibus litteris ad se accesserint, primam Tonsuram, minoresque Ordines conferre, sub pæna suspensionis ab ordinum collatione, tam ab Ordinariis, quam ab Abbatibus, aliisque Prælati dimissoriales litteras concedentibus, incurrenda; atque hæc posterior sacre Congregationis sententiæ approbata fuit ab Urbano VIII. quæ omnia fuscè enarrantur à Fagnano in *cap. Aqua* à num. 8. usque ad 19. de *consecrat. Eccles. vel Altar.* atque à Clericato *dect.* 15. de *Sacram. Ord.* à num. 19. usque ad 53.

XIII. Quod autem ad alteram pertinet questionem de Ordinationi val-

ditate; jam plerique Doctores suscipi docuerant, primam Tonsuram, minoresque Ordines à prædictis Abbatibus collatos, aut Regularibus sibi non subiectis, aut Secularibus in suis privilegiis non comprehentis. Ita quilibet diserte asservere Tamburini de *Jur. Abbatum tom. 2. disp. 2. quest. 8. per tot.* Suarez de *Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 21. Petrin. Oper. tom. 5. quest. 3. cap. 7. num. 27. Ferosmos. in cap. Cum contingat, part. 2. num. 9. & seq. de *stat. & qualis. Fagnan. in cap. Statuimus* à num. 11. de *suppl. neglig. Prælator.* Hinc verò sententiæ calculum subinde adiecit sacra Congregatio Concilii, quæ illicitam quidem habuit, sed validam semper pronuntiavit Ordinationem, de qua discussimus; etenim cum in causa *Combricens.* 26. Junii 1655. questum fuisset: „An Abbatibus Congregationis S. Bernardi, & S. Benedicti conferre poterint Ordines minores Regularibus sibi non subditis, necnon Secularibus etiam habentibus litteras dimissoriales suorum Superiorum:“ respondit, *ta- ne id fieri nequaquam potuisse, sed simul addidit: „Promotos ab illis non indigere alia collatione di- eorum Ordinum, sed absolutione & rehabilitatione à Sanctissimo ob- tinenda;“ quod habetur lib. 19. de- cretor. pag. 484. Similiter in cau- sa Panormitana collationis Ordinum, die 16. Martii 1647. disceptato articulo: „An Ordines minores, per Abbatem Regularem non benedic- tum collati non suis subditis, sint validi, si Abbas habeat privile- gium illos suis subditis conferen- di;“ prodiit decisio alteri con- formis, quæ antea emanaverat in cau- sa *Catanen.* 23. Novembris 1641. cu- jus verba sunt: „Collationem autem Ordinum supradictis non suis sub-**

ditis, etiam Regularibus, factam, si fuerit de Ordinibus etiam minoribus, & dictus Abbas non benedic- tus non habeat privilegium Aposto- licum, Ordines collatos remanere invalidos, & Ordinatos indigere alia Ordinatione; si vero Abbas non benedictus habeat dictum privile- gium, & Ordines minores tantum- modo contulerit suis non subditis, Ordinatos non indigere alia Ordinatione, sed solummodo absolutio- ne & rehabilitatione à Sede Apo- stolice obtinenda;“ ut habetur *lib. 18. decretor. pag. 311.* Denique eum in causa *Luciana*, proposita 16. Martii 1726. disputaretur de privilegiis concessis Abbatibus civitatis Mantuanæ, & spectaretur res esset de Clerico ab eodem Abbate ad minores Ordines promotus, quamquam promotus in Abbatis privilegio expressas, sacra Congregatio Ordinationem illicitam dixit, Clericumque minoribus initiatum, suspensione interitum declaravit; non tamen Ordines eidem iterum conferendos jussit. *Testaur. Resolut. tom. 3. pag. 288. & 296.* Quare, ut, quam verasum, controversiam pæcis absolvamus: aut Abbas nullo fruitur privilegio conferendi primam Tonsuram, & minores Ordines; aut privilegio possit illos conferendi certo personarum generi. Si primum, nec licite, nec valide potest quemquam ad primam Tonsuram, minoresque Ordines promoveri: si alterum, illicite profecto, attamen valide primam Tonsuram, minoresque Ordines etiam illis conferri, qui ceteroquin inter personas non numerantur in privilegio designatas.

XIV. Quæ hæcenus diximus, omnes complectuntur Abbates, seu Prælatos inferiores, etiam tertie speci-

habentes nimirum proprium territorium, à cujuslibet Episcopi Diocesis avulsum & separatum, cum Clero, & populo, in quem pleno jure exercent jurisdictionem eamdem, & quasi Episcopalem; nam etiam ejusmodi Prælati, à virtute præfati decreti Tridentini, adempta est facultas, si quam olim habuerant, conferendi primam Tou-suram, & Ordines minores suis subditis secularibus; neque hanc potestatem possunt sibi vindicare, nisi à Sede Apostolica, post Tridentinum, & cum expressa Tridentini derogatione, eam iterum impetraverint; sed secularium omnium, in prædicto territorio separato degentium, Ordinatio spectat ad Episcopum violenter; quemadmodum, si Abbas, seu Abbatias territorium, quantumvis exemptum, situm sit intra fines alicujus Diocesis, ad ejusdem Diocesis Episcopum pertinet Ordinatio secularium inibi habitantium. Hæc omnia discrete definita sunt à sacra Congregatione Concilii, ex cujus sententia Fagnanus in cap. *Significasti*, de officio Archiepiscopi ubi à num. 12. usque ad finem versans questionem suo. num. 24. ita demum concludit. Nullus Prælati inferior Regularis, aut Secularis hodie reperitur, cui liceat Touzuram, & minores Ordines conferre personis secularibus, tametsi omnimodam jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, ac etiam temporalem habeant in Clerum, & populum exclusi Episcopis, & si illorum territorium sit intra fines alicujus Diocesis, sive extra, & proximitate Cardinali. Petra in comment. ad Constit. Apst. tom. 2. pag. 116. n. 66. & seq. XV. Aliquid nunc dicendum restat de secunda parte enunciatæ Tridentini decreti *sess. 23. cap. 10.* ubi decernitur: *Nec ipsi Abbates, & alii exempti, aut Collegiæ, vel Capitula quæcumque,*

*etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias aliquibus Clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, concedant; sed horum omnium Ordinatio, ac actus omnibus, que in hujus Sanctæ Synodi decretis continentur, ad Episcopos, intra quarum Diocesis fines existant, pertineat.* Sub hujus decreti censura comprehendendi Abbates, aliosque inferiores Prælatos primæ, & secundæ speciei, nemo unquam potuit in questionem adducere, si perique Prælati tertie speciei, se ab ejusdem severitate autimabant immunes, hac freu ratione, videlicet quia ipsorum territorium, in quod exercit jurisdictionem quasi Episcopalem, non existit intra fines alicujus Diocesis, de quo tantum videtur loqui Tridentinum, sed est aequaliter Diocesi omnino sejunctum & separatum; ac propterea, etsi ab Ordinibus persemetipsos conferendis, juxta modò traditam doctrinam, abstinere, liberum nihilominus sibi esse putabant, litteras dimissorias, ad Ordines suscipiendos, suis subditis secularibus impertiri. Verum alia fuit mens sacre Congregationis, Concilii Tridentini interpretis, ad quam unice spectat decretorum ejusdem Concilii Tridentini genuinum sensum aperire; ea siquidem probe considerans, in allegati capituli initio sermone esse, non solum de Abbatibus utcumque exemptis, verum etiam de illis, qui Nullius Diocesis esse dicuntur, quales sunt, habentes territorium separatum, hocce pariter in omni parte comprehensio dixit, siudemque ablatam censuræ facultatem concedendi suis subditis secularibus litteras dimissorias ad Ordines, quæ præinde elargiri, ad vicinorem Episcopum unice pertinere declaravit. Ejusmodi sac. Congregationis responsa congesta sunt à Fagnano, & Cardinali Petra *loc. cit.* quibus alia

atteximus, quæ eo prodierunt tempore, quo nos ejusdem Congregationis Secretarium agebamus. Ecclesia Collegiata B. Mariæ Virginis de Alba Regali, Diocesis Vespertimien. ejusque Præpositus, Canonici, ceterique eidem inservientes Ecclesie, plenam obtinent exemptionem à jurisdictione Episcopi Vespertimien. atque à jure Metropolitanico Archiepiscopi Strigoniensis. Ampla ictus exemptionis obtentu, sibi jus esse arbitrabatur Collegiata Præpositus concedendi litteras dimissorias ad Ordines sacre Ecclesie Canonice, aliisque ministris; sed causa delata ad sacram Congregationem Concilii, hæc die 16. Martii, & demò 17. Decembris 1718. contra Præpositum promittavit, *t. 2. Theaur. Resolut. pag. 51. & duabus seq. & pag. 121.* Sed, quoniam (ut ingenuè fateamur) ejusmodi decisio Prælatum tangit secundæ potius, quam tertie speciei, aliam statim proferimus, in qua sine ulla dubitatione questio erat de Prælato tertie speciei. Ls vertebatur in Romana Rotæ Auditorio inter Episcopum Britioricæ, & Capitulum Basilicæ S. Petri de Urbe, super articulo, an Abbatia S. Rufilli, sita in castro Fori Pompilii eidem Capitulo perpetuo unita, habet territorium omnino separatum à Diocesi Britioricæ. Interim verò Capitulum S. Petri, in iuribus immemorabilibus consuetudinis, seu quasi possessione concedendi litteras dimissorias personis intra sacre Abbatie limites commorantibus, ne hæc possessio exturbaretur, pendente adhuc controversia super Abbatie separatione, eandem litteras concedere non dubitabat; at, contradicente Episcopo Britioricæ, ac jure meritoque contendente, immemorabilem possessionem, utpotè à Concilio Tridentino infractam, viribusque

constitutum, non suffragari Capitulo, etiam territorium separatum evinceret, ad ejus instantiam, die 3. Decembris 1718. fuit in sacra Congregatione Concilii disceptatum: *An, etiam constaret de territorio separato, paret Capitulum S. Petri concedere dimissorias;* & die 25. Januarii 1719. unanimi omnium suffragio, responsum fuit *Negative, tom. 1. Theaur. Resolut. pag. 140. & 140.*

XVI. Nihilominus tamen non desunt etiam nunc Abbates tertie speciei, hæc peculiari præfalgentes prærogativa, ut suis subditis litteras dimissorias ad Ordines nedum minores, sed etiam sacros suscipiendos elargiri valeant, & re ipsa elargiantur, ita ut nulli Episcopo sis sit, sine ipsorum litteris, eorumdem subditos ordinare; ac hæc prærogativa non est annexa qualitate Nullius, neque profuit ex territorio perfectè separato, sed unice derivatur ex speciali privilegio, post Tridentinum questio erat de Prælato tertie speciei. Ls vertebatur in Romana Rotæ Auditorio inter Episcopum Britioricæ, & Capitulum Basilicæ S. Petri de Urbe, super articulo, an Abbatia S. Rufilli, sita in castro Fori Pompilii eidem Capitulo perpetuo unita, habet territorium omnino separatum à Diocesi Britioricæ. Interim verò Capitulum S. Petri, in iuribus immemorabilibus consuetudinis, seu quasi possessione concedendi litteras dimissorias personis intra sacre Abbatie limites commorantibus, ne hæc possessio exturbaretur, pendente adhuc controversia super Abbatie separatione, eandem litteras concedere non dubitabat; at, contradicente Episcopo Britioricæ, ac jure meritoque contendente, immemorabilem possessionem, utpotè à Concilio Tridentino infractam, viribusque



incolentibus eandem Abbatium, sibi perpetuò unitam, id juris sibi fieri petiit à Sede Apostolica; sed, cum adhuc in Rotæ Auditorio indefectè penderet controversia super vera separatione Abbatie, ejusque territori à Diocesi Belsiorientali, Capituli instantia rejecta fuit à sacra Congregatione Concilii, ad quam Innocentius XIII. eam remisit examinandam; verum, cum postea idem Capitulum causam obtinuerit in Rotæ tribunalibus, licetque ei adjudicatum territorium omnino separatum, suas preces instauravit apud san. mem. Benedictum XIII. votique compos effectum est, per Apostolicum Breve ab eodem Pontifice datum. Cæterorum Abbatum, qui eodem jure ab Apostolica Sede sunt post Tridentinum donati, catalogum extra in Cancellaria Cardinalis Urbis Vicarii, testator Romualdus Honorante in *Praxi Secretarie Tribunalis dicti Cardinalis*, p. 195.

XVII. Iluc usque deducta, ni fallimur, sicut aperit ostendunt, Prælati inferioribus tertie speciei non competere de jure facultatem concedendi litteras dimisorias suis subditis, nisi hæc eis specialis distinctio Apostolice privilegio concessa sit; ita apprimè demonstrant, nullam à dicto exemplo inferri posse argumentum adversus ea, quæ in superioribus dicta sunt de Prælato inferiore tertie speciei, qui Synodum cogere nequit, nisi Apostolice distinctio privilegio donatus sit; quinimò eandem vigere joris censuram in utraque causa, cum litterarum dimissorialium, tum Synodi.

## CAPUT XII.

*De Episcopo Latino, in cuius Diocesi Græci Sacerdotes & Clerici degunt.*

Neminem latet, quosdam Græcos homines, non quidem schismaticos, sed catholicos esse, qui in Latinorum Episcoporum Diocesisibus vivunt, quique Italo-Græci vocantur; pro quorum regimine summus Pontifex Clemens VIII. consultissimam suam promulgavit Instructionem, cui nos deinde non pauca addidimus per Constitutionem nostram, quæ est 57. *Bullarii nostri tom. 1.* Aliquot hujusmodi Græcorum Coloniae tam in Italia, quam in Insulis ipsi adjacentibus reperiuntur. Quærendum igitur occurrit, num Latini Episcopi, qui has Colonias habent in suis Diocesisibus, & cum in Parochos, & Sacerdotes Græcos, possint cum his peculiarem Diocesanam Synodum celebrare. Ut autem hujus questionis examini ea, quæ maximè opportuna sunt, præmittantur, quærendum primò est, quinam sit ejusmodi Græcorum Ordinarius, tam in eo quod spectat ad collationem Ordinum, quam in eo quod pertinet ad potestatem jurisdictionis, sive ad regimen animarum.

II. Laudatus Prædecessor noster Clemens VIII. de optimo Italo-Græcorum regimine, deque recta eorum disciplina valdè sollicitus, voluit, in urbe Roma semper adesse Episcopum Græcum, à quo Italo-Græci, qui in Latinorum Episcoporum Diocesisibus vivunt, Ordines suscipere deberent, ut in ejusdem Pontificis Constitutione 24. §. 7. *tom. 5. Bullarii* videre est. Hujusmodi Episcopus etiam nunc in Urbe existit. Verum san. mem. Clemens XII. qui, antequam ad summum Pon-

Pontificatum ascenderet, inter Cardinales Collegii Græci Protectores locum tenebat, adeoque gravia per se ipsum deprehenderat incommoda, quæ ab iisdem Græcis subeunda erant, dum à regionibus valdè remotis Romanam se conferre debebant, ut ab Episcopo Græco Ordines reciperent, cum jam pro eisdem Græcis Collegium in oppido S. Benedicti, Ullianum nuncupati, Bisinianensis Diocesis, erexit, alterius Episcopi Græci domicilium in eo constituit, cui etiam facultatem concessit, ut Græcis hominibus, in Diocesisibus Latinorum Antiquum degentibus, qui debitis documentis instructi ad ipsum accederent, sacram Ordinationum munera impendere valerent. Quo tamen nihil detractum voluit de facultatibus à Clemente VIII. tributis Episcopo Græco in Urbe constituto, ad quem adhuc Græci ad Ordines promovendi accedere possunt; sed alterum illum Græcum Episcopum adiecit, ut pauperum Græcorum communitati consuleret, quibus longum iter ad Urbem usque suscipere, grave nimis accideret. Videatur ejusdem Pontificis Constitutio, cujus initium *Provida Pastoralis*, quæ etiam in Historia erectionis memorati Collegii, anno 1750. ab Angelo Zavarro Neapoli edita, per extensum relata habetur pag. 76. & seq. De duobus hæc Græci Episcopi, altero Romæ, in Calabria altero commorante, actum etiam fuit à nobis in citata Constitutione nostra §. 7. *de Sacramento Ordinis tom. 1. & prælatorum Decretorum nostrorum Clementis VIII. & Clementis XII. ratio ac providentia*, hæc etiam in re, pro merito commendata est.

III. Sic igitur constituto quinam sit Italo-Græcorum Ecclesiasticus Superior in eo, quod ad Ordinum colla-

tionem attinet; non de eorumdem Ecclesiastico Ordinatio agendum est, pro eo quod pertinet ad jurisdictionem, & animarum eorum, universumque eorum regimen, & gubernium. In quo, si standum est Canonis constitutibus, ut certe standum est, omnia hæc ad Episcopum Latinum, in cuius Diocesi Græci habitant, pertinere, dicendum est. Verum Episcopus Latinus Græcum Vicarium habere debet, sibi per omnia dicto audientem, cujus operâ utilis atque salubris eam Gregis sui portionem valeat gubernare; quod ipsum à nobis est quoque demandatum in allegata Constitutione 57. §. 9. *num. 21.*

IV. Postquam clarissimis Bizantiis urbs conjunctis Francorum, Venetorumque armis, expugnata fuit, & Balduinus Flandria Comes ibidem Imperator est constitutus, opportunum factu reputatum est, ut Constantinopolitanum Patriarcha Latinus crearetur, ad eamque dignitatem Maurocenus electus fuit, ac cæteræ deinde minores Imperii urbes, Regia civitatis exemplar sequitur, Latines Episcopos habuerunt. Cum igitur, ut cuivis facile est intelligere, hujusmodi Episcoporum subditi magna ex parte Græci essent, ut istorum regimen consuleretur, in Concilio Generali Lateranensi IV. quod sub Innocentio III. celebratum fuit, decretum est non quidem in una eademque urbe penitus Episcopos esse debere, alterum Græcum, & alterum Latinum, quod monachi similiter reputatum fuit; verum ut Episcopus Latinus Græcum Suffraganeum, seu Vicarium retineret, qui ex illius præscripto omnia ageret: *Sed, si per prædictas causas, quæ ad Græcæ Lingue imperitiam referuntur, urgente necessitate partiterit, Pontifex*

loci Catholicum Praesulem Nationibus illis conformem procula deliberatione constituit sibi Vicarium in praedictis, qui ei per omnia sit obediens & subiectus; cum paulo prius repudiatum fuisse id, quod de duobus Episcopis, altero Latino, & altero Graeco proponi coepit: *Problema autem omnino, in una eademque Civitate, sive Diocesi, diversi à Pontificis habeant, tanquam unum corpus altero capite, quod monstrum.*

V. Haec Concilii Lateranensis verba relata habentur in cap. *Quoniam, de officio Iudicis ordinarii* Cui quidem Canonice dispositioni nos inherentes, cum Pontificatus nostri tempore, anno scilicet 1746. à Varadiniensi Episcopo instantius actum esset, ut ibi concederetur Episcopus auxiliari Graeci Ritus, propterea quod Diocesim haberet Graecis referam, quorum linguam ipse ignorabat; audito prius hac de re Metropolitanò Golococci Archiepiscopo, acceptis Varadiniensis Cleri supplicationibus, idque etiam petente Hungarica Regina in Romanorum Imperatricem electa, legitimis processibus de mandato nostro confectis super illius qualitatibus, qui in auxiliarem Episcopum postularitur, ac praeterea super abjuratione schismatis, atque haeresis per ipsum facta, ac tota re in Consistoriali Congregatione die 12. Julii 1748. maturè discussa, sequens Decretum publicari mandavimus, quod etiam deinde executioni traditum est: *Deputandum esse Episcopum Suffraganeum, seu Vicarium, Reverendum Melanum Ritus Graeci ad formam Canonis 9. Concilii Lateranensis IV. seu Capituli Quoniam, de officio Iudicis Ordinarii, cum dispensatione super irregularitate ob achiemata & haeresin incurra, necnon cum assignatione tituli Episcopalis, & congrua pro eius susten-*

*tatione in forensi nulle & quingentis illarum partium super fructibus mensis Episcopali Varadiniensi.*

VI. Verum quidem est, aliquando ob temporum circumstantias factum fuisse, ut ab hac Canonica disciplina recederetur; sed simul negari nequit, gravia inde incommoda & absurda plerumque derivasse. Quidam Romani Pontifices Graeci, qui in Latinorum Episcoporum Diocesis habitarent, privilegia concesserant, per quae ab Episcoporum localium jurisdictione exempti, & Romano Pontifici immediate subiecti forent. Verum, cum à Pontifice Pio IV. munitius consideratum fuisse, et immediata Graecorum Romano Pontifici subiectione nonnisi dissidia existisse, ac fomenta, per quae in schismate, atque etiam in haeresi perniciosis obfirmarentur; die 16. Februarii anno 1564. Constitutionem suam, cujus initium *Romanus Pontifex*, quaeque est 74. *Bullarii tom. 2. promulgavit*, in qua privilegia per Decessores suos concessis derogando, decrevit, ut Graeci, qui Siciliam citra & ultra Pharam incolerent, in posterum jurisdictioni Ordinarii locorum, in quibus ipsi habitarent, subiecti esse deberent in illis omnibus, quae ad Divinum cultum, administrationem Sacramentorum, extirpationem haereticum, visitationem sanarum Ecclesiarum, & Ecclesiasticam disciplinam pertinerent; ut latius videre est in allegata Constitutione; in qua tamen illis manere Graecum Ritus se velle declarat, quod ea omnia, quae ab Apostolica Sede approbata sint. Pianae Constitutioni nos quoque adhaesimus in nostra saepe dicta Constitutione 57. §. 9. num. 19. In ea quippe statuimus, ut Graeci, sive laici, sive Ecclesiastici Seculares, aut Regulares, Episcoporum Latino- rum, in quorum Diocesis

de-

deponi, jurisdictioni subiecti sint; amplius derogantis privilegia, quae à Praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus, id exigentibus rerum circumstantiis, fuerant eisdem Graecis indulta.

VII. Praeterea toleratum aliquando est ab Apostolica Sede, ut in eodem loco, in quo Latini & Graeci habitant, gemini Episcopi essent; alter Latinus, cui Latini subiecti essent; & alter Graecus, qui Graecorum regimen cum jurisdictione exerceret. Sed utinam id nunquam indulgum, aut toleratum fuisset. Inde enim factum est, ut Graeci, in ius Catholicum, Episcopum Graecum schismaticum aliquando nati, in eandem schismatis, atque etiam haeresis labem adducti fuerint; atqueque malis artibus numero subditorum Episcopi Graeci, Latino- rum numerus ad nihilum ferè reductus sit; nec haecnis Latinis Episcopis vires sufficiant ad Graecorum schismaticorum audaciam retundendam.

VIII. Anno 1674. Genuesis Republicae sexcentis numero Graecis fiscalitatem concessit, ut in Insula Corsica sedem figerent. In his nonnulli seculares Sacerdotes erant, aliquot praeterea Monachi, ac etiam Praeul quidam, Parthenius nomine, Graeci Ritus Episcopus Laedaeoniae, qui omnes in Diocesi Sagonensi collati sunt. Anno autem 1677. gemine ab Apostolica Sede literae in forma Brevis prodierunt; alterae quidem Sagonensium directae, quibus, quibus ipse super Graecos illos, Diocesim suam incolentes, Delegatus Apostolicus destinabatur; alterae vero ad praedictum Episcopum Laedaeoniae, quibus ille Vicarius Apostolicus pro Insula Graecis, quoad viveret, deputatus fuit. Hic cum anno 1683. mortuus esset, quamquam tunc Sancta

Tom. I.

Sedes de huiusmodi Graeci Sagonensium Episcopo subiectionis cogitaret; quia tamen à Genuesi Republica novi Vicarii Apostolici deputatio petita est, nihil circa eos innovatum fuit; rebusque in eodem statu relicti; illi deinceps Vicarii Apostolici eidem dati fuerunt. Sed orta controversia inter Sagonensem Episcopum, tamquam Apostolicum Delegatum ex una parte, & Vicarium Apostolicum ex altera, eo quod Vicarius omnimodam independentiam ab Episcopo sibi peteret; san. mem. Innocentius Papa XI. die 12. Martii anno 1685. per suas in forma Brevis litteras declaravit, Episcopum Parthenium Vicarium quidem Apostolicum praedictis Graecis datum fuisse, sed ea conditione, ut debitum Sagonensium Episcopo subordinationem profiteri deberet: *Episcopus Graecis in Vicarium Apostolicum assignatum fuit Episcopus, nomine Parthenius, qui illos in dictam Insulam constitutos fuerat: Ita scilicet, ut adem Vicarius Apostolicus tunc existenti Episcopo Sagonensi, in cuius Diocesi Colonia praedicta constituta est, subordinatus esset;* deinde Monachum quemdam Constantinem, Oedericum, Pierium nomine, Vicarium Apostolicum delegans, sequentibus verbis ait: *In Vicarium Apostolicum deputamus; Venerabilem vero Praetorem insularum, & pro tempore existentem Episcopum Sagonensem, in Delegatum Apostolicum; cui Idem Vicarius subordinatus esse debeat.*

IX. Subsequentibus tamen temporibus intermissa est Vicarii Apostolici deputatio pro Graecorum in Insula Corsica existentium regimine; idemque subiecti remanserunt Episcopo Sagonensi, cui etiam aliquando à sacra Congregatione de Propaganda Fide inunctum fuit, ut praedictam Graeco-

E 3 rum



rum Coloniam visitaret. Quod cum ab eodem sedulo praestitum fuisset, in relatione status Ecclesiae, quam anno 1716. ad Congregationem Concilii de more transmisit, omnia à se gesta describens, exposuit abusus & corruptelas, quas apud eos invenit, rationesque à se initas, ut illis opportuna remedia offerret; ad aliam se referens longiore rerum enarrationem, quam eodem tempore ad supradictam Congregationem de Propaganda Fide misit. Illud etiam animadvertere non praetermisit, quod cum Vicarius Apostolicus simul, & Delegatus Apostolicus ibidem reperirentur, Graeci, suo arbitrato viventes, nec uni, nec alteri obtemperabant. Haec autem Graecorum Colonia ad annum usque 1729. in Sagonensi Diocesi permansit; quo anno à Genuesium Republica translata sunt in Adiacensem Diocesim, ubi nunc vivunt, Episcopi jurisdictioni subjecti.

X. Hoc itaque posito, quod Graeci, qui Episcoporum Latinorum Dioceses incolunt, eorumdem regimini, & Ordinaris jurisdictioni in omnibus subesse debent; de his Episcopis Latinis quaeri potest, an specialiter Synodum coadunare valeant ex solis Presbyteris, & Clericis Graeci Ritus, suas Dioceses incolentibus. Id autem sine ulla hesitatione fieri ab illis posse, affirmamus; cum nihil omnino huic actui videatur obstar. Inter manuscripta servata in Archivio Congregationis Concilii, litteras invenimus Archiepiscopi Hydruntini, quibus sacrae Congregationis exposuit, plures Sacerdotes Graecos, in sua Diocesi commorantes, tanta paupertate laborare, ut cogantur victum sibi proprio labore comparare, eosque quotidianis laboribus fessos, nullo pacto posse Horas Canonicas Graeco Ritu persolvere, cum in illis

persolvendis ultra quatuor absumantur temporis horae. Reperimus etiam accuratam scripturam à Carolo de Vecchis, dictae Congregationis tunc Secretario, elaboratam; in qua narrat, Petrum Codreros Archiepiscopum Hydruntinum, commisseratum pauperum Sacerdotum Graecorum in sua Diocesi existentium, Synodum Diocesanam cogisse, ad quam ducenti Presbyteri Graeci convenirent, atque in ea decessisse, quid in recitatione Horarum Canoniarum ab eis in posterum faciendum esset. Ex quibus evincitur, posse ab Episcopis Latinis, in quorum Diocetibus Graeci habitant, peculiarem Synodum cogi Sacerdotum, & Clericorum Graecorum, ut in ea statuatur, quid expediens visum fuerit pro eorum regimine. Diximus, posse; si enim Episcopus, in cuius Diocesi tam Latini, tam Graeci reperiantur, vellet in sua Synodo Diocesana, consueto modo celebrata, aliquid de Graecis in sua Diocesi existentibus statuere, id utique non erit et vetitum, quod resapse factum reperimus in Synodo Melitensi anno 1703. coacta ab Episcopo Davide de Cecco Palmerto; in qua praeterea indicatur, idem antea ab aliis Episcopis Melitensibus, Gargallo videlicet, & Cagliaris, in suis Synodis praestitum fuisse. Similia inveniuntur in quadam Consultatione manuscripta, quae exat in Bibliotheca Vaticana; quaeque olim à bono mem. Cardinale Julio Antonio Saneatorio, Sanctae Severinae nuncupato, conscripta fuit, ut quaestionibus responderet, à Praefato Antonio Lombardo Archiepiscopo Messanensi propositis, circa dubia quaedam sibi occurrentia in regimine Graecorum; qui Messanam tunc incolebant; & apud quos nonnullos abusus deprehenderat: Cum mensibus proxime decessisset Archiepiscopus gradicus in ea-

eadem civitate Diocesanam Synodum Graecorum tam Secularium, quam Religiosorum, puta Calogorum, inde iure interesse debeant, nonnulli serventur.

## LIBER TERTIUS.

DE VOCANDIS AD SYNODUM, ORDINE SEDENDI, ET SACRIS VESTIBUS JUXTA PROPRIUM CUJUSQUE GRADUM ADHIBENDIS.

## CAPUT PRIMUM.

## De Praelatis Regularibus &amp; Secularibus.

Prisquam Regulares ab Episcoporum jurisdictione subtraherentur, cogebantur eorum Abbates Diocesanæ Synodo interesse. Concilium Arelanense I. anno 511. c. 2. Collectionis Harduini col. 1011. can. 19. ait: *Abbates pro humilitate Religionis in Episcoporum potestate consistant; & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur; qui semel in anno in loco ubi Episcopus elegerit, accepta vocatione, conveniant.* Concilium Oecumenicum anni 598. tom. 3. Collectionis Harduini col. 575. can. 1. inquit: *Hoc Synodus sancta fieri elegit, ut annis vicibus utriusque mixtum omnes Abbates monasteriorum, vel Presbyteros, & Diaconos sua Diocetis, ad locum, ubi Episcopus elegerit, congregare precipiat; & omnibus regulam demonstrat ducendi vixit, cunctisque sub Ecclesiasticis regulis adesse praemoneat.* Constitutiones excerptae ex Concilio Galteri Archiepiscopi Senonensis, celebrato aequal. 10. tom. 6. p. 1. Collectionis Harduini col. 577. exp. 1. haec

habent: *Statuimus, ut Abbates, & Priores Conventuales, qui nec venerint ad Synodum, nec se excusaverint, pretendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingressu Ecclesiae suspendantur.* Inter statuta Synodalia Guillelmi Majoris, Episcopi Andegavensis, qui vivebat in fine saeculi 13. tom. 1. novae editionis Spicilegii Lucae Dacherii pag. 726. reperitur praecipuum, Abbatibus, Archidiaconis, Archipresbyteris, & Decanis Ecclesiarum civitatis promissum impositum, habendi penes se eadem statuta; & in nona Synodo ab eodem Guillelmo habita anno 1298. Abbatibus, ad Synodum accedere detrectantibus, infliguntur poena suspensionis; & in Synodo valedicta, ab eodem celebrata anno 1300. revocatur quidem euntium suspensionis poena, sed simul instauratur praecipuum, ut Abbates omnino intersint Episcopali Synodo, quae omnia leguntur eod. tom. 1. cit. Spilleg. pag. 739. & 740. Neque his refragatur textus in Can. Episcopus 11. dist. 18. ubi dicitur: *Episcopus non debet Abba-*

rum Coloniam visitaret. Quod cum ab eodem sedulo praestitum fuisset, in relatione status Ecclesiae, quam anno 1716. ad Congregationem Concilii de more transmisit, omnia à se gesta describens, exposuit abusus & corruptelas, quas apud eos invenit, rationesque à se initas, ut illis opportuna remedia offerret; ad aliam se referens longiore rerum enarrationem, quam eodem tempore ad supradictam Congregationem de Propaganda Fide misit. Illud etiam animadvertere non praetermisit, quod cum Vicarius Apostolicus simul, & Delegatus Apostolicus ibidem reperirentur, Graeci, suo arbitrato viventes, nec uni, nec alteri obtemperabant. Haec autem Graecorum Colonia ad annum usque 1729. in Sagonensi Diocesi permansit; quo anno à Genuesium Republica translata sunt in Adiacensem Diocesim, ubi nunc vivunt, Episcopi jurisdictioni subjecti.

X. Hoc itaque posito, quod Graeci, qui Episcoporum Latinorum Dioceses incolunt, eorumdem regimini, & Ordinaris jurisdictioni in omnibus subesse debent; de his Episcopis Latinis quaeri potest, an specialiter Synodum coadunare valeant ex solis Presbyteris, & Clericis Graeci Ritus, suas Dioceses incolentibus. Id autem sine ulla hesitatione fieri ab illis posse, affirmamus; cum nihil omnino huic actui videatur obstar. Inter manuscripta servata in Archivio Congregationis Concilii, litteras invenimus Archiepiscopi Hydruntini, quibus sacrae Congregationis exposuit, plures Sacerdotes Graecos, in sua Diocesi commorantes, tanta paupertate laborare, ut cogantur victum sibi proprio labore comparare, eosque quotidianis laboribus fessos, nullo pacto posse Horas Canonicas Graeco Ritu persolvere, cum in illis

persolvendis ultra quatuor absumantur temporis horae. Reperimus etiam accuratam scripturam à Carolo de Vecchis, dictae Congregationis tunc Secretario, elaboratam; in qua narrat, Petrum Codreros Archiepiscopum Hydruntinum, commisseratum pauperum Sacerdotum Graecorum in sua Diocesi existentium, Synodum Diocesanam cogisse, ad quam ducenti Presbyteri Graeci convenirent, atque in ea decessisse, quid in recitatione Horarum Canoniarum ab eis in posterum faciendum esset. Ex quibus evincitur, posse ab Episcopis Latinis, in quorum Diocetibus Graeci habitant, peculiarem Synodum cogi Sacerdotum, & Clericorum Graecorum, ut in ea statuatur, quid expediens visum fuerit pro eorum regimine. Diximus, posse; si enim Episcopus, in cuius Diocesi tam Latini, tam Graeci reperiantur, vellet in sua Synodo Diocesana, consueto modo celebrata, aliquid de Graecis in sua Diocesi existentibus statuere, id utique non erit et vetitum, quod resapse factum reperimus in Synodo Melitensi anno 1703. coacta ab Episcopo Davide de Cecco Palmerto; in qua praeterea indicatur, idem antea ab aliis Episcopis Melitensibus, Gargallo videlicet, & Cagliaris, in suis Synodis praestitum fuisse. Similia inveniuntur in quadam Consultatione manuscripta, quae exstat in Bibliotheca Vaticana; quaeque olim à bono mem. Cardinale Julio Antonio Saneatorio, Sanctae Severinae nuncupato, conscripta fuit, ut quaestionibus responderet, à Praefato Antonio Lombardo Archiepiscopo Messanensi propositis, circa dubia quaedam sibi occurrentia in regimine Graecorum; qui Messanam tunc incolebant; & apud quos nonnullos abusus deprehenderat: *Cum mensibus proxime decessisset Archiepiscopus gradicus in ea*

*eadem civitate Diocesanam Synodum Graecorum tam Secularium, quam Religiosorum, puta Calogorum, inde jure interesse debeant, nonnulli serventur.*

## LIBER TERTIUS.

DE VOCANDIS AD SYNODUM, ORDINE SEDENDI, ET SACRIS VESTIBUS JUXTA PROPRIUM CUJUSQUE GRADUM ADHIBENDIS.

## CAPUT PRIMUM.

## De Praelatis Regularibus &amp; Secularibus.

Prisquam Regulares ab Episcoporum jurisdictione subtraherentur, cogebantur eorum Abbates Diocesanæ Synodo interesse. Concilium Arelanense I. anno 511. c. 2. Collectionis Harduini col. 1011. can. 19. ait: *Abbates pro humilitate Religionis in Episcoporum potestate consistant; & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur; qui semel in anno in loco ubi Episcopus elegerit, accepta vocatione, conveniant.* Concilium Oecumenicum anni 598. tom. 3. Collectionis Harduini col. 575. can. 1. inquit: *Hoc Synodus sancta fieri elegit, ut annis vicibus utriusque mixturam omnes Abbates monasteriorum, vel Presbyteros, & Diaconos sua Diocetis, ad locum, ubi Episcopus elegerit, congregare precipiat; & omnibus regulam demonstratè docendi vident, cunctisque sub Ecclesiasticis regulis adesse praemoneat.* Constitutiones excerptae ex Concilio Galteri Archiepiscopi Senonensis, celebrato aequal. 10. tom. 6. p. 1. Collectionis Harduini col. 577. exp. 1. haec

habent: *Statuimus, ut Abbates, & Priores Conventuales, qui nec venerint ad Synodum, nec se excusaverint, pretendendo canonicum impedimentum, per octo dies ab ingressu Ecclesiae suspendantur.* Inter statuta Synodalia Guillelmi Majoris, Episcopi Andegavensis, qui vivebat in fine saeculi 13. tom. 1. novae editionis Spicilegii Lucae Dacherii pag. 726. reperitur praecipuum, Abbatibus, Archidiaconis, Archipresbyteris, & Decanis Ecclesiarum civitatis promiscue impositum, habendi penes se eadem statuta; & in nona Synodo ab eodem Guillelmo habita anno 1298. Abbatibus, ad Synodum accedere detrectantibus, infliguntur poena suspensionis; & in Synodo ultreima, ab eodem celebrata anno 1300. revocatur quidem euntium suspensionis poena, sed simul instauratur praecipuum, ut Abbates omnino intersint Episcopali Synodo, quae omnia leguntur eod. tom. 1. cit. Spilleg. pag. 739. & 740. Neque his refragatur textus in Can. Episcopus 11. dist. 18. ubi dicitur: *Episcopus non debet Abba-*



sem exgere ad Synodum ire; nisi aliquam rationabilis causa existat. Nam oppositum decrevit in Can. Annis 10. ead. dist. in quo habetur: *Annis singulis Episcopus in sua Diocesi Synodum faciat de suis Clericis, necnon Abbatibus, & discipulis alteris Clericis, & Monachis.* Vnde Alteserra de *Jurisdic. Ecclesiarum lib. 2. cap. 19.* ad utrumque textum conciliandum, primum intelligendum arbitrat, de vocatione ad Synodum, quæ non semel, sed sæpius, seu ultra id, quod iura præscribunt, in anno fit: Et quod *Can. Episcopus* (ait Alteserra) dicit, *Abbatibus non esse cogendis venire ad Synodum, nisi rationabilis causa adfuerit, cautius intelligendum est, non esse scilicet gravidos Abbates iterum in anno venire ad Synodum, si foris extra ordinem convocetur, nisi rationabilis causa adit, puta translationis Reliquiarum, vel consecrationis Ecclesie, vel alia similia.*

II. Verum, cum hodie Abbates, exterique Prælati Regulares plerumque plena gaudeant exemptione ac Episcopi jurisdictione, non possumus, iuxta omnia antiqui iuris principia, de illis ratiocinari, sed de eorum exemptioni habenda est ratio. Neque sectari licet Episcopum Phamaugustanum in tract. de Conciliis, cui titulus *Synodia Ugonia*, ubi pag. 8. & seq. plura disposat de intervenitu Abbatum ad Synodum; cum enim is scripserit ante Tridentinum, non omnia, quæ adducit, congruent præsentis disciplina. Ut itaque distinctè & ordinatim procedamus, primò de Abbatibus Secularibus, deinde de Regularibus dicemus.

III. Abbates Seculares, intra Episcopi Diocesim existentes, tenent Episcopali Synodo adesse, statuitur in cap. *Quod super his, de majorit. & obed.* Neque ullus exemptionis prætextu

possunt se ab hac obligatione unquam solutos existimare; nam Tridentinum sess. 24. cap. 2. de reform. illos solos exemptos liberat ab onere accedendi ad Synodum; qui subsuntur Capitulis generalibus; quod profectò de Abbatibus Secularibus nunquam dici poterit, uti bene ponderat Tamburinus de *Jur. Abbat. tom. 1. disp. 24. quest. 4. num. 8. & 9.* Rem exemplis illustrabimus.

IV. In civitate Cremonæ extat Ecclesia Collegiata S. Agathe, quæ cum olim esset Regularium, à summo Pontificibus Callisto II. & Eugenio III. amplissima obtinuit privilegia exemptionis à jurisdictione Ordinarii, & ab obligatione accedendi ad Synodum. Præpositura hujus Ecclesie auctoritate Pii II. fuit postmodum à statu Regulari, & electivo commutata in Dignitatem Secularem, & collativam; eisque Præbendæ Canonicales Clericis Secularibus additæ sunt, præservatis (tam Ecclesie, quam Præposito, & Canonicis, omnibus & singulis privilegiis, quibus antea fruebantur Regulares.

V. Præpositus, qui ex privilegio summi Pontificis Pii IV. & ex antiqua consuetudine, habet præterea usum Mitre, & Pastoralis, & unâ cum eo Canonicis recusat accedere ad Synodum; ab Episcopo Cremonæ indictum anno 1727. sed immutato iudicio coram sacra Congregatione Concilii, & re maturè expenta, die 5. Aprilis 1732. decitum fuit, teneri accedere, & posse Episcopum pœnis, à iure statutis, in inobedientes animadvertere. Cumque demò Præpositus, & Canonici sua jura experiri voluerint, in Congregatione habita die 29. Augusti 1735. iterum succubuerunt.

VI. Alterum & celebre exemplum

plum est Abbas S. Barbaræ civitatis Mantuar. Præest iste insigni Collegiatus, cui intersunt Dignitates, & Canonici, & simul cum Ecclesia omnibusque Ecclesie Administris, tanta fruatur exemptione, ut Episcopus nec Ecclesiam visitet, nec Canonicos, aliosque Administratos corrigat, nisi Abbas, alique habentes Dignitates, Abbatiali inferiores, qui sibi invicem in hoc munere gradatim succedunt, negligentes fuerint in visitando, & corrigendo, quæ omnia habentur in Bulla Pii IV. data pridie idus Octobris 1564. Idemque Pontifex hunc præterea Abbati eximiam addidit prærogativam, ut possit suis subditis, addictis scilicet servitio prædictæ Ecclesie, primam Tonaturam, & Ordines minores conferre, ac Sacramentum Confirmationis, in sua Ecclesia, Chismatici à loci Ordinario accepto, omnibus indistinctè administrare. Tot tantisque condecoratus privilegiis, renebit Abbas accedere ad Synodum Episcopalem; sed, cæteris articulo examinato in sacra Congregatione Concilii, cum hæc audiverit, nullum ab Abbate privilegium produci, quo specialiter, & expressè eximitur ab onere accedendi ad Synodum, propterea anno 1680. dixit, eum omnino interesse debere. Quæ omnia à nobis elaboratim sunt in dissertatione, quam elaboravimus, cum ejusdem sacre Congregationis Secretarii munere fungeretur, in causa Mantuana, discussa die 23. Augusti 1727. de qua in *Thesaur. Resolut. tom. 4. pag. 109. & seq.* Et præsertim pag. 112. num. 72.

VII. Hæc de Secularibus. Ad Regulares redeamus. Uus quondam apud Monachos invaluerat, ut uni principali monasterio plura inferiora subsent, perinde ac membra suo capiti. Hunc morem describit Mabillon. in

*præfat. ad sæcul. 5. Act. 55. Benedicti 5. 4. num. 53.* his verbis: *In nobilitate convivunt... cum fuisse in nobilioribus monasteriis disciplinam, ut quilibet minores sub se haberent colonias, quæ Cella, Præpositura, Obediuntia, Prioratus, Monasteriola, & Monasteria passim, imò & Abbatis aliquando vocabantur. In illis Cellis erant Præpositi, seu Decani, ad natus Abbatis, qui principii monasterio præerat, amovendi: & si qui Abbates illis præficebantur, nominis prius habito primi Abbatis consensu, eorum fiebat electio, ab eodem postea confirmanda. Quandoque autem contingebat, principale monasterium esse plene exemptum ab Episcopi jurisdictione, secus vèto inferiora; in quo rerum statum Abbas, qui alicui ex inferioribus præerat, quamvis professionem emisisset in principali monasterio exempto, attamen, ratione alterius monasterii, non exempti, cui præerat, tenebatur adesse Synodo Diocesana, juxta sententiam latam ab Innocentio III. in c. *Ex ore, de privilegiis*, ubi controversiam, hac ipsa de re agitam inter Abbatem Evrasensem comobis, & Vigoriensem Episcopum, ita definitivè: *Sententialiter definitur quod Evrasen. canonibus liberum est in capite, tanquam ab Episcopali jurisdictione prorsus exemptum, & soli Romane Ecclesie subiectum. In membris autem, que non probantur exempta Diocesani Episcopo ipsium subiacere, decernimus, propter quod Abbas ad Synodum ejus debet accedere. pro ipsius quoque membris non exemptis idem Abbas tenetur Bigonen. Episcopo exhibere reverentiam, & obsequium, & honorem.* Ex hæc potè Innocentii Decretali evidenter consistit, potiori jure debere ad Episcopalem Synodum accedere Abbatem Regularem, qui non solum nulla fruatur personali exemptione, sed & insuper monasterio*

præficatur, Episcopi jurisdictioni ple-  
nè subiecto.

VIII. Si verò Abbates, unà cum  
monasteriis, quæ regunt, sunt omni-  
nò ab Episcopi jurisdictione exemp-  
ti, non idè tamen sunt statim liber-  
ti pronuntiandi ab obligatione inter-  
venienti Synodo Episcopali; sed con-  
siderandum est, an simul cum aliis  
sui Ordinis monasteriis coalescat in  
unum corpus, seu coadungat unam  
communiatem, cuius singula membra  
subdantur Capitulo generali ejusdem  
Ordinis; vel potius monasteriis præ-  
dicantur, quorum quolibet solita-  
rium est, nullam nimirum habens  
cum aliis Ordinis monasteriis con-  
junctionem, nullam societatis, &  
mutuæ communicationis vinculum;  
atque idè eorundem monasteriorum  
Prælati nullam Superiorem Gene-  
ralem agnoscent, cujus Capitulo sub-  
jiciantur; cujus generis monasteria  
non paucà extra Italiam reperiri,  
exploratum est omnibus. Primi non  
coguntur accedere ad Episcopi Syno-  
dum; secundi omninò accedere  
debent; illos siquidem, & non isto-  
s extitit Tridentinum *sess. 24. cap. 2. de reform. ita decernens; Synodi quoque Diœcesanae quoviamvis celebrentur: ad quas exempti etiam omnes, qui aliis, cessante exemptione, interesse debent, nec Capitulis generalibus subdantur, accedere tenentur.* Cùm enim exceptio firmet contrarium regulari pro non exceptis, manifestum inde fit, Regulares generali Capitulo non subiectos, nulla ratione posse se à Synodo subducere, sicuti optinè dependunt Fagnanus in *cap. Quod super his, de majorib. & obed. num. 5. Cardinalis de Luca de jurisdict. disc. 37. num. 5. Cardinalis Petra cit. loc. num. 708.*

IX. Nullam verò distinctionem  
adhibendam censuit Tridentinum

quoad illos Regulares, qui curam ge-  
runt animarum; sed hos omnes, si-  
ve subiecti, sive non subiecti sint  
Capitulo generali, universis, pro-  
miscuè, & indistinctè, Synodo inter-  
esse debere, decrevit: *Ratione tamen (ait cit. loc.) Parochialium, aut alia-  
rum secularium Ecclesiarum, etiam  
annexarum, debeant illi, qui illarum  
curam gerunt, quicumque illi sint,  
Synodo interesse.* Idem longè ante Tri-  
dentinum, edixerat Concilium Provin-  
ciale Moguntinum anno 847. *cap. 14. in Collectione Harduini tom. 5. col. 11. districtè præcipiens, ne ullus Mona-  
chorum, qui Parochialibus præerat Ec-  
clesiis, Episcopalem Synodum effugeret: Nullas Monachorum (inquit) al-  
liquis proprietatis habeat... nec Pa-  
rochiarum Ecclesiarum accipere præsumat sine consensu Episcopi. De istis  
verò titulis, in quibus constituti fue-  
runt rationem Episcopo, vel ejus Vi-  
cario reddant; & convocati ad Syno-  
dum, veniant.*

X. Quam porrò Tridentino in-  
herentes, hactenus adhibendam dixi-  
mus inter Regulares distinctionem, non  
solum huc explicant Doctores, præci-  
pue Gonzalez in *cit. cap. Quod super  
his, de majorib. & obed. num. 8. An-  
tonius Paulinus de Comitibus Ecclesiis,*  
*pag. 453. num. 6. Biblioth. maxim. Pontif. tom. 4. Garantus in Praxi de  
Synodo Diœces. cap. 3. in annos 5. 1. num. 4. Tamburinus, Fagnanus, Car-  
dinalis de Luca loc. cit. sed exactè ser-  
vandam statuit sacra Congregatio Co-  
ncilii in causa Regularium, die 19.  
Novembris 1604. *lib. 20. decretor. pag. 102. à tergo. Sacra, &c. censuit,  
quoad primum esse injungendum omni-  
bus Regularibus, qui vel Capitulis ge-  
neralibus non subdantur, vel Curam ani-  
marum exercent, ut ad Synodos Diœ-  
cesanas accedant sub pena privationis  
vocis activæ & passivæ, ipso facto in-**

cur-

currere, atque aliis panis, arbitrio  
Episcoporum imponendis, etiam ex-  
communicationis, adeo ut jus decla-  
randi, atque penas imponendi ad  
Episcopos, non obstant quocumque  
exemptione, pertineat, eisdemque E-  
piscopis jus sit predictos Regulares,  
qui nullis Capitulis subdantur, ab-  
solutè cogere ad Diœcesana Synodi  
observationem; eos verò, qui ratio-  
nem Curæ animarum interfuerint, ad  
servanda ea omnia, quæ in Synodo de-  
creta fuerint circa Curam animarum,  
& administrationem Sacramentorum.  
Quodque hinc de Parochis Regularibus  
sanctiverat, eadem sacra Congregatio  
iterum confirmavit in causa *Passavien-  
sis jurisdictionis*, die 1. Octobris 1661.  
*lib. 22. decretor. pag. 661. & sep. eim  
enim quinto loco disputatum fuisse:  
An Parochi Religiosi monasteriorum  
exemptorum, ut supra, vocati ad Syno-  
dum, teneantur venire, ac mandata  
Episcopalia accipere, circa ea que per-  
tinent ad dictam Curam, pariterque fes-  
ta propria Diœcesi populo denuntiare,  
& celebrare jubila. & alia manda-  
ta Apostolica ab ipso Diœcesano Epi-  
scopo recipere; responsum fuit: Ad  
quintum, teneri.*

XI. Verùm, cùm animarum Cura,  
Ecclesiæ Regulari annexa possit ab Ec-  
clesiæ Prælatu exerceri vel per se, vel  
per Capellanos ad nutum amoviles,  
vel per Vicarium Secularem, prævia  
approbatione Episcopi, in perpetuum  
deputatum, singuli casus sunt specia-  
tim expendendi. De primo, utpotè ma-  
nifestè comprehenso in enuntiato Tri-  
dentini decreto, nulla fieri potest quæ-  
tio. De secundo dubitari potest, an  
ipse Prælatu Regularis, an potius ejus  
Capellani Curati debeant Synodo in-  
teresse. Sed communiter tenentur Doc-  
tores, hanc obligationem inesse Præ-  
lato, iuxta celebrem *disc. 190. eorundem  
Seraphin.* Quoniam, pergit Cardinalis

de Luca *cit. decis. 37. de jurisdict. n. 3.*  
tunc ipse Prælatu personam petit  
Curati, alique ab ejus nutu pendentes,  
meri reputantur ejusdem adjuto-  
res & administri; unde rationi con-  
sentaneum est, ut Prælatu à Synodo  
normam accipiat, ad quam, & se, &  
obnoxios sibi ministros, in animarum  
regimine dirigere debeat. In tertio ca-  
su, cum universum exercitium Curæ  
translatum sit in Sacerdotem Secula-  
rem, etiam ea habitu remaneat penes  
Prælatu Regularem, conveniunt præ-  
riter inter se Doctores, illi, & non  
huic, incumbere onus accedendi ad  
Synodum; Vicarius quippè, & non  
Prælatu Regularis, cujus vices gerit,  
potest Episcopo, & Synodo rationem  
reddere parochiæ, quam actu regit,  
sicuti docet, & decisum testatur Fag-  
nanus in *cap. Quod super his, de  
majorib. & obed. num. 7. cui substi-  
cibit Cardinalis de Luca cit. loc.*

XII. Sed quid, si cura annexa  
sit, non Ecclesiæ principali con-  
ventus, seu monasterii, sed alie-  
ri Ecclesiæ, monasterio accessorio  
unitæ; atque regatur, non per Vi-  
carium Secularem, sed per aliquem  
Regularem, à monasterii Prælatu desig-  
natum, atque ad ejusdem placitum  
amovibilem? Quinam tunc Synodo  
adesse debet? Prælatu ne, an hinc  
Regularis Curam actu administrans?  
Hanc questionem movet modo cita-  
tus Cardinalis de Luca *num. 4.* eam-  
que dirimit dicendo, non Prælatu,  
sed Vicarium Regularem debere Syno-  
dum intervenire; & rectè, quia, po-  
sita locali separatione Ecclesiæ Cura-  
tæ à monasterio, Vicarius Regularis,  
qui in Ecclesiâ Curatæ residet,  
eamque actu administrat, solus versat-  
ur inter Parochias incolas, eorumque  
indolem, & mores totius cognoscit; ex  
quo fit, ut loci Ordinarius in cæteris  
omnibus parochiam respicientibus,  
hunc,



hunc, & non monasterii Praesulem, consulat, & si opus fuerit, moneat ac corrigat, neque ullam monasterii Praelati rationem habeat, nisi cum eodem injungendum duxerit, ut praesulum Regularem à Curæ exercitio removeat. Accedit, sæpius contingere, ut Ecclesia Corata, & monasterium, cui est accessorius unita, in diversis existant Diocesisibus ac propterea, nisi Regularis, qui Ecclesiam Coratam actu administrat, tenetur interesse Synodo, à loci Ordinario indictæ, neque ipse, neque ejus Praelatus compelli possent ad illam accedere.

XIII. Idemque juris esse, arbitravimus, cum animarum Cura est annexa quidem principali Ecclesie Monasterii, ubi Praelatus residet, regitur tamen, & administratur per Regularem, non ab ipsomet Praelato, sed à Capitulo electum & designatum, ita ut non sit in Praelati arbitrio illam à Curæ exercitio divellere; quod evidenter colligi volumus ex decreto, à sacra Congregatione Concilii edito die 1. Aprilis 1636. in causa *novæ Segoviae Insularum Philippinarum*, lib. 19. *decretor. pag. 568.* in qua rescriptum fuit: *Episcopum procedere posse ad paucos etiam censuram contra Regulares exercentes Curam animarum in Ecclesiis Parochialibus Regularium, si veniunt accedere ad Synodum, non autem contra Superiores eorumdem Regularium.*

XIV. Sed quamquam hæc ita de jure se habent, quandoque tamen Regulare privilegium obtundunt, quo te ab accessu ad Synodum excusari arbitrantur. Eiusmodi privilegio, credere fas est, fuisse olim donatus Monachos Cistercienses, ne secus dicamus, eos contra jura deliquisse, cum inter statuta in Capitulo generali anno 1273. condita *cap. 12.* vetuerunt Abbatibus Lemovicenibus accedere ad

Synodos Episcopales, sicut legitur apud Martene, & Durand. *tom. 4. Theauri nov. Anecdor. col. 1440.* Quod certo scimus, est, Fratris Prædicatoribus, & Minoribus fuisse illud concessum à Gregorio IX. in *cap. Nimis grava, de excess. Prælat.* Ferunt quoque, Monachos Gas-sinenses, & quosdam alios Regulares, etiam Curam animarum habentes, simile indultum impetrasse ab Eugenio IV. Quamobrem Murga in *adnotat. ad primam decisionem post commentaria ad Constitutiones Apostolicas, & in tract. de Beneficiis quest. 2. cap. 109.* eos subtrahit ab obligatione interveniendi Synodo. At certe hallucinatur, & fallitur; ea quippe privilegia, ante Tridentinum obtenta, ab eodem Tridentino revocata, & abolita sunt; atque ideo nullus Regularium, qui alias de jure ad Synodum pergere tenetur, potest illam evadere obtentu privilegii Apostolici, nisi doceat, tale privilegium fuisse post Tridentinum concessum. Ita contingit in lite, olim exorta inter Archiepiscopum Beneventanum, & Monachos S. Sophiæ, Rectores Ecclesiarum Parochialium, quæ eidem monasterio S. Sophiæ sunt unitæ. Renebunt Monachi interesse Synodo, ad quam ab Archiepiscopo cogebantur adire; & sacra Congregatio Concilii, in qua disceptabatur causa, non antea Monachos ab obligatione paren-di Archiepiscopo solutus declaravit, nisi postquam decerneret de expresso privilegio non adveniendi ad Synodum, sibi à S. Pio V. & propterea post Tridentinum collato, quemadmodum referunt, & ad rem animadvertunt Fagnanus in *cit. cap. Quoad super his, de majorit. & obed. num. 12.* & Cardinalis Petra ad *Constitut. Apostol. tom. 5. pag. 131. nom. 118.*

XV. Secus est de consuetudine, qua

quæ etiam aliquando fulciri se posse credunt Regulares, ne teneantur ad Synodum ire; etenim, quamvis Cardinalis de Luca *cit. dist. 37. de jurisdiction. num. 6. & seq.* opinetur, sola consuetudine absolvi posse Regulares à lege eos extorquere ad Synodum ire adstringente, solumque dispuet, an sufficiat decennialis, vel requiratur quadragenaria; verius tamen est, nullam consuetudinem, nisi tanti temporis sit, ut presumptionem inducat privilegii Apostolici, Regularibus quoad hoc prodere; quoniam aut consuetudo, de qua est sermo, processit Concilium Tridentinum, & illa ab eodem Tridentino fuit abrogata, aut est inducta post Tridentinum, & hæc infringitur à Bulla Pii IV. qua Concilii Tridentini acta & decreta confirmantur, & magis aperte ab alia ejusdem Pontificis Constitutione, data 13. Kalend. Martii 1564. ubi omnia, & singula, quæ Concilii decretis advertantur, sive antea inducta, sive in posterum inducenda, nulla, invalida, irrita, & omnino, tam in foro fori, quam in foro conscientiæ, suffragari posse decernit.

XVI. Abbatæ, de quibus hucusque locuti sumus, de eorum numero sunt, qui potuntur exemptione primæ dumtaxat, aut secundæ speciei; quod quilibet potuit ex his, quæ diximus, advertere. Aliud dicendum de Abbatibus præditis nobiliori exemptione tertie speciei, cum territorio separato, & vera qualitate *Nullius*; darum quippe nobis videtur, litos proprium habentes territorium, in quo jura exercent quasi Episcopalia, adigere ad interveniendum Synodo vicini Episcopii, si ipsimet Abbatæ facultatem habeant propriam Synodum celebrandi. Solumque disceptari posset, an, qui hæc facultate carent, cogendi sint

ad eligendum aliquem, quem maleverint, ex finitimis Episcopis, cujus Diocesis Synodo intersint. Rationem dubitandi præbet sæpius allegatum decretum Tridentini *sess. 24. cap. 2. de reform.* obligans Episcopos, nonnulli Archiepiscopo subjectis, ad semel eligendum aliquem Metropolitanum, ad cuius Provinciale Concilium semper deinceps teneantur accedere; quo quidem decreto alicui etiam Abbates verè *Nullius*, decium fuit in particulari Congregatione, deputata à san. mem. Benedicto XIII. & habita die 8. Maii 1725. in responsionibus ad quintum, & sextum dubium; inde enim, propter rationis paritatem, inferri posse videret, eosdem Abbates, si potestate careant propriam Synodum habendi, obstringendos similiter esse ad eligendum Episcopum, cujus Synodo assistant; ne secus Clerus & populus, cui præficiuntur, omni careat Synodali statuto. At nihilominus, re melius pensata, oppositum nobis dicendum apparet; etenim omnes eligendi Metropolitanum, ad cuius Provinciale Concilium conferre se debeant, à Tridentino impositum est tolli Episcopis, nulli Archiepiscopo subjectis, & solum per extensionem translatum est ad Abbates tertie speciei, habentes territorium separatum à Diocesi ejuscumque Episcopi; ab omni autem, atque ab omni æquitate devium nobis videtur, iterum extensionem (ut ita dicamus) extendere, seu oneri per extensionem Abbatibus imposito, novum onus adicere, quod profecto scimus nunquam fuisse in præxi receptum.





Dioecesanam die 24. Septembris proxime elapsi accertitum, comparuisse per Procuratorem, asserendum non teneri accedere, eo quia Fratres Minores Conventuales obstruigi non poterant legitimis Syndacibus; Priores vero Sacerdotum Beatae Mariae Virginis se excusasse per epistolam, ex qua dictum visitationem generalem sui canonici expectabat; denique Patrem Guardianum Conventualium civitatis Pientinae, absque ulla hesitatione, Synodo interfuisse; unde E.E. VV. exorat, ut ne Superiores hujusmodi parvorum conventuum subjectivam tunc jurisdictioni quoadmodum excovertant, licet in illis, quae respiciunt visitationem, & correctionem, ad tenorem Decreti san. mem. Innocentii X. incipientis, Ut in parvis, semper suam exercerint facultatem, declarare dignentur, illos teneri ad Synodum accedere, mediantes resolutione infrascriptorum dubiorum.

Primo: An PP. Guardiani, ceterique Superiores parvorum Conventuum tenentur accedere ad Synodum Dioecesanam, quatenus fuerint vocati ab Episcopo, tamquam Sedis Apostolicae Delegato. Et quatenus affirmativè.

Secundo: An casu, quo vocati non interveniant, subiacere debent mulctæ in praedicta Synodo Dioecesanæ adversus contumaces committantur.

Die 16. Junii 1703. sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, ad primum respondit affirmativè; ad secundum pariter affirmativè arbitrîi Ordinarii, exceptis mulctæ pecuniaria.

V. Jam, ut à suppressis, &

restitutis, ad parvos conventus, numquam suppressos, gradum faciamus, si hos actu non incolant sex Religiosi, quorum quatuor sint Sacerdotes, juxta censuram allegati Decreti Innocentii X. non recusat priores, de quibus hæretur, subduntur jurisdictioni Ordinarii loci, & proinde mentioni sunt eodem jure, quo illi. Si vero sex in illis alantur Religiosi, eoque magis si plures ab Ordinarii jurisdictione penitus eximantur, quod liquet ex enunciato Decreto, & dissertè declaravit sacra Congregatio super statu Regularium die 29. Novembris 1657.

Sacra Congregatio super statu Regularium consult. conventus numquam suppressos, in quibus actu degunt de familia plures, quam sex Religiosi, minime comprehendi in decreto san. mem. Innocentii X. quod incipit: Ut in parvis; ac proinde locorum Ordinarius nequaquam potest, in vim dicti Decreti, in hujusmodi conventibus, aut illorum personis, ullam sibi jurisdictionem vindicare; quam declarationem postquam retulit Panimoll. decis. 84. ann. 2. num. 62. addidit: Pro cuius observantia Decreti respondit sacra Congregatio Concilii in Melphiten. Jurisdictioni 7. Aug. 1686. Causa autem Melphitenis, quæ inditit Panimoll. hæc fuit. Cùm Episcopus Melphitensis sacra visitaret Apostolorum limina, quesivit à sacra Congregatione Concilii, an sibi competeret delegata jurisdictione in parvos sex Dioecesis Regularium conventus, numquam suppressos, in quibus non alerentur quatuor Sacerdotes, ita ut jus sibi esset, non solum isdem conventibus annexas Ecclesias, sed & ipsos conventus, ejusque cubicula, ac præterea imbi existentes Regulares per-

sonaliter visitare. Et sacra Congregatio die 3. Augusti 1686. respondit: Servandum esse decretum Congregationis super statu Regularium, editum 29. Novembris 1657.

VI. Quomobrem Regulares, qui seni, ut præscriptum est, parvis in conventibus, numquam suppressis, degunt, nisi curam animarum habeant, adstringi nequeunt ad interveniendum Episcopali Synodo; quemadmodum in eadem, quam retulimus, causa Pientina, eadem sacra Congregatio Concilii, de his postmodum specialiter consulta, expressè sancivit.

VII. In sacra Congregatione, habita sub die 16. Junii proxime elapsi, propositis ad instantiam Promotoris Fiscalis Curiae Episcopalis Pientinae infrascriptis dubiis, nempe Primo, an Priores, Guardiani, ceterique Superiores parvorum conventuum teneantur accedere ad Synodum Dioecesanam, quatenus fuerint vocati ab Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato. Et, quatenus affirmativè.

VIII. Secundo, an casu quo vocati non interveniant, subiacere debeant mulctæ, in praedicta Synodo Dioecesanæ adversus contumaces incommittantur; rescriptum fuit: ad primum Affirmativè; ad secundum Affirmativè, arbitrîi Ordinarii, exceptis mulctæ pecuniaria. Reclamantem autem adversus hujusmodi resolutionem Priore, & Patribus conventus B. Mariae Virginis Servatum, loci Scrofanî, sub fundamentis, quod dictus eorum conventus non sit comprehensus in Decreto sanct. mem. Innocentii X. incipientes: Ut in parvis; renovato per Constitutionem sanct. mem. Alexandri VII. eo quia, ut asseritur, numquam fuit

suppressus, ac semper ibidem manserunt de familia sex Religiosi, Eminentiis Vestris resolvendum proponitur.

IX. An respectu dicti Conventus B. Mariae Virginis loci Scrofanî sit standum, vel recedendum à decretis in casu, &c.

X. Die 15. Septembris 1703. sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, censuit, nonconventum Scrofanî non esse comprehensum.

## CAPUT III.

De obtinentibus dignitates, personatus, officia, & de Vicariis, tam Generali, tam Foranisi.

Dignitas, personatus, & Officium, sæpe promissæ accipiuntur strictè tamen, & juxta juris apices, distincta sunt Beneficia. Dignitates quippe obtinere dicuntur, qui ratione Beneficij, quod possident, præminentiam habent, cum jurisdictione in foro externo, sicuti olim erat, & alibi etiam nunc est Archidiaconus; Personatus, qui solam præminentiam sine jurisdictione, ut Prior, & Decanus; Officium, qui nec præminentiam, nec jurisdictionem, sed administrationem dumtaxat habet aliquarum rerum, ad Ecclesiam pertinentium, ut Sacrista, & Thesaurarius. Hi omnes, lato quodam loquendi modo, dicuntur Prælati, & propter, si sint de Clero Seculari, nec privilegio post Tridentinum imperato excoercuntur, tenentur Synodo Dioecesanæ interesse quod asserunt Massob. de Synodo Dioec. cap. 7. dub. 2. n. 9. Gavant. in pract. Synodi Dioec. cap.

cap. 2. in annot. num. 4. Fax Jordan. *lucubratis lib. 8. tit. 2. num. 46. & seq.*

II. Vicarius Generalis Episcopi, quamquam à jure quandoque dicatur Officialis, ut in cap. *Licet, de offic. Vicar. in 6. & in Clement. 2. de rescriptis*, attamen in aliquibus regionibus ultra montes, præsertim in Gallia & Belgio, usus obtinuit, ut ab Officiali distinguatur, & Vicarius nuncupetur, qui ea exercet, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ; *Officiale* vero, qui jurisdictioni præest contentiosæ; quod restantur Cabassut. in *theoria & praxi Jur. Can. lib. 1. cap. 17. num. 1. & Van-Hespen Juris Eccles. tom. 1. part. 1. tit. 12. cap. 1.* Atque Alexrorea in *Vindicta Ecclesiæ Juridicæ lib. 7. cap. 6.* Apud nos autem unus, & idem Episcopi vices, in utriusque jurisdictionis exercitio, gerere consuevit; quod etiam esse juri conformius, observavit Guillelmus Lyndeswode *ad Constitutiones Angliæ lib. 2. ad tit. de sequæstione possessionis, & structurem, verb. Vicarius Generalis*, inquit: "Horum potestas differt ab Officialium in principalem potestatem, de quibus sequitur in textu; nam Officialis dicitur, quibus causarum cognitio generaliter per habentes jurisdictionem Ecclesiasticam committitur, & in tales transfunditur cognitio causarum notiorum Diocesis, non tamen inquisitionis, nec correctio, siue punitio criminum &c. Sed Vicarij Generales nomina prædicta facere possunt virtute officii, ex causa collatione Beneficiorum." Quia porro Vicarij Generalis juris habet quoad Synodum, absente Episcopo, jam supra ostendimus; in præsens asserimus, eum, præsertim, atque ita jubente Episcopo, & posse & debere Synodo intervenire;

atque insuper asserimus, maxime oportere decere, & expediri, ut Episcopus velit, suum Vicarium Synodo adesse. Colligimus hæc ex quodam Brevis Gregorij XIV. edito ad dirimendam celeberrimam controversiam, quam sublimus.

III. Presidente Cardinali de Castro Metropolitane Ecclesie Hispanensis, magna excitata est controversia inter Vicarium, Generalem, & Capitulum Metropolitanæ super precedentia sedendi in Synodo; eaque delata ad sacram Congregationem Concilii, cum adhuc indecisâ penderet, san. mem. Sixtus V. ita decrevit: "Vicarium, seu Officiale Generale, præsertim Archiepiscopo, vel Episcopo, neque locum in Synodo Diocæsanâ, aut in Capitulo, à jure communi habere, aut prætere posse; ipso vero Archiepiscopo, vel Episcopo absente, præcipuum in eandem Synodo locum obtinere debent." Adversus hujusmodi Breve, prævia apertione oris, quam de voto sacre Congregationis Concilii, à Gregorio XIV. obtinuit, reclamavit Cardinalis de Castro, aliudque ab eodem Gregorio reportavit Breve moderatum decreti Sixti V. hæc verbis conceptum: "Vicarium, seu Officiale, naut Provisorem Generalem Archiepiscopi, cujus præsentia in Synodis Diocæsanis, pro controversiis & litibus dirimendis, & querelis cognoscendis, & decretis statuendis, necessaria omnino est, tam absente, quam etiam præsertim Archiepiscopo; primum locum post ipsum Archiepiscopum, & ante Capitulum, vel à Capitulo deputatos, omnia eadem omnino Synodo Diocæsanâ de jure habere, & obtinere debere, nisi tamen ex consuetudine legitima Capitulo jus in eadem Synodo

velo Vicarium precedendi constituitur esse acquisitum.

IV. Hæc, quæ indicatur in decisione Romanæ Rotæ in *Hispanens. Juris sedendi in Synodo, 21. Junii 1697. coram Muta*, edita apud Nicollum *Jur. Canon. tom. 1. lit. C. §. 7. post num. 180.* eo tantum animo hic retulimus, ut à Gregorio XIV. rationes audiremus, propter quas oportet, ut Vicarius Generalis, etiam præsertim Episcopo, Synodo intersit; nam de loco, ubi sedere debeat, infra erit sermo.

V. Præter Vicarium Generalem, qui toti præest Diocesi, alii ab Episcopo constituuntur peculiare Vicarij, dicti *Foranei*, ut extra civitatem in pagis, & oppidis jus dicant, in quibusdam levioris momenti causis, & jurisdictionem exercent, ad certos dumtaxat actus limitatam; à quorum tamen sententiis liberum est ad Episcopum appellare, juxta Glossam in *Clementina 2. verb. Foraneo* ubi Archidiaconus, & Cardinalis, *de rescriptis* & late deducta per Sbrozium *de Vicariis Episcopi, lit. 1. quest. 3.*

VI. Ejusmodi Vicariorum originem antiquissimam esse, atque ad Chorepiscopos referendam, non immerito arbitratur Joënn de *Sacramentis, dissert. 9. quest. 2. cap. 4.* Quamquam enim Rabanus Archiepiscopus Moguntinus in *Opus, de Chorepiscopo*, quem sequuntur Beveregius in *notis ad Conc. Ancyræ. can. 13.* Binghamus *Origin. Ecclesiasticæ. tom. 1. lib. 2. cap. 14.* Caveus, Blondellus, Tournely, alique existimant, Chorepiscopos, ordinatione, & characterè, veros Episcopos fuisse; attamen, quod citatus Binghamus fatetur, communior, magisque recepta est opinio, fuisse eos tantummodo Presbyteros, quemadmodum fuisse probant Turrianus *not. ad can. 54.*

*Nicæn. Arab. Estius in 4. vent. dist. 24. §. 70.* Anton. Augustinus *epist. Jur. Can. lib. 6. tit. 1. cap. 8. 11. & 12.* Morinus *de Sacr. Ordina. part. 7. exercit. 4.* Thomassinus *de vet. & nov. Eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 1. & 2.* Natalis Alexander *Appendic. ad dissert. 44. in sec. 6.* etsi negari haud possit quandoquæ contigisse in Chorepiscopum assumi, qui Episcopali characterè esset antea insignitus, & à sua Diocesi ob persecutionis ætum expulso, aut ejusdem administratione, in aliquis gravi criminis poenam, legitima auctoritate privatus, quod oportune animadvertunt Bellarmin. *tom. 2. Controv. de Clericis lib. 1. cap. 17.* Hallæus *de sacris Ordinibus. sect. 5. cap. 2. art. 2. §. 5.* Cabassutus *Notit. Eccles. sæculi 4. in can. 17. Concilii Ancyrani num. 6.* & Petrus de Marca *lib. 2. de Concord. cap. 13.* Siquidem Concilium Nicænum *can. 8.* ita prospexit Episcopis Novatianis, qui ad Catholicam redierant Ecclesiam, ut ab Episcopo loci, siue ad Presbyteri ejusdem oppidani, siue ad Chorepiscopi officium administrarentur; idemque decretum fuisse de Episcopis Meletianis, ad Ecclesiam unitatem reversis, colligitur ex ejusdem Concilii epistola Synodica apud Socratem *lib. 1. cap. 9.* Jam ergo Chorepiscopi constituebantur in pagis, & oppidis, ut ea Episcopi loco gubernarent; quamobrem à Ferando Diacono *Breviar. cap. 79.* vocantur Episcoporum Vicarij; *Chorepiscoporum*, inquit, *id est Vicarij Episcoporum*; eamdemque nomenclaturam apud alios habent sacrorum Canonum Collectores: Quia porro Chorepiscopis, præter jurisdictionem ad regimen loci, qui præstiebantur, necessariam, potestas quoque data erat conferendi minores Ordines, quibus tum temporis accensebatur Subdiaconatus: &



aliquando, cum nimirum Episcopali characterē erant exornati, isdem ab Episcopo loci facultas quoque delegabatur conferendi Ordines sacros; inde factum est, ut Chorepiscopi, tot concederetur prerogativis, eo usque auidacē devenirent, ut in omnibus se Episcopos equarent; cumque nec Canon Conciliorum, præcipue Canon sextus Concilii Sardicensis, quartus Toletani 12. vigesimus secundus Francofordiensis, septimus Hispalensis, neque epistola Decretales summorum Pontificum, & signanter epistola olim 88. Leonis Magni (si tamen ejus est, quod recentiores Critici negant) & epistola Leonis III. ad Episcopos Gallie, quibus Chorepiscoporum restantur insolentia, satis fuisse ad eos continendos in officio; ideoque sæculo 8. & 9. ita pluribus præcipientibus Ecclesie legibus, Chorepiscoporum ordo suppressi cepit, ac medio circiter sæculo 10. protus extinctus est; quod narrat Natalis Alexander *hist. Eccles. tom. 4. ad sæculum 4. in Append. ad dissert. 44.*

VII. Extinctis Chorepiscopis, sollicitudo lustrandi rusticanae parochias, præsidendi parvis oppidis, corrigendi, ac puniendi in his degentes Clericos, quæ prius Chorepiscopis competebar, translata est in Archiepresbyteros, Archidiaconos, & Decanos rurales; unde Sigebertus in *Chronica* agens de Damaso II. qui Pontificatus initio anno 1048. Archidiaconus cum Chorepiscopis confudit, ita scribens: *Damasus Papa præcavit; ne quid contra Episcopos præsumant Archidiaconi, qui dicuntur Chorepiscopi, id est villarum, & regionum Episcopi.* Erant igitur Archidiaconi, Decani, & similes, in Chorepiscoporum locum successi, Vicarii rurales, seu Foranei Episcoporum. Propterea Concilium

Londonense anni 1237. *can. 2.* Archidiaconis, utpotè vices Episcopi in sibi commissis Dioecesis regnunculis obeantibus, injungit, ut in *Decanatum suorum conventibus Sacerdotes maxime in his studeant erudire, docentes eos, qualiter circa Baptismum, Penitentiam, Eucharistiam, & Matrimonium debeant se habere*; quemadmodum legitur in Collectione antiqua Spelmani *tom. 2. pag. 119.* et in recentiori Wilkins *tom. 1. pag. 650.* *Eucharistia* nomen omisium sit. Et Concilium Lambethanum anni 1261. *cap. 31.* ac Concilium ad Pontem Audemari anni 1279. *can. 21.* isdem Archidiaconis, & Decanis ruralibus, veluti jurisdictionem in pagis exercentibus, districtè præceperunt, ut in Clericos animadvertent, qui Clericalem Tonsuram non gestarent. Ut porò ejusmodi Vicarii Foranei proprio muneri facilius satisfacerent à Concilio Coloniensi anni 1266. *can. 14.* Extinctis anni 1287. *can. 51.* aliusque congestis à Thomasso *de vet. & nov. Eccles. discipl. part. 2. lib. 3. c. 76.* statutum est, ut eorum quilibet, singulis mensibus, omnes suæ jurisdictioni subjectos Sacerdotes in quamdam veluti ruralem Synodum, coram se congregaret, ubi & eos instrueret, & quæ in sua regnuncula corrigenda essent, rescire posset.

VIII. Motem istum partiendi Dioecesis in totidem veluti minusculos Episcopatus, quorum singulis suis præsideret Vicarius, etsi pervagatissimus esset in toto ferè Occidente, inuictarum tamen fuisse in nostra Italia; asserit laudatus Thomassinus, in quam primum invecrum credit à S. Carolo Borromeo, cujus rei causam refert in adeo angustus & coarctatus limites Dioecesium Italiae, ut unus Vicarius Generalis, in civitate residents, visus sit toti Dioecesi regende sufficere. Ad sus-

picamur, virum, cæteroque eruditissimum, in hoc errasse; nam, ut præmittamus vestigia, in plerisque Dioecesibus adhuc extantia, antiquæ jurisdictionis, quam in aliqua earundem parte exercebant Archidiaconi, & Decani, Joannes Franciscus Bonhomius, Episcopus Vercellensis, S. Carolo coævus; à quo, uti narrat Ughelius, anno 1572. fuit Episcopus inauguratus, in *vita Decretis generalibus reformationis Ecclesiasticae, editionis Colonienis anni 1585. pag. 119.* & seq. districte de nostris Vicariis Foraneis, non tanquam recens institutis, sed veluti jamdiu antea inductis, dicens, eos assumi consuevisse ex Archiepresbyteris, & Præpositis oppidorum; quod tamen monet, non oportere esse perpetuum, cum Vicarii Foranei officium illis dumtaxat sit committendum, qui litterarum scientia, morum integritate, ac rerum agenda- rum usu, præstantiores sunt. De isdem præter Vicariis ante Bonhomium, mentionem fecerat Petrus Franciscus Zinus in *Exempla boni Pastoris*; adhuc quippe vivente celebri Joanne Matthæo Giberto, Episcopo Veronensi, laudatus Zinus Giberti Constitutiones, typis Veronensibus impressas, divulgavit anno 1542. iterumque Venetis excudi curavit anno 1633, quarum nova editio denuo prodit Veronæ anno 1740. Jam autem in hac posteriore editione *pag. 290.* profertur testimonium Zini asserentis, ab Episcopo Giberto constitutos fuisse per suam Veronensem Dioecesis Vicarios Foraneos; porro, cum nec ipse Episcopus, (inquit Zinus) nec ejus Vicarius, et reliqui ministri, magna negotiorum urbis multitudine distendunt, valeant ita accuratè ea, quæ rursus gerenda sunt, intueri & animadvertere, utrum Sacerdotes se rectè

gerant, imperatque faciunt; multos ex Archiepresbyteris, & Parochiis peritioribus, & magis idoneis, utamquam Vicarios, constituit. Vicarios quoque Foraneos nominatos legitur ab Innocentio IV. in *Copi. Romana, de offic. Ordin. in 6.* ut ibi Foraneos appellat Vicarios, quos Archiepiscopus Reicensis constituere attentaverat in suorum Suffraganeorum Dioecesibus. De veris autem Vicariis Foraneis loquitur Clemens V. in *Clem. 2. de receptis*, ubi distantiam ponit inter Episcopum principalem officialem, ejusque officialem Foraneum, qui in certa Dioecesi parte ad certos actus constituitur; notatque ibidem Glossa, ab hoc Officiali Foraneo posse appellationem interponi ad Episcopum, etsi Anastasius Germonius *Animadvers. lib. 1. cap. 7.* contra communiter receptam, usque comprobant Glossæ opinionem, oppositum suadere conetur.

IX. Verum, quidquid sit de primordiis Vicariorum Foraneorum, in Italia certum est, nunquam apud nos tantam illis tributam jurisdictionem, quantum olim habuerunt, & alibi etiam nunc habent, extra Italiam; sed eorum facultates ad quædam dumtaxat levioris momenti negotia consuevisse restringi & limitari, quod jam supra observavimus.

X. Illos porò ad Synodum referendo, si ad costum pertinent Parochorum, nullus dubitat, debere Synodo adesse; si verò simplicis sunt Presbyteri, quavis nullum possideant Ecclesiasticum Beneficium, idem de illis statutum, quod de Vicario Generali diximus; arecessit nimirum ab Episcopo teneri ad Synodum accedere. Affirmamus præterea, oportere, ut Episcopus omnes suos Vicarios Foraneos ad Synodum vocet, quoniam

ab istis, tanquam oculatis testibus, melius, quam à Vicario Generali, certior fieri poterit de his, quæ in remotis Diocesis partibus occurrunt, & aliquam fortasse Synodalem sanctionem exposcunt.

## CAPUT IV.

De Canonis Ecclesia Cathedralis, & Collegiatarum.

Canonicos Ecclesiarum Cathedralium invitandos esse ad Synodum Provinciale, deliberatum fuit in Concilio Provinciali Mechliniensis, celebrato Lovanii anno 1774. *Fuit conclusum, & resolutum, quod posthac nominatim ad Concilium Provinciale vocabantur Decani, & Capitula Ecclesiarum Cathedralium;* apud Martene, & Durand. *Thesaur. nov. Anecdor. tom. 4. col. 451.* & cum communi docet Fagnanus in *Cap. Et si membra à n. 57. usque ad fin. de his, quæ sunt à Prelatis sine consensu Capituli.* Inviti tamen compelli nequeunt, ut interveiant, quemadmodum idem Fagnanus prosequitur; & si Concilio Provinciali intersiat, votum merè consultivum, non docivum habent, juxta decretum sacre Congregationis Concilii, in *Salernitana Synodo*, die 19. Aprilis 1796. *lib. 8. decretor. 174. Capitularum Deputatos vocem duntaxat consultivam in Concilio Provinciali habere.*

II. Quod spectat ad Synodos Diocesanæ, ut vera fateamur, nulla in antiquis Synodis fit mentio Canonico- rum; sæpius quidem illis interfuisse, atque interesse debere, legitimus, Abbatibus, Prioribus, Decanis, & Parochis; quod patet tum ex his, quæ *hujus libri cap. 1. num. 1.* retulimus, tum ex status Synodalibus Joannis Episcopi Leodiensis anni 1287. *Mandamus De-*

*cans, & Sacerdotibus, & aliis, qui ipsi Synodo interesse tenentur; & ex statutis Ecclesie Avenionensis anni 1337. cap. 8. Hoc statuto præcipimus & mandamus, ut de cætero Priores, Rectores, Decani, & alii, qui ad Synodam venire consueverint, &c. atque ex statutis Ecclesie Meldensis: Præcipitur districtè, ut omnes Presbyteri, Curiam habentes, veniant ad Synodum; cit. tom. 4. Thesaur. Anecdor. col. 829. 563. & 891. sed nusquam Canonicos, specialiter nominatos, invenimus. At nihilominus, juxta præsentem disciplinam, ad Diocesanam Synodum invitandos esse Canonicos Ecclesiarum Cathedralium, communiter asserunt Doctores congesti à Manacello tom. 1. tit. 4. *formul. 3. num. 3.* Solumque questio est, an invitati teneantur adesse. Bortus in *tract. de Synodo part. 2. in princ. n. 2. & seq. & Massobrius de Synodo Dioc. cap. 3. dub. 2.* affirmant, reluctantes cogi non posse, nisi tamen in Synodo agendum foret de negotiis ad eos pertinentibus, aut de rebus, in quibus ab Episcopo Capituli consilium est exquirendum. Attamen sententia opposita, obstringens Canonicos Cathedralis ad interveniendum Synodo, saltè per aliquot, è Capituli gremio deputatos, magis recepta est apud Doctores, & usu comprobata. Primo, quia censentur constituti in quadam quasi dignitate, comparanda cum Prioribus, & Decanis, quos semper ad Synodum adactos nuper vidimus. Secundo, quia nunquam accidit, ut in Synodo non tractetur de Honoris Canonici ritè persolvendis, de Cleri moribus reformandis, de restauranda Ecclesiastica disciplina, cæterisque, quæ ipsos quoque Canonicos respiciant; in quo rerum eventu, omnes Doctores consentiunt non licere Canonicis se à Synodo excusare. Bar-*

bo-

*bara de offic. & potest. Episcopi part. 2. allegat. 53. n. 11.* Pax Jordan. *lib. 8. tit. 2. num. 59.* Romaguer. *ad Constit. Synod. Gerunden. lib. 1. tit. 1. cap. 2. n. 15.* & alii, eandem obligationem extendentes ad eorundem Canonicorum Coadjutores.

III. Episcopus Illerdon. à sua Synodo Diocesanæ tentavit excludere Canonicum Penitentiarum, quia, ut ajebat, in jure cautum non reperitur, jus illi esse interveniendi Synodo. Sed interposita à Penitentiaro appellatione ad sacram Congregationem Concilii, hæc censuit, eum nequaquam excludi posse. Si enim invitandi, & admittendi sunt ceteri Canonici, eo magis visus est admittendus Canonicus Penitentiarus, qui est quasi Parochus totius Diocesis, & jus habet excipiendi sacramentales Diocesanorum Confessiones, non ex speciali commissione Episcopi, sed à lege, à Concilio scilicet Tridentino, ita ut propterea in his, quæ spectant ad forum internum censendus sit Ordinarius; de qua re plura Fagnan. in *Cap. Grave à num. 20. de Præbendis.*

IV. Alii Ecclesie Cathedralis Beneficarii, qui inter Canonicos non cooptantur, ab Episcopo vocati, possunt, & debent interesse, sed relictis singuli, non tantum constituentem unum corpus seu collegium, juxta sensum sacre Congregationis Concilii, expositum à Pignatelli. *consul. 3. tom. 7.*

V. De Cononicis Collegiatarum Ecclesiarum cenet Massobrius *cit. cap. 3. dub. 2. num. 26.* neque oportere, ut ad Synodum invitentur, neque invitatos adigi posse ad interveniendum, nisi cum fortasse ceteri quoque à Diocesis Clero interesse teneantur. At, cum in suprâ allegato Concilio Mechliniensis decere visum fuerit, ut Capitula Collegiatarum Ecclesiarum

vocarentur ad Concilium Provinciale: *Fuit conclusum & resolutum, quod posthac nominatim ad Concilium Provinciale vocabantur Decani, & Capitula Collegiatarum Ecclesiarum Provinciae Mechliniensis, ut per se, vel per suos Procuratores, in Synodo Provinciali comparerant;* multo magis oportere existimantur, ut ad Diocesanam Synodum invitentur; invitatos autem non posse accessum derretare, ex his periculum fiet, quæ de obtinentibus Beneficia simplicia inferius statuemus. Quare rectius Pax Jordan. *loc. cit. num. 59.* omnes Canonicos Collegiatarum, eorumque Coadjutores, ad Synodum absolute compelli. Quod si Collegiata extra locum sit, ubi Synodus habetur, tunc, ne Ecclesia suo fraudetur servitio, non omnes Canonici, sed aliqui eorum, à Capitulo deputandi, debent omnium nomine Synodum adire, juxta decretum sacre Congregationis Episcoporum, & Regularium, apud Pignatelli. *consul. 77. n. 62. tom. 9.* & bene deducta per Pacem Jordanum *ead. cit. loc. n. 69.*

VI. Usus obtinuit, ut Canonici tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum, postquam quadragesima annorum non interrupto spatio diligenter Ecclesie invierint, exemptionem consequantur à Choro, atque ab omni absolvantur servitio, deinceps Ecclesie præstando, quin tamen idcirco aliquid amittant aut ex Præbende fructibus, aut ex distributionibus quotidianis, quas lucrantur, etiam si absint à loco Beneficij; ea siquidem exemptione obtenta, libertatem pariter nanciscuntur à vinculo residentie, juxta declarationem editam à sacra Congregatione Concilii die 17. Decembris 1718. in responsione ad quinque ex dubiis jubilationum propositis à nobis, quædam sacre Congregationis



Secretarii munus tunc obennibus. Jam autem, si de hisce Canonicis, qui *Jubilati* dicuntur, instituitur questio, an teneantur a Synodo adire, sine ulla hesitatione affirmamus, modo tamen Episcopo specialiter vocentur; quod colligimus ex *Cap. Cum ad hoc, de Clericis non residentibus*, & decisum deprehendimus à sacra Congregatione Concilii in *Aquilana* 17. Septembris 1657. ad tertium dubium *lib. 2. decretor.* & in *Sabinen.* 2. Octobris 1717. *lib. 17. decretor.* Potest quippe contingere, ut Episcopus Canonici jubilati, veluti maturioris ætatis & consilii, rerumque ad Ecclesiam, & Capitulum respectuum magis periti, operâ indigeat in Synodo; absolum autem videtur, ut in his circumstantiis ille non teneatur morem gerere Episcopo vocanti, possitque à Synodo se abducere; quemadmodum in re simili ratiocinatur Michael Thomaſius in *Tract. de ratione habendi Concilia Provincialia & Diœcesana* fol. 136. Accedit, Canonici, etiam post obtentum Jubilatiōnem indulgentiam, posse ad servitium Ecclesiæ revocari, si nimirum, ob aliorum ministrorum paucitatem, Divina Officia debito cultu expleri non valeant; quod in *tit. cap. Cum ad hoc*, Patriarchæ Antiocheno discretis verbis rescriptis Gregorius IX. & censuit sacra Congregatio Concilii in responsione ad quartum ex prædictis dubiis Jubilatiōnem; multo magis itaque poterit Canonicus jubilatus ab Episcopo compelli venire ad Synodum, cum ejus presentia conferre posse videatur ad Ecclesiæ, totiusque Diœcesis utilitatem.

## CAPUT V.

## De Parochiis.

Diœcesanas Synodos à prima earum origine potissimum ex Parochiis fuisse conflatas & ratio suadet, & antiquissimi Ecclesiæ Canonici nos edocent. Illis quippe, quæ eò semper collimarunt, ut animarum salutem promoverent, eos maximè interesse oportuit, quibus aliqua Dominici gregis portio tradita erat custodienda. Hinc Synodus Diœcesana Antiodorensis anni 578. *can. 7. tom. 3.* Collectionis Harduini *col. 444.* sancit: *Ut medio Maio omnes Presbyteri ad Synodum in civitate veniant*; & in formula habendi Synodum Diœcesanam, à Burchardo adscripta Concilio Salegunstadiensi anni 1012. quod ab aliis *Moguntinum* dicitur, eò quod Salegunstadium jam tum esset Moguntinæ Diœcesis, legitur: *Convenientes Presbyteri omnes intrent, (Synodum) & secundum Ordinationis suæ tempus resident.* Quibus in locis, sicuti & in aliis veteribus Canonibus, Sacerdotum, & Presbyterorum nomine Parochos designari, advertit Van-Espen *Jur. Eccles. univers. part. 1. tit. 18. cap. 2. num. 4.* inquires: «Hic nota, omnes indistinctè Presbyteros ad Synodum admitti; nec mirum, quia, juxta phrasin illius temporis, nomine Presbyterorum veniebant Parochi, adeo ut admittere Presbyteros ad Synodum, idem tunc significaret, quod hodie admittere Parochos.» Enimvero Concilium Lipsinense anni 743. *tom. 1. Concil. Gallie* editionis Symonidæ pag. 578. aperte ostendit, Presbyterorum nomine se, non alios, quam Parochos intelligere; cum *can. 3. ait: Ut unusquisque Presbyter,*

in parochia habitans, subiectus sit illi Episcopo, in cujus parochia habitat, & semper in Quadragesima rationem & ordinem ministerii sui, sive de Baptismo, sive de Fide Catholica, sive de Precibus, & ordine Missarum, ipsi Episcopo reddat & ostendat. In eodem sensu Sacerdotum nomen usurpavit Innocentius III. in *cap. Quod super hoc, de majorib. & obed.* cuidam Episcopo, quem Gonzalez existimat fuisse Cantuariensem, rescribens: *Abbas, & Sacerdotes Diœcesana lege tibi subditos, qui ad tuam Synodum venire contemnant (quomodo in ipsa Synodo non dicat aliquid statuendum, quod Canonici obviet instituti) per censuram Ecclesiasticam ad Synodum ipsam venire compellas, & debitam tibi obedientiam & reverentiam exhibere;* ubi Innocentium Sacerdotum vocabulo Parochos indigitasse, observat Fagnanus in *comment. ad idem Cap. num. 2. & 3.*

II. Magis disertè posteriores Canones Parochos, seu Curatos, proprio & speciali nomine expressos, ad Synodum compellere, præter supra allegata statuta Ecclesiæ Meldensis, in quibus *Presbyteri curam habentes*, ad Synodum ire jubentur; in epistola Synodica Raimundi, Episcopi Ruthenensis, anni 1289. habetur: *Præcipimus, ut ad dictam Synodum hiemalem veniant Ruthenam personaliter omnes Prælati, & Clerici, & Sacerdotes Curam animarum habentes; & capit. cit. tom. 4. Anecdotor. Martene, & Durand. col. 673.* Et inter statuta Ecclesiæ Nemausensis, anni 1364. *tit. 15. cap. 2.* legitur: *Præcipientes districtè, quod Rectores, vel Sacerdotes Parochiales, singulis annis ad utramque Synodum veniant; eod. tom. 4. col. 1605.* Omnem demum

dubitationem auferit Tridentinum *sess. 24. cap. 2. de reformat. clarè & manifestè edicens: Ratione tamen Parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum, etiam annexarum, debeant illi, qui illarum curam gerunt, quicunque illi sint, Synodo interesse. Quocirca extra controversiam est; quotquot animarum curam gerunt, sive decanales, sive Regulares illi sunt, indubia lege adigendi ad interveniendum Synodo, Barbosa ad dictum *cap. 2. Trident. num. 26 & de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 97. num. 5. & seq. Mart. 206. de Synodo Diœces. cap. 20. dub. 2. num. 12.* Amedeus Chiròles de sacris Conciliis pag. 386. *6. Dicit simpliciter, in Biblic. Max. Pontif. Roccaberri tom. 7. Ildephonsus Clemens de Arostegui in præfati. Concordia Pastoralis, part. 2. cap. 12. num. 22.**

III. Aligna difficultas unice esse poterat, quòd Parochos Ecclesiæ admiſtrantes, subiectas Prælati Nullas, secunde tamen, & non tertie speciei, juxta distinctionem, quam adhibuimus, & explicavimus *lib. 2. cap. 11. num. 1.* Si territorio prælati Prælati secunde speciei, quod lato quodam loquendi modo dicitur Nullus, sit undequaque circumscriptum ab una eademque Diœcesi, nullus dubitavit, quin illius territorii Parochi interesse debeant Synodo, ab ejusdem Diœcesis Episcopo indote; at, cum aliquando contingat, illud territorium à plurius Diœcesibus terminari, discreptum fuit, cuiusnam Episcopi Synodo intervenire deberent. Sed difficultatem enodavit sacra Congregatio Concilii; etenim, cum Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 9. de reformat.* statuerit, Ecclesiæ Seculares, quæ Nullas Diœcesis esse dicuntur, visitandas esse ab Episcopo viciniori, hoc

est, ut ibidem explicat, & decisum narrat Barbosa num. 4. ab Episcopo, cujus Cathedralis provincie est territorium, de quo agitur, & frustranea visio fuerit visitatio, nisi Parochi tenerent accedere ad ejusdem vicinioris Episcopi Synodum, editisque in hac statutus parere; idcirco sacra Congregatio die 12. Februarii 1623. lib. 12. decretor. pag. 90. ad dubium his verbis proposuit: *An Rectores, qui sunt Nullius Diocesis teneantur accedere ad Synodum Dioecesanam illius Episcopi, qui tamquam proximior potest eos visitare*; respondit: *Teneri*. Quam quidem sacra Congregationis sententiam pluribus exornaverunt, aliique argumentis roborarunt Fagnanus in cap. Quod super his, de majorit. & obed. & Card. Petra ad Constitut. Apostolic. tom. 5. pag. 131. n. 117.

## CAPUT VI.

*De obtinentibus beneficia simplicia, ceterisque Presbyteris, & Clericis Dioecesis.*

Nihil de istis disputandum jam superest, cum, quid de singulis sit statuendum, distincte explicaverit sacra Congregatio Concilii, cujus potestera sanctiones praeat dimittat referre. In causa Tullen. die 17. Martii 1593. lib. 7. decretor. pag. 69. *Sacerdos &c. censuit*, Episcopum non posse cogere accedendum ad Synodum habentes Beneficia simplicia, nisi ex consuetudine aliud observatum fuerit.

II. Quoad ceteros à Clero, nullum habentes Ecclesiasticum Beneficium, eadem sacra Congregatio die 15. Decembris 1629. lib. 14. decretor. ita consultat: *Episcopus Balneoregion. applicat per sacram Congregationem responderi*; Primo: *An ipse cogere*

*possit simplices Sacerdotes non Beneficiatos, & Clericos sacris Ordinibus initiatos, pariter non Beneficiatos, suae Dioecesis, ad intercedendum Synodo Dioecesana? Secundo: Et quid, et concurrat consuetudo?* respondit: *Possit cogere, quando in Synodo agendum est de reformatione morum, sive de aliqua re, concernente totum Clerum, vel de inimicis decretis factis in Synodo Provinciali; hoc autem casu, in ipsa Synodi convocazione faciendam esse mentionem, quod de praedictis erit tractandum. Ad respondendum, concurrente consuetudine, possit.*

III. Utramque responsionem confirmavit in causa *Juvenen.* die 10. Septembris 1633. lib. 14. decretor. pag. 780. addens, in circumstantiis, in quibus simplices Beneficarii, alique de Clero, Synoda adesse coguntur, eos non esse admittendum ad votum ferendum pro confirmatione Judicium, & Examinatorum Synodaliu. Idem repetitum fuit in causa *Portsempronien.* die 17. Januarii 1654. lib. 19. decretor. pag. 302. simulque deliberatum, ut secreto moneretur Episcopus ne absque necessitate cogeret Clericos, & Sacerdotes ad intercedendum Synodo. Et, cum Episcopus Sancti Angeli, & Bisaciarum occasione visitationis sacrorum liminum sciscitaretur, an posset ad Synodum compellere quemdam suae Dioecesis Sacerdotem, obtinentem Beneficium Sancti Antonii de Vienna, in eadem Dioecesi existens, & propria carens Ecclesia; sacra Congregatio die 15. Aprilis 1690. respondit, servanda esse modo allegata decreta, lib. 4. decretor. pag. 254. à tergo, & 255.

IV. Ex quibus sacra Congregationis sanctionibus, duo plane consiuntur: Primum, nimirum, obtinentes

Be-

Beneficia simplicia tunc solum Synoda adesse debere, cum legitima consuetudo ad id eos obstringit; Alterum, tam ipsos, quam ceteros à Clero, generatim ad Synodum compelli posse, cum aut de morum disciplina restauranda, aut de re ad omnes Clericos pertinente, agendum est. Haec non multum ardent Amadeo Chirolo de Sacris Con. illis pag. 382. tom. 3. Biblioth. Maximi. Pontif. Sed, praeter auctoritatem sacrae Congregationis Concilii, cui, vel soli, Chiroli asseclas acquiescere oporteret, illa eadem communi calculo à Doctoribus approbantur, praecipue à Panormitano in Cap. Quod super his, in primo natali, de majoritat. & obedient. Fagnano ibidem numer. 3. Botto in Tract. de Synod. part. 2. numer. 18. Azorio. Institut. moral. tom. 2. lib. 5. capit. 47. quest. 3. Episcopo Crispino in tractat. de Visitatione Pastoralis part. 3. §. 18. num. 4. Monacello in formular. legal. tom. 1. tit. 5. form. 3. num. 3. & tom. 4. pag. 104. num. 155. quorum postrema illud iterum monet, quod à sacra Congregatione jam audivimus; nimirum oportere, ut Episcopus, ad omnem praevendam litem, & impediendas querelas, cum omnes Clericos ad Synodum vocat, in convocacionis edicto causam exprimat, propter quam id inusiti oneris illidem imponit.

V. Ceterum, quod possit consuetudine induci, ut simplices Beneficarii, ceterique de Clero obstringantur adesse Synodo, praeter ea, quae Doctores de robore & efficacia consuetudinis generatim asserunt ad Cap. fin. de consuet. manifestè colligitur ex Pontificali Romano 3. part. tit. 5. ubi legitur: *Sacerdotes, & Clerici universi, qui ad Synodum de jure, vel consuetudine venire tenentur,*

*conveniunt in civitate, vel alio loco, prout Pontifex ordinaverit.* Idemque tam antiquè, quam recentiores Synodi, ut certum ponunt. Statuta Synodalia Ecclesiae Avenionensis anni 1337. cap. 8. cit. tom. 4. Anecd. col. 567. haec habent: *Hoc statuto praecipimus, & mandamus, ut de cetero Praefatos, Rectores, Decanos, & alii, qui ad Synodum venire consueverint personaliter, in quolibet Synodo infallibiliter veniant.* Statuta Ecclesiae Bitterensis anni 1368. num. 1. tom. 4. Anecd. Martene col. 627. ad Synodum vocat, qui de jure, vel consuetudine venire tenentur. Et Concilium Provinciale Mediolanense V. part. 1. Act. Eccl. Mediol. pag. 276. decernit: *Synodo Dioecesana universi & singuli Sacerdotes, & Clerici cujuscumque Ordinis intereant, quicumque Canonum jure, vel Ecclesiasticae sanctionibus; vel Tridentini decreto, vel consuetudine, aliter ratione interesse possunt, aut plane debent.* Adint vero inter ceteros quicumque Beneficium Ecclesiasticum (cujus causa de jure, aut consuetudine abesse debent) in ea Diocesi obtinent, cujus Synodus celebratur; quomodo in alia domiciliu habent.

VI. Neque casu, sed consultò in hoc Mediolanensi Concilio hujus mentio facta est consuetudinis; quia, si vera narrat Pax Jordan. lib. 8. c. 2. n. 65. Mediolani reapse consuetudo viget, ut omnes, Sacris imitati, ad Synodum accedant. Rectè pariter ibidem cautum est, ut Beneficarii ejus Episcopi Synodum adeant, in cujus Dioecesi Beneficium possident; nam si quis origine subditus sit Episcopo ex. gr. Parmensi, sed Beneficium possideat in Diocesi Placentina, & in hac insuper commoretur; hujus, & non illius Episcopi Synodo intervenite debent quem-



quemadmodum censuit sacra Congregatio Concilii, apud Faganum in *Cap. Quod super his, num. 13. de majori. & obed.*

VII. At idem ne juris erit, cum quispiam simplex Beneficium obtinet in Diocesi Placentina, sed domicilium habet in Diocesi Parmensi? De hoc decerni videtur in allegato Mediolanensi Concilio, quod adesse cogatur Synodo Placentina. Veram tunc advertendum erit, quia ratione ab alterutro Episcopo ad Synodum vocetur. Si à Parmensi vocetur, tamquam Beneficiarius, eo quod consuetudo ibi invaluerit, ut omnes Beneficarii ad Synodum eant, non poterit prefatus Clericus ad accessum adigi, quoniam qua Beneficiarius, Placentino, & non Parmensi, subditur Episcopo; si verò vocetur, non quotenus Clericus, quia scilicet ex circumstantiis emergunt, quæ omnes Clericos ad Synodum urgent, non poterit accessum declinare; nam, quia Clericus, illi Episcopo subicitur, in cuius Diocesi degit. Ab Episcopo autem Placentino poterit ad suam Synodum cogi, ratione Beneficii, quodcumque casus evenierit, ut alii similes Beneficarii Diocesis Placentinae compellantur ad Synodum se conferre. Ex quo fit, ut ille, de quo est sermo, eodem anno, ad duplicem Synodum adigi queat; ad Parmensem scilicet, & Placentinam; si ad unam uno nomine, altero ad alteram vocetur.

## CAPUT VII.

*De Fratribus Capellanis Sacrae Religionis Hierosolymitanæ, curam animarum habentibus, aliisque eidem Religionis inservientibus.*

**E**rsi sacrum Concilium Tridentinum *capit. cit. sess. 24. cap. 2. de reform.* omnes Regulares, Curam animarum habentes, ad Episcopalem Synodum ire, iusserit; specialis nihilominus instituta est disputatio de Fratribus, quos Capellanos vocant, Hierosolymitanæ Religionis, in aliqua eidem Religionis annexa, seu subjecta Ecclesia animarum Curam exercentibus; cui quidem peculiari disputationi ansam dederunt amplissima privilegia, quibus, ob ejus præclarissima in Ecclesiam Catholicam merita, Hierosolymitanus Ordo fuit à Sede Apostolica large exornatus. At perpetua & constans sacrae Congregationis Concilii sententia fuit, nullum privilegium Fratribus, de quibus agimus, suffragari, ut à Synodo, ab Episcopo indicta, se possint subtrahere; etenim S. Pius V. in sua Constitutione *104. tom. 4. part. 3. Bullar. pag. 490. postrema Romane editionis*, aperit declaravit, exemptiones concessas Religionis Hierosolymitanæ, nequaquam comprehendere ejusdem Ordinis Religiosos, eisque commissas Parochiales Ecclesias, in illis, quæ animarum Curam respiciunt, in quibus servanda statuti Concilii Tridentini decreta. Idemque iterum sancitum reperitur à Gregorio XIII. *Constitut. 124. §. 5. cit. part. 3. tom. 4. Bullar. pag. 456.*

II. Quamobrem, cum sacra Congregationis Concilii examini subjecta fuerint hæc dubia, in causa *Ulerden. Synodi:*

Primo, an fratres Capellani sacrae Religionis Hierosolymitanæ, Curam animarum habentes teneantur convenire ad Synodum Diocesanam.

Secundo, an iidem Fratres Capellani, Curam animarum habentes, & Sacramenta in eorum Ecclesiis Regularibus, & exemptis ministrantes Clero, & populo seculari, subiecto Episcopo loci, teneantur ad Diocesanam Synodum convenire.

Tertio, an iidem Fratres Capellani, Curam animarum habentes, teneantur interesse lectioni, & conferentiæ casuum conscientie ab Episcopo præscriptis propter necessitatem, vel utilitatem Ecclesie, præsertim contra propositiones damnatas.

III. Die 17. Julii 1683. sacra Congregatio respondit: *Ad primum, secundum, & tertium, Affirmativè.*

IV. Neque solum Episcopus prædictos Fratres Capellanos cogere poterit, ut Synodo interveniant; sed liberam præterea potestatem habet, quas administrant Parochiales Ecclesias, quoad ea pariter, quæ ad animarum Curam quoque modo referuntur, ut Delegatus Apostolicæ Sedis, visitandi, juxta Constitutionem 187. S. Pii V. *cit. part. 3. tom. 4. Bullar. pag. 180.* Quia porro S. Pius V. expressè ait, se per hæc Constitutionem nullum voluisse afferre detrimentum juri visitandi easdem Ecclesias, quod antea Religionis, ejusque Militibus competebar; inde fit, ut facultas illas visitandi, in his, quæ Curam spectant animarum, censeatur, cumulative interesse Episcopo, & Prioribus Hierosolymitanis; illi quidem jure, delegato; istis autem jure ordinario; ita tamen, ut, si Episcopi, & Priorum decreta inter se discrepent, illa prævalcant,

quæ ab Episcopo sunt edita, juxta plures sacram Urbis Congregationum sententias relatas à Monacello in *formular. tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 2.*

V. Quæ autem dicimus de Fratribus Capellanis, postori jure locum sibi vindicant in Sacerdotibus secularibus, qui aliquando præficiuntur Ecclesiis Parochialibus, annexis Hierosolymitanæ Religionis. Hi siquidem, cum Religiosi non sint, nullam omnino possunt præterere causam, cur à Synodo se excusent, aut in aliis parochia administrationem respicientibus, Episcopi jurisdictionem declinent. Hinc, cum in celebri causa *Pragen. Jurisdictionis*, de his Sacerdotibus quæsitum fuisset à sacra Congregatione Concilii: *An nominati, seu deputati in dictis Ecclesiis, postquam reportaverint ab Archiepiscopo licentiam pro exercenda Cura animarum, teneantur se conformare Constitutionibus Synodalibus, & ordinationibus Consistorialibus quo ad omnia, in ordine ad Sacramentorum administrationem, & Curam animarum:* die 14. Januarii 1708. responsum fuit *Affirmativè*, sicuti habetur *tom. 9. Theauri Resolutionum anni 1740. pag. 170.*

VI. At, quoniam alii etiam Sacerdotes reperitur, seculares quidem, hæc Religionis votis devincti, qui non Curæ animarum, sed aliis Hierosolymitanæ Religionis sunt servitii addicti; de his quoque videntur remanet, an, & quando ad Episcopalem Synodum adigi queant. Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 11. de reform.* decrevit, inservientes Ordini Militiaribus, & nominati Religionis Hierosolymitanæ, subiectos esse jurisdictioni Ordinarum, tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, nisi vel Religiosam profes-

tionem emiserint, vel intra Militaris claustrum, seu domus septa degentes, Religioni actu inserviant; & sub Ordinis Praedicti obedientiam vivant. Idem Tridentini decretum instauravit, & distinctius explicavit Gregorius XIII. *Constit. 125. Bullar. part. 3. tom. 4. in qua praedictos inservientes, quocumque nomine nuncupentur, hierum subiecti delegatae jurisdictioni Episcoporum, tam in visitatione, quam extra visitationem §. 2. pag. 455. Exceptis ceteris, qui clericatus, aliique locis ditorum Militum actu serviant, & intra eorum septa, & domos resident, ac sub eorum obedientia vivunt, qua omnia debere simul concurrere intelliguntur; sine his, qui legitime, & secundum Regularum praedictae Religionis professionem fecerint, de qua loci Ordinarii consuevit debet. Quam excommunicationem & protequantur, & illustrant Fagnanus *in cap. Qui Praebiterum* num. 80. §. 1. & 99. *de privi. & remis. Monacellus tom. 4. in sup. pl. m. ad 3. tom. non. 159. pag. 103. Pignatell. consulti. 22. tom. 2. Rota decisi. 120. num. 16. & seq. part. 16. recent. atque eadem semper respicit, suaeque decisionem ad illam conformavit sacra Congregatio Concilii, praecipue in *Mater. an. jurisdictionis*, 8. Februarii 1659. *lib. 2.1. decret. pag. 533. & seq. & novissime in Capitulo jurisdictionis*, 19. Novembris 1731.**

VII. Eadem itaque distinctioni inhaerentes, nullo labore rem nostram conciliemus. In primis enim nihil de illis Sacerdotibus peculiariter dicendum occurrit, qui religiosi vota nuncuparunt; hi quippe inter veros recensentur Religiosos, de quibus satis abunde disseruimus. Ad alios vero quod attinet, aut Hierosolymitanæ Religionis obsequijs sunt ita macta-

ti, ut simul omnes servent & impleant conditiones, quas Concilium Tridentinum, & Gregoriana Constitutio exposcunt, & tunc, cum exemptione fruuntur ab Episcopi jurisdictione, in illis dimittat eventibus cogantur Synodo interesse, in quibus eodem onere gravantur ceteri exempti, ac ipsimet Regulares; aut ab aliqua ex praescriptis conditionibus desistant; & tunc, cum omnino subdantur jurisdictioni Ordinarii, tamquam Sedi Apostolicæ Delegati, debent ad Synodum accedere, perinde ac alii Dioecesani.

VIII. Quæ hactenus de Hierosolymitano dicta sunt, admodum congruunt Militari Ordini SS. Mauricii, & Lazari, qui à S. Pio V. in *Constitutione 43. §. 12. Bullar. tom. 4. part. 2. pag. 379.* in omnibus exequatur est Ordini Hierosolymitano. Hinc, cum nonnulli Sacerdotes Dioecesis Urbanae litteras, quas *Patentia* vocant, obtinissent à Vicario Communitatis SS. Mauricii, & Lazari, hinc inde manii se immunes factarent à jurisdictione Ordinarii; causa proposita in sacra Congregatione Concilii, & disputato, quod sequitur, dubio: *An Officiali Patentium Communitatis SS. Mauricii, & Lazari, sint exempti à jurisdictione Ordinarii* die 7. Septembris 1726. responsum fuit *Negative*.

## CAPUT VIII.

*De Beneficiariis, Capellanis, aliisque aggregatis Ecclesie in solo Lateranensi fundata; & de Protonotariis, & Sub-allectoribus privilegij Almae Domus Laurentianæ.*

Præquam de istorum omnium recessu ad Synodum instituitur sermo,

mo, aliqua necesse est de singulorum exempliombus delibare.

II. Privilegia, à summis Pontificibus Lateranensi Capitulo concessa, atque à Pio IV. postea revocata, de novo à Sixto V. restituta & confirmata fuerunt in *Constitutione 29. Bullar. tom. 4. part. 4. pag. 187.* Quocirca ad normam Sixtinæ, quæ hodie viget, Constitutionis, Ecclesie fundatae in solo Lateranensi sunt exemptæ à jurisdictione Ordinarii Episcopi, etsi subdantur ejusdem jurisdictioni delegatae, juxta *decis. 115. n. 7. & 9. decis. 313. num. 9. in fin. & num. 12. cum duob. seq. part. 9. recent. & decis. 485. part. 15. decis. 575. num. 47. & seq. & decis. 787. num. 3. & 6. part. 18. recent.* Aliqua tamen circa sensum Sixtinæ Constitutionis remanebat difficultas à Doctoribus excelsa; nimirum scilicet, ut Ecclesia dicatur fundata in solo Lateranensi, necesse sit, ut solum reapse fuerit sub vero, proprio, sincero, ac stabili dominio Basilicæ Lateranensis, quod profecto exigere videntur verba privilegiorum eidem Basilicæ competentium, quæ instaurata fuere à Sixto V. quem admodum adnotavit Monacell. in *formul. legal. tom. 9. tit. 17. formul. 1. num. 83.* an potius satis sit, ut solum, paullo ante Ecclesie constructionem, fuerit, data opera, Capitulo Lateranensi dominum; ut nimirum Ecclesia in eo edificanda subtraheretur ab ordinaria jurisdictione Episcopi. Hoc posterius satis esse censuit olim Rota *decis. 185. part. 15. recent.* Verum oppositum decretum est à peculiari Congregatione, hæc super re à san. mem. Benedicto XIII. deputata, die 20. Decembris 1728. ut videre est in voto decisivo, quod circumferretur, exarato à Cardinali Aldrovandini, tunc Rotæ Decano, eidemque Congregationi adscripto. Ca-

terum, quidquid sit de qualitate soli, necessaria ad assequendam exemptionem, de qua disserimus, cum in citata Constitutione prohiberetur Sixtus V. Lateranensi Capitulo, ne novas Ecclesias, vel Beneficia erigeret, sine licentia Ordinarii, in cuius Dioecesi esset erigenda, & præterea, tuncveritas, ut quicumque eidem Capitulo annexas, seu addictas Ecclesias regerent, aut Beneficia obtinerent, nullius exemptionis prætextu ab Ordinarii jurisdictione censerentur subtrahi, sed exactè servanda edixerit Concilium Tridentinum decreta; idcirco sacra Congregatio, ejusdem Concilii interpret, in causa *Pennæ Jurisdictionis*, die 7. Septembris 1680. *lib. 51. decretor. pag. 226.* discussio articulo: *«An Clerici, seu Presbyteri aggregati Ecclesie, in solo Lateranensi fundatae, excepto Vicario, sint exempti à jurisdictione Episcopi?»* respondit: *Negative; ad formam Constitutionis Sixtinæ.* Et nuperime, anno scilicet 1735. ab Episcopo Caputuum iterum interrogata: *«An Beneficiarij Capellanis, & Patentibus Capitulo Lateranensi, existentibus in Capotuoque Dioecesi, competent exemptione ab Ordinarij jurisdictione?»* die 17. Decembris demum respondit *Negative*.

III. Transitum inde facientes ad Protonotarios, cuiusque exemplarum esse credimus, eos originem duxisse à Notariis, qui à S. Clemente I. deputati perhibentur ad perquirenda, & conscribenda Acta SS. Martyrum, quemadmodum affirmavit Leo X. in sua Constitutione, quæ incipit *Regimini universali Ecclesie*, 11. Bullar. 1. 3. part. 3. pag. 406. edita in Concilio Lateranensi, quorum sane Notariorum mentio etiam occurrit in *Canone seu Constituto S. Sylvestri Cap. 1.* quod etsi suppositum habeatur, non esse



ta non medio saeculo VI. posterius, eruditè consentiunt apud Petrum Constant. in *appendic. ad epistolas Pontificias tom. 1. pag. 27.* Ob eorundem autem muneris excellentiam, dicti sunt Protonotarii, hoc est primi inter Notarios, qui subsequenter etiam patet, post restitutam scilicet Ecclesie aetate, adhuc in Ecclesia Romana perseverarunt; & loco conscribendi Acta SS. Martyrum, aliis, in obsequium Apostolicæ Sedis, gravissimis discenti sunt curis. Quamvis porro à Romanis Pontificibus suorum Notariorum dignitates haberetur, vel eae colliguntur, quod graviora Ecclesie negotia illis gerenda demandarent; si quidem S. Leo Magnus, & Synodus Romana, ad sedandas turbas, ab hæreticis Constantinopolitana excitaris, duos statim illic ablegarunt Romanæ Ecclesie Notarios, *epist. 46. col. 23.* ejusdem Leonis *cap. 1.* & Gregorius Magnus, eum graves accepisset accusationes adversum Archiepiscopum Calatianum, misit in Sardiniam Joannem Notarium Apostolicæ Sedis, qui Archiepiscopum cogeret, certis documentis innocentiam suam proferre. *lib. 2. in dict. 10. epist. 49. col. 24. Oper. tom. 2. col. 617.* narratque Joannes Diaconus in Gregorii Vita *lib. 2. cap. 57. Oper. tom. 4. col. 64.* ab eodem Notario in provincias longinquas abigi solitos, ad disciplinam Canonum tuendam, aut restituendam. Similiter ab Innocentio III. *lib. 15. epist. 157. Magistro Massimo Notario nostro* in partibus Romanie peragenda legitime commissa, que summam quandam aucto. fratrem, eorumque experientiam desiderarent. Hinc autem evenisse opinatur, ut Protonotarii, utpote præcipui Papæ Administræ, olim in Romana aula supra Episcopos sederent, eamque prærogativam obtinuerint usque ad Pium

II. qui eos deinceps Episcopis cedere jussit *sua Constitutione 4.* cui totum orbem planissime, legitur in ejusdem Commentariis *4. edit. Francofurt. anni 1614. lib. 3. pag. 64.* Qui plura de Protonotariorum origine, & præstantia scire desiderat, legat Thomasinum de *vet. & nov. Eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 104. & dubius seg. Cohell. in Notitia Cardinalatus c. 18. Barbosa Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 23. Andréucium in tract. de Protonotariis Apostolicis. part. 1. cap. 2.* Quod nostra interest, est animadvertere ex iis, qui nunc ad Protonotariorum officium assumuntur, alios dici *Participantes*, alios non *Participantes*, sed *extraordinarios, supernumerarios, sive honorarios, & titulares*, de quibus Scafrantianus ad Cæcoper. *part. 1. lib. 7. tit. 9. num. 14.* Participantium Collegium ante Sixtum V. ex septem constituebatur; sed Sixtus V. *sua Constitut. 19.* alios quinque illis adiecit: quare hodie ex duodecim constatur veris Protonotariis, qui absque ulla dubitatione & controversia, tam in civilibus, quam in criminalibus, sunt plene exempti à jurisdictione Ordinarii, quibus dumtaxat sublinuntur quoad Beneficia, quæ in eorum possident Diocesis, juxta allegatas Leonis X. & Sixti V. Constitutiones, & latè deducta per Fabrum de Protonotariis *c. 11.* Aliud tamen est de Protonotariis non Participantibus; hos quippe, de quibus in præsens solum agimus, Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 11.* locorum Ordinariis suppositum, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis; ex quo inferri putavit Cochæus de *jurisdic. in exemptis part. 1. quest. 58. num. 8.* omnem prorsus, qua antea fruebatur, exemptionem esse illis ademptam. Sed verius Barbosa *Juris Eccles. lib. 5. cap. 23. num. 35.* & Faber de

*Protonotariis cap. 11. num. 15.* existimant, decreti Conciliaris virtute, unice ablatam illis esse exemptionem quoad causas criminales, non autem quoad civiles, in quibus vigere adhuc arbitrantur privilegium, iisdem concessum à Concilio Lateranensi *sess. 10.* atque à Leone X. confirmatum *Constitut. 11. §. 4. Bullar. tom. 3. part. 3. pag. 206.* quo immunes fiunt à potestate Ordinarii in causis excedentibus summam viginti quinque ducatorum.

IV. Quod si quis istius privilegii nudum verborum corticem consideret, facillè sibi in animum inducet, enuntiatam restrictionem exemptionis ad solas causas civiles, excedentes summam viginti quinque ducatorum intelligendam esse de Protonotariis, habitum & rochetum non gestantibus; non autem de illis, qui hinc insignibus induti continuè incedunt, quos propterea credit in qualibet etiam minimi momenti civili causa, esse ab Ordinarii jurisdictione substractos. At, qui mentem Constitutionis penitus investigaverit, & contextum perpendit, rectius existimabit, solim voluisse Pontificem, ut Protonotarii, proprium habitum deferentes, conveniri nequeant coram Ordinario, in causis prædictam summam excedentibus; cæteros vero, habitum non gestantes, in omnibus etiam gravius momenti causis, reliquisse sub jurisdictione Ordinarii, quibus alias de jure subducuntur. Ita enim, post Concilium Lateranense, Leonis Constitutionem interpretatus est Antonius de Pratis de *jurisdictione Episcoporum cap. 8. per tot. inter. et aliat. magis tom. 13. part. 12. fol. 368.* cui subscripsit Faber in *cit. tract. de Protonotariis cap. 11. num. 8. & seq.* Et, quod caput est, eandem interpretationem

sequitur sacra Congregatio Concilii, ut videre licet una *Papam. 14. Decembris 1630. lib. 14. decretor. fol. 360.* in *Placentina 20. Augusti 1633. lib. 14. decretor. fol. 760.* & in *Nullus 19. Januarii 1641. lib. 16. pag. 520.*

V. Quinimo eadem sacra Congregatio ad arcendas frequentes Ordinariorum conquisitiones de excessivo Protonotariorum numero, ex quo Episcoporum auctoritas in dies minuebatur, sæpius consulendum censuit Sanctissimus, ut deinceps in Apostolicis litteris, quibus ejusmodi Protonotarii creantur, expressè adderetur, ne in causis civilibus ulla gauderent exemptione à jurisdictione Ordinarii, quemadmodum, sacre Congregationis consilium sequutus, attendendum præcepit Urbanus VIII. anno 1623. quod legitur in *dicta Placentina lib. 14. fol. 760.* Et coherenter ad hæc bon. mem. Altvivus, sacre Congregationis Secretarius, in suo suffragio exarato in quadam cautè, cui titulus: *Dubie exemptionis*, hæc scripsit: „Credere, expressè, declarandum, Protonotarios non Participantes, etiam immediate creatos à Papa, sive habitum & rochetum gestantes, sive non, tam ratione personarum, quam Beneficiorum, subjacere in criminalibus omnimodò jurisdictioni Ordinarii, in civilibus vero causis, ejuscumque summe, ejusdem Ordinarii jurisdictioni, in prima instantia, subiacere Protonotarios, habitum & rochetum continè non deferentes; illum autem continuè deferentes prædictæ jurisdictioni subjacere in prima instantia, in causis summam ducatorum viginti quinque non excedentibus, & quod istos agenda demum cum Sanctissimo, ut in Brevis apponatur clausulas, quod

ta non medio saeculo VI. posterius, eruditè consentiunt apud Petrum Constant. in *appendic. ad epistolas Pontificias tom. 1. pag. 27.* Ob eorundem autem muneris excellentiam, dicti sunt Protonotarii, hoc est primi inter Notarios, qui subsequenter etiam apace, post resitutam scilicet Ecclesie statem, adhuc in Ecclesia Romana perseverarunt; & loco conscribendi Acta SS. Martyrum, aliis, in obsequium Apostolicæ Sedis, gravissimis discenti sunt curis. Quamvis porro à Romanis Pontificibus suorum Notariorum dignitates haberetur, vel eae colliguntur, quod graviora Ecclesie negotia illis gerenda demandarent; si quidem S. Leo Magnus, & Synodus Romana, ad sedandas turbas, ab hæreticis Constantinopolitana excitaris, duos statim illic ablegarunt Romanæ Ecclesie Notarios, *epist. 46. col. 23.* ejusdem Leonis *cap. 1.* & Gregorius Magnus, eum graves accepisset accusationes adversum Archiepiscopum Calatianum, misit in Sardiniam Joannem Notarium Apostolicæ Sedis, qui Archiepiscopum cogeret, certis documentis innocentiam suam proferre. *lib. 2. in dict. 10. epist. 49. col. 24. Oper. tom. 2. col. 617.* narratque Joannes Diaconus in Gregorii Vita *lib. 2. cap. 57. Oper. tom. 4. col. 64.* ab eodem Notario in provincias longinquas abigi solitos, ad disciplinam Canonum tuendam, aut restituendam. Similiter ab Innocentio III. *lib. 15. epist. 157. Magistro Massimo Notario nostro* in partibus Romanie peragenda legitime commissa, que summam quandam aucto. fratrem, eorumque experientiam desiderarent. Hinc autem evenisse opinatur, ut Protonotarii, utpote præcipui Pape Administræ, olim in Romana aula supra Episcopos sederent, eamque prærogativam obtinuerint usque ad Pium

II. qui eos deinceps Episcopis cedere jussit *sua Constitutione 4.* cui totum orbem planuisse, legitur in ejusdem Commentariis *4. edit. Francofurt. anni 1614. lib. 3. pag. 64.* Qui plura de Protonotariorum origine, & præstantia scire desiderat, legat Thomasinum de *vet. & nov. Eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 104. & dubius seg. Cohell. in Notitia Cardinalatus c. 18. Barbosa Jur. Eccles. univ. lib. 1. cap. 23. Andréucium in tract. de Protonotariis Apostolicis. part. 1. cap. 2.* Quod nostra interest, est animadvertere ex iis, qui nunc ad Protonotariorum officium assumuntur, alios dici *Participantes*, alios non *Participantes*, sed *extraordinarios, supernumerarios, sive honorarios, & titulares*, de quibus Scarfantianus ad Cæcoper. *part. 1. lib. 7. tit. 9. num. 14.* Participantium Collegium ante Sixtum V. ex septem constituebatur; sed Sixtus V. *sua Constitut. 19.* alios quinque illis adjecit: quare hodie ex duodecim constatur veris Protonotariis, qui absque ulla dubitatione & controversia, tam in civilibus, quam in criminalibus, sunt plene exempti à jurisdictione Ordinariorum, quibus dumtaxat sublinuntur quoad Beneficia, quæ in eorum possident Diocessibus, juxta allegatas Leonis X. & Sixti V. Constitutiones, & latè deducta per Fabrum de Protonotariis *c. 11.* Aliud tamen est de Protonotariis non Participantibus; hos quippe, de quibus in præsens solum agimus, Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 11.* locorum Ordinaris suppositum, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis; ex quo inferri putavit Cochæus de *jurisdic. in exemptis part. 1. quest. 58. num. 8.* omnem prorsus, qua antea fruebatur, exemptionem esse illis ademptam. Sed verius Barbosa *Juris Eccles. lib. 5. cap. 23. num. 35.* & Faber de

*Protonotariis cap. 11. num. 15.* existimant, decreti Conciliaris virtute, unice ablatam illis esse exemptionem quoad causas criminales, non autem quoad civiles, in quibus vigere adhuc arbitrantur privilegium, iisdem concessum à Concilio Lateranensi *sess. 10.* atque à Leone X. confirmatum *Constitut. 11. §. 4. Bullar. tom. 3. part. 3. pag. 206.* quo immunes fiunt à potestate Ordinarii in causis excedentibus summam viginti quinque ducatorum.

IV. Quod si quis istius privilegii nudum verborum corticem consideret, facillè sibi in animum inducet, enuntiatam restrictionem exemptionis ad solas causas civiles, excedentes summam viginti quinque ducatorum intelligendam esse de Protonotariis, habitum & rochetum non gestantibus; non autem de illis, qui hinc insignibus induti continuè incedunt, quos propterea credit in qualibet etiam minimi momenti civili causa, esse ab Ordinarii jurisdictione substractos. At, qui mentem Constitutionis penitus investigaverit, & contextum perpendit, rectius existimabit, solim voluisse Pontificem, ut Protonotarii, proprium habitum deferentes, conveniri nequeant coram Ordinario, in causis prædictam summam excedentibus; cæteros vero, habitum non gestantes, in omnibus etiam gravioris momenti causis, reliquisse sub jurisdictione Ordinariorum, quibus alias de jure subducuntur. Ita enim, post Concilium Lateranense, Leonis Constitutionem interpretatus est Antonius de Pratis de *jurisdictione Episcoporum cap. 8. per tot. inter. et aliat. magis tom. 13. part. 12. fol. 368.* cui subscripsit Faber in *cit. tract. de Protonotariis cap. 11. num. 8. & seq.* Et, quod caput est, eandem interpretationem

sequitur sacra Congregatio Concilii, ut videre licet una *Papam. 14. Decembris 1630. lib. 14. decretor. fol. 360.* in *Placentina 20. Augusti 1633. lib. 14. decretor. fol. 760.* & in *Nullus 19. Januarii 1641. lib. 16. pag. 520.*

V. Quinimò eadem sacra Congregatio ad arcendas frequentes Ordinariorum conquisitiones de excessivo Protonotariorum numero, ex quo Episcoporum auctoritas in dies minuebatur, sæpius consulendum censuit Sanctissimus, ut deinceps in Apostolicis litteris, quibus ejusmodi Protonotarii creantur, expressè adderetur, ne in causis civilibus ulla gauderent exemptione à jurisdictione Ordinariorum, quemadmodum, sacre Congregationis consilium sequutus, addendum præcepit Urbanus VIII. anno 1623. quod legitur in *dicta Placentina lib. 14. fol. 760.* Et coherenter ad hæc bon. mem. Altovivus, sacre Congregationis Secretarius, in suo suffragio exarato in quadam cautâ, cui titulus: *Dubie exemptionis*, hæc scripsit: „Credere, expressè, declarandum, Protonotarios non Participantes, etiam immediate creatos à Papa, sive habitum & rochetum gestantes, sive non, tam ratione personarum, quam Beneficiorum, subjacere in criminalibus omnimodò jurisdictioni Ordinariorum in civilibus vero causis, ejuscumque summe, ejusdem Ordinaris jurisdictioni, in prima instantia, subiacere Protonotarios, habitum & rochetum continè non deferentes; illum autem continuè deferentes prædictæ jurisdictioni subjacere in prima instantia, in causis summam ducatorum viginti quinque non excedentibus, & quod istos agendum demum cum Sanctissimo, ut in Brevis apponatur clausulas, quod



in civilibus omnino subiacent jurisdictioni Ordinarii. Quocirca Apostolice litteris, quibus aliquis in numerum referatur Protonotarius non Participans, semper hæc inseritur clausula: „Citra exemptiones à sacro Concilio Tridentino sublatas, ita ut redum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia, subiacet Ordinariis:“ uti habetur apud citatum Fabrum *cap. 2. num. 7.* Et nos ipsi, qui amplissimum diplomate, Dignitates, & Canonicos Cathedralis Ecclesie Patavine, inter honorarios adscriptimus Apostolice Sedis Protonotarios, discretè simul declaravimus, per privilegia illis concessa, nihil esse detractum Episcopali jurisdictioni, quod legitur in *vostre Constit. 92. Bullar. tom. 1.* Consuli potest Josephi Riganti Episcopi Apruntini Tractatus de Protonotariis Apostolicis, ubi specialiter in *disert. 2. à n. 172. ad finem*, hæc omnia, quæ à nobis dicta sunt, confirmantur.

VI. Jam, quod attinet ad Subcollectores spoliarum ad Cameram Apostolicam pertinentium, est in primis animæ erendum, optimo iure summum Pontificem potuisse sibi reservare spolia Clericorum, in pauperes, aliosque pios usus distribuenda, uti bene post Redonam, probat Azozius *in sit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 2. quest. 4.* & in provinciis, in quibus prædicta spolia colliguntur, potuisse Extractores, & Collectores, constituere, quorum importunam, quam exaggerat, exactionem facile Clerici eludere queunt, si scilicet bona Ecclesie, quæ supersunt, pauperibus erogent, neque in commodum congregatorum; uti bene perpendit Cardinalis Baroniis *ad ann. 1797. num. 64.* ubi loquens de his Collectoribus, inquit: „De quorum importuna exac-

„tione cum multi querantur, hos facile vitabunt, & prudenter arte student, qui bona Ecclesie, quæ videntur, non congregarint, sed in pauperes erogarint.“ Et adhuc Thomassinus *de Beneficiis part. 3. lit. 2. cap. 57. sub num. 9.* Horum Collectorum exemptio à jurisdictione Ordinarii certa est, & liquet ex Constitutione 40. Gregorii XIII. *tom. 4. part. 7. Bullar. nov. pag. 297.* & Constitutione 47. Urbani VIII. *Bullar. tom. 4. sed*, cum in sacra Congregatione Concilii disceptatum fuisset, quanta ea esset, & quibus limitibus circumscriberetur, tandem die 27. Februarii 1677. approbante san. mem. Innocentio XI. decretum fuit, Subcollectorum privilegia non impedire, quominus fidem subdantur jurisdictioni Ordinarii, in rebus respicientibus aut Curam animarum, si quam exerceant, aut servitium Ecclesie, si Canonicatum, aliusve Beneficium possideant, aliisque pluribus nominatim expressis in eodem decreto, edito in Appendice ad Concilium Romanum anni 1725. *pagin. 147.*

VII. Edixit præterea sacra Congregatio, ut non nisi unus pro qualibet Dioecesi deputari possit Subcollector, & si plures deputentur, quavis unus dicatur deputatus pro Dioecesi, alter pro loco exempto, intra Dioecisim existente, hunc postremum nulla gaudere exemptione, decrevit. Quare, cum in Dioecesi Bituntina tres olim reperirentur Subcollectores, unus videlicet pro ipsa civitate, & Dioecesi Bituntina, alter pro Abbatia Nullius Fasanis, tertius pro loco Nullius Rutiliani, & Episcopus Bituntinus die 4. Maii 1697. à sacra Congregatione Concilii transivisset: „An Subcollectores, deputati pro jurisdictionibus Fasanis, Rutiliani, & commorantes Bitunsi, ali-

„aliqua in dicto loco gaudent exemptione:“ responsum fuit: *Non gaudere; & Episcopum procedere posse in futurum; uti habetur lib. 47. decretor. fol. 185.* Atque Episcopo Caputaquensi similem questionem proponenti, in Congregatione habita die 14. Martii 1722. cui nos tunc temporis à Secretis eramus, rescriptum fuit, ut servaretur prædictum decretum, editum in *Bituntina.*

VIII. Jactabant olim tam Protonotarii non Participantes, quam spoliarum Subcollectores, se illis adnumerari Sedis Apostolicæ Officialibus, de quibus loquitur textus in *Cap. Cum Matheus, de hæreticis, & in Cap. Divinus in eminenti, de privilegiis, inter Extravag. com.* ac propterea contendebant, se non posse ab Ordinariis ulla irretiri censura, neque Dignitates, & Beneficia non Curata, quæ obtinerent, illorum jurisdictioni subesse; atque hæc opinio adeo eorum menti insederat, uti ipsimet curaverint, ut in sacra Congregatione Concilii examinarentur quedam exemptionis dubia; quorum primum fuit: „An Protonotarii non Participantes, immediatè creati à Papa, connumerari debeant inter illos Officiales, de quibus loquuntur Extravagantes, cum Matheus, de hæreticis, & Divina in eminenti, de privilegiis, ita ut Ordinarii locorum non possint in illos ferre censuras, & in illorum Dignitatibus, & Beneficiis non Curatis se immiscere, aut quoquomodo immiscere, & judicare, sub penis in dicta Extravaganti contentis. Secundo: „An Subcollectores spoliarum, pro Rev. Camera Apostolica recepturi pariter debeant inter Officialia, de quibus loquuntur dictæ Extravagantes ad effectum præmissum.“ Et sacra Congregatio re sedulo de

more discussa, die 16. Maii 1681. ad utrumque *Negativè* respondit; & persistit in decisio die 20. Junii ejusdem anni. Etenim veri Officialia Sedis Apostolicæ, de quibus citati textus altioris sunt gradus, atque ad graviora procuranda negotia destinati, quod egregè explicat Penna *comment. 75. vers. Rursus, in Addit. ad Emericum in Directorio Inquisit. part. 7. quest. 26.* ad quem remittit lectorum Glossator marginalis in *enim Extravag. Cum Matheus*; unde audiendus non est Gonzalez, qui unico citato Emerico, oppositum asserit *ad regul. 8. Concilii gloss. § 1. n. 82.*

IX. Quibus adnotatis, indubitanter concludimus, nullum ex iis, de quibus in præmissis discimus, posse à Synodo se excusare, si huic aliis interesse deberet. Quod profecto de Beneficiis, & Capellanis, additis servitio Ecclesie Capituli Lateranensis, atque insuper de Protonotariis non Participantibus, est luce meridiana clarius; illi quippe nulla fruuntur immunitate à jurisdictione Ordinarii; & istorum exemptio, etiamsi habitum & rochetum continere gestant, restricta est ad solas causas civiles, excedentes summam ducatorum viginti quinque, uti ex iis patet, quæ præmissis. De Subcollectoribus autem spoliarum, omnem dubitationem, si qua antea subesse poterat, abstrulit sacra Congregatio Concilii in præfato decreto anni 1677. cuius verba sunt: „Et quod majoris momenti est, ne prætextu hujusmodi officii, Curam animarum, servitium Ecclesie, ac Divini cultus, morumque honestas, detrimentum patiantur, declaravit... minimè gaudere exemptione in concementibus Curam animarum, & respectivè ad implementum onerum ipsarum Præbendarum, & eadem

ratione non gaudere Canonicos, & alios Beneficiatos Subcoelectores in concernentibus servitium Ecclesie, & ad implementum onerum ipsorum Canoniciatum, & Beneficiorum, nec lucrari distributiones quotidianas, si non intersint. Item per terti ratione Beneficiorum, quae obtinent, ad publicas Processiones accedere, solvere Cathedraliticum, & subsidium charitativum, & interesse Synodo, ac visitationi, non tamen pluries, quam semel in anno.

X. Neque sacra Congregatio ejusmodi decreto novum obligationis vinculum in Subcoelectores inject, sed libertatem, quam affectabant, iterum consecutus; siquidem jam antea, anno nimirum 1654. die 21. Martii Episcopo Cajacen. scripsit: „An in casibus, in quibus Clerici Beneficiati tenentur interesse Synodis Dioecesanis, & ad publicas Processiones accedere, possit Episcopus cogere etiam poenis censurarum Clericos Subcoelectores, praesertim actu in Subcoelectoria non inservientes, ut Synodis intersint, & ad publicas Processiones accedant. *eodem sacra Congregatio responderat.* Episcopus cogere posse etiam Clericos Subcoelectores, ut Synodis intersint, & ad publicas Processiones accedant, lib. 519. decretor. pag. 329.

XI. Denique, quod perinet ad Ecclesiasticos Almaz Domus Lauretanae servitii addictos, eoque nomine ab Ordinarii jurisdictione exemptos, cum inter eos, & Episcopum Recentensem, ac Lauretanum controversia esset, an posset hic eos compellere, ut Synodo Dioecetana intersent, propositum nobis fuit dubium his verbis conceptum: „An occasione convocationis Synodi liceat eidem Episcopo vocare ad se Ecclesiasticos pri-

villegiatis Almaz Domus, tam ad Concilium, quam ad reliquos actus necessarios pro explenda dicta Synodo eodem modo, quo se gerit respectu suorum subditorum; Et an facultate delegata possint renuentes debiti pernis compellere. „Nos autem, omnibus mature pensatis, respondimus: *Affirmative quoad utramque partem; ut videre est in Appendice ad tom. 2. Bullarii nostri pag. 26. num. 28.*

## CAPUT IX.

## De Laicis.

Viros Principes, ac praesertim Romanorum Imperatores, vel per se, vel per suos Legatos admissis Conciliis Generalibus, exploratissima res est, quam nemo unquam inficiabitur. Nullus quippe est, qui nesciat, Constantinum Magnum Niceno I., Marcianum Chalcedonensi, Philippum Francorum Regem Vienncensi, Sigismundum Imperatorem Constantensi interfuisse Conciliis, ut alios multos praeteramus Reges, & Principes, qui suos Oratores ad Oecumenicas Synodos, & speciatim ad omnium novissimam Tridentinam miserant. Non adfuerunt tamen Conciliis tamquam Judices, ut vel de Fidei dogmatibus sententiam ferrent, aut de rebus Ecclesiasticis judicarent: *Nefas est enim* (ajebat Theodosius junior in epistola ad Ephesinam Synodum) *qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum Ecclesiasticis negotiis, & consultationibus esse immiscere; tom. 1. Collectionis Harduini col. 1246.* sed ut Patrum securitati prospicerent, tumultuantes compescerent, & quae delinquenda atque deterrenda forent, sua auctoritate fove-

rent

rent & tuerentur, sicuti egregie scribebat Petrus de Alliaco Cardinalis Cameracensis in tractatu de reformatione Ecclesiae *tit. de reform. Laicorum, & Principum*, inquit: „Propter praemissa expedit, quod Reges, & Principes mittantur ad Generalia Concilia, non ad onerandum & confundendum, sed ad honorandam & confortandam Ecclesiam, & ad ea, quae ibi decreta fuerint, quantum in eis est, exequendum; quod etiam adnotarunt Bellarminus *lib. 1. de Concil. cap. 15.* & Thomassius *de Conciliis disert. 3. & 10.* Neque difficultatem facit, quod in Actis Concilii Chalcedonensis, Anastasius Magister Militum, Palladius Praefectus Praetorio, Tatianus Praefectus Urbi, alique nobiles Laici Imperatorem comitabantur, & veluti ejusdem asseclae Concilio interfuerant, vocentur *gloriosissimi Judices*; ita quippe vocantur, non quod haberent munus judicandi in Concilio, sed quod ita extra Concilium, honoris causa, communiter appellarentur; nam, ut bene animadvertit Du-Cangius, nomen Judicis, & Comitatus saepe legitur promiscue usurpatum; quoniam ex numero Comitum, qui Imperatoris, sive Regis latus assidue regebant, cumque comitabantur, Judices eligebantur, qui ad provincias regendas mitterentur.

II. At, quamvis propter indicatas rationes maxime deceat, ut Principes sua, vel Legatorum praesentia, Oecumenica Concilia collocationent, nihil tamen proinde Conciliorum auctoritati detrahatur, si ab illis & se, & suos Legatos abducant. Unde audaciam Vigorij, qui non vestitus est scribere, Concilium Tridentinum non fuisse legitimum, eo quod ab eo recesserint Legati Regis Galliarum, jure meritoque retundit Duvalius *p. 3.*

Tom. I.

quasi. 7. ita illud redarguens: „Quod autem Legati Regis Christianissimi Concilio secesserint, quia honor illis debitus servatus non fuerat, nihil quidem Vigorij intento foret; sicut enim eorum praesentia majorem vim decretis Fidei non conlecebat, cum solis Praelatis, non autem Principibus, minus eorum Vicariis, & Legatis, jus discernendi de fide, & moribus Ecclesiae conveniat; ita nihil quoque eorum absentia de robore eorumdem decretorum quidquam detrahit. Legati enim, Concilio praesentes, discere debent, non docere; audire, non loqui; decreta servare, & non condere.”

III. Non ita porro res se habet, cum non de Oecumenicis, sed Provincialibus Synodis agitur; his quidem intervenire non consuevit Laicos, quantumcumque, etiamsi Imperiales, praesulgerent dignitate, testantur Nicolaus I. & octava Synodus, quae est Constantinopolitana IV. Ille quippe praesulatus ad Michaelem Imperatorem, qui adhaeret pseudosynodo Constantinopolitanae, contra Sanctissimum Praesulem Ignatium coactae, ita eundem alloquitur *tom. 3. Collectionis Harduini col. 138.* „Dicite, quantumvis, ubinam legitis, Imperatores antecessores vestros in Synodalibus conciliis interfuisse? Nisi forsitan in quibus de Fide tractatum est, quae universalis est, quae omnium communis est, quae non solum ad Clericos, verum etiam ad Laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos.” Et octava Synodus Nicolao conventiens *cap. 17. cit. tom. 5. col. 907.* haec ait: „Illud autem tamquam peccatum quiddam ab auribus nostris repellimus, quod a quibusdam imperitis dicitur, non posse Synodum absque Principali praesentia celebra-

G 3

274



131, cum nusquam sacri Canonis, convenire seculares Principes in Conciliis, auverint, sed solos Antistes. Unde nec interfuisse illos Synodis, exceptis Conciliis Universalibus, invenimus, neque enim fas est, seculares Principes spectatores fieri rerum, quae Sacerdotibus Dei, nonnumquam eveniunt.

IV. Non ignorabant enim verò sapientissimi illi Concilii Patres, Dionysium Excoensulam, à Constantino Magno delegatum, interfuisse Synodo Tyris anni 335. sed simul sciebant, hac ipsa de causa fuisse illum reprobatum à Concilio Alexandrino in sua epistola Synodica, apud S. Athanasium in *Apol. contra Arian. num. 8.* ita loquente: *Quomodo Synodum vocare audent, in qua Comes praesidebat? tom. 1. part. 1. Oper. pag. 170.* Neque eosdem latebat, alias similes Synodos, contra Athanasium congregatas, ob eandem rationem, quod scilicet illis potentes Laici interfuisent, illegitimas reputatas fuisse à Liberio Papa, qui nomine Imperatoris Constantii, ab Eusebio Spadone rogatus, ut in Athanasium damnationem, à pluribus Pseudo synodis factam, subiberet, inter cetera reposuit: *Ecclesiastica Synodus procul Palatio cogatur, ubi nec Imperator compareat, nec Comes accedat, nec Judex committatur.* quod refert Athanasius in *lect. Arianae. ad Monachos n. 36. loc. cit. pag. 366.*

V. Non ideo tamen negamus, posse quandoque Reges, & Principes, aliosque Laicos particularibus Episcoporum conventibus adesse, si mirum ita ferat consuetudo, aut ab Episcopis, ex aliqua rationabili causa, liberè & spontè invitentur, aut illorum praesentiam rerum circumstantiae exposcant, puta si de rebus

politicis, Principem & populum respectantibus, tractandum sit. Etenim Concilio Toletano VIII. anni 613. plures subscripsisse legimus Comes Palatinos, quos antiqua consuetudo ad illud introducendos suaserat, quemadmodum in allocutione ad Synodum aiebat Recesvinthus Rex: *Vos etiam illustres viros, quos ex officio Palatino huic Sanctae Synodis interesse primatus obtinuit; tom. 7. Collectionis Harduini col. 955.* Concilium verò Toletanum IV. anni 633. *cap. 4.* Laicos arbitrio Concilii admitti permisit: *Post ingressum omnium Episcoporum, atque concessionem, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probaverit introire. deinde ingradientur Laici, qui electione Concilii interesse meruerunt. tom. 7. col. Collect. col. 580.* Ad Concilium autem Epaonense anni 517. Viventionis Episcopi Lugdunensis in convocacionis epistola etiam Laicos invitavit: *Presenti protestatione videntur conventum Episcoporum summum soris nostrae circa Spembris mensis initium, in Epaonensi parochia mox futurum, ubi Clericos, npropt expediri, convenire compellimus; Laicos permissimus interesse, ut, quae à solis Pontificibus ordinanda sunt, & populus possit agnoscere. cit. Collect. tom. 2. col. 1046.* Ac tandem Carolus Magnus, & Ludovicus Pius pluribus interfuerunt Episcoporum caetibus, in quibus, non de solis rebus Ecclesiasticis, sed de aliis, ad politicum regni regimen spectantibus, actum & deliberatum fuisse, ex eorumdem actis apparet. Isdem verò urgentibus circumstantiis, & accedente Patrum assensu, posse etiam dum Laicos ad Concilium Provinciale admitti, tradidit Guillelmus Durandus Junior, Episcopus Mimarensis, in tractatu de *motu Generalis Concilii celebrandi*, quem jussu Clementis V. summi Ponti-

ficis edidit, & Concilio Viennensi obtulit, ubi *part. 2. tit. 11.* agens de Concilio Provinciali, & de modo in eo retinendo, inquit: *Post ingressum omnium Episcoporum, atque concessionem, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probaverit intrare. Nullus se inter alios ingerat Diaconum. Post hos ingradientur Diacones probabiles, quos ordo poposcrit interesse; & corona facta de sedibus Episcoporum, Presbyteri à tergo eorum residueant, Diacones in conspectu eorum stent; deinde ingradientur Laici, qui electione Concilii interesse meruerunt.* Ruthenorum Synodus Provincialis, Zamosciae habita anno 1720. ac Romae edita tergo sacrae Congregationis de Propaganda Fide anno 1724. *sub. tit. 19.* exhibet eorum nomina, qui Synodo interfuerunt, eique subscriperunt, quorum primus est Hieronymus Grimaldus Archiepiscopus Edesse, Apostolicae Sedis Nuntius, Synodi Praeses, quem postea Clemens Papa XII. inter Presbyteros S. R. E. Cardinales adlegit; mox sequitur Archiepiscopus Kioviensis totius Rusiae Metropolitanus, deinde Episcopi, ac demum Archimandrita, nec ullus omnino Laicus intercessisse legitur. Contra vero in Synodo Provinciali Syrorum Maronitarum Montis Libani, in quam anno 1736. convenerat ejusdem nationis Patriarcha Antiochenus cum subiectis sibi Archiepiscopis, Episcopis, & Clero seculari, ac Regulari, praesidente in ea Josepho Simonio Assemani Praesule, Apostolicae Sedis Ablegato, post subscriptiones dicti Patriarchae, & Archiepiscoporum, ac Episcoporum, longus adiungitur catalogus Magnatum secularium, qui eidem Synodo, juxta antiquam consuetudinem, interfuerunt; cui quidem catalogo sequens inscriptio praefixa est:

„Magnates, qui Synodo interfuerunt, ex Gazenis Angeltonae, & Gurae, Dominis, ex Habaisis Gazari Dominis, ex Montis Libani, & Antilibani Dominis. Tam subiectuntur eorum nomina. Hujus Synodi Acta nondum typis edita sunt, sed manuscripta asservantur in Tabulario supra dictae Congregationis de Propaganda Fide.

VI. Sed, praeter recensitas circumstantias, nullum jus sibi arrogare possunt Principes, eorumve Administrum interveniendi Synodis Provincialibus. Hinc summi Pontifices Pius IV. & S. Pius V. vetuerunt, ne quicquam, nomine Regio admitteretur ad Synodum Provinciale Toletanam, ea tempestate indictam; sed Synodi applicatio praerit Pontificum mandata, quae per Apostolicum Nuntium fuissent Archiepiscopo significanda. Cumque subinde aliud simile Concilium, praesente Legato Regio, anno 1782, fuisset Toleti celebratum, sacra Congregatio Concilii noluit illius decreta approbare, nisi prius Legati nomen ex Concilio Actis expungeretur; & quamquam Cardinalis Quiroga, Archiepiscopus Toleranensis, pluribus ab antiquitate petitis exemplis, ostendere conatus sit, insuetum non esse, ut Ministri Regi in Conciliorum Provincialium Actis nominentur, ea tamen visa suat non congruere praesenti disciplinae, praesertim post Tridentinum vigenti, cum, paucis exceptis in Hispania habitis, non facile sit aliud Provinciale Concilium reperiri, cui Regi Administrum interfuerint, sicuti scitè ad eundem Cardinalem Quiroga anno 1784. rescripsit Cardinalis Philippus Boncompagni: *„Nunquam inventur, seculares Principes, eorumve Nuntios interfuisse Conciliis, nisi Universalibus, ubi agitur de Fide, reformatione, & de pace. Quocirca, post longas has super re habitas*

disceptiones, tandem Gregorius XIII. suis Apostolicis litteris, in forma Brevis datis die 26. Januarii 1581. nomen Regii Legati ex praefato Concilio omnino deleri, mandavit. Tota hujus rei generis descripta reperitur *lib. 4. decretor. sacra Congregationis Concilii pag. 18. & 19.* & narratur à Cardinali de Aguirre *tom. 4. Conciliar. Hispanie pag. 212 & 209.*

VII. Non exinde tamen fas est inferre, integrum nullo amplius non esse Episcopos Laicos ad Synodum invitare, non quidem ut intersint tanquam Judices, quod nunquam licuit, sed tanquam meri auditores, seu testes eorum, qui decernantur; quod olim à Nivensio factum, paulo ante aedivimus; quoniam etiam nunc tales circumstantiae occurrere possunt; quae Laicorum praesentiam Synodo valde utilem & fructuosam reddant. Quamobrem eadem sacra Congregatio Concilii post praefatum decretum editum in causa *Toletana*, die 22. Aprilis 1598. in alia causa *Turritana* dixit *Gubernatorem*, atque *Laicos non debere Concilio Provinciali interesse, nisi à Synodo fuerint invitati, lib. 9. decretor. pag. 66. à tergo.* Idque certum ponit *Ceremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 31. num. 7.* ubi loquens de Concilio Provincialibus, etiam Laicis locum assignat. «Sed illa in Ecclesia disponemur in Provincialibus quidem neacta pro numero Episcoporum, & Abbatum, aliorumque Ecclesiastica dignitate fulgentium, item pro Canonice, ac etiam pro Laicis, si qui intersuturi sunt.» Rursum nihilominus, & opportune Pignatellus *consult. 70. num. 7.* Episcopos monet, ut caute in hoc se gerant, neque nimis faciles se praebant in Laicis ad Synodum invitandis, ne quod ab initio mere voluntaris & urbanitatis fuit, tractu temporis fiat necessitatis.

VIII. Ut jam à Provincialibus ad Diocesanas Synodos progrediamur, non prorsus ab antiquis moribus alienum fuisse arbitramur, ut ad istas pariter quandoque Laici introduceantur; quoniam in Concilio Tarraconensi anni 116. edito à Garzia Loaisa, & relato ab Ivone *part. 3. cap. 118.* statutum reperimus, Synodos ab Episcopis esse per litteras indicandas; «Ut non solum de Cathedralibus, & Ecclesiae Praebiteris, veram etiam de Diocesis ad Concilium trahant, & aliquos de filiis Ecclesiae secularium secum adducere studeant.» At hic mos ita postea abolevit, ut disputent Doctores, an in illo rerum eventu liceat nunc Episcopo Laicos ad suam Synodum admittere. Monacellus *cit. tom. 1. formul. 3. num. 6.* & Dominus de Aze in *Methodo Visitationis Apostolicae part. 1. §. 3. num. 2.* id arbitrio Episcopi plene permittunt. Sed his refragatur sacra Congregatio Concilii, quae in causa *Oriens. Synodi* interrogata: *An Episcopus possit ad Synodum vocare Laicos, si eorum consilio uti velit;* respondit: *Episcopum non posse; lib. 4. decretor. pag. 600. & 601. Binius de Synodo part. 2. num. 38.* Laicos admittendos affirmat, eam de communibus Clericorum, & Laicorum negotiis est deliberandum. At Masobrius de *Synodo cap. 7. dub. 3.* & Romaguer. ad *Constit. Synod. l. 1. tit. 1. cap. 2. num. 20.* Bontii assertionem ita temperandam existimant, ut tunc Laici admitti quidem possint, sed non necessario debeant. Nos vero coherentem ad ea, quae de Synodo Provinciali diximus, haec statimimus. Primum, jus commune obstrere Laicis, ne Synodo se interesse debere contendant; Secundum, non obstante hac juris severitate, aliquid nihilominus esse deferendum contrarie consue-

## CAPUT X.

## De ordine sedendi in Synodo.

uetudini, si alicubi jam invaluerit. Tertium, etiamsi ejusmodi consuetudonum sit indacta, posse Episcopum ex aliqua gravi urgentique causa ad Synodum Laicos admittere, dummodo tamen suffragium non ferat: Quartum, inter sufficientes causas illos admittendi non posse eam annumerari, quam sacra Congregatio jam rejecit, quod scilicet Episcopus Laicorum consilio indigeat; commode quippe potest eos extra Synodum consulere. Quintum denum, cavendam esse Episcopis, ne sine vera & gravi necessitate Laicos ad Synodum accessant; paulatim enim possent illi, consuetudine obtentu, jus interveniendi sibi deinceps arrogare, quod jam nuper de Synodo Provinciali cum Pignatello animadvertimus.

IX. Hinc Odo, Episcopus Parisiensis, in suis Constitutionibus Synodicalibus, quas anno 1198. condidit, quamvis Laicos à praevio ad Synodum apparatu non excluderet; distinctè tamen praecipit, ut ante sessionis initium de Synodi loco repellentur: *Finito sermone* (inquit) *licentibus Episcopus Laicos, & Scholares, & alios Clericos, qui non debent Synodo interesse; 1. 6. Collect. Harduini part. 2. col. 19. 37.* Idemque anno 1289. faciendum decrevit Raymundus, Episcopus Ruthenensis, in supra citata epistola Synodica: *In utraque verò die, completo sermone, Laici à loco, ubi tenentur Synodus, expellantur;* quod pariter praebitione sapientis laudata statuta Ecclesiae Meldensis *tom. 4. cit. Anecdor. col. 89. 1.* At S. Carolus Borromeus in suis Synodis, quo liberius posset Clericorum vitia redarguere, Laicos ante terminem ab Ecclesia extraxerat, teste Guicardo in *ejus Vita lib. 2. cap. 16.*

Extra omnem controversiam est, primum & spectabilior locum deberi Episcopo, iuxta textum in *Canon. Episcopus in Ecclesia, dist. 94.* & decretum Tridentini *sess. 23. cap. 6. de reformat. Episcopis praeterea ubique ei honor tribuatur, & eiusdem dignitati pars est, & in Choro, & in Capitulo, in Processionibus, & aliis actibus publicis, sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & praecipua omnium rerum agendarum auctoritas.* Aliud tamen est de Synodi sive Generalibus, sive Nationalibus, quibus unà cum Episcopis simul intersint S. R. E. Cardinales; hi siquidem, etsi Episcopali careant characterè, ob eorum tamen officii ad dignitatem praetantiam, Episcopis praeferruntur, praepara quos sedisse legitimus in Concilio Lugdunensi I. sub Innocentio IV. in cujus Actis habetur *tom. 7. Collectionis Harduini col. 478. Ad decretam, & in eminentioribus locis sederant Episcopi Cardinales, ex altera vero Praebiteri Cardinales, Archiepiscopi, & Episcopi post eos.* In Concilio quoque Lugdunensi II. anni 1174. sub Gregorio X. Cardinales omnibus antelatos Episcopis, & Metropolitanis, legitur apud Raymundum *ad eundem annum num. 7.* Eandemque loci praerogativam Cardinalibus delatam in Concilio Florentino, ex eundem Actis liquet. In Concilio pariter Romano anni 1619. sub Nicolao II. quod ex antiquo codice Vaticano transcriptum, publici fecit Petrus Possinus, Cardinales, ante Episcopos, Conciliaribus decretis subserpserunt, *tom. 6. Collectionis Harduini part.*



part. 1. col. 1066. nec mirum est, Cardinalibus, qui supremi Ecclesie Moderatoris consilii sunt, eique, tanquam membra suo capiti adhaerent, hanc attribui praeminentiam; cum in Ecclesia Constantinopolitana eadem obtinerint septem Diaconi Cruciferi, quosdam etiam Synelli, hoc est simplices Cleri, aut Monachi, familiares, & commensales Patriarchae, qui loco superiore in Synodis sedebant, quemadmodum ad rem observat Christianus Lupus in *col. & not. ad Can. Concil. tom. 2. pag. 1474. & tom. 3. pag. 441.* Durum nihilominus visum est Henrico Archiepiscopo Cantuariensi, sibi Regni Primati, atque Apostolice Sedis Legato nato, iuxta text. in *cap. 1. de officio Legat. amepou Joannem Xempri, Archiepiscopo Ambracensem, ab Eugenio IV. purpura decoratum, cui propterea cedere recusavit; verum, cum excitatum ab Henrico de praecedentia questionem receperit Pontifex, litteris ad eundem datis, primum in sedendo locum, honoremque supra quosvis Episcopos, & Archiepiscopos, Cardinales adjudicavit; quae quidem Eugenii litterae, in quibus Cardinalium dignitas eminentia summopere celebratur, referuntur a Raynaldo ad annum 1439. num. 40. a Cardinali Jacobatio de Concillis lib. 1. pag. 35. extantque Bull. Rom. pag. 214. 3. part. 3.*

Lata tamen ab Eugenio sententia non acquievit Archiepiscopus Gnesnensis, Regni Poloniae Primas, qui paucis postea annis, id est anno 1449. in Concilio Petricoviensibus de loci prerogativa contendit cum Cardinali Sbigneo, Episcopo Cracoviensi, quam tamen Nicolaus V. iterum Cardinalis asseruit, uti narrat citatus Raynaldus ad annum 1449. num. 8. cumque Archiepiscopus ad Regem pro-

vocasset, negavit Rex, se posse causam pertractare, quam summus Pontifex sua sententia terminaverat, sicuti prosequuntur Spondanus ad eundem annum num. 14. & Cromerus, lib. 23. Haec de quibus plura Jacobus Andreas Crusius, tract. de praecedentia cap. 5. incidenter, & cursim; scimus quippe nullam de hujusmodi praecedentia questionem moveri posse in nostra Synodo Dioecetana; cui unicus praestit Episcopus; eique propterea principem locum deberi, nemo unquam dubitavit.

II. Post Episcopum, ante ceteros assidere debet Vicarius Generalis, qui ratione jurisdictionis, quam in omnes exercet dioecesanos, omnibus dignitate antecellit, sicuti late ostendunt Sbrozcius de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 25. Leo in *Thesuro Fori Ecclesiastici part. 1. cap. 10. num. 10. & 11.* atque a sacra Congregatione Concilii decisum, testatur Jacobus Gallus *consult. 62. num. 13.* referens decisionis verba, quae sic sonant: *Vicarium Generalem, tam praesente, quam absente Episcopo, praecedere debere Canonicos, & Dignitates Ecclesiae Cathedralis etiam in Synodo.* Gallo adimpluratur Scarlantonius in *Addit. ad Ceccop. lib. 4. tit. 7. rub. n. 23.* aliam adducens ejusdem sacrae Congregationis decisionem, hisce verbis conceptam: *Vicarium in Synodo locum habere ante Dignitates, & Canonicos Ecclesiae Cathedralis.* Quapropter Robusterius, Rota Auditor, in suo voto impresso apud Gratianum *discept. 7. num. 27.* egregie consultatus duobus contrariis consiliis 51. & 52. Jacobi Monachi, universi & generatim adstruit Vicario Generali praecedentiam tam in Synodo, quam extra Synodum, supra Ecclesiae Cathedralis Capitulum, ejusque Dignitates; quod etiam affirmant Fagnanus in *cap. Ad haec, num. 29. de praebendis.* Pa-

simoll. *dect. 7. adnot. 5. a num. 2. ad num. 46. & ad not. 16. num. 1. & 269.* Ricc. in *praxi part. 4. resolut. 190. num. 8.* Monacell. in *formul. legal. part. 2. tit. 13. formul. 2. num. 18.* quorum Doctorum sententiae favet textus in *Can. Praecipimus, dist. 93. ubi legitur: Praecipimus, ne Diaconus, quamvis etiam in dignitate, hoc est in officio quolibet Ecclesiastico sit, ante Presbyterum sedeat, nisi cum locum habuerit proprii Patriarchae, aut Metropolitanis sui pro aliquo Capitulos, tunc etiam sicut illius locum tenens, honorabitur.* Hinc siquidem, quidquid in contrarium opinetur Joannes a Costat. *tit. de major. & obed. pag. 216.* evidenter desumitur, Vicarium Generalem, praesente, vel absente Episcopo, cujus locum tenet, ac jurisdictionem exercet, in Synodo, & extra Synodum, etiam Canonici, ac Dignitatis praesere debere.

III. De loci, post Episcopum, honorabilioris prerogativa, cum Vicario Generali Paravino contendit olim Abbas Sauerre Niceae, habens usum Mitrae & Baculi, cum jurisdictione intra suam Ecclesiam, & in suos Canonicos; sed illam pluribus Vicario vindicavit Massobrius de *Syn. Divi. cap. 3. dub. 6.* ubi validis argumentis concludit, tam praesente, quam absente Episcopo, debere Vicarium Generalem Abbari praecedere. Hodie tamen, post Gregorii XIV. decretum supra allegatum *cap. 3. num. 3.* neminem reperiri putamus, qui audeat jus sibi arrogare praecedendi Vicario, nisi illud acquisierit ex legitima consuetudine, cui Pontifex in eodem decreto non derogavit. Ejusmodi consuetudine fuit fulciri, jactabant Canonici Hispanenses, ut locum, supra Vicarium, sibi in Synodo compararent; sed, cum

illa non probaverint, in sacra Rota Auditorio die 21 Junii 1697. coram Mato, succubuerunt, quemadmodum etiam superius fuit indicatum. Secus accidit Archidiacono, Dignitaribus, & Canonicis Ecclesiae Cathedralis Melitensis: hic quippe, cum rite venerint, se ex antiqua consuetudine esse in quasi possessione praecedendi Vicario Generali, tam in Rota Auditorio, quam in sacra Congregatione, causam obtinuerunt, uti narrat Auctor *Silviae Sacrae tom. 2. edit. Panorm. ann. 1733. pag. 920. numer. 49.*

IV. Praeter consuetudinem, alia quoque potest esse ratio, ob quam Dignitates, & Canonici se in Synodo praeferebant Vicario Generali, iure meritoque postulare queant, si nimirum sacris vestibus induti ipsi Synodo assistant, quod censuit sacra Congregatio Concilii in *Petravogien. die 16. Septembris 1649. lib. 18. decretor. pag. 678. Sacra, & c. respondit, Vicarium Generalem in Dioecetana Synodo habere debere locum ante Canonicos, & Dignitates Ecclesiae Cathedralis, si non sint parati.* Quae tamen decisio est intelligenda, nisi Vicario assistat consuetudo, etiam tunc praecedendi, aut nisi ipse pariter sit indutus habitu Praetolito, Rocheto videlicet, & Mantelleia, juxta alias ejusdem sacrae Congregationis declarationes relatas a Massobrio *cap. 4. dub. 6. n. 57. & 47.* quem sequitur Panimoll. *dect. 1. adnot. 5. num. 57.*

V. Tertium in Synodo locum occupant Dignitates, & Canonici Ecclesiae Cathedralis, eo inter se sedendi ordine retento, quem in Choro, alisque actibus servare solent. Post Canonicos, sedent eorumdem Coadjutores, uti tradit Pignatelli *consult. 185. num. 3. & 4. tom. 4. Beneficia.*

ris vero; seu Mansionariis Ecclesie Cathedralis, sedilia aptantur statim post Canonicos, non quia digniores sint Canonicis Ecclesiarum Collegiatarum, sed ne se jungantur à Capitulo Ecclesie Cathedralis, cuius sunt ad dicti servitio; quod bene notavit Gavantus in *Praxi Synodi Dioecesanæ cap. 13. num. 7.* Eam autem post Episcopum, & Vicarium sedendi præsentiam obtinent Canonici Ecclesie Cathedralis, eam simul uniti, & constituentes unum corpus; seu *capitulariter*, ut dicitur, Synodo interveniunt; nam, si separatim & singularem adint, debent locum cedere Abbatibus, jus Mitre & Baculi habentibus, etiam Titularibus, & Commendatariis, tam Secularibus, quam Regularibus, sicuti præscribitur in Cæremoniali Episcoporum *lib. 1. cap. 31. num. 15.* ubi de ordine sedendi in Synodo sive Provinciali, sive Dioecesana, hæc habentur: *Dignitates, & Canonici Cathedralis Ecclesie cum capitulariter procedunt, aut equi, præferuntur cæteris omnibus; alias Abbates Titulares, & habentes usum Mitre procedunt, & post eos Commendatarii, deinde Dignitates, mox Procuratores Capitulum Ecclesiarum Cathedralium, deinde cæteri, pro cuiusque dignitate, & gradu.* Aditque Leo For. *Ecclesiasticæ. part. 1. cap. 9. num. 4.* etiam Protonotarios non Participantes, indutos Mantellata, & Rocheto, atque Canonici, non capitulariter, sed divisim incedentibus, aut adstantibus; & sequitur Scartantionius in notis ad Ceceptorium *lib. 3. cap. 8. num. 36. & seqq.*

VI. Inter Abbates autem ille censetur alteri honore antecellere, qui prius Abbatiam est assequutus, nulla habita ratione antiquitatis, seu digni-

tatis Ordinum; aut Ecclesiarum, quibus sunt addicti; ad normam sententia lata à Pio IV. in causa præcedentia inter Canonicos Regulares Lateranenses, & Monachos Casinenses, quam quidem sententiam idem summus Pontifex suis corrobora vit Apostolicis literis, que habentur in Bullario Lateranensi pag. 275. Generaliter omnium, in questionibus de præsententiam, receptum est, ut, cæteris paribus, ille alteri præponatur, qui prius ad dignitatem est promotus, quod expressit in *Can. fin. dist. 17. & in cap. 1. & cap. 15. de majori. & obed. bene deducit Castan. in cat. glor. mund. part. 4. Manriquez de præcedentia quest. 1. num. 17. Peralta cod. tract. de præcedentia cap. 3. numer. 4.*

VII. Quartus in Synodo locus, Ecclesiarum Collegiatarum, intra civitatem; quintus, earumdem in Dioecesi existentium Canonici assignatur; ita tamen, ut antiquior & dignior Collegiata civitatis anteponatur aliis Collegiatis ejusdem civitatis, idemque ordo servetur inter Collegiatas Dioeceseos. Contingit autem aliquando, ex insignibus Collegiatis unam, quamquam recentiore, ex Apostolico privilegio, usum habuisse Cappæ magne, quam gestare non poterant Canonici Collegiatis antiquioris, cui simile indulum non fuerat concessum; quamobrem prior Collegiata Canonici, nisi cum spectabiliori, magisque honorifico Cappæ ornamento, se jus pariter assequutos contendebant præcedendi alterius antiquioris Collegiatae Canonici, sola Almutia indutia Verum sacra Rituum Congregatio, ad quam causa est delata, censuit, ejusmodi honoris insignia nullam denotare præminentiam; neque alterius jurebus præjudicium ul-

lum inferre; quocirca, etiam in prædicto rerum evento, præcedentiam competere decrevit insigni Collegiatae, que esset antiquior. Controversiae sequenti exponit Ursaya *part. 1. discip. 6.* in cuius sine laudatum refert sagacem Rituum Congregationis decretum. Canonici, nisi obstat contraria consuetudo, subeuntur Vicarii Foranei, quos forte contingat inter Parochos non cooptari; etenim illam qualemcumque jurisdictionem, quam exercent, maxime decet, eos Plebanis præferri, & præferendos statuit Joannes Franciscus Bonhomius in *supr. alleg. Divinis reformationis Ecclesiasticæ pag. 120.* ubi loquens de Vicariis Foraneis, ait: *Parochi, reliquitque omnes, quicumque illi sint, & Archiepiscopi, aut prepositi Vicariis ipsis parant, ac loco cedant, non in Divinis Officiis tamen, in quibus, si Canonici fuerint, suo loco eos sedere convenit.* Ideo autem locum digniorum cedunt Canonici Ecclesiarum Collegiatarum, quia isti (ut putamus) Synodo adunt collegialiter uniti, seu ut constituentes unum corpus. Infra Vicarios Foraneos sedere debent Plebani, seu Archiepiscopi rurales; nisi rursus obtineat, ut pronuncie assideant cum Parochis, & Curatis, qui in sedendi ordine statim succedunt; & e quibus ille alteri præire debet, qui prius parochie præfatus fuit.

VIII. Post omnes hucusque enumeratos subellia parantur; primo pro christenibus simplicia Beneficia: secundo pro cæteris è Clero: tertio pro Religiosis, & Menachis, si qui sorte ad Synodum venire juri fuerint: postremo pro Laicis, si casus evenit, ut ad Synodum admittantur. Inter Clericos porro ille alteri præcedit, qui in majori Ordine est constitutus, Præ-

byter scilicet Diacono, Diacono Subdiacono, & sic deinceps, per textum in *cap. Statutum, de majori. & obed.* Quocirca plures fuerint Ordine pares, spectatur tempus Ordinationis; & ille alteri anteprior, qui prius est inauguratus; & si etiam in Ordinationis die conveniant, habenda est ratio ætatis. Ab hac tamen regula est ille excipiendus, cui Ordo collatus est à Romano Pontifice; is quippe, propter supremam dignitatem Ordinationis, inter alias quibus gaudet prærogativas, quæ recenset Hallier de *juris electionibus part. 2. sect. 5. c. 3. art. 9. §. 1.* etiam hac potitur, ut cæteris præferatur, in eodem Ordine constitutus, per textum in *Can. ultim. dist. 17. Can. fin. dist. 73. & cap. Per tuas, de majori. & obed.* ubi Gonzalez *num. 3. Barb. num. 2. Valenz. consil. 1. n. 16.* & fusiùs Hallier. *cit. loc.* Siquidem, ut observat Glossa in eodem cap. *Per tuas*, etiam lege civili sancitum est, primo eorum nomina et se scribenda, qui dignitatem judicio Principis sunt consecuti.

IX. Plurima de ordine sedendi in Synodo videri possunt apud Bottom de *Synodo part. 1. num. 10. Messobrium cap. 4. dub. 6. Ursayam discip. 29. tom. 2. part. 1. & discip. 9. cod. tom. 2. part. 2. quævis revera difficile sit, in hac præcedendi materia, certam regulam definire; cum potissimum inquirendum sit consuetudini, quæ pro locorum diversitate, diversa est. Ad operandas autem lites, & ejusque jura sacra recta servanda, prudenter se geret Episcopus, si in Synodi initio decretum promulgaverit, quo elegeretur, ex ordine initii sedendi nihil detractum nisi juri habendi præstantiorum locum, quod quisquam sibi competere credat; quod faciendum statuit S. Carolus Borromeus in Concilio Provinciali Medio-*



lanensi V. part. 7. ubi inter Decretorum initio Dioecesanæ Synodi legenda, hoc quarto loco commemorat. Act. Eccles. Mediol. part. 5. pag. 278. Si cui in ea Synodo contigerit suo loco non sedere, aut incidere, aut aliud quicquam agere, per id propterea nemini jus acquiri, acquiratumque esse, neque quicquam de cuiusquam iure, possessione detrahi; eed omnia in eo statu permanere, quo antea fuisse comperimus est: idemque cautum legitur in Synodo Diamperitana, habitata anno 1590. quam notis à se illustratam anno 1745. typis Romanis edidit curavit Ioann. Facundus Raulio. Neque ulli displicere potest ejusmodi temperamentum, quod adhibuitur scimus etiam ab Œcumenicâ Tridentina Synodo, que in *sess. 2.* ait: *Insuper ipsa sacra Synodus statuit ac decrevit, quod, si forte contigerit, aliquis debito in loco non sedere... nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum jus acquiratur.* In ejusdem vero Concilii resumptione, summus Pontifex Pius IV. ut eas controversias de medio toletet, que ex peculiaribus diversarum Ecclesiarum privilegiis & prærogativis oriri poterant, Præsumptus omnes, ad illius celebrationem congregatos, in tres tantummodo classes distribuit, Patriarcharum nempe, Archiepiscoporum, & Episcoporum; inter quos iuste Patriarchæ primum locum tenere, Archiepiscopus secundum, Episcopus vero tertium; in singulis autem classibus digniorem sessionis locum ab illis occupari, qui Ordinatione anteriores essent, nullo respectu habito ad eorum Primatiales dignitates, sive veras, sive prætonas, quas proinde singulis in suo statu illætas præservavit, ut videre est in ejusdem Pii IV. *Constit. 24. Bullar. Rom.*

*tom. 2.* At demum ipsius Concilii Patrum in fine *sess. 25.* declararunt, *ex loco assignato Oratoribus, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, in sedendo, incidendo, aut quibuscunque aliis actibus, nulli jus de novo acquiritur, nulli ablatum, censeri debere.*

## CAPUT XI.

De Indumentis Episcopi, aliorumque qui Synodo Dioecesanæ intersunt.

Ut Sacerdotalis consensus majestas splendidior foret, sui que venerationem omnibus ingereret, pluribus, & antiquis Conciliorum sanctionibus, decretum fuit, ut quotquot Synodo interessent Clerici, aliquod induerent sacrum ornamentum, cuiusque dignitatis, seu Ordinis proprium. Ex innumeris, que præstò sunt particularium Ecclesiarum hac de re statutis, pauca quædam seligimus. Inter Constitutiones Ecclesiæ Claramontensis, anni 1268. Collectionis Harduini *tom. 7. col. 587.* legimus: *Districtè præcipiuntur Sacerdotibus, ut jejunii intrent Synodum; in festo enim, & oratione debet fieri.* Injungimus iterum districtè Sacerdotibus Curam animarum habentibus, ut induti Albis, & Stolis intrent Synodum æqualem, in Superpellicis tantum, & Stolis, Synodum hiemalem; Abbates autem Cappis sericis sint induti. His concinnat sæpius laudata statuta Synodalia Ecclesiæ Meldensis *tit. tom. 4. Anecd. col. 89 r. capit. 2.* *Districtè præcipitur Sacerdotibus, ut rati coronam, & jejunii intrent Synodum; sub penis à jure statutis.* Districtè etiam præcipitur, ut induti Albis, & Stolis intrent Decanum Synodum, Sacerdotes vero in Superpellicis. Constitutiones Ecclesiæ Ni-

Nicoeniensis *tom. 7. Collectionis Harduini col. 1679. capit. 7.* decernunt: *Intrent autem omnes in honesto habitu, videlicet in hieme in Superpellicie, vel Cappa clausa, aut Cloribus in estate vèrd in Superpellicie tantum.* Statuta Synodalia Ecclesiæ Nantovenis *cap. 2. tit. tom. 4. Anecd. col. 93.* ajunt: *Præcipitur Sacerdotibus, ut jejunii, & induti Superpellicis, & Stolis mane intrent in Synodum; ceteri autem, Personatus, seu Vicarias habentes Ecclesiarum, Superpellicis tantum Albis; Abbates autem Cappis sericis sint induti.*

II. Majorem, & splendidiorum sacrarum vestium apparatus præscripsit Concilium Budense à Philippo, Episcopo Firmano, Sedis Apostolicæ per Hungariam, & Poloniam Legato, anno 1279 celebratum; quod ex ms. codicibus Vaticano, & Vallicelano edidit Odoricus Raynaldus ad *calend. tom. 14. Annal. Ecclesiæ tit. 10.* In hujus quipè *cap. 20.* hæc leguntur: *Seruumus etiam, & præcipimus, ut omnes tam Regulares, quam Seculares in Dignitatibus, seu Personatibus constituti illas Metropolitanas, in qua Provincialis, & illius Dioecesis, in qua Episcopalis Synodus fuerit celebranda, veniant, præterea statuimus, quod Archiepiscopi, Episcopi, Abates, & quilibet alii, qui ex privilegio Mittuntur, mittant cum Superpellicis, Stolis, & Cappis, seu Pluvialibus; Præpositi vèrd Priores, & alii inferiores Prælati cum Superpellicis, & Stolis, si Diocesis tallem sint, & si velint, Pluvialibus, seu Cappis; Rectores vèrd, & simplices Sacerdotes cum Cottis, seu Superpellicis, & Stolis tantum; inferiores vèrd status, vel Ordinis Clerici cum Cottis Synodum intrent... Religiosos quoque nul-*

*lam Prælatorum, vel administratorum habentes perpetuum, permitimus, in habitu suo cum Stolis in Synodo posse stare.*

III. Licet porro hæc peculiarium Ecclesiarum statuta omnes non obstringant, ritum tamen, & solemnitatem demonstrant, qua decet Synodum celebrari. Adde, quod non multum discrepant ab usitato & communiori hujus temporis more, quem, ut ex Cæremoniis Episcoporum *lib. 1. cap. 51. & Gavanto in cit. præxi cap. 17.* describitur, ab Episcopo initium ducimus. Antè Synodum, aliquot congregationes pro eisdem directione hie! solem in ædibus Episcopalis, quibus Episcopus præsedet indutus habitu Prælativo, Rocheto scilicet, & Mozetta: cum ad Ecclesiam accedit, Synodum incipimus, vel proteguntur, incedit indutus Cappis; priusquam processerit, que cujusque sessionis initio ducendum sunt, præter Superpellicem, & Micram, & Stulam, induti Pluviale rubrum; in solemniori Supplicatione, que cum universo Clero in Synodi initio & fine per urbem instrui solet, pergit indutus Alba, Stola, Pluviale rubrum, & Pastoralis baculum deferens; eademque vestes in sessionibus Synodalibus retinet. Hicæ orarum insignibus nam Synodum auspiciantur: hæc si Franciscum Selestinum, hæc Carolus Augustus Salesius in *æqu. Vana No. 3. pag. 250.* Supplicatio per totam urbem instituta, in qua videre erat, præter Canonicos centum Curiosos Supparis indutos, hæc novissimus Salesius *lib. 2. & Tralea* insignis, quem plurimi etiam Sacerdotes sequuntur.

VI. Quod autem supra distinximus de Episcopo, qui Congregationibus, pro rerum in Synodo decernendis præ-

preparatione, in Palatio Episcopali habendis, habitu Prælativum, id est Rocheto, & Mozetta indutus, arduere debet; de his Episcopis intelligendum est, qui habent Rocheti usum. Sunt enim quibus illud gestare interdicitur est; nimirum hi, qui ex Ordinibus Regularibus, Monasticis nempe, & Mendicantibus, ad Episcopatum assumuntur, ut habet *Ceremoniale Episcoporum lib. 1. cap. 1. num. 5.* & *cap. 7. num. 4.* ubi tamen opportunè declaratur, ejusmodi prohibitionem non asserere Episcopos illos, qui ex Ordinibus, seu Congregationibus Clericorum Regularium, aut Canonico-rum etiam Regularium, sive Presbyterorum S. Spiritus, vel ex Militibus S. Joannis, & S. Jacobi, ad Episcopatum erecti fuerint. Modestus Joseph Catalanus *tom. 1. ad Cæremontale Episc. lib. 1. cap. 1. §. 4. num. 5.* summa diligentia indicat auctoritatem Theologorum, ac Juris Canonici Interpretum, qui docent, Episcopos ex Ordinibus Monasticis, aut Mendicantibus, assumptis non licere, sub excommunicationis, vel, ut aliis placeat, sub gravi peccati poena, Rochetum deferre; tum scilicet ob Cæremontialis nuperi allegati prohibitionem, quam propter legem in Jure Canonico expressam, *Cap. Clerici officia de vita & honest. Cleric.* Nonnulli asserunt, in Joannem Rocheti, concessum esse à Clemente VIII. Regularibus Episcopis, usum Superpellicii. Verum concessio isthæ, si vera est, non pertinet ad casum, de quo nunc agimus, sed ad delationem Superpellicii superius amictuum, vel subta aliam, aut solam, dum Missæ privatim aut solemniter celebrat, vel cum Pluviale induunt, ut Divinis Officiis assistant, vel de minimis, cum stola dumtaxat induti, Sacramentum Confirmationis, aut Or-

dines Minores conferunt, aliisque Benedictionibus, aut Consecrationibus operantur. De his videri potest quondam Josephi Mariæ Perinæ, qui Regularis erat Episcopus, *Dissert. 4. part. 1. pag. 118. & seqq.* ubi observat, Superpellicium, dum eorum utitur Episcopi Regulares, sacrorum semper indumentorum partem esse; at Rochetum ab aliis Episcopis deferri, etiam tanquam communem habitum, & civilem. Dum verò exempla quædam asserit concessionum à summis Pontificibus factarum certis illustribus Monachis ad Episcopatum promovis, ut vestium colorem mutare, ac etiam Rochetum gestare possent; dumque observat, in Hispaniis Episcopus Regularis Rochetum ex antiqua consuetudine induere satis indicat, has esse limitationes regule generalis, qua contrarium statuitur. Quare, generaliter loquendo, concludendum erit, Episcopum Ordini Monastico, aut Mendicanti alias adscriptum, in Congregationibus presynodalibus, de quibus supra, talari veste, & Mozetta dumtaxat indutum sedere debere; servato in hujusmodi vestibus colore, cujus est habitus Religionis ab ipso professe, ut se conformet textui in *cit. Cap. Clerici Officia, de vit. & honest. Cleric.* Quamvis enim ibi dicitur Episcopos Monachos habitum Monachalem deferre oportere; usum tamen invaluit, ut hujusmodi Episcopi, retento colore Ordinis, ex quo assumpti fuerunt, eadem vestium forma utantur, qua reliqui Episcopi uti solent; Mozetta nimirum, Mantelletæ, & veste talari.

V. At una hic nobis occurrit questio; nimirum, an Archiepiscopus, Missam in sua Dioecesana Synodo solemniter celebraturus, inter cætera Pontificalia ornamenta, etiam Pallium in-

induere queat. Idemque queritur de Episcopo, cui ex privilegio usus Pallii sit concessus. Certum in primis est, neutri licere, extra Ecclesiam, & extra Missarum solemniam, Pallium gestare, cum id à Jure universim & generatim sit omnibus interdicitum, juxta celebre responsum Sancti Gregorii Magni ad Joannem Episcopum Ravennatem *epist. 56. lib. 7. indict. et. Operum tom. 2. col. 666.* relata à Graciano *Can. Contra morem, dist. 100.* "Tibi non putamus ignotum, quod penè de nullo Metropolitani in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, usum sibi Pallii vindicasse. Et quid bene hanc consuetudinem generalis Ecclesie noveritis, vestris nobis manifestissime significatis epistolis;" & infra, eundem Joannem redarguens, quòd in solemnibus extra Ecclesiam supplicationibus Pallium gestare presumpisset, pergit Gregorius *col. 667.* "Admoneo quatenus nisi Decessorum meorum munificentia tibi hæc per privilegium attributa docueris, uti in plerisque Pallium ulterius ferre non presumas, sine non habere, & ad Missas incipias, nequod audacter & in plateis usurpas." In eadem sententiam iterum scripsit Gregorius ad Marianum, Joannis Successorem, *epist. 56. lib. 5. indict. 72. tom. 2. Oper. col. 787.* "Quo (Pallio) non aliter te uti memineris, nisi in propria tue civitatis, dimissis jam illis, Ecclesia, procedens ad Salutorio ad sacra Missarum solemniam celebranda; peractis vero Missis, item in Salutorio rursus curatis deponere." Salutorium quatenus, cuius Gregorius meminit, quod etiam Diaconicum magnum, Secretarium, Receptorium, & Vestuarium appellabatur, erat Exedra Ecclesie adjuncta, ubi Episcopi sacras vestes in-

Tom. I.

quebant, & prorsusquam Ecclesiam ingrederetur, Fidelium salutationes excipiebant, sicuti videri potest apud Dugange in *descriptione adis Sophiane n. 88.* ad calcem Cinami, & in *Glossario verb. Salutorium*, & Binghamum *Origin. & Antiq. Ecclesiasticæ tom. 7. lib. 8. c. 7. §. 7. & 8.*

VI. Certum præterea est, non in omnibus Missarum solemnibus posse ab Archiepiscopo, aut Episcopo, Pallii usum habente, illud adhiberi; ut enim ait Innocentius III. in *Cap. Ad honorem, de auctoritate & usu Pallii, Solus Romanus Pontifex in Missarum solemnibus Pallio semper utitur, & ubique; quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis, quæ per Pallium significatur. Alii autem eo nec semper, nec ubique, sed in Ecclesia sua, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, certis debent uti diebus.* Dies porro, quibus illi permittitur Pallium deferre, recenset Glossa in *cod. Cap. verb. Ad honorem*, quibus posse alias ex speciali privilegio addi, certum ponit Gregorius Magnus in *cit. epist. ad Joannem Ravennatem*, inquiringens *col. 666.* "Aut enim metropolitanum Metropolitaram etiam à tua esse Fraternalitate servandum, aut, si tuæ Ecclesie aliquid specialiter diebus esse concessum. . . à vobis oportet ostendi" Et profecto illis diebus, à Glossa enumeratis, sive ab antiqua, sive à recentiori jure adjectam scimus diem, qua Archiepiscopus, Synodum celebrans Provinciam, sacra Mysteria solemniter agit, cum in Cæremontiali Episcoporum *lib. 1. cap. 31. num. 15.* expressè dicatur *Can. abbas Missæ de Spiritu Sancto solemniter per Archiepiscopum qui in ea utitur Pallio, quod quidem fuisse in usum deductum à S. Carolo Borromeo, atque à tan. n. em. Benedicto XIII. cum ille Medietan,*

H

hic



hic Beneventi Provinciales Synodost habereat, narrat Cardinalis Petrus ad Comitat. Apost. tom. 4. pag. 212. n. 71. & 72.

VII. Quare proposita quæstio unice versatur circa Missam solemniter celebrandam in Synodo Dioecæsana. Ad quam indubitanter respondemus, neque Archiepiscopo, neque Episcopo habenti Pallii privilegium, fas esse in ea Pallium gestare. Ratio ex his, quæ præmissimus, obvia & perspicua sit: etenim Pallii usus pro die, de qua agimus, nusquam reperitur Archiepiscopo, aut Episcopo; Pallii privilegio cateroquin exornato, concessus; unde Gavantus in præfata Dioecæsana Synodo cap. 17. n. 1. satis apposite scripsit: "Habitus Episcopi in Missa Synodali erit Pontificalis, & coloris rubri. Si celebrat solemniter, assumit omnia paramenta Pontificalia, usque ad Pallium exclusivè." quod etiam notavit Pax Jord. tom. 2. lib. 8. tit. 2. n. 92.

VIII. Quod attinet ad instrumenta Vicarii Generalis, aut si est Protosynodialis Apostolicus, & tunc vestes induit, huius muneris proprias, Rochetum videlicet, & Mantellitram; aut ea prerogativa caret, & vestes deferat, quibus per se non accedere solet. Quod si inter Canonicos cooptetur, in Missa, & solemnibus Supplicationibus, vestes adhibet Canonicorum; in sessionibus verbò Synodalibus; illis depositis, proprias assumit Gavantus cit. cap. 15. n. 11. & 12.

IX. Dignitates, & Canonici Ecclesie Cathedralis Episcopo rem Divinam solemnè ritu perficenti assistunt, induti vestibus sacris, hoc est, Dignitates Pluviali, Canonici ex ordine Sacerdotali, Casula, seu Planeta, Canonici ex ordine Diaconali, vel Subdiaconali, Dalmaticis; quam distinctio-

nem ideo servandam dicimus, quia factam credimus divisionem Præbendam ad normam decreti editi à Tridentino sess. 24. cap. 12. de reformatione, ubi enim ea divisio nondum facta fuit, omnes Canonicos uti solere Pluviali affirmat Paris Crasii lib. 1. cap. 18. Coadjutores Canonicorum Ecclesie Cathedralis, & Canonici Ecclesiarum Collegatarum vestes adhibent, quas in Choro ferre consueverunt. Vicarii Foranei, & Archipresbyteri rurales, in aliquibus Dioecæbus, aut Ploviales, aut aliud ornamentum assumunt, quo à cæteris distinguantur; in aliis autem nullum obiciunt speciale insigne. Rectores quoque Ecclesiarum Parochialium, seu Cottam, gestant Caputium, alibi Stolum. Cæteri de Clero solum induunt Superpellicium. Quæ omnia discernunt à Gavanto cit. cap. 13. rectè tamen concludente, standum esse locorum consuetudini.

X. Quod diximus de sacris instrumentis, Canonicis Ecclesie Cathedralis adhibendis, locum dumtaxat habet, cum ipsemet Episcopus sacris operatur solemnè ritu; nam si vel privatim Missam faciat, vel Missæ, quam alter celebrat, assistat, quod tamen improbandum esse, ex his patet; quæ inferius lib. 5. cap. 1. num. 3. dicentur, Canonici sacra instrumenta non assumunt, sed illa adhibent, quæ in Clero deferunt, quæ etiam retinent, cum sessionibus Synodalibus adsunt. Secus est de Episcopo, qui etsi non celebrat, debet tamen Synodo interesse, omnibus ornatus Pontificis insignibus, quod monet Gavantus cit. cap. 13. num. 1. eique assistant Diaconus, & Subdiaconus, cum Dalmaticis; perinde ac si Missam celebrant inservient, quemadmodum prescribitur in Pontificali Romano, notatque Pax Jordan. loc. cit.

At

XI. At una adhuc, quoad Canonicoorum vestes, enodanda remanet difficultas. Nonnulla reperuntur Cathedralium Ecclesiarum Capitula, à Romanis Pontificibus hoc singulari exornata privilegio, ut Dignitates, & Canonici usum habeant Pontificie. Jamdum Dignitates, & Canonici Ecclesie Cathedralis Lucensis à Lucio III., Alexandro III., Martino V. & Julio III. potestatem acceperant gestandi mitram albam sericam, ad instar S. R. E. Cardinalium; cumque Benedictus XIII. Lucensem Ecclesiam in Metropolitanam erexisset, aliud illis addidit privilegium, deferendi Pastorale baculum, instar Abbatis. Clemens XI. Dignitatibus, & Canonicis Ecclesie Metropolitanæ Beneventanæ, & Ecclesie Metropolitanæ Mediolanensis, præter Mitram, omnia instrumenta concessit, quibus utatur Abbas usum Mitræ habentes. Ac tandem, ut cætera prætereamus exempla, Benedictus XIII. usum Pontificalium permittit Dignitatibus, & Canonicis Ecclesie Cathedralis Viterbensis.

XII. Quibus positis, dubitatur, an Canonici, ejusmodi privilegiis decorati, possint in Dioecæsana Synodo Pontificalia insignia adhibere. Et respondendum censemus, posse, sepositis cæteris Pontificalibus ornamentis, atque assumptis sacris vestibus, quæ communes sunt aliis Canonicis, ut sola Mitra, cum Episcopus Missam solemnè ritu celebrat, cumque una cum eodem Episcopo, & universo Clero ad publicas incedunt Supplicationes. Mitram pariter gestare poterunt in Synodalibus sessionibus, modo tamen aliis sacris, non vero Pontificalibus, vestibus adsint induti; incongruum quippe esset, sine aliis sacris instrumentis, Mitram deferre. Quod possint in prædictis actibus Mitram adhibere, ex ver-

bis colligitur privilegiorum, quibus potuntur; in illis siquidem vel usum Mitræ ipsis tribuitur etiam expressè, & nominatim in Synodo, quemadmodum sonant verba privilegii concessi Canonicis Viterbensibus; vel saltem generalis facultas datur Mitram gestandi in omnibus functionibus Ecclesiasticis, quibus etiam Synodales commorandantur.

XIII. Quod verò nequeant alia Pontificalia indumenta adhiberi, censuit sacra Congregatio Concilii; etenim cum Præpositus Ecclesie Collegiate S. Agathæ civitatis Cremonæ, cujus cap. 1. hujus lib. num. 4. meminimus, vellet Præmoneri Synodo interesse, indutus Pontificalibus ornamentis, quorum usum illi cateroquin competere nullus dubitabat, eique se opponeret Episcopus, quæsitum fuit à sacra Congregatione Concilii: "An Præpositus S. Agathæ possit, ultra usum Mitræ, in Cathedrali, & sessionibus Synodalibus uti Baculo, pallisque Pontificalibus, & laminis aureis, cum separato genuflexorio, & sede, occasione celebrationis Missæ in Synodo." Et die 3. Aprilis 1733. responsum fuit: "Negativè, excepto usu Mitræ simplicis, in actibus Synodalibus tantum. Iterumque causa proposita, die 8. Augusti 1735. sacra Congregatio fuit in eadem sententia quoad omnia, excepta qualitate Mitræ, quam citat, posse à Præposito gestari auriphrygiatam. Credere autem fas est, ideo quoad hoc sacram Congregationem sententiam mutasse, quia deprehensum fuit, Præpositum exemptum esse ab Episcopi jurisdictione; cæteri quippe Mitræ usu à Sede Apostolica donati, si Episcopi jurisdictioni subiaceant, si Episcopali Synodo Mitram simplicem dumtaxat, & non auriphrygiatam, ferre permittuntur, juxta apertam decisio-

H a nem

nen Clementis IV. in Cap. Ut Apos-  
tolicæ de privilegiis in 6. cuius ver-  
ba sunt. De Fratrum nostrorum con-  
silio, præsentis decreto statuimus,  
ut Abbates, & alii, quibus Mitre  
nustus est ab eadem Sede concessus,  
exempti quidem in Provincialibus  
& Conciliis, & Episcopaliibus Synodis  
(quibus nonnulli eorum interesse te-  
nentur) Mitris tantummodo auri-  
phrygiatis, non tamen aureas, vel  
argenteas laminas, aut gemmas ha-  
bentibus, uti possint; non exempti  
verò, simplicibus, & albis, ac pla-  
nois utantur. In aliis vero locis ex-  
emptis, & non exemptis, Mitre  
suscipiant illi uti, prout concessa eis  
sub eadem Sede Indulta permittunt.  
Quamobrem Canonici, & alii, qui  
nobilitate Mitra in aliis actibus, &  
functionibus Ecclesiasticis, ex pri-  
vilegio utuntur, si eandem in Syno-  
do deferre gestiant, concludenter pro-  
bare debent, id etiam honoris sibi  
specialiter expressæ, & quidem post  
Clementem IV. fuisse à Sede Apo-  
stolica tributum.

## CAPUT XII.

De Paris quibus sunt obnoxii, non  
accedentes ad Synodum, nisi legitimo  
delectantur impedimento.

Inutilis essent leges, & contemptui  
expositæ, nisi simul in contumaces  
animadvertent. Eadem propterea ju-  
ra, quæ Sacerdotes ad Synodum ire  
jubent, aut poenas irrogant, aut irro-  
gandas illis decernunt, qui parere re-  
cusant. Memorata statuta Ecclesie Bi-  
terrensis ejusmodi retractarios ab in-  
gressu Ecclesie interdicit; Synodus  
Catalanensis ann. 1392. & statuta Syno-  
dalia Ecclesie Nannetensis anni  
1490. eosdem excommunicatione sta-  
tuta innodatos declarant cit. tom. 4.

*Thesaur. nov. Anecd. col. 627. 667.  
& 1022.* Jus verò commune in Cap.  
*Quod super his, de majori. & obed.*  
Episcoporum arbitrio permittit, sibi  
subditos Abbates, & sacerdotes com-  
pellere per *Censuram Ecclesiasticam*  
ad Synodum venire. Unde quamvis  
Concilium Tridentinum cit. cap. 2.  
*sess. 24. de reformat.* ubi omnes ex-  
emptos, & multis in casibus jam à no-  
bis expositis, etiam Regulares, ad  
Episcopalem Synodum ire debere statu-  
it, nullam mentionem fecerit poenæ,  
inobediens inferendæ, merito tamen  
sacra Congregatio, ejusdem inter-  
pres, censuit, posse Episcoporum  
illorum pariter contumaciam censuris,  
aliisque poenis coercere, sicuti *hoc co-  
dem libro cap. 1. num. 5. retulimus;*  
siquidem quoadcontumque exempti, ce-  
tiansi Regulares sint, ad Synodum  
accedere tenentur, cessat, quoad hoc,  
eorum exemptio, & subduntur Epis-  
copo, perinde ac ceteri Diocesani.  
Quia vero cum iis, qui ad Synodum  
ita cunctanter se coerent, ut cum jam  
absoluta est, ad eam perveniat, tam  
qui, priusquam absolvatur, à Syno-  
do recedit, legi potius illudere, quam  
obedire videtur; ideoque iisdem poe-  
nis se obnoxium facit, quæ in illor  
latæ, aut ferendæ sunt, qui nullo mo-  
do accedunt, quemadmodum adver-  
tunt Massobius de *Synod. Dioces.*  
*cap. 3. dist. 7. & Marescotus variat.*  
*resolut. lib. 1. cap. 52. num. 32.*

II. Nec solum potest Episcopus  
suum Synodum pervicaciter evitantes,  
Ecclesiasticis censuris irretire; sed  
etiam pecunia mulctare, quod adnota-  
vit Pax *Jord. lib. 8. tit. 2. n. 70.* non  
enim desunt homines adeo rudes, &  
crassi, rebusque his terrenis tam pe-  
ditæ addicti, ut plus à poena pecuniaria,  
quam à censuris deterreantur. Ita Syno-  
dus Avemonesis, anni 1377. *cap.*  
*8.* viginti solidis usualis monetæ, in  
Ec-

Ecclesie fabricam erogandis, illos  
mulctavit, qui ad Synodum accersi-  
tum non advenerant; & Synodus Meldensis  
*cap. 4.* similis inobedientie reos,  
suorum Beneficiorum fructibus priva-  
vit, cit. tom. 4. *Anecd. col. 563.  
& 918.* Ex mente tamen Sacrae Con-  
gregationis Concilii, explicata in cau-  
sa *Pientina Synodi*, quam *cap. 2.*  
*hujus libri num. 8.* allegavimus, non  
debet Episcopus pecuniariam poenam  
imponere Regularibus; si quippe, vi-  
ritum accepti, rerum temporalium pro-  
prietatem non habent; nec æquum  
videtur, ut pro unius, vel alterius  
Religiosi contumacia, communitas, seu  
monasterium poenam subire debeat.

III. Veram quia omnes leges, sed  
præcipue Ecclesiasticæ, sanctissime  
sunt, & ne latum quidem unguem  
à justitia & æquitate deflectunt, prop-  
terea à culpa & poena eum absolunt,  
qui ex rationabili causa ad Syno-  
dum non venit. Concilium Triden-  
tinum cit. *cap. 2. sess. 24. de re-  
form.* ab obligatione accedendi ad  
Synodum Provinciale eximit Epis-  
copos, quibus cum imminente pe-  
riculo transfretandum esset; sicut  
olim contigit quatuor Episcopis, An-  
tibarensi, Catharensi, Olchiniensi, &  
Suacensi, qui miserabili casu naufraga-  
rum in mari fecerunt, dum ad Con-  
cilium Provinciale Spalati indictum  
se simul conferrent; ut narrat P. Da-  
niel *Parlati tom. 1. Illyrici sacri*  
*in Prolegomenis part. 3. sect. 2.*  
*§. 5. pag. 308.* Eodem igitur ju-  
re à Diocesana Synodo sunt excu-  
sandi, qui illam aut omnino, aut  
sine gravi periculo, adire nequeunt,  
sive ejusmodi periculum ipsi immi-  
nent ab extrinseca causa, puta à flu-  
mine, quod sit trajiciendum, aut à la-  
tronibus viam obsidentibus; sive à cau-  
sa intrinseca, puta ab adversa valetu-  
dine. Multoque magis excusandi sunt

Parochi, quos non propria, sed suarum  
ovium necessitas remoratur, etiam  
non solum non reprehendiendi; sed  
plurimum commendandi sunt; si ideo  
dumtaxat ad Synodum non accedant,  
quia alium non habent Sacerdotem,  
quem sibi in animarum cura sub-  
stituunt; idque præsertim, cum in  
parochia reperitur infirmi tam gra-  
vi morbo laborantes, ut prudenter  
timeatur, ne sint cito decessuri; quan-  
ta enim ratio à Parochis, priusquam  
ad Synodum se accingant, habenda  
sit de ægrotis, quos in parochia relin-  
quunt, satis aperte edisseruerunt sanc-  
tissimi Ecclesiarum Antistes: Andreas  
de Albalat Episcopus Valentinus in  
sua Synodo, habita anno 1235. cu-  
jus Acta evulgavit Cardinalis de Aguirre  
*tom. 3. pag. 511. cit. num. 152:*  
Item mandamus Sacerdotibus, vel  
inhabentibus curam, quod nullus re-  
nuentiet, nisi in manu Episcopi; &  
viam venerint ad Synodum, perqui-  
rant parochias, & visitent infirmos,  
& dent poenitentias; eisdem expo-  
nendo, qualiter tenentur ire ad Syno-  
dum, & si interim morerentur,  
sine poenitentia non decedant. A  
nova Synodo cum venerint, non re-  
quirit, visitent infirmos; & fa-  
veant quod saluti animarum nove-  
rit expedire. Consuetiones Ec-  
clesie Claromontensis, anni 1368.  
quarum supra meminimus in prin-  
cipio, hæc habent: Item injungimus  
Sacerdotibus Parochialibus, qui Vi-  
ncarios non habent, quod die Do-  
minica, præcedente Synodum, di-  
ligenter inquirent publice in Ec-  
clesiis suis, si aliqui sunt infirmi in  
parochiis suis; feria vero sequenti,  
sive antequam iter arripiant, eos vi-  
sitent etiam non requisiti, & faciant  
quodvis necesse fuerit ad salutem  
animarum; precipientes fieri per Presby-  
terorum visitationem fieri per Presby-



nteros vicinos in eadem, vel aliis Ecclesiis remanentes." Statuta Synodalia Ecclesie Constantiensis *cap. 17. cit. tom. 4. Anecdotorum col. 803.* precipiunt: "Quando vos Presbyteri ad Synodum venire debetis, die Dominica procedente, publicè inquiratis in parochia, si qui sint infirmi, & eadē die, vel sequenti feria, vel antequam iter arripatis, & non requisiti, visiteris eos." Ex his, aliisque sexcentis hujus generis monumentis, addiscere debent Parochi, quam sollicitos eos esse oporteat de aeterna salute suorum ovium, quæ in extremo versantur temporalis vite discrimine; cui nimirum si per alium consulere nequeant, licite, & sanctè se à Synodo subtrahunt.

IV. Non idcirco tamen, quod quispiam legitimo detineatur impedimento, potest sua auctoritate, se ab accedendi obligatione absolvere; sed causam, cur non accedit, debet Episcopo significare, à Judicibus ad id deputatis, absoluta Synodo, examinandam; & quo validius suam absentiam excuset, poterit ad Synodum mittere Procuratorem, qui omnes impedimenti, quo detinetur, circumstantias, melius, quam per litteras fieret, Synodo aperiat, quod scribit Fagnanus in *sua Commentariis mas. ad cap. 2. sess. 24. de reform.* inquit: *Qui verò venerit accedere, ex sententia Congregationis, poterunt mittere Procuratores ad excusandam se.* Idemque de Conciliis Provincialibus sancitum invenimus in Concilio Parisiensi, anno 1346. celebrato, Præsido Guillelmo Archiepiscopo Senonensi, in cuius *cap. 6.* habetur: *Nulli, nquā ad Provinciale Concilium venire tenentur, si propter impedimentum canonicum remaneant, se excusent per idoneum Nuntium litterariorum destinatum, qui possit fa-*

mere fidem per juramentum, de impedimento canonico, super quo etiam debet habere mandatum;" *tom. 7. Collectionis Harduini col. 1681.* Opinatur præterea Botrus *cit. part. 2. n. 42.* legitime impediri posse constituere Procuratorem, non solum ut ejus absentiam excuset, sed ut Synodo ejus nomine intersit. At hæc opinio, quæ cæterocum arripit Masobrio *cap. 3. dub. 6.* à nobis improbat, & rejicitur; an autem id jure fiat, mox patebit. In electionibus Ecclesiasticis jus esse absentis, legitimo detento impedimento, constituere Procuratorem, qui ejus nomine suffragium ferat, constat *ex cap. Quia propter, §. Illud autem, de elect. & cap. Si quis iusto, in princ. rod. tit. in 6.* Est tamen necesse, ut Procurator sit de gremio Capituli, ne secus Capituli secreta pandantur extraneo, quod in citatis textibus patere decernitur. Sed, quia hæc constitutio emanavit in favorem Capitularium, est in eorumdem facultate, favori suo reverti, & extraneum Procuratorem admittere, sicuti *in cit. Cap. Si quis iusto, verb. Nolente Capitulo,* observat Glossa, docentem Panoritanus in *cap. Quia propter, §. Illud, n. 2. Laymanum. 1. Pirhing. ad lib. 1. Decretal. tit. de elect. num. 148.* Et generatim loquendo, nunquam adstringi posse Universitatem, seu Collegium, ad admittendum Procuratorem extraneum, tradit Joannes Andreas in *cap. Quod alicui, 67. num. 17. de regulis juris in 6.* quia non potest unquam compelli, ad aperiendum Collegii negotiis, qui de Collegii gremio non sunt, *l. Mercatores 4. c. de commore. & mercatur.* Quod si nullus de Collegio velit pro absente Procuratoris munus suscipere, & extraneus à Collegio non admittatur, sibi, & suæ absentis causæ imputare debet absens, si pro

ex vice suffragio careat, quemadmodum citati Doctores perpendunt. Procurator autem de gremio Capituli, ad eligendum constitutus, si habeat speciale mandatum ad eligendam certam personam, illam, de jure competere. Omnem demum controversiam composuit Pius IV. concedendo absentium Episcoporum Procuratoribus votum merè consultivum.

VI. Secus est de Conciliis Provincialibus; in his quippe Procuratores Episcoporum absentium votum habent consultivum, & annente Concilio, habere possunt etiam decisivum, sicuti respondit sacra Congregatio Concilii in *Salernitana 159.* Aprilis 1596. *lib. 8. decretor. pag. 174.* his verbis: "Episcoporum Procuratores posse etiam decisivam vocem habere, si Concilio Provinciali præfuerit." Quam responsionem vetustissima Provincialium Conciliorum comprobant consuetudo; etenim Concilium Arelatense II. circa annum 452. coactum *tom. 2. Collectionis Harduini col. 774.* ita Episcopos vocatos ad Concilium venire jussit, ut legitime impeditis, alium loco sui mittere permiserit: *Si quis (alt. can. 18.) commentus, infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.* Et Avitus Episcopus Viennensis in *Epistola tractoria,* quæ scilicet Viennensis provincie Episcopus ad Concilium Epaonense anni 517. invitavit, atque præcepti vinculo quodammodo traxit, inquit *cit. tom. 2.* ejusdem Concilii Tridentino, quemadmodum narrant Cardinalis Pallavicinus in *Concilio hit. lib. 27. cap. 1. & Joannes Stoz in succitata relatione historica de gestis in Concilio Tridentino. sect. 4. art. 23. §. 10. punct. 2. à num. 323. ad 332.* Sed cum jubentibus Apostolicis Legatis, singula discussa fuerint à selectis sacrorum Canonum Penitis, hi ferè unanimiter censuerunt,

integrum quidem esse Episcopis, legitime absentibus, suos Procuratores ad Concilium mittere, sed Procuratoribus neque decisivam, neque consultivam vocem, neque locum in sessionibus, de jure competere. Omnem demum controversiam composuit Pius IV. concedendo absentium Episcoporum Procuratoribus votum merè consultivum.

VI. Secus est de Conciliis Provincialibus; in his quippe Procuratores Episcoporum absentium votum habent consultivum, & annente Concilio, habere possunt etiam decisivum, sicuti respondit sacra Congregatio Concilii in *Salernitana 159.* Aprilis 1596. *lib. 8. decretor. pag. 174.* his verbis: "Episcoporum Procuratores posse etiam decisivam vocem habere, si Concilio Provinciali præfuerit." Quam responsionem vetustissima Provincialium Conciliorum comprobant consuetudo; etenim Concilium Arelatense II. circa annum 452. coactum *tom. 2. Collectionis Harduini col. 774.* ita Episcopos vocatos ad Concilium venire jussit, ut legitime impeditis, alium loco sui mittere permiserit: *Si quis (alt. can. 18.) commentus, infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.* Et Avitus Episcopus Viennensis in *Epistola tractoria,* quæ scilicet Viennensis provincie Episcopus ad Concilium Epaonense anni 517. invitavit, atque præcepti vinculo quodammodo traxit, inquit *cit. tom. 2.* ejusdem Concilii Tridentino, quemadmodum narrant Cardinalis Pallavicinus in *Concilio hit. lib. 27. cap. 1. & Joannes Stoz in succitata relatione historica de gestis in Concilio Tridentino. sect. 4. art. 23. §. 10. punct. 2. à num. 323. ad 332.* Sed cum jubentibus Apostolicis Legatis, singula discussa fuerint à selectis sacrorum Canonum Penitis, hi ferè unanimiter censuerunt,

verentia jure faciat interesse, cum quibus delectat summus Pontifex conferre sermonem, quos ad definitiones pro Episcopo suo sancientias, subscribendasque, cum fuerit solertia eligi, sit auctoritas legi; sed istud non extorqueat, nisi summa necessitas. Discriminis hac in re rationem inter Concilium Generale, & Provinciale, attingunt Juris Canonici Periti, qui præfatos articulos in Concilio Tridentino examinarunt, illi siquidem, si vera narrat citatus Stoz, ideo absentium Episcoporum Procuratores à jure suffragandi repulerunt, quia inquebant, canones & decreta, quæ à Concilio Oecumenico conduntur, propter eorum infallibilem auctoritatem, censentur quodammodo prodire à Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus eloquitur per os Pastorum, quos possit regere Ecclesiam Dei, & non per alios, nullam Dominici gregis custodiam habentes; nisi etiam istis loquendi prærogativam concesserit supremis Ecclesie Pastor, ut totius gregis Moderator, id est Romanus Pontifex. Hæc autem ratio non urget, cum sermo est de Conciliis Provincialibus, quorum decreta nec obstringunt universam Ec-

clesiam neque, infallibilem auctoritatem habent, & plerumque nihil de rebus, Fide Divina credendis, definiunt.

VII. Eodem modo, quo de Provinciali, ratiocinatur Bottus de Synodo Dioecessana. At longè diversa est utriusque ratio; etenim in Synodo Dioecessana solus Episcopus est Juxta, & Legislator; ipse suo nomine decreta facit & promulgat; & quamvis astantium consilium exposcat, non tamen cogitur illud sequi ex quo fit, ut admissio Procuratorum nihil prosum ad Synodi utilitatem conferre valeat. Ad hæc, aut in Procuratorem eligitur, qui alia non esset Synodo interfuturus, & hic potest repelli tamquam extraneus; aut eligitur, qui jam suo jure Synodo intervenit, & hic certe non potest unum consilium suo, aliud absentis nomine, Episcopo præbere; eaque propter inutile & supervacaneum est, ut absentis quoque personam in Synodo repræsentet. Quare concludendum existimamus, absentium Procuratoribus nullum patere aditum ad Dioecessanam Synodum, nisi illum isdem aperiat, quæ tandem ita in Dioecesi inoleverit, consuetudo.

## LIBER QUARTUS.

DE OFFICIALIBUS, SEU MINISTRIS SYNODI, SUAM NIMIRUM OPERAM  
SYNODO PRÆSTANTIBUS, ALIISQUE, QUI PRO FUTURIS EVENTIBUS  
IN SYNODO ELIGUNTUR.

### CAPUT PRIMUM.

#### De Officialibus primi generis.

In Cereimoniali Episcoporum lib. 1. cap. 31. num. 18. ubi sermo fit de Synodo Dioecessana, habetur: *Officiales quoque, & ministri necessarii, deputandi sunt in hismodi Concilio, veluti Notarii, Ostiarii, Magistri cereimonialium, & alii, ut habetur in Concilio Toletano IV. can. 4.* Eiusmodi Officiales singillatim enumerat Gavanto in *Praxi Dioec. Synodi cap. 18. pluribus sequentibus*, quorum aliquos eligendos, affirmat, ab Episcopo ante Synodum, in Congregatione Consultorum, priusquam incipiant Synodales sessiones, in prima sessione postea promulgandos; quemadmodum idem Gavanto *part. 2. sess. 1. tradit*. Singulos & nos recensimus; sed, qui minoris momenti sunt, cursim indicabimus. Ante Synodum destinare debet Episcopus Praefectum hospitiorum, cum sociis, de quibus idem Gavanto *cap. 8.* Horum interest omnem adhibere diligentiam, ut Clerici, ad Synodum venientes, honesti recipiantur hospitis, aut diversoria in civitate inventient eorum statui congruentia.

II. In Congregatione Consultorum unus pariter, vel duo destinan-

tur Promotores, unus Urbanus, Foraneus alter, quorum munus est urgere actiones Synodales, seu insistere, ut omnia, quæ in Synodo facienda sunt, celeriter & fructuose perficiantur. Eligitur Synodi Secretarius, quem, monente Gavanto *cap. 20.* deest, esse aliquem ex Canonicis Ecclesie Cathedralis, isque alium, quem maluerit, sibi socium, seu coadjutorem, adsciscet; qui quidem Secretarii socius, etiam *Lector* appellatur, eo quod ei onus incumbat, alta voce legendi Synodi decreta. Ad Secretarium autem spectat primo, curare, ut pridie quam Synodus inchoetur, futurae sessionis Edictum affigatur valvis Ecclesie; secundo, ante primam sessionem nominatum, ut moris est, vocare Canonicos Ecclesie Cathedralis, & insigniorum Collegiarum; & ne nimium defatigetur, potest committere suo Coadjutori, ut ceteras de Clero vocet; tertio, preparare schedulas pro scrutinio, de quo mox, aliaque peragere, quæ à Gavanto *cit. loc.* describuntur.

III. Deputatur insuper Notarius Synodi, qui solet esse Episcopi Cellarius. Hic absentes notat, ut aial



postea à Iudicibus excusentur, puniantur; singulorum, qui Fidei professionem emittunt, nomina scribi, atque in fine ejuslibet sessionis, rogatus à Promotore, ut de illis, quæ gesta sunt, instrumentum conciat, responderet, se facturum, simulque aliquos de Clero vocat in testes, quorum nomina in tabulis refert. Designantur præterea Praefecti Synodali discipline, & scrutini, hoc est aliquot Sacerdotes maturæ ætatis prudentia & pietate conspicui, quorum officium sit, omnes Clericos singulatim ad se accedere, ac ejuslibet mores & vivendi rationem investigare; usque facilius huic muneri faciant satis, solet unicuique Praefecto certa pars Cleri, in schedula descripta, committi examinanda, aliæque schedula tradit, in qua quædam adnotantur, de quibus Episcopus vult specialius loqui. Absoluto autem scrutinio, omnia ad Episcopum referantur, ac quilibet ex Praefectis, peracti à se scrutini acta, propria manu subscripta, Episcopo tradet, si cuti monet Gavantus *cap. 27.*

IV. Ad evitandas turbas, & præcavendos tumultus, qui certe fiunt, si singuli de Clero venia daretur reclamandi adversus decreta, quæ in Synodo promulgantur, solet Episcopus aliquem constituere totius Cleri Procuratorem, qui omnium nomina, ea tamen qua decet modestia & reverentia, dicat in Synodo quæ Clero displicent, quæque ex illis, quæ aut statuta, aut statuenda sunt, difficiolora, & aspera videantur; simulque modum suggerat, quo illa emolliantur, Clerus optaret; omnia porro, quæ nomine Cleri petierit, scripta tradat Synodi Secretario; Gavantus *cap. 25.*

V. Inter Synodi Officiales enumerat Gavantus Confessarios, ab Episcopo pro Synodo destinatos, quibus val-

dè congruum esse ait, ut Episcopus, præsertim in sua prima Synodo, totam deleget potestatem, qua ipse potest, ne ea quidem sibi retenta, quam habet à Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reform.* absolventi videlicet à casibus occultis, Sedi Apostolicæ reservatis, & dispensandi in irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, illa excepta, quæ oritur ex homicidio voluntario. Caveat tamen Episcopus ne præfatis Confessariis potestatem faciat absolventi ab hæresi exterrâ, quantumvis occulta; siquidem non solum, virtute Tridentini, non posset ejusmodi facultatem ab eî delegare, sed hodie per Bullam, in Coena Domini legi consuetam, potestas absolventi ab hæresi est ipsimet Episcopo omnino adempta, quemadmodum à S. Pio V., Gregorio XIII. & Clemente VIII. declaratum fuisse, testatur Toletus, Guilerrez, Ugollius, & alii apud Sanchez *lib. 2. in Decal. cap. 11. n. 26. & Suar. de censuris disp. 21. sect. 3. num. 5.* & constat ex tercia propositione, scripta ab Alexandro VII. in qua saltem indirecte, damnari sententiam adstruunt Episcopo facultatem absolventi ab hæresi occulta, notat ibidem Dominicus Viva; de qua re plenius suo loco.

VI. Confessariis adduntur Concionatores, ad hoc electi, ut totius Dioecesis Clerum, simul coadunatum, opportune instruant, redarguant, hortentur, ac pabulo Divini verbi reficiant, nisi ipsemet Episcopus velit id munus in se suscipere, quod præfatum & maxime utile, & summopere laudabile foret.

VII. Officiales itidem, Synodo necessarii, sunt Magistri ceremoniarum, ut omnia, quæ in Synodo fiunt, debito ritu, cultu, & majestate peragantur. Necessarii quoque reputantur Ostiarii, qui præsiunt Ecclesie januis, &

& laicis, sine strepitu, in gressum prohibeant, & cum incipienda est Synodus, Ecclesie fores obserent. Ejusmodi Ostiarios esse debere viros graves, notat Gavantus *cap. 29.* quoad ipsos spectat sessionum tempore, Clericos, quos forte videant Ecclesiam pervagantes, aut secum invicem colloquentes, admonere.

VIII. Officialibus Synodi attexit idem Gavantus *cit. cap. 18. & 26.* Economum, qui solet esse Praefectus domus Episcopi, cujus est exigere Cathedraliticum, quod in plerisque locis, Synodi tempore, est Episcopo solvendum. At tandem mentionem facit de Judicibus querelarum, & excusationum, quorum officium est peculiariter considerandum.

## CAPUT II.

De Judicibus querelarum, & excusationum.

Inter ceteras Episcopalis muneris curas ab Ecclesie incunabulis, una & non infima fuit Clericorum, laicorumque jurgia audire & componere, subortasque inter eos lites, sine forensi strepitu, dirimere. Quo verò sanctiora Episcoporum judicia forent, in Ecclesiis, & Synodis, adstante Sacerdotum Senatu, plerumque exercebantur; quæ circa non immerito Thomassin. *de ser. & nov. Eccles. discipl. part. 2. lib. 3. cap. 75. n. 4.* speciem quandam, & imaginem Curie, seu Tribunalis Ecclesiastici, Dioecesanæ Synodis præstulisse, asserit. Neque solum sines controversiæ, sed etiam causæ criminales ad Episcopales Synodos deferbantur, ut perpetrati delicti rei, Synodali sententia debitam subirent poenam; cujus rei indubiam fidem facit Cyprianus *epist. 12. & 49.* Inter

Dioecesanæ Synodos Landavenses, quinque reperimus hanc unquam ob causam coactas, ut sententiam ferrent in quosdam, qui homicidium, perjurium, & incestum commiserant, & insuper alias duas, in quibus poena decreta est in alios, qui Ecclesiam patrimonium invaserant, & Episcopi familiarum injurias lacessiverant, sicuti legi potest in eorumdem Actis collectis ab Henrico Spelmano *Concil. Britan. tom. 1. a pag. 381. ad 386. & Uvillkins tom. 1. pag. 17. & pag. 199.* Neque poenæ à Synodis irrogatæ erant merè spirituales censurarum, quemadmodum garrunt, qui Ecclesiasticam jurisdictionem impugnant; sed quandoque erant merè temporales, quod factum præcipue legitimus in Synodo Landavensi anni 887. *cit. tom. 1.* Uvillkins *pag. 199. in principio,* ubi Rex Brochvail, cujus familia læserat familiam Episcopi, nulla irretitus fuit censura, sed damnatus dimittat ad erogandum pretium faciei suæ longitudine, & latitudine in puro auro.

II. Hanc, quam exponimus, disciplinam maxime viguisse sæculo XI. colligimus ex formula celebrandi Dioecesanæ Synodum, à Burchardo relata, & Concilio Saleginstadiensi anni 1022. adscripta, cujus supra *lib. 3. cap. 5. num. 1.* meminimus, in ea quippe præscribitur, ut Episcopus, suæ Synodi initio, ita Presbyteros alloquatur: *Deinde vos simili oblatione conjuro, ut nullus vestrum in judicando, aut personam accipiat, aut quolibet favore, aut munere pulsatus, à veritate discedat, sed cum tanta pietate, quidquid certum se iudicandum intulerit, retrahere, ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum inveniat, nec iterum in perquirenda æquitate rigor nostri ordinis, vel sollicitudo tepescat.*

ritumque ordo subnectitur, in causis audiendis servandus; qui erat ejusmodi prima die expeditur cause Clericorum, & ideo post Episcopi admonitionem subditur: *Post hanc exhortationem quisquis Clericorum velit, conferat querelam*; secunda die proposita à Laicis quaestiones dirimuntur, unde post preces, secundæ sessioni præmittendas, ibidem legitur: *Tunc si Clerici querelam non habent confendam, Laici introrantur... quisquis ex Laicis habeat querelam, proferat*. Quod si non omnes secunda die absolvi poterant, præponitur tertia die: *Si qua sint quaestiones, vel querela conferantur, & sic Synodus tertia die solvatur*. Hæc autem omnia evidenter evincunt, & plurimas tunc temporis fuisse Clericorum, Laicorumque controversias, ad Synodum definiendas delatas.

III. Ex hac antiqua disciplina ortum habuit, ut Episcopus in Synodo duos, vel tres, nam cum suo Vicario Generali, deputet Judices, qui criminales querelas excipiant, & civiles lites audiant, ac summario judicio, de utrisque causis sententiam proferant. Ad eosdem Judices pertinet, quaestiones circum ordinem sedendi, seu præcedendi, inter congregatos forte excitatas, brevi manu (ut dici solet) ita componere, ut nulli præjudicium inferatur; ad eos pariter deferenda sunt excusationes eorum, qui ad Synodum non accesserunt, finita Synodo deinde examinanda.

IV. Licet autem hodie primum, & potissimum munus prædictorum Judicum ferè conquiescat, quia ferè impossibile est ut Clericorum, aut Laicorum cause in Synodo terminentur; adeo enim mutati sunt hominum mores, ut contentantes inter se Partes summarium judicium effugiant, omnemque telam, seu ordinem iudicia-

rium exactè, atque ad unguem servati exoptent, ex quo fit, ut Vicarij Generalis tribunal libentius adeant; non idcirco tamen eorumdem judicium electio est censenda superflua; tum quia uti animadvertunt Bottus *part. 3. art. 7.* & Massobrius *cap. 4. dub. 19.* adhuc possent, si qui vellet, liti sumptibus parere, suasque causas celeriter expedire, Judices Synodales adire, eorumque judicio acquiescere; tum quia necessarii reputantur ad servandam antiquæ disciplinae memoriam, arque ad alia duo explenda munia, quæ illis pariter diximus demandata.

## CAPUT III.

## De Testibus Synodalibus.

Disseruimus hactenus de Officialibus Synodo inservientibus; uberiori nunc est de aliis agendum qui in Synodo eliguntur, ut in posterum adhibeantur. Præcipuum inter istos locum obtinent Testes Synodales, homines scilicet probatæ fidei, ab Episcopo in Synodo designati; ut custodes quoddammodo sint decretorum, quæ à Synodo eduntur. Eorum quippe officium est Dioecesim subinde perustrare, atque animadvertere, an quidquam alieni contra Synodi decreta fiat, & omnia in futura Synodo Episcopo referre; sicuti rectè tradunt Du-Cangius in *Glossario verb. Testes Synodales*, Cironius *Observat. Jur. Canon. lib. 1. cap. 18.* Thomassin *de vet. & nov. Eccles. discipl. part. 2. lib. 3. cap. 76. num. 8.* & *cap. 79. num. 9.* & *seq. Joann. à Consta ad cap. 1. tit. 31. Decretal. pag. 166.* Altessera *de Jurisd. f. Ecclesiast. lib. 2. cap. 19.*

II. Sunt, qui Synodalium Testium originem referant ad *Periodontas*, de quibus in canone 77. Concilii Laodice-

ni *tom. 1. Collectionis Harduini col. 792.* Verum *Periodontas* dicebantur, qui Episcopi vice, Dioecesim circum-euntes visitant, ejusque Vicario nomine, non sine perfecto jurisdictionis exercitio, decreta condebant; quocirca Dioecesis Visitatores, qui græcè *Periodontas*, latine *Circuitores* dicti sunt, quemadmodum & Episcoporum Visitatores *Circuitatores* passim appellatae, præsertim in Capitulari Caroli Calvi *tit. 5. cap. 4.* ex recensione Balluzi *tom. 2. Capitular. col. 23.* Ac propterea procuratio, quæ visitanti Episcopo jam tum debebatur, *Circada* est vocata, quod observavit Du-Cangius in *Glossar. verb. Circada*. Nostri verò Testes Synodales Dioecesim perlustrant quidem, sed absque ullius prorsus jurisdictionis exercitio, sicuti mox audiemus. Vera Synodalium Testium lineamenta nobis exhibet Hincmarus Archiepiscopus Remensis, qui medio sæculo ix. florebatur; is quippe *Oper. tom. 1. pag. 716.* nonnullis præmissis à suo Clero custodiendis, statim subjungit: *Hæc omni anno investiganda sunt à Magistris, & Decanis Presbyteris per singulas matrices Ecclesias, & per Capellas parochia nostre, & nobis Capitulis julii renuntianda. Similiter etiam investigandum, & renuntiandum est nobis, qualiter observentur & custodiantur illa, quæ capitulatum observanda Presbyteris declinamus.*

III. Adumbrata ab Hincmaro Synodalium Testium lineamenta clarius explicavit Regino, Abbas Prümensis, qui, labente eodem sæculo ix. scripsit. Modum & formam describens *Regino lib. 2. de Eccles. disc. cap. 2.* visitanda ab Episcopo Dioecesis, illud inter cetera faciendum monet, ut in qualibet rurali parochia quadam velut particularis Synodus congregetur

ex omnibus ejusdem parochiæ Sacerdotibus, Clericis, aliisque gravibus & prudentibus viris; è quibus septem ab Episcopo, alii, sellegendos Testes Synodales, qui juramento constructi ad renuntiandum quidquid explorati habeant, singillatim ab eodem Episcopo interrogentur de criminibus & abasibus, in ea parochia grassantibus. Secundum hanc formulam suas visitationes instituit Uldaricum Episcopum Augustanum, narrat Gerardus, Scriptor sæculi x. in *epist. vita 6. numer. 27.* apud Mabillon. *Act. Benedict. sæculi. 9. pag. 428.* *Venerita edit.* & Baluzii *ad Reglorum pag. 577.* se opinari, asserit, eandem formulam per omnes Occidentis regiones fuisse acceptam; atque inde factum est, ut Burchardus, & Gratianus suo quisque Decreto, hunc Canonem insererent: *Episcopus, in Synoda residentis post congruam allocationem, septem ex plebe ipsius parochiæ, vel eo amplius, prout districti expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in audium debet evocare, & allatis Sacrorum pigmentibus, unumque eorum in forum tali sacramento constituit: Amodo in antea quidquid nocet, aut auditus, aut postmodum inquiritur, er, quod contra Dei voluntatem, & rectam Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum est, nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter parentum, ullatenus ceteris Episcopum: Burchardus lib. 1. cap. 91. & 92. Gratian. *Can. 7. cau. 23. quest. 6.**

IV. Ne verò hac salubris disciplina, quæ fortasse sæculo xiii. cerniti coeperat, obsolesceret, Innocentius III. in Concilio Lateranensi *cap. 6. tom. 7. Collectionis Harduini col. 23.* manda-



vit, ut in Synodis Provincialibus, quotannis celebrandis, Synodales Testes pro quolibet de provincia Dioecesebus constituerentur, ut unusquisque sibi commissam perlustraret, quodque corrigendumprehenderet ad tutam Provinciale Synodum deleret: *Per singulas Dioeceses (aut) statuantur idoneae personas, providae videlicet, & honestas, quae per talium animum, simpliciter, & de plano, absque ulla jurisdictione, solliciti investigent, quae correctione, vel reformatione sint dignae; & ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & suffraganeos, & alios in Concilia subrogatos, ut super his, & aliis, prout utilitati & honestati congruarit, provida deliberatione, procedant; & quae statuerint, faciant observari.*

V. Quamquam autem Innocentius III. de solis meminerit Testibus, à Provinciali Synodo designandis, non propterea tamen antiquum morem abrogavit, ut à quolibet etiam Episcopo in sua Dioecesa Synodo deputarentur; quare posteriora Concilia, se ad Innocentii Instituta, ut par erat, componant, in utrisque sacris Comitibus Testes designandos, aut expressè edicunt, aut certum & usitatum jam ponunt. Concilium Salzburgense, habitum anno 1420. c. 2. Collectionis Harduini tom. 8. col. 960. sancivit: *Sacro approbante Concilio, ordinamus, ut omnes & singuli nostri Suffraganei, in proximis ipsorum Synodis per singulas Dioeceses, prout & nos in nostra proxima Synodo Salzburgensi ordinavimus, sub pena suspensionis à Pontificali officio, studeant personae idoneas, probas videlicet & honestas, in Testes publicos, sive Synodales ordinare, qui per totum annum simpliciter, & de plano, absque ulla jurisdictione, solliciti investigent, quae correctione &*

*reformatione sint digna, & ea fideliter referant ad Provinciale Concilium, aut Synodum Episcopalem, ut correctione digna animadvertant, nec congrua puniantur.* S. Carolus Borromaeus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. anni 1576. pari. 7. cap. 6. Actor. pag. 179. decrevit: *Ut Testium Synodaliū minus, rucubi intermissum est, restituantur, atque non nomine solum, sed certis officiis paribus recit per eos geratur, quibus in Synodo, vel Provinciali, vel Dioecesi committitur.* Concilium Avenionense anni 1394. cap. 4. Collectionis Harduini tom. 10. col. 1878. idem, ac ferè totidem verbis repetit, quod S. Carolus sanciverat.

VI. Ut porro sine mendatio & dolo munus suum expleant, antequam illud assumant, iurjurandi religione electi Testes obstringuntur, ad omnia, quae resolverint, & emendanda existimaverint, ingenuè & sincerè Episcopo renuntianda, juxta juramenti formam, statutam in Synodo Dioecesa Salzburgensi, habita post praedictam Provinciale, eodem anno 1420. quae extat eodem tom. 8. Harduini col. 897. atque similem, praescriptam à S. Carolo Borromaeo cit. capit. 6. Concilii Provincialis Mediolanensis IV. de qua etiam González in cap. Praeterita litt. C. de Testibus cogendis, quoque non multum discrepant ab ea, quae habetur in alleg. Can. Episcopus in Synodo.

VII. Sæpius laudatus Franciscus Bonhomius in suis decretis generalibus Reformationis Ecclesiasticæ edit. Colan. ann. 1598. postquam plurimum commendavit Synodaliū Testium utilitatem, pag. 129. formam & ipse exhibet juramenti ab illis prestandi. Rationem autem emissi juramenti Testes

Syn-

Synodales recensentur quodammodo inter publicos Officiales, quibus in iis, quae pertinent ad munus, ad quod sunt à republica destinati, plena fides habetur; quod tamen ita limitandum, docet Massobrius de Synod. Dioeces. cap. 4. dub. 26. & tribus seq. ut non procedat, cum aut agitur de crimine, gravi poena coeurendo, aut cum de crimine denuntiatus, se alias innotem probat; quo in evento puniendus est Testis, tanquam perjurus.

VIII. Verum ea est rerum humanarum conditio, ut non omnia, quae optima sunt semper in præxim deducti valeant. Synodaliū Testium utilitatem jure meritoque extollunt sanctissimi Ecclesiae Canones, eamque optimè cognovit S. Thurbilus in sexta Synodo Dioecesa Linensi, habita anno 1390. cap. 17. tom. 4. Collectionis Cardinalis de Aguirre pag. 457. iniquens: *Ratio, ob quam sancti Patres justè & tamè instituerunt, ut Synodi singulis annis fierent, erat, ut in eis tractetur correctio & emendatio malorum morum, atque bonorum reformatio, & ut in eis constituantur, quod expedit ad bonum regimè animarum, & de rebus ad Episcopatus pertinentibus. Et, ut quod ordinaretur, & fieret in eadem Synodo, cum majori efficacia adimpleretur, ac desideratum sortiretur effectum, statuerunt, ut singulis Episcopatibus constituerentur, & nominarentur Testes Synodales personae idoneae, & bonae, quae per totum Archiepiscopatum, quisque in districta sibi assignato, magna diligentia inquirant, qualiter servetur & adimpleretur quod in Synodis constitutum & præceptum est. Et nemo profecto est adeo lebevis ingenii, qui non videat, quantum illorum opera ad rectam conferrèt Dioecesis administrationem; multis siquidem malis ob-*

viam ferret, si Episcopus ex relatione hominum intergritas illi illa praescriberet. Et nihilominus difficile, ne impossibile dicam, est hujusmodi homines invenire, qui velint id munus capessere; enimvero quamquam, ut omnem ab illis arcerent invidiam, jamdiu coeperint Episcopi Testium nomina in Synodo non publicare, eorumque juramentum secreto excipere; quod & fieri permittit citatus Bonhomius, & à multis Episcopis factum, asserit Gavantus in sua præxi in annotat. ad cap. 37. non propterea tamen, quos exoptassent, allicere poterunt ad praedictum munus acceptandum. Praesto siquidem ii essent, qui illud affectarent, ut eharitatis & zeli praestarent, possent pro libito huic aut illi sibi in viso, falsum crimen appingere; sed vix verè probi & integerimi, qui omni seposito humano affectu, veritatem investigent, eamque sincerè Episcopo, toto charitatis studio, aperiant, desiderari quidem possunt, sperari tamen non possunt. Quare, ut ait Praesecius in præxi Episcopali part. 2. cap. 2. n. 9. Synodales Testes ferè ubique desueverunt, in eorumque locum suffecti sunt Focales Episcoporum, & Decani, hoc est Vicarii Foranei, qui utique, quemadmodum benè animadvertit Van-Erpen Jur. Eccles. univers. tom. 1. part. 1. tit. 18. cap. 3. num. 12. si doctrina, pietate, prudentia, & zelo praestarent, ac munus suum diligerent obtinerent, Synodaliū Testium defectum supplerent & compensarent.

CA-

## CAPUT IV.

## De Punctatoribus.

Comperitum est omnibus, in historia Ecclesiastica vel medioeriter versatis, nomina Beneficiorum, & Præbendarum incognita fuisse prioribus Ecclesie sæculis, cum bonorum, & reddituum omnium Ecclesiasticorum cura & administratio ad solos pertinebat Episcopos, à quibus, statutis temporibus, juxta præscriptam à sacris Canonibus mensuram, inter Clericos dividebantur; quia vero hujusmodi divisio singulis mensibus fiebat, ideo mensura appellata est à S. Cypriano *epist. 28*. Hæc deinde Beneficia, & cuique Clericorum sua assignata Præbenda, ex cuius fructibus, quoad viveret, alteretur; ne Præbendam assèquuti ab Ecclesie servitio se impune subtraherent, loco divisionum mensurarum insititæ sunt distributiones quotidianæ, certæ videlicet reddituum portionem, ex singulorum præbendis plerumque detractæ, illis dumtaxat eroganda, qui Divinis intersunt. Et ne hæc ipsa disciplina pedetentim relaxaretur, Bonifacius VIII. in *cap. unico de Clericis non residentibus*, in 6. omnem illi contrariam consuetudinem, quæ jam alicubi cooperat insolere, tamquam abustum & corruptelam improbat; statuitque, ut in nullo eorum eventu quotidianas distributiones lucratur, qui per ipsa Horis Canonici, ceterisque Ecclesiasticis functionibus non adest; illi solum exceptis, quos infirmitas, seu *justa, & rationabilis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesie utilitas excusaret*; ubi, nomine *justa, & rationabilis corporalis necessitatis*, Doctores intelligunt injustam detentionem in carcere,

injustam excommunicationem, aliamve censuram, & grave periculum, ab insidante inimico imminens Beneficario, si domo egrediatur; quemadmodum, nomine *utilitatis Ecclesie*, solam venire utilitatem ejus particularis Ecclesie, ubi quibus Beneficium possidet, & verosimilius etiam Ecclesie universalis, iidem Doctores communiter tradunt; recte simul notantes, neminem, ab infirmitate, aliave ex indicatis causis impeditum à suo ministerio, Ecclesie præstando, lucrari quotidianas distributiones, nisi antea consueverit eidem interservire, ac Divinis Officiis interesse; quæ omnia enucleatè explicantur à Covarr. *lib. 3. Var. c. 13. Moneta de distribut. quotidianis part. 2. à quest. 5. usque ad 18. Vazquez opuscul. de Benefic. cap. 4. Garcia de Benefic. part. 7. cap. 15. Pithing. ad tit. 4. lib. 5. Decretal. sect. 2. per tot. Bonifacii Constitutionem instauravit Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de reform.* & quo religiosius custodiretur, omnem prohibuit inter Beneficarios collisionem, seu remissionem; vetuit nimirum, ne Beneficarij aut amissas ab absentibus distributiones, quæ presentibus accrescunt, ullo pacto condonent, aut de illis condonandis, seu postquam presentibus tradite sunt, restituendis, quoquo modo inter se paciscantur; de qua re lidem citati Doctores, aliaque apud Barbosa in *collectan. ad idem Tridentini cap. num. 108. & seq.**

II. Verum facillè eluderentur tot salutares Constitutiones, nisi in singulis Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, certè & designati forent Canonici, seu alio quocumque nomine nuncupentur Beneficarij, quibus onus incumberet accurate adnotandi, quot in Choro, aliisque sacris functionibus desiderantur, & quibus nomi-

minatim diebus, aut à quâ speciatim Divini Officii parte hic aut ille se subducatur. Qui verò ad ejusmodi munera destinantur, olim dictos fuisse *Obedientes*, quasi ex mera obedientia in visum manus subleant inquirendi in aliorum negligentiam, ex quodam diplomate Innocentii III. colligi autumat Petrus Moretus in suo opere *de ritu dandi Presbyterium part. 1. sect. 5. num. 3*. Nunc autem communiter vulgò dicuntur *Punctatores*; atque ad illi muneri in singulis Ecclesiis duo plerumque delinuntur, tum ut uno impedito, alter non desit, tum potissimum, ut aliquis à Choro absentiam ambo uniformiter tentantes, omnem à se removeant suspensionem frandis. Ex his duobus, unum deputandum à Capitulo, alterum ab Episcopo, decrevit S. Carolus Borromæus in primo Concilio Provinciali Mediolanensi *tit. de officio Punctatoris, part. 1. Act. Eccl. Mediol. pag. 29*. "Ut autem phoc officium melius exerceatur, neminique aliquid injuste aut semitam adiri possit, præter electorum à Capitulo, alter Punctator ab Episcopo creatur;" quibus vestigijs laudabiliter & sanctè plures alij Episcopi imitaverunt.

III. Neque hac sola diligentia contentus S. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi *IV. part. 2. act. Eccl. Mediol. part. 1. pag. 160*. juramentum ab hissem præstari voluit, hisce verbis conceptum: "Ego N. Punctatoris officium, quod suscepti, per hæc sancta Dei Evangelia juratus, usque promitto ac spondeo, me fideliter & sincerè, quantum in me necesse, executurum. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia, *vel si juret super sacras Reliquias*; & hæc Sanctorum pignora." Atque, universim loquendo, electos in Punc-

Tom. I.

tatores, priusquam officium assumunt, esse jurandum obstringendos ad illud fideliter obeundum, edixit sacra Canonum Concilium in *Maceraten. Venerationis sacrosancti libanum, 16. Aprilis 1664. ad sextum dubium lib. 22. decretor. pag. 170. & in Carulea. Jurisdictionis, 16. Novembis 163. 26. decretor. pag. 728*. Cumque po- tea dubitatum fuisset, coram quo prædictum juramentum præstandum esset; sacra Congregatio præstandum censuit coram illo, à quo Punctator esset electus; in causa enim *Sinen. Officiorum*, die 13. Julii 1636. proposito sequenti dubio: "An qui Punctatoris munere fungi debet, teneatur, & cogi possit ad præstandum juramentum in multis Archiepiscopis, & in Capitulo, vel saltem vultro modo, de fideliter exequendo dictum munus;" sacra Congregatio respondit: *Divinatorem teneri jurare coram Deputante*.

IV. Præterea S. Carolus Borromæus, quo magis magisque securus fieret de Punctatorum diligentia & fidelitate, non solum eos jurare voluit, cum Punctatoris officium capessunt, sed & idem juramentum renovandum, statuit, in prima Synodo Diocesana, quam contingat celebrari, dum ipsi idem officium gerunt; "Quod de Punctatorum juramento, (ait *loc. cit. pag. 160*.) in Concilio Provinciali I. sanctum non est, id & ab iisdem, & ab unoquoque item Punctatore, qui vel nescit diei, vel fueris, vel Anniversariorum, vel Processionum, vel aliorum denique Divisionum Officiorum causa, etiam in Collegiatis, aliisque Ecclesiis constitutus est, præstetur, non modo cum Punctatoris officium suscipiunt, verum etiam in publico Diocesane Synodi conventu, qui habebitur, dum

aip



ipsi id officium gerunt; quo religiosius unusquisque eorum excusetur, nead debitum in munere suo obsecando, diligentiussimum officium cum fidelitate conjunctum adhibendum.

V. Hec consuetudo jurandi in Synodo, quæ à Mediolanensi in plures alias partes Ecclesias est propagata, unica causa fuit, cur Doctores, de Synodo tractantes, etiam Punctatorum meminerint. Ceterum, ubi ea consuetudo non viget, nullo jure tenentur Punctatores juramentum, quod semel præstiterunt, iterum in Synodo amittere; ac proinde non recenseantur inter veros Synodi Officiales, neque alia ratione ad Synodum perscrutari queunt, nisi fortassis, quia de illis aut restituendis, sicuti non deputantur, aut corrigendis, si officium suum negligenter, in Synodo agenda foret. De Punctatoribus, de distributionibus, de causis, ob quas abentes possunt eas lucrari, de collatione, aut remissione illarum vitandis, fusc à nobis actum est in nostra Institut. 107.

## CAPUT V.

## De Judiciis Synodalibus.

Cuncta per mundum novit Ecclesia, quantum quorundam sententia ligata Pontificum Sedes Beati Petri Apostoli sui habere resolvit, nisi quod de omni Ecclesia sua habeat judicandi, neque cuiquam de eius licet judicare, sicuti ad illam de qualibet mundi parte Canonis appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permittus. Ita epist. 7. ad Episcopos Dardaniæ anno 495. scripsit Gelasius Papa romæ. 2. Collectionis Harduini col. 909. ejus auctoritatem Nicolaus I. allegavit epist. 8.

ad Michaëlem Imperatorem tom. 5. Collectionis Harduini col. 167. inquit: « Patet profecto, Sedis Apostolicæ, cujus auctoritate major non nest, iudicium à nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat judicare iudicio. Siquidem ad nullam de quolibet mundi parte Canones appellari voluerant, ab illa autem nemo sit appellare permittus. » Est autem ejusmodi appellationum jus adeo necessario contentum cum Romani Pontifici in universam Ecclesiam jurisdictionis primatu, ut nemo possit illud in controversiam adducere, nisi & hunc velit perferre iudicari, etiam cum primatus prerogativa Romanus Pontifex sit supremus in Ecclesia iudex, cuique datur per appellationem ipsius implorare iustitiam, ab inferioris quilibet sententia Superioris tribunal adire, omnibus concessum esse ipsa naturalis æquitas dicit, & persuadet. Ophredæ Stephanus Tournacensis epist. 162. tom. 25. Biblioth. Patr. pag. 24. in hoc appellationis communi refugio, ait consistere dignitatem Ecclesie Romanæ: & S. Bernardus epist. 198. quæ est ad Innocentium II. tom. 1. Oper. col. 190. in eodem usum, affirmat, pretiosioris gemmarum, quæ in Pontificia emicet Thilara: « Hoc, inter cætera vestri singularis privilegii insignia, specialibus, nobilibusque nobilitatibus vestrum, & incultum reddit Apostolorum, si veripiti pauperem de manu fortioris vejus. Nulla, meo iudicio, in corona vestra pretiosior gemma acio illo venio, quo amularetis visis oppressos, nec relinquitis virgum peccatorum super sortem iustorum. »

II. Appellationibus, quæ utroque ad Sedem Apostolicam temper delatae sunt, alia insuper Romani Pontificibus accessit cura, audiendi

mirum, etiam in prima instantia, causas eorum, qui ab Episcoporum jurisdictione subtrahi Apostolicæ Sedis immediatè subduntur. Verum optime perpendentes iudem summi Pontifices, non facile esse de rebus, in longinquis regionibus emergentibus, iterum Romæ institui iudicium, ad quod testium necessariae persone, vel propter ætatem, vel propter senectutis infirmitatem, vel nullis aliis impedimentis, adduci non poterunt, sicuti ad Celestinum I. scripserant olim Africani Episcopi epist. 2. n. 7. inter Epistolas Celestini, ex recensione Petri Constant. col. 1061. gravioribus proinde causis tantum suo iudicio reseratis, alias levioris momenti iudicibus in paribus delegare consueverunt; cujus delegationis multa, & præclara exempla nobis suppediant epistolæ Alexandri III. ad Petrum Abbatem Sancti Remigii, & alios, editæ à Jacobo Sirmondo post epistolas Petri Abbatis Cellensis Oper. varior. tom. 3. in fin. Cum autem Innocentius III. experientia didicisset, quod nonnulli gratia Sedis Apostolicæ abentes, litteras ejus ad remotos iudices impetrare niterentur, ut reus satigatus laboribus, & expensis, illi cedere, vel importunitatem actoris redimere compelleretur; ut huic dolo aditum occluderet, in Concilio Lateranensi statuit: « Ne quis, ultra duas dietas extra suam Dioecesim, per litteras à Apostolicis, ad iudicium trahi possit, nisi de assensu Partium fuerint impetratæ: » ubi habetur in cap. Nonnulli, 28. de scriptis.

III. Magis adhuc, quam Innocentium, litigantium commodè prospexit Bonifacius VIII. in cap. Statutum, de scriptis in 6. decernens, ut si actor, & reus eisdem civitatis, seu Dioecesis fuerint, extra ipsas causas à Sede Apostolica non committatur, nisi

in duobus casibus, ibidem nominatim expressis, in quibus extra dietas civitatem, & Dioecesim ita causam committi permittit, ut nullus eorum ultra unam dietam à fine suæ Dioecesis valeat conveniri; statimque subiungit: « Cum autem actor, & reus civitatis, & Dioecesis fuerit diversarum, si actor in civitate, vel Dioecesi rei, iudicem habere recuset, ipsum, novem sua, vel in alia civitate, vel Dioecesi liberè impetrare valeat... diuimodo locis, ad quem eum traxerit, ultra unam dietam, sicut in casu alio præmittitur, minime sit remotus. » Ad hec, ut Apostolicæ delegationes viscerent, non alii causas committi voluit idem Bonifacius, nisi personis in dipitate Ecclesiastica constitutis, aut Personarum, vel saltem Canonicum in Ecclesiis Cathedralibus obtinentibus; à quibus præterea non alibi causas audiri, & definiti mandavit, nisi in civitatibus, aut locis insignibus, ubi litigantium juris Periti adesse queant: « Sanctius igitur (ait in eod. cap. Statutum) ut nullis, nisi dignitate præviditis, aut Personarum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonice, cause, auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ejusdem, de extero committantur, nec audiantur alibi, quam in civitatibus, vel locis insignibus; ubi possit commodè copia Peritorum haberi.

IV. Bonifacii Constitutionem renovavit Concilium Tridentinum sess. 26. cap. 10. de reform. utque magis adhuc Sedes Apostolica securæ foret de scientia, prudentia, & probitate personarum, quibus causas extra Urbem iudicandas committit, eidem Constitutioni nonnulla sapientissimè adiecit: « Quoniam (verba sunt Tridentini) nob multitudine petentium suggestio-

copus, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, in quibus causæ mandantur, usque adeo haberi non potest hincque interdum in iudicibus, non undequaque idoneis, & quæ in partibus delegantur; statuit sacra Synodus, in singulis Conciliis Provincialibus, aut Diocesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant, iuxta Constitutionem Bonificii VIII. quæ incipit *Statutum*, & alioquin ad id aptas designari; ut præter Ordinarios locorum, his etiam posthac causæ Ecclesiasticæ, ac spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes, in partibus delegandæ committantur. Et nisi aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituit Ordinarius loci, cum consilio Capituli, alium in eius locum, usque ad futuram Provinciale, aut Diocesanam Synodum; ita ut habeat quæque Diocesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac ut supra, qualitates, quibus huiusmodi causæ à quolibet Legato, vel Nunzio, natque etiam à Sede Apostolica committantur; alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad summum Romanum Pontificem transmittant, delegationes nequocumque aliorum iudicum, aliisquam his factæ, subreptitæ censentur.

V. Itaque inter graviora negotia, in Diocesana Synodo ab Episcopo tractanda & expedienda, recenseri debet deputatio iudicum Synodaliū, quorum nomina ad Sedem Apostolicam rubine transmittantur. Non est tamen necesse, ut in præfatos Iudices, ab Episcopo in Synodo deputatos, ipsa Synodus consentiat; quantum non dixit Tridentinum, eos designandos à Synodo, sed in Synodo; quapropter Tridentini decreto satisfaciē Episcopus, si Synodi consilium exposcat, etiam ex causis sibi notis, illud amplecti postea noluerit; quemadmodum, cum aliquem ex deputatis in Synodo mori contingit, debet quidem Episcopus, priusquam alium in eius locum substituat, exquirere Capituli consilium, sed non tenetur illud sequi; quia non consensus, sed consilium duntaxat Capituli Tridentinum exigit, quod bene probat Paganus in cap. Cum olim, l. 1. num. 15. & seq. de privilegiis, atque à sacra Congregatione Concilii declaratum refert Gallemart ad cit. cap. 10. sess. 25. num. 3. Generatim enim loquendo, quibus in actionibus, et deliberationibus, Œcumenica Synodo Tridentina, aut Provincialibus Conciliis constitutum est, de Capituli, Clerici consilio aliquid agendum esse, non propterea tamen illud sequendi necessitatem sibi impositam esse, Episcopus existimet, nisi in illis tantum, de quibus id spectatum, nominatimque cautum est.

VI. Præfati Tridentini decreti executionem, quam certè & litigantium indemnitati consilium, & ad rectam conferre iustitiæ administrationem, nemmo est qui non videat, præ cæteris, summopere in calcantur Joannes Franciscus Benhomius in citatis decretis generalibus reformationis Ecclesiasticæ edition. Colon. ann. 1585. p. 115. & Cardinalis Gabriel Palaotus Archiepiscopus Bononiensis in suo Provinciali Concilio, habito anno 1586. ubi simul monuit, ut factæ in Synodo iudicum electiones illico summo Pontifici notificarentur: «Huiusmodi autem nominationes, sive electiones, in singulis Ecclesiis factas, unusquisque Episcopus ad summum Pontificem

nem

statim transmittere curabit, ut eisdem Apostolica auctoritate causæ delegentur, & delegationes quæcumque aliorum iudicum, aliis, quam illis factæ, subreptitæ censentur. Et nihilominus in sacra Congregatione Concilii Archivo nullus extrat catalogus iudicum Synodaliū, qui ab Episcopo fuerit ad Sedem Apostolicam nunquam transmissus, neque alius hujus rei invenimus exemplum, præter unicum, adnotatum à Cardinali Bellarmino ad cap. 20. sess. 21. Concilii Tridentini. Ex hac porro Episcoporum incuria fit, ut Sedes Apostolica causas in partibus personis committat in dignitate constitutis, ad solam normam cit. cap. Statutum, nulla habita ratione iudicum Synodaliū, quorum nomina ignorat, sicuti ad rem perpendit Barbosa ad dictum cap. 20. Tridentini num. 25. scribens: *Decretum hoc de committendis causis solis iudicibus Synodalibus respectu Pæpæ in usu non est, cum adhuc frequenter iste committere soleat causas aliis personis tam in dignitate Ecclesiastica constitutis, quam deputatis in Synodo; sed id verisimiliter ex eo procedit, sive quia sit supra Concilium, sive quod Diocesani Episcopi ex sua parte etiam non curant, ad summum Pontificem transmitti nominationes, & designationes iudicum, à Synodo factas, quod statim iuxta hoc decretum facere tenentur, & sic Pæpa ex quadam quasi necessitate iustitiæ admittenda, decretum non observat.* Et tamen sepius Episcopi conquesti sunt apud sacram Congregationem Concilii, quod à Sede Apostolica delegationes fierent personis minus idoneis, perinde ac si ipsimet non essent hujus abusus præcipua causa. Id autem dissimulavit sacra Congregatio; & ne moneat sui deesset, monuit, Officiales ad quos pertinet, ut

Tom. I.

in causis, in partibus committendis, omnino morem gererent Tridentino. Ita à sacra Congregatione rescriptum fuisse ad Turritanum Antistitem die 3. Februarii 1637. legimus lib. 12. decretor. pag. 163. à terg. *Significatum est Ministris hujus sanctæ Sedis pro commissione causarum in partibus, ut eas nomini ab Archiepiscopo in Synodo ad præscriptum cap. 10. sess. 25. de reform. designari, & notificandis committant.* Idemque & nos fieri curavimus, dum ejusdem sacre Congregationis Secretarii munere fungebamur, etenim, cum Episcopus Portogalensem postulasset, ut causæ solis committerentur iudicibus, in Synodo electis, nequaquam autem, ut antea fieri solebat, Proto-notariis Apostolicis, inter quos vultu reperiebatur indocii & imperii, & hæc instantiam nos retulerimus ad sacram Congregationem, hæc die 17. Novembris 1725. rescripti, à Domino Cardinali Præfecto serio agendum esse cum Cardinali Pro-Datario, ut à suis Administris addmissis servari mandaret Tridentini sanctionem. Sed si Episcopi nomina iudicum in Synodo deputatorum Sedi Apostolicæ non manifestant, sibi imputare debent, quod commissiones ad minus peritos quandoque dirigantur. Officiales enim sanctæ Sedis divinare non possunt, quinam in hac, aut illa Diocesi idonei sint ad Apostolicas commissiones ritè subeundas; ac propterea Apostolicas litteras ad eos dirigunt, quos audiunt aliquo specioso titulo condecoratos, quamvis non ignorent, sub specioso tituli cortice hincque aliquid latere satis rudes & crasses.

VII. Neque à iudicibus Synodalibus eligendis Episcopos remorari debet timor, ne illi quoddam quasi tribunal erigant, quasi aliquam jurisdictionem statim adepti essent; nam sacra

13

era



congregatio Concilii in causa Januensi die 15. Martii 1601. lib. 9. decretor. pag. 174. iam statuit: *Personas designandas in Synodo esse cop. 10. sess. 25. aut delegationem, nullam habere jurisdictionem*; quomodo, ut omnem ab illis arceret ambitionem ostentandi tribunal proprium cum propriis administris, eadem sacra Congregatio in causa Alben. die 15. Januarii 1666. lib. 19. decretor. pag. 344. a tergo dixit: „In huiusmodi appellationum causis, ad Iudices Synodales delatis, adhibendus esse

Notarios Curie Episcopalis. Unum diamtaxat impedimentum esse potest Episcopis, ne Synodali Iudicium nominio ad Sedem Apostolicam mittant, prætermisso scilicet tam Provincialium quam Episcopali Synodorum, in quibus essent illi designandi; quamvis enim à Tridentino facultas Episcopis data sit, Iudicibus in Synodo electis, & mox decedentibus, alios cum consilio Capituli, substituendi; dicaturus usque ad novam Synodum, qui ceteroquin, tempore à Tridentino statuto, sit habenda; nulla tamen illis potestas facta est novos Iudices deputandi, cum aut nulli in Synodo deputati sunt, aut nulla habita est Synodus, in qua deputari poterint, aut effluxit iam tempus, intra quod iuxta Tridentini decretum, nova Synodus fuisset habenda. Verum ne Dioeceses in Synodalibus Iudicibus diu careant, etiam in his eventibus modus suppedit Episcopis illos nominandi; si enim potestatem, quom ceteroquin non haberent, à sacra Congregatione Concilii petant, eique simul causas exponant, propter quas Synodum celebrare nequeunt, hæc facultatem illidem impertiet Iudices Synodales, cum consilio Capituli, designandi; sicuti factum cum Archie-

piscopo Januensi, constat ex actis sacrae Congregationis lib. 19. decretor. pag. 171. ubi hæc leguntur: *Januensi, Dubium Iudicium Synodali. Sacram Concilium Tridentinum cap. 10. sess. 25. de reform. statuit: in singulis Conciliis Provincialibus, aut Dioecesanis &c. Et si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci, cum consilio Capituli, alium in eius locum, usque ad futuram Provinciale, aut Dioecesanam Synodum.*

VIII. „Occurrit in his terminis casus in Dioecesi Januensi, in qua per plures annos non fuit celebrata Synodus Provincialis, aut Dioecesana. Propterea Eminentissimus Archiepiscopus, dubius de facultate, si aliquem interim mori contigerit, substituendi alium in eius locum reverenter recurrit ad hæc sacram Congregationem pro declaratione, an valeat, uti dicta facultate substituendi alium, si Synodus tam Provincialis, quam Dioecesana, non fuerit intra tempus à Concilio præscriptum sess. 24. cap. 2. de reform. celebrata. Unde expetit sapientissimum oraculum. EE. VV. ut declaretur, an, & quomodo valeat Eminentissimus Archiepiscopus procedere ad substitutionem Iudicium Synodali in causa &c.

„Die prima Junii 1669. Sacra Sacra in casu de quo agitur, petitionem facultatem substituendi, cum consilio Capituli, Eminentissimo Archiepiscopo oratori imperita est.

IX. Quæ hæcenus enarravimus, omnia à nobis indicata fuere in nostra Epistola encyclica, quam, post supremum Ecclesie clavum susceptum, die 26. Augusti 1741. dedimus ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ubi methodum illis præscriptam

mus designandi Iudices Synodales tam in Synodo, quam extra Synodum, & modum simul ostendimus, quo eorum nomina Sedi Apostolicæ notificare debeant, ut hæc viris probis, & doctis causarum cognitionem, in partibus delinceps committere valeat, uti videri potest in citata nostra epistola, quæ est 28. in nostra Bullario tom. 1.

## CAPUT VI.

## De Iudicibus Conservatoribus.

Regularium Ordines, plerique Universitates, ac nonnulla quoque Canonico Collegia, inter cetera privilegia, quibus à Sede Apostolica sunt exornata, hoc etiam gaudent, ut Iudices eligant eorumdem privilegiorum Conservatores. Non deputantur eiusmodi Iudices in Synodo; & nihilominus connexionem habent cum Synodo, quia desumendi sunt à coetu Iudicium Synodali, de quibus in præcedenti capite actum est, juxta Constitutionem 9. Gregorii XV. Bullar. tom. 3. pag. 440. cujus verba sunt 4. 2. „In futurum vero Sanctitas sua hac generali, & perpetua, nullius in futurum Constitutione, statuit & decrevit, ut Iudices Conservatores huiusmodi, sive principales, si ve subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris sui, quæ includit Statutum, ita ut vel dignitate, Ecclesiastica præditi, vel Personatum oblineares, vel Ecclesiasticum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut Dioecesanis, juxta decretum

„Concilii prædicti, Iudices electi, seu designati sint. Et §. 3. subdit: „Ceterum, ut latius pateat Conservatorum huiusmodi diligendorum facultas, Sanctitas sua Ordinatos, voluit omnes locorum Administratos, ut in Synodis Provincialibus, aut Dioecesanis, quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii Prædecessoris contentas, & aliquot ad id actas designari precurent; & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci, cum consilio Capituli, alium in eius locum, usque ad futuram Provinciale, aut Dioecesanam Synodum. Et postquam sequenti §. 6. iterum Pontifex edixit, ne quispian in Conservatorem eligatur, qui inter Iudices Synodales non numeretur; præcipit, ut nomina Conservatorum, quos Regulares elegerunt, Curie Episcopali exhibeantur: *Ejusque lectionis, seu assumptionis documentum infra tempus huiusmodi, videlicet sex menses, post Acta Curie Ordinariorum exhibere & dimittere tenantur; aliquot, ex ipso termino elapso, quantum Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, eoram eisdem Ordinariis conveniantur.*

II. Neque hæc Constitutione quidquam de novo Gregorius sanavit, sed sanctiones, quæ iam antea emanaverant, confirmavit; etenim, ante Gregorii XV. Pontificatum, hoc est anno 1614. sacra Congregatio Concilii, apud Gavatum in præf. Dioec. Synod. in amos. ad cap. 30. etiam hæc de causa oportere dixerat, ut in Synodis Dioecesanis, celebrandis ab Episcopis Mediolanensis provincie, ad quos suas litteras direxit, plures deputarentur

Judices Synodales, ut nimirum liceat Regularibus, quos vellent, ex illis seligere, suorumque privilegiorum Conservatores constituere. Quae autem à Conservatoribus, qui inter Judices Synodales non recensentur, antea gesta fuerant, eadem sacra Congregatio ad cautelam convalidavit, *perinde ac si à Conservatoribus legitime deputati, processissent.* Quod profecto indicio est, illam jam tum minus firma, & mutata sacra Congregationi visa fuisse.

III. Si autem in Dioecesi nulli reperiantur Judices Synodales, tunc ne Regulares (quod de Regularibus dicimus, de aliis eodem privilegio fruentibus est semper intelligendum) suo sine culpa priventur jure, poterunt, quem maluerint, in Conservatorem assumere; modo tamen qualitatibus praesent, quas Bonifacius VIII. in *vis. c. Statutum* exposcit, atque in reliquis omnia serventur, quae à Gregorio XV. praescribuntur, ut docent Pagnanus in *cap. Sane, II. num. 57. de offic. Judicis delegati, & in cap. Si Clericus, num. 57. de foro competentis, & Nidus de Conservatoribus c. 3. part. 7. num. 7.* At si postea Synodus celebretur, in qua Synodales Judices constituantur, statim cessat jurisdictionis praedictorum Conservatorum, iterumque à Gregoriana Constitutione adiunguntur Regulares ad aliquem eligendum ex designatis in Synodo, quod, teste Monacello *tom. 4. pag. 21. num. 227.* saepius declaravit sacra Congregatio Concilii, & praesertim in *Vladislevien. 16. Januarii 1649. lib. 18. decretor. pag. 574.* & in alia causa *Ordinis Minorum Observantium die 10. Decembris 1661. lib. 22. decret. pag. 777. à tergo.*

IV. Dubitatur autem, an extra Judicum Synodaliū coetum, facultatem habeant Regulares, aliquem in Conservatorem sibi eligendi, qui majori praesulgeat Ecclesiastica dignitate, puta Episcopum, Archiepiscopum, aut aliquem ex S. R. E. Cardinalibus. Afirmant plerique Doctores, inihi perspicuo textu in *cap. fin. de offic. delegati, in 6.* ubi Bonifacius VIII. non solum permittit, sed disertè praecipit, ne de cetero Conservatores deputari possint, nisi Episcopi, vel eorum Superiores, aut Abbates &c. Eandemque olim fuisse sententiam sacrae Congregationis Concilii, siquet ex citato Decreto anni 1614, relato à Gavanto, ubi expressè ait, praeter Judices Synodales, posse in Conservatores assumi, *Episcopos, atque illis Superiores, eorumque Generales Vicarios.* At rectius opinantur alii, ejusmodi sanctionibus derogatum esse à posteriori Constitutione Gregorii XV. quia Regularium libertas ita quoad hoc est coarctata, ut neminem in Conservatorem eligere valeant, qui Judicibus Synodaliū non annumeretur, & omnis electio Conservatorum, facta contra formam ibidem statutam, nullius roboris esse decernitur. Non immerito tamen ad haec reponere possent Regulares, facultatem sibi datam à Bonifacio VIII. tunc saltem reviviscere, cum in Dioecesi nullus adest Index, in Synodo deputatus, aut ab Episcopo necessaria facultate instructo, in Synodaliū locum suffectus.

Verum, quidquid sit, an possint Regulares in Conservatorem assumere Episcopum, aliumve majori praeditum dignitate, qui forè in Dioecesi conveniretur, certum esse videtur ab eodem, in una Dioecesi existentibus, in Conservatorem eligi non posse alterius Dioecesis Episcopum; ejusmodi enim electiones saepius improbatas fuisse à sacra Congregatione Concilii, testatur Monacellus *tom. 4. pag. 22. num. 222.* Cumque denuo alieni Episcopi electio à Regularibus attemptata fuerit, eadem sacra Congregatio die 3. Augusti 1735. in nullius Altamura iterum dixit, illam non sustineri, uti videre est in *Theaur. Resol. tom. 9. pag. 222. inter selectas ab anno 1700. ad 1718.* Inmittuntur haec sacrae Congregationis responsa citatae Constitutioni Gregorii XV. in qua decretum est, nullum à Conservatore jus exerceri posse extra Dioecesim, pro qua fuit deputatus. Conservator enim, sicuti ait Nidus *de Conservator. part. 2. num. 7.* praesto esse debet, ad Partes audendas, & Regularium privilegia tuenda, eo ipso in loco, ubi in discrimen vocatur; ex quo fit, ut nequeat unus, & idem ipso diversis Dioecesis constitui, sed unus quilibet Dioecesi adesse debeat, quod late ostendunt Monacellus *cit. loc. num. 222.* Passerinus in *c. Haec Constitutio num. 161. in fine, de offic. delegati, in 6. Barbosa de offic. & potest. Episcop. allegat. 106. n. 7. in fine.* Aut igitur alterius Dioecesis Episcopus in Conservatorem electus, commissum sibi munus exercere vult in propria Dioecesi, & hoc facere prohibetur à citata Gregorii Constitutione; aut quodcumque Regulares ejus opera indigent, accurrere vult ad aliam Dioecesim, pro qua fuit Conservator designatus, & hec multis hominibus desecere quilibet videt.

V. Plurima nunc supersetes dicenda de Conservatorum jurisdictione, ejusque abusu, quae, quoniam praesentis inveniunt non sunt, summatim indicabimus. Innocentius IV. in *cap. i. de offic. potest. Judicis delegati, in 6.* statuit, Conservatores solum posse illos, quibus dati sunt, *defendere à manifestis injuriis & violenti-*

tin; nec ad alia, quae judicialiter indaginem exigunt, suam posse extendere potestatem. Bonifacius VII. in *cap. Haec constitutio, eod. tit. additi; quod, si de aliis, quam de manifestis injuriis & violentiis scilicet se intrinseverint, seu ad alia, quae judicialiter indaginem exigunt, suam extendunt potestatem; eo ipso per unum annum ab officio sint suspensi. Pars vero, quae hoc fieri praescribit, sententiam excommunicationis incurrat.* Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 5. de reformat. decrevit, causas criminales, & nixtas ad locorum Ordinarios, & non ad Conservatores, pertinere; civiles vero à Conservatoribus posse cognosci, cum il, quorum privilegia tuentur, rei sunt, non autem si sint actores.* Clemens VIII. in *sua Const. 3. Bullar. tom. 5. & Gregorius XV. citat. Constitut. 9.* praeterea juris sanctiones renovavit, omnesque litteras Apostolicas, quas Conservatorias vocant, contra eandem sanctionum formam concessas, revocavit, & intra litarum terminos coarctavit. Cumque Patres Societatis Jesu contentiones, litteras Apostolicas, quibus ipsi potentur, obtinentas à S. Pio V. & sub consueta formula *Rationi congruit*, postea expeditas à Gregorio XIII. propter speciales, & amplissimas clausulas, quibus sunt roboratae, non esse revocatas, nec restrictas intra limites Gregorianae Constitutionis, in celebri causa *Angelopolitana* succubuerunt; in responsione enim ad quintum dubium, decisum fuit, illas clausulas minime obstat, quominus comprehensae dicantur in Gregorii XV. Constitutione, quemadmodum habetur in Bulla 32. Innocentii X. *Bullar. tom. 5.*

VI. Cohaerenter ad enunciata ju-



20. plura postmodum prodierunt in sacra Congregatione Concilii decreta, die 28. Julii 1677. proposito dubio: *An Regulares, habentes Conservatorum, si res stat, in causis requiritibus judicialium discussionum & indulgentiam, conveniri nequeant contra eorum Conservatores*: sacra Congregatio respondit *Negative*, addiditque, in eo rerum statu provocandos esse ad loci Ordinarium *lib. 27. decretor. pag. 71.* Idemque responsum dedit in causa *Papini*, die 30. Martii 1680. *lib. 31. decretor. pag. 73.* In causa *Jannen* Jurisdictionis, quæ versabatur inter Patres Societatis Jesu, & Patres Carmelitas Exaltatos, die 20. Februarii 1723. quo tempore nos sacre Congregationis eramus a Secretis, declaratum fuit, Conservatori, à Patribus Societatis in civitate Janenensi deputato, sui tantum esse, illos defendendi à manifestis injuriis & violentiis, eorumque causas cognoscendi, quando illam tunc sunt, ad normam Gregoriana Consuetudinis, quæ uberius videri possunt in *Thesaur. Resolut. tom. 2. pag. 274.* Quod verò attinet ad Ministros, quos Conservatores deputare se posse asseribantur, in causa *Faventina* 17. Septembris 1667. *lib. 25. decretor. pagin. 447.* & iterum in dubiis generalibus de Conservatoribus die 28. Januarii 1679. *lib. 30. decretor. pagin. 239. & 102.* ac denique in particulari Congregatione, à san. mem. Clemente XI. deputata, cui nos, tamquam ejusdem Secretarius, interfuissemus, die 22. Martii 1720. decisum fuit, alios Ministros à Conservatoribus assumi non posse, præter unum Notarium. De Justice Conservatore Regularium integrum tractatum continuit Petrus Maria Formali, Societatis Jesu, natione Siculus, quem typis Mutinensibus impressum,

evulgavit anno 1747. Non multum tamen huic Auctori fidendum est, quoniam multis in locis, sed præsertim art. 21. Judicium Conservatorum jurisdictionem ultra limites præterit, à sacris Urbis Congregationibus eidem præscriptis. De Judicibus Conservatoribus Universitatis Studii Generalis Avenionensis, & eorum jurisdictione nonnulla à nobis constituta sunt in *Canon. 122. Bullarum nostrarum tom. 1.*

## CAPUT VII.

## De Synodaliibus Examinatoribus.

Sacrosanta Tridentina Synodus *sess. 23. cap. 7. de reform. decrevit*, ut Episcopus priusquam Ordines conferat, aliquot sibi adscitis sacerdotibus, aliisque prudentibus viris, Divinæ Legis peritis, & in Ecclesiasticis sanctioribus exercitiis, *ordinandorum genus, personam, ætatem, virtutem, mores, doctrinam, & fidem diligenter investiget, & examinet.* *Et cap. 15. statuit*, nullum Sacerdotem, etiam Regularem posse Confessiones Secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliis idoneis iudicetur, & approbationem obtineat. Postquam autem *sess. 24. cap. 18. præmiserat*, animarum salutem maxime expedire, à dignis, & idoneis Parochis gubernari, ut id diligentius ac rectius perficiatur, elisit, vacantes Ecclesiæ Parochiales illis dimittere esse ab Episcopo conferendas, qui in experimento, seu examine, coram eodem Episcopo, aut ejus Vicario Generali, aliisque Examinatoribus non paucioribus, quam tribus instituendo, fuerit

rius approbati, & idonei renuntiati. Jussit præterea, sex ad minus Examinatores ab Episcopo, vel ejus Vicario, in Dioecessana Synodo, singulis annis proponi, qui Synodo satisfiant, & ab ea probentur, e quibus, adveniente Parochialis Ecclesiæ vacatione, tres ab Episcopo seligi voluit, qui una cum eo examen perficerent, addiditque: *Sint verò hi Examinatores Magistri, seu Doctores, aut Licentii in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam Seculares, qui ad id videbuntur magis idonei, uterentur omnes ad Sancta Dei Evangelia, ac, quorumque humana offensione postposita, fideliter manus exercituros. Caveantque, ne quidquam periculi, occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant; alioquin simonia vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrant, à qua absoluti nequeant, nisi dimissis Beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur.* Hæc quoad Ecclesiæ Parochiales, quæ ad liberam speculationem collationem Episcopi, aut juris patronatus Ecclesiastici sunt, omnino servari jussit Tridentinum; omnesque earumdem Ecclesiarum provisiones seu institutiones, contra formam hujus decreti factas, irritas & inanes fore pronuntiavit.

II. Quamobrem examen, seu concursus ad Ecclesiæ Parochiales necessarius institui debet coram tribus Examinatoribus à Synodo approbatis; necus autem est de examine, ab aliis subeundo, qui aut Ordines petunt, aut ad excipiendas Confessiones approbari cupiunt; in hoc quippe potest Episcopus Examinatoribus uti, quos maluerit, quod opportune adverit Gavantus in *praxi Dioec. Synod.*

*capit. 31. num. 2.* quoniam Tridentinum Synodales Examinatores exigunt tantum in concursibus ad Parochiales, cumque agatur de sanctione restringente facultatem, aliis Episcopo à jure communi concessam, non debet extendi ultra casum expressum; quocirca merum consilium præbere voluisse, opinatur, septem illos Episcopos, auctores articulorum reformationis Parisiensis anni 1586. tam articulo 58. tom. 4. *Thesaur. nov. Auctodot.* Martene, & Durand. col. 199. dixere: *In Dioecessana Synodo, nisi commode fieri poterit, juxta decreta Concilii Tridentini, deventur Examinatores, quorum opera utatur Episcopus, tum pro examine illorum, quibus Beneficia, præsertim Curata, conferenda erunt, tum etiam eorum, qui promovendi erunt ad Ordines; aut, si legem considerent, Episcopus extra Galliam non obstrinxerit. Eiusmore quod in examine, non causa conferendi Beneficium Parochiale, sed alio nomine faciendo, liceat Episcopo Examinatores adhibere, quos voluerit, pro certo posuit S. Carolus Borromeus in Concilio Provinciali Mediolanensi V. anni 1570. cum *part. 3. Actior. Eccles. Mediol.* *part. 1. pag. 269.* præceptum à Tridentino Synodaliibus latum, ne examinis occasione quidquam accipiant, etiam ad alios Examinatores extendit, inquit: *Nec verò item, qui Examinatores libere, pro arbitrio Episcopi, ad alios quocumque nomine, causeve examinatos admitterentur, examinis occasione inquam quidquam, ne sententia quidem, possint accipiant.* Præterea, etiam Benedictus XIII. in sua Constitutione, quæ incipit *Pastoralis*, & habetur in Appendice ad Synodum Romanam, edixit; ut Præbendam Theologia-*

lis, & Prenalitaria, in Italia, et quae adjacentibus Insulis conferuntur praevio examine & concursu, eo plane modo, quo conferuntur Ecclesiae Parochiales; expressae tamen declaravit, concursus ad illas non necessarii institui oportere coram Examinatoribus Synodalibus, sed coram Episcopo, & quatuor Examinatoribus, uti in Synodali non sunt.

III. Quibus adnotatis, accuratius sum singularia explicanda, quae in Examinatoribus Synodalibus Tridentinum exposcit. Sex ad minus ab Episcopo, aut eius Vicario, in Synodo proponi voluit; non tamen verum, ne plures proponantur; quoniam ex tali loquendi modo, & plures proponi posse, & ut plures proponantur, se expectare, satis aperte Tridentinum inquit; quemadmodum observat Barbosa in collectan. ad cap. 17. sess. 24. num. 85. ubi tamen a sacra Congregatione Concilii decisum refert, non esse ultra viginti proponendos, fortasse ob periculum, ne nimium aucto eorumdem numero, minus diligens sit personarum, qui proponuntur, delectus. Propositi ab Episcopo, officium non assequuntur, nisi approbentur a Synodo; unde necesse est, ut major pars eorum, qui Synodo intersunt, in illos consentiat; secus, alii ab Episcopo erunt proponendi, qui a majori parte acceptentur. Possent autem hanc accentionem fieri per suffragia tamen publica, tum secreta, respondit sacra Congregatio Concilii ad Patriarcham Venetiarum die 11. Julii 1592. Amplitudini tua super Examinatoribus, in Synodo approbandis, sic respondit Congregatio sacri Concilii Interpretum, nempe Examinatores, qui ab Amplitudine tua propositi fuerint Synodo, tam per vota secreta, quam aperta posse probari. Itaque Amplitudo tua cum

matum in probatione servari factus, quem magis expedire iudicaverit.

IV. Quod spectat ad Examinatorum qualitates, quamvis Tridentinum desideret, ut deputandi ad ejusmodi munus gradum aliquem in sacra Theologia, vel in Jure Canonico sint consequuti; at tamen arbitrio Episcopi permittitur, etiam, qui nullo gradu est condecoratus, proponere; ex quo fit, ut, etiam si plures in Dioecesi reperiantur Doctoratus laurea insigniti, si nihilominus Episcopus eos minus peritos existimet, poterit, cum Synodi approbatione, alios, sive Secularibus, sive Regularibus, qui sine Doctoratu doctores reputantur, Examinatoris officium committere; quod a sacra Congregatione Concilii decisum refert Fagnanus in cap. Inter ceteras, num. 45. usque ad fin. de rescriptis.

V. Designantur quandoque Examinatores sub nomine tantum dignitarum, seu officiorum, quae obtinentur, dicens ex. gr. Examinatores erunt Vicarius Generalis, Archidiaconus, Decanus, Prior Conventus S. Dominici &c. statimque oritur questio an, decedentibus, vel dignitatem, seu officium dimittentibus electis, Examinatoris munus transeat ad eorum in dignitate, vel officio successores. De hac controversia, teste Garcia de Beneficiis part. 9. cap. 2. in resp. ad dub. 22. n. 379. & seq. actum fuit in sacra Congregatione Concilii in una Tolitana anno 1594. & decisum, sub generali deputazione Auditorum consilii Archiepiscopalis, in Synodales Examinatores, illos solum fuisse comprehensos, qui Auditorum officium tunc temporis gerebant, non vero eorumdem successores; eidemque decisioni ad stipulatum fuisse Romanam Rotam, idem Garcia n. 341. & seq. refert. Eadem questio fuit superius instaurata.

rata in sacra Congregatione Concilii; etenim, cum in Synodo Dioecesana Pollicitans inter Examinatores Synodales deputatus fuisset etiam Vicarius Generalis Episcopi, sub solo appellativo nomine dignitatis Vicariatus, atque hic non cum aliis duobus Examinatoribus Synodalibus interfuisset concursus habito ad quandam Parochialem; sacra Congregatio die 19. Septembris 1745. concursum convalidavit ad cautelam, sed simul scribendum distit Episcopo Vicarium Generalem non posse deinceps Synodalis Examinatoris munus exercere, nisi proprio expresso nomine ad illud iterum deputaretur. Ideo autem concursus fuit ad cautelam convalidatus, quia non desunt Doctores, qui optantur, Examinatorum electionem, factam sub solo appellativo nomine dignitatis, seu officii, ne quoad illos quidem sustineri, qui electionis tempore dignitatem, seu officium obtinent; & licet sacra Congregatio in praedicta Tolitana oppositum censuerit, non solum hanc questionem refutare, iterumque decidere. Gavantus in praxi Diaec. Synod. annot. 6. ad cap. 31. non improbabile opinatur, Examinatoris munus transire ad successorem in dignitate, seu officio; cum electio hoc modo fit: Debetur Prior S. Dominici, qui pro tempore fuerit. At haec opinio, cui solum dubitater Gavantus adhaeret, nobis non arridet; ad munus quippe, ad quod eligitur industria personae, non potest designari persona incerta, cujus doctrina, prudentia, & probitas ignoratur. Ad tot itaque praeventas, & obtruncandas controversias, consultus erit, ut Synodales Examinatores, sub proprio & expresso cujusque nomine, & cognomine ab Episcopo proponantur, atque a Synodo approbentur.

VI. Electi Examinatores jurato debeant, se, omni postposita humana affectione, munus suum fideliter executuros, sicuti Tridentinum praecipit. Ejusmodi autem juramentum in ipsa Synodo esse emittendum, si illi Synodo adsint; sin minus, coram Episcopo, aut eius Vicario. Quamvis porro Tridentinum, juramentum ab illis praestandum, dixerit, ad sancta Dei Evangelia; at tamen Gavantus cit. cap. 31. annot. 7. nihil referre affirmat, an super Evangelia, vel sacras Sanctorum Reliquias praestetur. Morem jurandi ad Sanctorum Lipsana antiquum esse, conat ex S. Augustino epist. 78. tom. 2. Oper. col. 184. in qua refert, imperasse se, ut Bonifacii Presbyteri accusatoris pergeret, ubi B. Felicitus Nolens corpus conditum est, ut ibi juramentum praestaret; subditque: Nam & nos nosimus, Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter, & terribiliter demonis confitentur, facere quendam, qui ad unum locum venerat, ut saltem si rando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere. Gregorius Magnus lib. 6. epist. 67. tom. 2. Oper. col. 277. jus it, Archidiaconum Ravennae, & ceteros personas venire ante corpus S. Apollinaris, & tacto ejus stipulero jurare, qua consuetudo ante Joannis Episcopi tempora fuerit. Formulam vero juramenti ibidem addit col. 838. Juror ego per Patrem, & Filium, & Spiritum S. incomparabilem Divinae potentiae Trinitatem, & hoc Corpus B. Apollinaris Martyris, me per nullius favore persona, neque commendo aliquo interveniente, testari. Cum vero Episcopus quidam fuisset accusatus, idem S. Gregor. lib. 2. epist. 77. lib. col. 197. narrat, praeter inquisitionem factam, ne quid obliquerit omnium, aut novoro



gotisset, dubium cordi remanere, ad B. Petri sacratissimum Corpus, distincta eum ex abundantis fructibus sacramenta præbere. Singularia hæc exempla non esse, demonstrant frequentissima, quæ narrat Gregorius Turonensis, ut lib. 5. *Histor. Franc. c. 33. & 49. lib. 1. de glor. Martyr. cap. 38. lib. 2. cap. 19. de glor. Confessorum cap. 37. c. 9. & 10.* Quin ex eodem constat, plurimum SS. Martyrum sepulcra, ob id ipsum insignia fuisse, quod perjuror, qui falso iurarent ad sua Corpora, punirent: *Hæc etiam* (inquit lib. 1. de glor. Martyr. cap. 39. col. 756.) *hanc præcæ ab hujus urbis muro, & Pancretius Martyr valde in perjuris altor. Ad cuius sepulcrum tunc euzaniam meum iniana juramentum inane profere voluerit... statim aut arripitur, à demone, aut cadens in pavimento amittit spiritum. Ex hoc enim quisque fidem euzaniamque rei ad alio voluerit elicer, ut verum cognoscit, non aliter nisi ad hujus Basilicam destinat. Nam ferunt, plerisque juxta Basilicam Apostolorum, sive aliorum Martyrum commanentes, non alibi pro hæc necessitate, nisi Templum aspertere B. Pancretii, ut ejus recitata censura publicè discernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallacia iudicium Martyris beati experiantur. Eadem ferè narrat de sepulcro S. Genesii Martyris lib. 1. de glor. Martyrum cap. 34. de S. Juliano lib. 2. cap. 39. col. 878. de S. Niceto Treverorum Episcopo de glor. Confessorum cap. 93. col. 976. Ad cuius nunc lamulum (ait) veneratorum catene franguntur &c. Jam de perjuris quid dicam? Si quis enim ibi falsum juramentum profere ausus fuerit, illud Divina ultione corrigitur. De S. Eligio patriter Norwicensi Episcopo similia*

exempla narrat S. Audonenus lib. 2. cap. 36. 58. & 77. tom. 2. Spicilægii Dacheriani pagis. 118. & 122. Idem aliquando factum, & juramentum præstitum Constantiensi in Basilica S. Petri in Hormisda, testis est Vigilius episc. 15. tom. 5. Collectionis Labbeæ col. 370. ubi legitur: *Et dum sepeliret Judicis peritio indiculo super altare, & cæta-racta B. Petri Apostoli, & super Crucem, quæ de lignis Passionis Domini habet inclusum, sed & super Claves B. Petri Apostoli præstitissent corporale jusjurandum, &c.* Hæc omnia exempla VIII. seculum præcedunt, atque initium hæresis Iconoclastarum. Nam, post eam exortam, maxime propagatum hunc morem arbitratur, ut sacra Pignora, quibus illi omnem cultum denegabant, hoc etiam speciali religionis actu Catholici prosequerentur; præsertim cum Sanctorum corpora tunc maxime distrabere, atque in partes secare, & in diversa loca transferre, Fidelium pietas coepit; quod adnotavit Mabillonius præf. in secul. II. Bened. Hinc ergo juramenti hujus consuetudo maxime invaluit; & la Concilio Francofordiensi, anni 792. postquam scilicet Iconomachorum in Sanctorum Imagines, & Reliquias furor eruperat, can. 9. tom. 4. Collectionis Harduini col. 906. mos in-sinuitur jurandi aut tactis Evangelii, aut coram propositis Reliquiis. Initio verò sequenti sæculi IX. lege in-super carum invenimus, ut omne juramentum supra Reliquias præstaretur; ita quippe jurandum edicere Capitularia, edita anno 803. cap. 10. ex recensione Balluini tom. 1. col. 208. & inter Capitula ex variis Synodis, & publicis conventibus, post adeptum à Carolo Magno Imperium, celebratis, excerpta, & evulgata à Simon-

do tom. 2. Concil. Gall. pag. 246. hoc etiam capit. 17. adnotatur: *Omne sacramentum in Ecclesia, aut supra Reliquias juratur... & sic jurati Sic illum Deus adjuvet, & illi Sancti, quorum istæ Reliquiæ sunt, ut veritatem dicat.* De hoc jurandi modo legi possunt Martene tom. 7. lib. 5. antiq. Eccles. rit. cap. 7. num. 2. Ferrandus disquisit. Relig. lib. 2. part. 1. cap. 7. art. 3. Postquam verò Lutherus, & Calvinus, qui nullam antiquam hæresim non iterum excitarent, etiam Iconoclastarum impia dogmata renovaverunt, quo magis illis contrariet S. Carolus Borromeus, voluit, ut Testes, Judices, & Examinatores Synodales super Sanctorum Reliquias jurarent, de quo ritu, à S. Carolo Borromeo in Mediolanensem provinciam indoto, pluribus disertè Pax Jordanus tom. 2. lib. 8. t. 2. num. 104. & seq.

VII. Synodali Examinatorum officium durat usque ad novam Synodum, quæ intra unius anni spatium, ad Tridentinæ normam, eret celebranda; & in qua aut fidem, aut illi de novo deputandi forent, ite-tum idem Tridentinum ses. 24. de reform. cap. 18. præcipit: *Examinatores autem singulis annis in Diocæsana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario, ad minus sex proponantur.* Si autem vel omnes, vel aliqui ex designatis in ultima Synodo, decesserint annos moriantur, aut e Diocesi subdecant; tunc, si sex talem ex designatis remaneant, (quoniam lærgè plures eligi posse jam diximus) cum adhuc tunc numerum exæquent à Tridentino statum, istorum operè Episcopus utitur, nec alios in demortuorum, aut longe absentium locum subintrare poterit; si verò sex non supersunt, tunc Clementis VIII. decreto, relato à Garcia cit. part.

9. cap. 2. num. 72. & Fagnano in cap. Cum sit ars, num. 34. de atate, & qualitate, facultas data est Episcopis alios subrogandi, modo illis qualitatibus præsent, quas Tridentinum requirit, à Capitulo approbentur, & una simul cum superstitibus, ex electis in Synodo, senos non excedant.

VIII. Verum hæc annum dumtaxat respiciunt, à postrema Synodo ad aliam, quæ post annum habenda esset, dellescent. Quid autem fieri, si annus elabatur, & nova Synodus non celebretur? Certum est, statim ac elluxit annus ab ultima Synodo, cessare officium Examinatorum, qui intra ejusdem anni intervalum, in demortuorum, seu absentium locum forte fuerint ab Episcopo suffecti; ita enim dicere statuit Clemens VIII. in citato decreto: *Officium autem omnium prædictorum Examinatorum Synodali subrogatorum expret, cum primam adventu tempus nova Synodi, juxta cap. 2. ses. 24. celebrande. Quæc alios porro non subrogator, sed in ultima Synodo electos, hoc censuit sacra Congregatio Concilii; quomodo sex illorum superserites sunt, omnes perrevertent in mutere, & Episcopus in concursibus ad Ecclesiam Patochiales illis nisi poterit; sed si vel unus ex illis decesserit, ita ut, ex electis in Synodo, sex non remaneant, omnium officium expret, & nullus adhiberi poterit, in concursibus ad Patochiales; neque post annum datum est Episcopo in demortuorum locum quemquam sufficere, quæ videri possunt apud Garcia cit. cap. 2. num. 73. Fagnanum in cit. cap. Cum sit ars, col. num. 34. & Masserium in praxi habendi concursuum requirit. 12. dub. 4.*

IX. Quapropter ut, elapso anno, & non existentibus sex Examinatoribus,

quo elapso, iterum ad preces Episcopii illos in munere confirmat, quod & deinceps semper in annum isdem prorogat. Ea facultate à sacra Congregatione accepta, Episcopus sex Examinatores seligit, omnibus predictis qualitatibus, à Tridentino requisitis, eosque Capitulo proponit. Quod si Capitulum illos, quamvis ceteroquin idoneos approbare recusaverit, existimant Pignarel. *consult. 119. num. 1. & P. Andreucci Soc. Jesu in suo tractatu de tuenda pace & concordia inter Episcopum & Capitulum, part. 4. cap. 1. §. 1. num. 198.* habendos nihilominus esse pro approbatis; semel enimposito, quod propositi ab Episcopo tales sint, quales Tridentinum exigit, Capitulum tenetur ex iustitia illos approbare, & consensus ex iustitia prastandus, cum injustè denegatur, habetur pro prescripto, sicuti docet Surdus *decis. 226. num. 54. Martini. decis. 226. tract. 9. Valens. decis. 173. n. 27.* Sed quidquid sit de veritate hujus opinionis, de qua non vacat hic disputare; certum est, quod, qui illam in praxi sacratur, obnoxium se facit innumeris libris, & controversiis; cum enim hominum doctrina, & mores evidentes non sint, nec unquam obstrictantur linguas evadant, semper excitabitur questio, an Capitulum iuste vel injustè consentire recusaverit in Examinatores ab Episcopo propositos; & durante hac questione, fieri non erunt concursus ad Ecclesias Parochiales, eorum illi instituti. Tantius propterea erit, ut in eo eventu Episcopus à sacra Congregatione Concilii petat supplementum consensus, quem Capitulum sine causa denegavit. Ita se gessit Episcopus Aversanus, qui cum potestate, antea sibi facta à sacra Congregatione Concilii, quemdam Sacerdotem prepo-

suisset suo Capitulo, in Synodalem Examinatorem approbandum, quem tamen Capitulum approbare noluit, necum simplex adit eandem sacram Congregationem, exposcens, ut consensus, à suo Capitulo irrationabiliter denegatum, ipsa suppleret. Episcopi instantia examinanda erat in Congregatione habita die 2. Martii 1739. sed, cum perpensum fuerit, jam tam elapsus fuisse annum, quo præfatus Sacerdos exercere potuisset Examinatoris munus, juxta ea que supra diximus, sacra Congregatio supervacaneum duxit causam definire, ab eoque propterea discussione supersedit.

lucrarentur, viderentur quodammodo aliqui, occasione examinis, ab illo percipere, quem ad Parochialem approbaturus; quod profecto quamdam simoniac suspicionem posset inducitur ingerere, cuius vel solam speciem ab Examinatoibus arcere Tridentinum voluit. Quapropter, cum de simili statuto, edito à Concilio Provinciali Compostellano, relictum olim fuisset ad sacram Congregationem Concilii, huc illud adversari censuit menti Tridentini, proposito enim ab Episcopo Aulensi sequenti dubio: *In Episcopatu Aulenti, & tota provincia Compostellana, ex decreto Concilii Provincialis Compostellani, post Concilium Tridentinum facti, datur stipendium Examinatoribus Syndalibus ex fructibus Parochialium, ad quas sit examen; dubitatur, an possit hoc dari, ut ait decreto sancti Concilii Tridentini 1551. 24. de reform. cap. 18. sacra Congregatio respondit: Non potest; quod narrat Garcia de Beneficiis part. 2. cap. 7. n. 11.*

XL. Aliquid nunc dicendum superesset de præcepto, Examinatores obstringente, ne quidquam proesus occasione examinis recipere valeant; at Tridentinum adeo perspicuis verbis suam mentem, quoad hoc, explicuit, ut expositione non indigeant. Unum tamen, notatione dignum, referimus, quod statutum reperimus in Concilio Provinciali Toletano, habito anno 1666. *Act. 2. cap. 4. tom. 10. Collectionis Hardini col. 155.* his verbis: *Horum verbis Examinatorum cultibus, pro numeris susceptis labore, Ordinarius, post Beneficiorum collationem, ex redditibus Ecclesie vacantis, qui aliqui Rectori debeantur, juxta aliquam mercedem, eius arbitrio, reddi curabitur eam & dignum sit mercenarius mercede sua.* Licet autem, quod à præfati Concilii Patribus gestum est, non improbemus, non tamen absolute approbamus, multoque minus imitandum proponimus; siquidem, cum rectius vacantis Ecclesie debeantur futuro Rectori, aut aliis, quibus forte fuerint ab Apostolica Sede assignati, si Examinatores quicquam ex illis

## CAPUT VIII.

Expenduntur alia ad Syndalium Examinatorum officium spectantia.

Quamquam Examinatorum officium sit extra Synodum exercendum, quia tamen eorum electio in Synodo fieri debet, non abs re esse ducimus, nonnulla ad istud spectantia subnectere; inde enim clarus patebit, quantum momenti sit in Examinatorum dellectu non errare.

II. Vacante igitur Parochiali Ecclesia, que sit per concursum conferenda, Episcopus, indicta ad concursum die, ex Examinatoribus, in Synodo electis, tres ad minimum vocabit,



bus, in Synodo electis, institui valeat validum experimentum concurrentium ad vacantes Ecclesias Parochiales, necesse est, ut vel facultatem petat à sacra Congregatione Concilii novos Examinatores extra Synodum deputandi; etenim, si concursus fiat coram Examinatoribus, extra Synodum designatis ab Episcopo nulla ad hoc instructo speciali facultate, Parochialium collationes, institutiones, seu provisiones erunt irritæ. Hinc, cum in Diocesi Brachariensi, plures Parochiales sit collate fuissent, qui approbati fuerant ab Examinatoribus, extra Synodum deputatis ab Archiepiscopo cum consensu Capituli, opus deinde fuit, ut qui illas obtinuerant, preces porrigerent summo Pontifici, ut supra sua auctoritate eorundem collationes convalidaret, & sacra Congregatio Concilii, ad quam preces remisse fuerant, die 26. Januarii 1745, illas convalidandas censuit, quia supplicantes bona fide Parochiales acceptaverint, atque ex Archiepiscopi attestazione constabat, multa exortura scandalala, si novus concursus ad illas foret indicendus, quod referretur *Theaur. Resolut. tom. 9. pag. 279.*

X. Nec sacra Congregatio facultatem, de qua loquimur, renuit unquam petentibus concedere; quoniam, cum probe noverit, non facile esse Episcopis, singulis proteris annis, duas Synodos cogere, ne hæc non legitimum careant Examinatoribus, ex quorum defectu iniri ad Ecclesias Parochiales concursus sunt irriti, statim ad Episcopum eidem exponit, sex ex electis in postrema Synodo, amplius non extare, potestatem ei facit novos eligendi à majori parte Capituli approbandos, quorum tamen officium duraturum decernit, tantum ad annum;

quo elapso, iterum ad preces Episcopii illos in munere confirmat, quod & deinceps semper in annum iidem prorogat. Ea facultate à sacra Congregatione accepta, Episcopus sex Examinatores seligit, omnibus predictis qualitatibus, à Tridentino requisitis, eosque Capitulo proponit. Quod si Capitulum illos, quamvis ceteroquin idoneos approbare recusaverit, existimant Pignarel. *consult. 119. num. 1. & P. Andreucci Soc. Jesu in suo tractatu de tuenda pace & concordia inter Episcopum & Capitulum, part. 4. cap. 1. §. 1. num. 198.* habendos nihilominus esse pro approbatis; semel enimposito, quod propositi ab Episcopo tales sint, quales Tridentinum exigit, Capitulum tenetur ex iustitia illos approbare, & consensus ex iustitia præstandus, cum injustè denegatur, habetur pro presertito, sicuti docet Surdus *decis. 226. num. 54. Martini. decis. 226. tract. 9. Valenz. decis. 173. n. 27.* Sed quidquid sit de veritate hujus opinionis, de qua non vacat hæc disputare; certum est, quod, qui illam in praxi sacrarum, obnoxium se facit innumeris libris, & controversiis; cum enim hominum doctrina, & mores evidentes non sint, nec unquam obstrectantium linguas evadunt, semper excitabitur questio, an Capitulum iuste vel injustè consentire recusaverit in Examinatores ab Episcopo propositos; & durante hæc questione, hæc non erunt concursus ad Ecclesias Parochiales, coram illis instituti. Iustus propterea erit, ut in eo eventu Episcopus à sacra Congregatione Concilii petat supplementum consensus, quem Capitulum sine causa denegavit. Ita se gessit Episcopus Aversanus, qui cum potestate, antea sibi facta à sacra Congregatione Concilii, quemdam Sacerdotem prepo-

suis-

suisset suo Capitulo, in Synodalem Examinatorem approbandum, quem tamen Capitulum approbare noluit, necum simplex adit eandem sacram Congregationem, exposcens, ut consensus, à suo Capitulo irrationabiliter denegatum, ipsa suppleret. Episcopi instantia examinanda erat in Congregatione habita die 2. Martii 1739. sed, cum perpensum fuerit, jam tam elapsam fuisse annum, quo præfatus Sacerdos exercere potuisset Examinatoris munus, juxta ea que supra diximus, sacra Congregatio supervacaneum duxit causam definire, ab eoque propterea discussione supersedit.

XI. Aliquid nunc dicendum superesset de præcepto, Examinatores obstringente, ne quidquam proteris occasione examinis recipere valeant; at Tridentinum adeo perspicuis verbis suam mentem, quoad hoc, explicuit, ut expositione non indigeant. Unum tamen, notatione dignum, referimus, quod statutum reperimus in Concilio Provinciali Toletano, habito anno 1666. *Act. 2. cap. 4. tom. 10. Collectionis Hardini col. 155.* his verbis: *Horum verbis Examinatorum cultibus, pro numeris susceptis labore, Ordinarius, post Beneficiorum collationem, ex rebus Ecclesie vacantibus, qui aliqui Rectori debeantur, juxta aliquam mercedem, eius arbitrio, sed à curabitur eum & dignus sit mercenarius mercede sua.* Licet autem, quod à præfati Concilii Patribus gestum est, non improbemus, non tamen absolute approbamus, multoque minus imitandum proponimus; siquidem, cum relictis vacantibus Ecclesie debeantur futuro Rectori, aut aliis, quibus forte fuerint ab Apostolica Sede assignati, si Examinatores quicquam ex illis

Tom. I.

lucrarentur, viderentur quodammodo aliqui, occasione examinis, ab illo percipere, quem ad Parochialem approbandum; quod profecto quamdã simoniac suspicionem posset inducitur ingerere, cuius vel solam speciem ab Examinatores accere Tridentinum voluit. Quapropter, cum de simili statuto, edito à Concilio Provinciali Compostellano, relictum olim fuisset ad sacram Congregationem Concilii, licet illud adversari censuit menti Tridentini, proposito enim ab Episcopo Aulensi sequenti dubio: *In Episcopatu Aulenti, & tota provincia Compostellana, ex decreto Concilii Provincialis Compostellani, post Concilium Tridentinum facti, datur stipendium Examinatoribus Syndalibus ex fructibus Parochialium, ad quas sit examina; dubitatur, an possit hoc dari, ut ante decreto sancti Concilii Tridentini 1562. 24. de reform. cap. 18. sacra Congregatio respondit: Non potest; quod narrat Garcia de Beneficiis part. 2. cap. 7. n. 11.*

## CAPUT VIII.

Expenduntur alia ad Syndalium Examinatorum officium spectantia.

Quamquam Examinatorum officium sit extra Synodum exercendum, quia tamen eorum electio in Synodo fieri debet, non abs re esse ducimus, nonnulla ad istud spectantia subnectere; inde enim clarus patebit, quantum momenti sit in Examinatorum delictu non errare.

II. Vacante igitur Parochiali Ecclesia, que sit per concursum conferenda, Episcopus, indicta ad concursum die, ex Examinatoribus, in Synodo electis, tres ad minimum vocabit,

K

rint relationem Episcopo de omnibus idoneis repetitis, sed tantum de eo, qui ipse magis idoneus videatur: respondit: Tenorifacere relationem etiam circa mores, aetatem, & reliqua, & Examinatores debere renuntiare quotquot idonei iudicati fuerint; Episcopum vero debere ex his, qui renuntiant fuerint, magis idoneum eligere; cuius quidem responsionis authenticas litteras se vidisse, testatur laudatus Garcia cit. part. 3. cap. 7. num. 11, eaque refert etiam Massobius in praxi habendi concursuum requisi. 2. dub. 1. Quinimo eadem Congregatio adeo necessarium reputavit, ut Examinatores non solum respiciant scientiam, sed & ceteras respiciant animi dotes eorum, quorum habitus ad exercendam animarum Curam periculum faciunt, ut aliter latum ab illis iudicium, clarius adhuc, & expressius, quam in praedicta causa Abulensis fecerat, nullius esse roboris, potius dixerit, & inde consequuntur Ecclesiae Parochialis collationem irritam atque inane decreverit, si contra affirmat Fagnanus in cap. Eam te, de aetate, & qualitat. num. 13. inquit: Orit dubitatio an tunc Episcopo, & Examinatoribus simul iunctis Concilium Tridentinum cap. 18. sect. 24. committit examina scientia, sic etiam committit etiam simul examen morum, & prudentia, ita ut, si examen aetatis, morum, & prudentiae factum fuerit a solo Episcopo, concursus sit nullus; sic 2. Augusti 1607. sacra Congregatio censuit, si Examinatores non retulerint idoneos, quoad omnes qualitates, prout Concilium requirit, nullum esse concursum. De qua re videri etiam possunt Ventriglia in praxi Eccles. part. 2. anot. 3. §. 1. num. 46. & seq. Lotter. de re Benefic. lib. 2. quest.

III. Examinatores autem, priusquam concurrentes approbent, seu idoneos renuntiant ad animarum Curam, non solum experiri debent eorundem scientiam, sed & praecipuum rationem habere prohibitae, morum, prudentiae, aetatis, & ceterarum qualitarum, quibus praedictum esse oportet, cui animarum regimen committitur. Hanc enim esse Tridentini mentem, satis manifeste ex eius verbis liquet. sect. 24. cap. 18. de reform. Porro deinde examine, renuntientur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint, aetate, moribus, doctrina, prudentia, & alii rebus ad vacandum Ecclesiam gubernandam opportunis; & adhuc clarius Tridentini mentem explicavit sacra Congregatio eiusdem interpres; praefato enim Abulensi Episcopo, sciscitanti: An provisio Parochialis nulla sit, si Examinatores relationem fecerint, solum, quoad litteraturam, examen vero circa mores, aetatem, & reliqua Episcopo relinquantur; vel si non fecerint

quasi 31. num. 98. Roza decti. 299. num. 1. & seq. coram Casarilio. Cumque de his iamdudum antea noquid compertum esset, idcirco, postquam supremi Pontificatus solum concecimus, in nostris litteris encyclicis diei 14. Decembris 1742. quae editae sunt in nostro Bullar. tom. 1. & univ. 68. iuxta ordinem editi, ad universos Ecclesiarum Antistes datis, reprobovimus absum, alieni inolecentem, quod in concursibus ad Parochiales Synodales Examinatores de sola litterarum perita suffragium ferant, nec cetera considerent, quae ad animarum regimen rite obeundum sunt necessaria; ac memoratas ceterae Congregationis Concilii sanctiones commendantes, diximus §. 10. Idque prae notuere Congregatio, eiusdem Concilii interpres, pluribus editis, Examinatores suo decete muneri, si doctrina tantum iudices essent, nec inquirere, qui, praesertim, probitate morum, laboribus, praestito antea Ecclesiae obsequio, ceterisque dotibus, ad officium Parochii cumulato obeundum necessariis, essent idonei & commendabiles.

IV. Porro Examinatores sua suffragia ferre debent, priusquam a loco examinis discedant, & ab Episcopo, ejusve Vicario sejungantur; quod recte notat Barbosa ad cit. cap. 18. sect. 24. num. 117. Nec quidquam refert, an suffragia secreto, vel palam ferantur, cum nihil de hac re fuerit a Tridentino sancitum; quod ad Cardinalem Gabrielem Palaeotum, primum Bononiensem Archiepiscopum, testiprisit sacra Congregatio Concilii, addens tamen, congruentius sibi videri, ut Examinatores secum invicem suffragia communicent, & deinde jubeant Notario, ut in Acta referat, Ti-

tium ex gr. esse approbatum, Sejm reprobatum; quae omnia discimus a Fagnano in cit. cap. Eam te, num. 16. & 17. de aetate & qualitat. At nihilominus Bononiae antequam viget consuetudo, ut vota ab Examinatoribus dentur secreto per albos, & nigros lapillos, in urnam collectos, teste Francisco Leone Theaur. For. Eccles. part. 2. cap. 18. n. 35.

V. In hoc Examinatorio iudicio nullae sunt partes Episcopi, vel Vicarii, qui Episcopi loco examini assistat, nisi forte Examinatorum vota sint paria, aut singularia; tunc enim iotegrum erit Episcopo, vel Vicario, cui voluerit, accedere, juxta Tridentinum eodem cap. 18. Omnes, qui descripti fuerint, examinentur ab Episcopo, si-vo, eo impedito, ab ejus Vicario Generali, atque ab aliis Examinatori- bus, non paucioribus, quam tribus, quorum votis, si pares, aut singulares fuerint, accedere possit Episcopus, vel Vicarius, quibus magis ut debetur. Quocirca cum a sacra Congregatione Concilii anno 1573. quassitum fuisset: Utrum Episcopus, vel Vicarius haberent votum decisivum in approbando examinatore ab Examinatoribus, in Synodi deputatis; eadem censuit, habere, si Examinatores fuerint pares, aut singulares in votis suis, lib. 1. decretor. pag. 158. At sicuti ab Examinatoribus suffragia ferenda sunt, statim peracto examine; ita etiam in eventu, quod Episcopus, aut ejus Vicarius alicui accedere possit, coram iisdem Examinatoribus explicare debet, cuiusnam accedat, cum id pertineat ad examinis complementum. Garcia part. 9. cap. 2. num. 58.

VI. Proloso ab Examinatoribus iudicio, Parochiam Ecclesiam unie approbatus esse conferendam, disertò Tridentinum edixit: Non cui-



quam alteri, quàm uni ex predictis examinatis, & ab Examinatoribus approbatis, iuxta supra dictam regulam, de Ecclesia procedatur. Verùm cum idem Tridentinum simul defuisset, ex pluribus approbatis illi esse conferendam, qui magis idoneus reputatur; statim oritur questio, an ejusmodi iudicium de majori habilitate, seu supra ceteros approbatos presentantia, ad solum spectet Episcopum, an etiam ad Synodales Examinatores. Sed adeo inclementia sunt verba, quibus Tridentinum renuntiare dignorem, inter approbatos, solum Episcopi iudicio committit, ut mirum non videatur, aliquos reperiri Doctores, qui id juris adserpserint Examinatoribus; Peractio deinde examine, aut Tridentinum, renuntiantur quocumque ab his idonei iudicati fuerint, etate, moribus, prudentia, & aliis rebus, ad vacantem Ecclesiam gubernantiam opportunitis; ex hisque Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum iudicaverit. Tridentino adhaesit sacra Congregatio, ejusdem interpres, quæ anno 1573. ab Episcopo Patavino ad hunc modum interrogata: Licet clarè Concilium Tridentinum cap. 18. sess. 24. loquatur, nihilominus Examinatores Patavini presentant, ad eos etiam spectare eligere magis idoneum ex illis, qui fuerint approbati in examine, concurrens ad Parochiales vacantes, & non ad Episcopum, contra clara verba ipsius Concilii. Quare, nomine Ordinarii Patavini, Dominationibus Venerabilissimis humiliter supplicatur, ut iuris literis ipsi Vicario Generali, & Examinatoribus explicitè declarent, quænam in casu supra dicto fuerit Concilii sententia; respondit: id ad eos non spectare; lib. 1. decretor. pag. 110. Quod he-

rum nos declaravimus, & confirmavimus in præfata nostra epistola encyclicæ §. 11. ubi distinximus: *Abolutum examine, ut cuique ratio competere, sit tantummodo potestas Examinatoribus renuntians quæque reseranda uni Episcopo electione dignioris.* Non negamus tamen posse Episcopum, si velit, antequam dignorem ex approbatis renuntiare, quocumque appar. Examinatorum consilium exquirere; quod rectè perpendit Ventriglia in præf. rer. Eccles. part. 2. annot. §. 3. n. 49. & 50.

VII. Hæc de parochialibus, quarum collatio ad Episcopum pertinet. Sed cum Tridentinum eodem cap. 18. sanciverit, etiam ad vacantes Ecclesias Parochiales, juris patronatus Ecclesiastici, indicendum esse concursum, & digniorem ex approbatis à Patrono presentandum Episcopo; alia hinc suboritur questio, cujus finium tunc sit iudicare, quinam ex approbatis ab Examinatoribus sit dignior. Verùm hanc quoque questionem dirimunt verba Tridentini, aperte concedentia Patrono jus designandi magis idoneum: Si vero juris patronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopum, & non ad alium pertinens, quem Patronus digniorem inter præbatos ab Examinatoribus indicenti, Episcopo presentare solentur, ut ab eo instituitur. Sed quævis Tridentini verba adeo perspicua sunt, ut nullum dubitationis locum relinquant, tamen Abbas Sancti Causati Diocesis Barchinonensis anno 1573. conquestus est apud sacram Congregationem Concilii, quod in concursibus ad Ecclesias Parochiales sui juris patronatus Ecclesiastici, Examinatores sibi jus usurparet ren-

nuntiandi digniorem inter eos, quos approbaverant. Abbati querelas, & sacre Congregationis sententiam lib. 1. decretor. pag. 167. ita describitur legimus: *Examinatores Synodales non ferebant tantum iudicium super idoneitate concurrentium, sed apertum iudicium ferebant super majori idoneitate inter eos, quos approbaverant ut idoneos; supplicavitque (Abbas) Cardinalibus Congregationis, ut dignarentur, sua indemnitate providendo, ordinare Episcopo, ut fasset & curaret, quod Examinatores in huiusmodi Beneficii patronatus Ecclesiastici approbarent tantum idoneos, & relinquere locus Patrono eligendi digniorem, quem ipse Episcopus instituire debet, & tenetur.* Et sacra Congregatio censuit, non pertinere ad Examinatores iudicare, quis magis idoneus sit, & si Parochialis sit juris patronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat, facultatem iudicandi digniorem inter idoneos, approbatos ab Examinatoribus, spectare ad Patronum Ecclesiasticum, & Episcopum teneri instituire eum, quem dicitur Patronus digniorem iudicaverit, & ipsi Episcopo presentaverit.

VIII. Consultio autem adjecta fuit illa limitatio: si Parochialis sit juris patronatus Ecclesiastici, & institutio ad Episcopum pertineat; nam cum institutio, non ad Episcopum, sed ad alium pertinet, electionem dignioris, non ad Patronum, sed ad Episcopum spectare voluit Tridentinum: Cum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo, erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem Patronus est presentat, ad quem institutio spectat. Quod quidem decretum adeo religiosè custodiendum censuit sacra Congregatio Concilii, ut etiam quan-

do institutio pertinet ad Papam, eo quod Ecclesia Parochialis vacaverit in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, facultatem designandi digniorem ex approbatis, non Patrono Ecclesiastico, sed Episcopo competere dixerit, apud Garciam cit. part. 9. c. 2. n. 272. & seq. & Barbozam de officio & potest. Parochi part. 1. c. 2. n. 127. ubi insuper ab eadem sacra Congregatione decisum refert, quod si Ecclesiam Parochialem juris patronatus Ecclesiastici vacare contingat in mensibus Papæ reservatis, ad solum Ordinarium pertinet iudicare concurrens, renuntiare magis idoneum, atque hæc omnia ad summi Pontificis Datarium referre, nulla prorsus habita ratione Patroni Ecclesiastici; quocirca iure sacro merito dixit Navarrus consil. 5. & 6. de iure patronatus, Patroni Ecclesiastici iura multum, post Tridentinum, immutata esse, & limitata. Hoc ipso anno 1766. quo hæc nostras de Synodo lucubrations, plures ante annos exaratas, expollimus, tres, quæ huc pertinent, questiones nobis decidendas proposuit Archiepiscopus Florentinus. Primo, an Patronus Ecclesiasticus, etiam in foro externo, teneatur ad vacantem Ecclesiam Parochialem presentare magis idoneum, seu digniorem ex approbatis ab Examinatoribus. Ad quod indubitanter teneri respondimus, utrumque enim forum respiciunt enumerata Tridentini verba c. 18. sess. 24. *Quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus iudicavit, Episcopo presentare tenentur.* Secundo quaerit, an Episcopus acquiescere debeat Ecclesiastici Patroni iudicio, & quem iste tamquam digniorem presentaverit, instituire; an potius investigate, cum Patroni iudicium fuerit rectum, & rationale. Cui interrogatæ satisfac-

cinus; hac adhibita distinctione: aut ex approbatis ab Examinatoribus nullus est, qui de Patroni iudicio conquiretur, suamque querelam ad Episcopum deferat; aut inter eos reperitur, qui illud iniustum fuisse contendat, & hac de causa ad Episcopum provocet; in primo casu, non debet Episcopus indagare, an vera inter approbatos dignior ille sit, quem Patronus presentat, cum Concilium Tridentinum hanc indiginem Episcopo non commiserit, sed institutum edixerit, quem Patronus tamquam digniorem presentaverit; in altero autem rerum eventu debet Episcopus iudicis partes assumere, & diligenter disquirere, an rectum fuerit iudicium, à Patrono factum de sui presentati meritorum supra reliquos ex approbatis presentaria. Tertio loco sciscitabatur, an ab Episcopi, in huius generis causis, sententia, qua ex litigantibus unum digniorem pronuntiat, appellatio ab alio interposita, qui in iudicio succubuit, admittenda sit tantum in devolutivo, an etiam in suspensivo. Ad quod cum distinctione pariter duximus respondendum: aut enim iudicium Episcopi est conforme iudicio Patroni, ita scilicet, ut ille idem ab Episcopo magis idoneus pronuntietur, quem tamquam digniorem Patronus antea presentaverat; & tunc appellatio admittenda est solum in devolutivo: aut iudicium Episcopi discrepat à iudicio Patroni, siquidem non illum, quem Patronus presentavit, sed alium ex approbatis digniorem declarat; & interposita ab hac Episcopi sententia appellatio admittenda est etiam in suspensivo; neque ullus est de Beneficio instituendus, nisi post aliam sententiam, proferendam à Iudice, ad quem appellatur;

atque interim vacans Ecclesia Parochialis erit ab Œconomio administranda; quæ uberius explanata leguntur in nostris litteris ad prælatum Archiepiscopum datis hoc ipso anno 1746. typis Florentinis impressis, & in secundum tomum nostri Bullarii insertis n. 4. in ord.

IX. Hæc quoad Ecclesias Parochiales juris patronatus Ecclesiastici. At, si sermo sit de Ecclesiis Parochialibus juris patronatus Laicorum, ad eas non requiritur examen per concursum, sed sat est, ut presentatus à Patrono idoneus reperitur ab iisdem Examinatoribus, in Synodo deputatis: Quod si juris patronatus Laicorum fuerit, (pergit Tridentinum) debet, qui à Patrono presentatus erit, ab iisdem deputatis, ut supra, examinari, & non nisi idoneus reperitus fuerit, admitti. Dubitabant olim Doctores, an idem startendum foret de Ecclesia Parochiali, quæ sit juris patronatus mixti, hoc est partim Ecclesiastici, partim Laicæ; & sacra Congregatio Concilii die 1. Februarii 1628. ne jura Laicæ, ob consortium cum Ecclesiastico, ulla ex parte laderentur, declaravit, neque ad ejusmodi Ecclesiæ collationem necessarium esse examen per concursum, ac proinde etiam jus patronatus mixtum hac postrema parte Tridentini decreti comprehensum censuit, sicut restatur Barbosa cit. loc. num. 126. Post nihilominus evenire, ut concursus insititui debeat etiam ad Ecclesias Parochiales juris patronatus Laicorum; nam si ab uno, aut pluribus Patronis Laicis, gaudentibus equali jure, plures ad vacantem Ecclesiam sint nominati, & Episcopo presentati, neque ullus ex presentatis retulerit à Patronis plures voces, quam ceteri; tenetur Episcopus indicare concursum inter

eisdem presentatos, atque illum eligere, quem ex approbatis ab Examinatoribus judicaverit magis idoneum; quod pariter à sacra Congregatione Concilii decisum refert idem Barbosa n. 146.

X. Jus eligendi digniorem in singulis enumeratis casibus, competens Episcopo, vacante Sede Episcopali, transit ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, ad quod tota Episcopi jurisdictione devolvitur, sed à Capitulo transfertur in Vicarium Capitularem, quem ex Tridentini decreto sess. 24. cap. 16. de reform. intra octo dies ab habita notitia vacationis Ecclesiæ, tenetur eligere. Vigebat olim opinio permittens Capitulo aliquam jurisdictionis partem sibi reservare. Eapropter, cum olim institutus fuisset concursus ad quandam Ecclesiam Parochialem, & illi excitata fuerit inter Capitulum, & Vicarium Capitularem, cuiusiam jus competere renuntiandi magis idoneum; sacra Congregatio Concilii die 18. Novembris 1651. lib. 10. decretor. par. 145. & 156. censuit spectare ad Capitulum, quia in deputatione Vicarii id juris sibi expresse reservaverat. Verum, cum postea prævaluerit sententia

opposita, & jam communiter Doctores sentiant, integrum non esse Capitulo, ne minimam partem quidem jurisdictionis sibi reservare, sed totam, quam habet, conferre debere Vicario Capitulari, quod nos insinuavimus lib. 2. cap. 9. & pluribus probat Fagnanus in c. His qua, n. 71. de m. spoli. & obed. & Marchett. de Vicario Capitulari par. 1. tit. 12. num. 27. etiam sacra Congregatio è priori sententia recessit, alioquinque iudicium tulit in alia simili controversia. Vacante Ecclesia Cathedrali Elven. indictus fuit concursus ad quandam Ecclesiam Parochialem. Concursus, ut moris est in regno Lusitanicæ, habitus fuit coram Capitulo. Illi subinde vertebatur inter Capitulum, & Vicarium Capitularem, super jure eligendi digniorem ex approbatis; quod Capitulum, ea potissimum ratione, sibi asseruebat, quod scilicet in Vicarii deputatione, ejusdem jurisdictionem coarctasset; Re delata ad sacram Congregationem Concilii, hæc die 1. Decembris 1736. jus, de quo disceptabatur, asseruit Vicario, cuius jurisdictionem, censuit, nequaquam potuisse à Capitulo limitari.



LIBER QUINTUS.  
DE GERENDIS IN SYNODO.

CAPUT PRIMUM.

*De Publicis Supplicationibus, Missis, Allocutionibus,  
Sermonibus, & Acclamationibus.*

Constitutam ab Episcopo diem, quam Synodum celebrare vult, die Epiphaniarum, vel Kalendarum Januarii, Cathedrali in Ecclesia à suggestu iudicis & promulgati, atque Calendario, quod in singulos annos confici solet, adscribi, statuit S. Carolus Borromeus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. *part. 3. Act. Ecl. Mediol. part. 1. pag. 177.* Et in Concilio Provinciali V. *part. 3. ibid. pag. 276.* Parochiis præcipit, ut per mensem, ante statutam Synodi diem quinta quaque feria Missam celebrent de Spiritu Sancto, aut pro diversitate temporum, Orationem solum de Spiritu Sancto in Missa sacrificio resistent, populumque hortentur, ut die Dominico, Synodi diem antecedente, verè penitentes, & confessi sacram Communionem sumant; hoc præcipue precantes, ut, quæ ad eorum salutem pertinent, Dei auxiliante misericordia, per Episcopum in Synodo diligenter, sanetque agantur. Hæc, aliæque ante Synodum, tùm in civitate, quam in Diocesi faciendæ, magis adhuc accuratè & minutim descripta leguntur in appendice ad Synodum Amerinam,

anno 1594. habitam à celebri ejus urbis Episcopo, Antonio Maria Gratiano, *cap. 1077. & 1072.*

II. Synodali celebritati triduum, veteri ritu, præstitutum esse idem S. Carolus *cit. loc. pag. 278.* affirmat, & Pontificale Romanum titulo de ordine ad Synodum, tribus sessionibus illam absolvi solere, ait; quamvis utrobique addatur, fas esse Episcopo, pro rerum gerendarum ratione, Synodum ultra triduum protrahere. Quid autem singulis diebus agendum sit, nostrum erit hic exponere. „Prima die Synodi Pontifex summo mane Cappa indutus, ab universo Clero cum Superpellicibus comitatus, ad Ecclesiam pergit: paratus in sede; celebrat „Missam de Spiritu Sancto, & præbet „Clero sacram Communionem:“ verba sunt Pontificalis Romani *cit. loc.* Eodemque ritu, post ultimam sessionem, esse Episcopum à Clero associandum, cum ab Ecclesia se domum recipit, in eodem Pontificali inferius præscribitur: *Tunc omnes pariter surgentes, Pontificem, Capam indutum, cum Superpellicibus ad domum reducunt.* Hic potè Clericorum, Episcopum associantium, comitatus speciem

ciem quamdam præsefert Processionis; nec alicubi, ut in Diocesi Neapolitana, alia fieri solet, solemnis Supplicatio, seu Processio, cum nulla reapse descripta appareat in Actis Synodi Diocesana, anno 1694 celebratæ à Jacobo Cardinali Cantelmo, neque in Actis alterius Synodi anno 1726. habitæ à Cardinali Francisco Pignatello, Neapolitanis Archiepiscopo; nisi fortè ideo non reperitur descripta in actis Synodalibus, quia pridie habita fuerit quemadmodum, sua ætate, Neapoli fieri consuevisse asserit Gavantus in *praxi part. 2. sess. 1. annot. 1.*

Ceterum quidquid sit de contraria consuetudine, in hac, aut illa peculiari Diocesi vigente, communi usu receptum est, ut prima Synodi die ab Episcopo, & universo Clero publica instituitur Supplicatio, seu processio per urbem; quod & faciendum præscripsit S. Carolus Borromeus *cit. loc. & factum à S. Francisco Saleto lib. 3. cap. 10. num. 3.* narravimus, quorum exemplis satis superque sunt ad firmandam regulam, ad quam omnes conformare se debeant. Ejusmodi Processionem instituendam, post celebratam ab Episcopo Missam, ut dum ea celebratur, commodius possit Clerus in Ecclesia congregari, ait Gavantus *cit. loc. sed S. Carolus Borromeus illam ante Missam peragendam dicit: Primo Synodi die Episcopus, Processione solemnè primùm peracta, Missam sacrificium celebret.* Quilibet, quoad hoc, suæ Ecclesie consuetudinem sectetur, modò Missa non omittatur; quam Synodalibus actionibus semper præmitti consuevit, vel ex ipsa colligit, quæ sæculo VI. confecta creduntur, Gestis de Xisti Romani Pontificis purgatione, & Polychroni Hierosolymitani Episcopi accusatione, ubi *cap. 8.* cum Synodus Hieroso-

lymis, certè, prout moris erat, celebrata lingatur, dicitur: *Feria prima celebrata sunt Missa à Castro Episcopo, qui directus fuerat à Xisto Episcopo, & Coepiscopis suis; vel à Synodo: apud Constantinum Append. ad tom. 1. epist. Pontif. col. 121.*

III. Itaque, sive ante, sive post Processionem, debet Episcopus Missam facere de Spiritu Sancto, & per rigere Clero sacram Communionem, quam, acceptis Stolis rubeis, etiam Sacerdotes sumunt, qui fortè ea die non celebraverint. In Pontificalibus editis ante Clementem VIII. uti observat Joseph Catalanus in *notis ad Pontificale Romanum tom. 3. tit. 5. §. 2. num. 5.* non legitur Missam celebrandam, sed audiendam ab Episcopo: „Prima autem die Concilii, seu Synodi, magne conveniunt Sacerdotes, & Clericis universis in Ecclesia, in qua debet Concilium, seu Synodus celebrari, ubi Pontifex Missam audit.“ Sed quod ita olim fieret, non absolvit Episcopus ab obligatione per se ipsos celebrandi, quam illis imponit recens Pontificale, quod prolixè auctoritate Clementis VIII. ubi Episcopo, & non alteri, dicitur: *Paratus in sede, celebrat Missam de Spiritu Sancto.* Nec satis est, ut Episcopus Missam privatim faciat; sed omnino decet, ut solemnè, & pontificali ritu celebret; siquidem S. Carolus Borromeus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. *part. 2. tit. Quæ pertinent ad sanctissimum Missæ sacrificium, pag. 152.* dies enumerans, quibus Episcopus & Patrum monitionis, & veteri ritum, caremoliarumque Romanarum Collet, eoque comprobato, sacra mysteria solemnè celebrat, & Pontificio apparatu perficere debet, primam quoque Diocesana Synodi diem inter illas recenset.

IV. Secunda Synodi die, mos est, inquit Gavantus *cl. prax. part. 2. sect. 2. num. 2.* ut unus ex Canonis Missam solemniter faciat pro Defunctis, cui Episcopus assistit, eaque peracta, Srolam, & Pluviale nigri coloris assumit, & consueta Orationes recitat pro Defunctis, post quas vestes nigras in rubeas mutat, & accepto Pastoralis baculo, ad Sedem Synodalem ascendit. Tertia die una pariter ex Canonis Missam celebrat de Sanctissima Trinitate, addita Collecta in gratiarum actionem, Episcopus est indutus Srola, & Pluviali albi coloris. Missa absoluta, rubea accipit indumenta, ad consueta sedem se confert, ultimae sessioni praesidet, & Synodo finem imponit.

V. Post ultimam sessionem, alia fieri solet Supplicatio, seu Processio, minus tamen sollemnis, intra, vel circa Ecclesiam, quod Gavantus *pag. 40.* monet; qua absoluta, Episcopus consueto ritu, Clero, & populo benedictam, & quadraginta dierum Indulgentiam imperatur. Quod tamen ubiorem fructum & Synodi celebratio singuli capiant, solent Episcopi, saltem cum primam agunt Sinodum, Indulgentiam plenariam a summo Pontifice, sub consueta formula, illis impetrare, qui una ex tribus Synodi diebus, Ecclesiam Cathedralem visitaverint. Cetera, quae ad preces in Synodo recitandas, aliaque functiones peragendas pertinent, legenda sunt in Pontificali Romano; & antiquiora quaedam monumenta, hanc aemulata materiam respicientia, videri possunt in Appendice Concilii Salsburgensis *tom. 9. Collectionis Conciliorum Labbei col. 483.* apud Martene de *antiqua Ecclesiae ritibus tom. 7. lib. 4. cap. 34. n. 39.* & apud Catalanum ad *Pontificali Romanum in Append. ad ardeum*

*celebrandi Synodum.*

VI. Vetus institutum est, ut Episcopus in Synodo brevi, gravique sermone Clerum alloquatur, & de his admoneat, quae in illo corrigenda deprehenderit; quod saltem in postrema sessione omnino fieri voluerit Patres Concilii Mediolanensis *V. cit. part. 3. pag. 279.* Episcopus *antea, quam Synodum dimittat, sermonem habeat, paternis monitionibus plenum, & dimissioni accommodatum.* Hujus admonitionis antiqua formula, sub nomine *Inquisitionis*, extat apud Reginonem Abbatem Prumiensem; aliaque occurrit in Pontificali Romano, ex variis Conciliorum decretis, Pontificis sanctionibus, & SS. Patrum sententiis concinnata. S. Carolus Borromaeus ad sublevandos Episcopos, qui concionibus habendis assueti non sunt, quaedam elucubravit, atque suo quarto Concilio Provinciali approbatas eddidit admonitiones, in qualibet Dioecesana Synodo legendas, quae compendiosae atque exactam Clericalis vitae disciplinam, & vivendi rationem continent: *Quibus* (ait *pag. 181.*) *pro libro suo unusquisque Episcopus addat, & detrahat, pro Ecclesiae suae Clero, pro temporum ratione, utile esse viderit.* Alias insuper, & uberioris admonitiones idem S. Carolus evulgavit in sua tertia Synodo Dioecesana, quae insertae sunt Actis Ecclesiae Mediolanensis *part. 2. pag. 299.* Ex his quilibet Episcopus ea tellegere poterit, quae suae Ecclesiae, pro loco, & tempore, magis accommodata judicaverit, aliaque addet, quae Spiritus Sanctus dabit ei eloqui.

VII. Mirabitur fortasse quispiam, in praefata admonitionum formula, quae habetur in Pontificali Romano *tit. de ordine ad Synodum ad fin. 2. sess.* hoc inter cetera, ab Episcopo Clero iungendum adnotari: *Tribus temporibus*

*in anno, idest Nativitate Domini, Pascha, & Pentecoste, omnes Fideles accedere ad Communionem Corporis Domini nostri Jesu Christi admonete, & ne omittat, nisi saltem in Pascha communicet.* Sed meminisse oportet, legem olim ab Ecclesia latam fuisse, ut omnes Christiani adultae aetatis, his diebus, quibus praecipua nostrae religionis mysteria recoluntur; idest Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, Eucharistiam sumerent; uti constat ex decreto, quod refertur, & Fabiano Papae tribuitur, ab Ivone *part. 2. cap. 27.* Burchardo *lib. 5. cap. 17.* & Gratiano *de consec. dist. 2. Can. 16.* Etsi non frequentius, saltem in anno ter facit homines communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur in Pascha, videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini: ex Concilio Agathensi *anni 508. can. 18. tom. 2. Collect. Harduini col. 1000.* *Seculares, qui Natale Domini, Pascha, Pentecostem non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur;* ex Concilio Turonensi III alii quoque. Sed magis magisque in dies frugescentis Fidelium pietate, Innocentius III. in Concilio Lateranensi *IV. can. 22.* relato in *cap. Omnis utriusque sexus, de penit. & remiss.* statuit, ut omnes Fideles semel saltem in anno sua peccata sacramentali confessione explerent, & *ad minus in Pascha Eucharistiam susceperent.* Totam, quae in Ecclesia viguit, quoad obligationem accedendi ad Eucharistiam disciplinam, ejusque podentiam, & veluti per gradus, remissionem describit Petrus Blesensis *sermone 16.* ex recensione Joannis Busci, inquit; „In prima Ecclesia quotquot intererat consecretioni Eucharistiae, communicabant eidem... Postquam autem crevit

numerus Fidelium, nec omnes accedere ad Eucharistiam visum est; statutum est, ut saltem diebus Dominicis Fideles communicarent. Cum vero palae supereressentes creperunt cooperire grana, & multorum refriguit charitas... decretum est, ut saltem per tres solemnitates in anno Fideles communicarent, in Pascha, Pentecoste, & Natali. Nunc autem, quoniam dies mali sunt, & omnes fere declinaverunt, similes facti sunt, non audeo dicere, ex precepto Ecclesiae, sed ex tacita permissione ipsius introducitum est, ut semel in anno congregentur in Ecclesia ad communicandum; quod praeterire fas non est. Jam vero cum formula, de qua loquimur, antiquissima sit, & ante Concilium Lateranense IV. exarata, nemini mirum videri debet, quod in ea Fideles admoneantur, ut ter in anno ad sacram Communionem accedant. Postquam autem preceptum communicandi ter in anno in Concilio Lateranensi temperatum fuit, addita sunt eidem formulae ea verba, & *ne omittat, quin saltem in Pascha communicet,* quae quidem in antiquioribus formulis desiderantur, & satis aperte indicant, Communionis praecipuum nunc obligare solum in Pascha, quam vix expediat, ut Episcopus, & Parochi populum hortentur ad scriptis, sed praesertim in celebrioribus festivitatibus, sacra mysteria participanda.

VIII. Antiquam pariter disciplinam respiciunt verba, quae in eadem formula sequuntur: *Certis temporibus conjugatos abstinere ab uxoris exhortamini.* Olim enim in solemnitatibus festivitatibus, ac jejunii diebus, quibus peculiariter erat orationis vacandum, vetitum fuisse conjugibus matrimonii suam, ex pluribus colligitur Ec-



Ecclesie sanctionibus, collectis à Gratiano *causa 73. quasi. 4.* Rutherius, Episcopus Veronensis, in sua epistola Synodica, qua habetur *tom. 1. Spicilegii Dacherii pag. 379.* conjuges se abstinere jubet in Natali Domini viginti diebus, & *noctibus... in octavis Pasche, & Pentecostes, Litaniarum, & omnium festivitatum vigiliis, sextis etiam diebus, praeceptum autem omnibus diebus, vel noctibus Dominicis.* Inter Capitularia Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, ab eodem Dacherio *Spicilegii tom. 1. evulgata, cap. 49. pag. 488.* legitur: „Vir abstineat se ab uxore sua quadragesima dies ante Pascha, & post Pentecosten una hebdomada. In Quadragesima pariter, et in qua non solum illicita, verum etiam multa à nobis quoque licita marito recitamus, est à conjugibus omni vulgari renuntiandum, & ut licenter orationi vacent, castitati mentis, & corporis incumbendum.” respondit Nicolaus I. ad consules *Bulgarorum cap. 9. tom. 4. Collectionis Harduini col. 778.* in Canone III. *tom. 1. noviss. Collect. Concilior. Britan. pag. 107.* ex his, quos Beghbertus Archiepiscopus Eboracensis, ex pluribus excepit Conciliis, haec habentur: *Qui in matrimonio sunt, abstinant se tres noctes, antequam communicent, & postquam communicaverint. Haec fortasse, aliaque hujus generis multa, ignota fuerunt nonnullis Theologis moralibus, qui antiquam disciplinam ex hodierna metientes, atque illam huic accommodantes, quod saepe ab iisdem fieri notavit Cardinalis Bona *rer. liturgic. lib. 1. cap. 18. nota. 1.* non dubitarunt affirmare, nunquam ab Ecclesia fuisse usum conjugii certis diebus interdictum; cum potius asserere debuerint, nunc intra meri concilii li-*

mites contineri, quod olim severa lege erat prohibitum; sicuti scilicet ponderat Catalanus in *Comment. ad Pontificale Romanum tom. 3. tit. de ordine ad Synodum §. 23.*

IX. In fine Synodi fieri solent Acclamationes, quibus Diaconis, ceteris respondentibus, omnem laudem, honorem, & gloriam refert Deo Patri misericordiarum, qui Spiritus Sancti invisibili gratia Synodum dirigere, atque ad felicem exitum perducere dignatus est; summo Pontifici universalem Ecclesiam gubernanti, veram & diuturnam prosperitatem; Episcopo, Synodo praesidenti, ejusque Ministris salutarem vigilantiam, & Divinarum miserationum abundantiam; civitati, & oppidis Dioecesis pacem, animorumque concordiam, omniaque fausta precatur, supplicatque Deo, ut uberem opem elargiatur, qua singuli adjuvi, edita in Synodo decreta, sanctè, inviolateque custodiant & exequantur.

X. Faustae Acclamationes frequenter occurrunt in Conciliis Oecumenicis. Eas quippe in Concilio Chalcedonensi *Act. 1. Act. 4.* & bis *Act. 6.* factas legitimus. In Concilio vero Constantino-politano IV. ad finem cujusque actionis, acclamationum deprehendimus Hadriano Romano Pontifici, Basilio, & Constantino Imperatoribus, Eudoxia Augusta, Ignatio, ceterisque Patriarchis Orientalibus, omniumque Episcoporum orthodoxo senatu. Quae autem in Concilio Tridentino, auspiciante Cardinali à Lotharingia, aliisque Patribus prosequentibus, factae sunt, extant *tom. 10. Collectionis Harduini col. 129.* Rarius occurrunt in antiquioribus Conciliis Provincialibus, etsi in Synodo Romana anni 853. *cap. 42. ab Universis Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, & Clero cuncto Leonis IV.*

summo Pontifici *tom. 5. Collectionis Harduini col. 75.* & in Concilio Toletano IV. anni 633. *ad finem, Ste-nando Regi acclamationum legamus tom. 7. Collectionis Harduini col. 595.* Inter Concilia vero Provincialia, post Tridentinum habita, Acclamationes reperimus in sine Cameracensis, anni 1186. *tom. 9. Collectionis Harduini col. 218.* Burdigalensis anni 1622. *tom. 11. Collectionis Harduini col. 341.* & aliis. Post Acclamationes in Conciliis Provincialibus, omnes Episcopi accedunt ad osculum pacis, à Metropolitano accipiendum, quod deinde sibi invicem pariter dant, & accipiunt, ut mutuum charitatem, amoremque conjunctionem ostendant.

XI. Quod verò attinet ad abstrandas Dioecesianas Synodos, in Ceremoniali Episcoporum *cap. 71. in fin.* habetur: „In Synodi Dioecesis matrisque deceret, ut Acclamationes, & oscula pacis omittentur.” *Sed nihilominus Gravatus in praxi Synodi Dioec. part. 2. sess. 3. num. 27. ait.* „Acclamationes fiunt, sicut in prima Synodo, ut aliquando fiunt, & Ceremoniale non eas prohibet, sed parcius adhiberi censet in Dioecesis Synodis.” & re ipsa Acclamationes factas comperimus in Synodo Dioecesa Sutrina, anno 1671. habita à Julio Cardinali Spinola; in Synodo Dioecesa Farlensi, ann. 1683. habita à Carolo Cardinali Barberino; in Synodo Dioecesa Montis Falisci habita ab Episcopo Bonaventura, aliisque non paucis. De osculo pacis haec habentur in Concilio Provinciali Mediolanensi V. *cit. part. 3. Act. Eccl. Mediolan. part. 1. pag. 279.* „Acclamationibus factis, omnes Sacerdotes, & Clerici surgentes, cum reverentia osculum pacis ab Episcopo accipiant, & sibi invicem dent, cum timore & amore Dei

„Si vero Cleri, qui convenerint, numerus sit est, ut longius hae osculatus ducatur, ea ratio inest, ut Praepositi, & Archiepiscopi solim ab Episcopo illud accipiant, qui deinceps suo cuiusque Clero dent, isque inter se mutuo item.” Verum cum haec in Ceremoniali Episcoporum nec praecipiantur, nec prohibentur, liberum erit Episcopis ea vel facere, vel omittere; sicuti fert cujuslibet Dioecesis consuetudo.

## CAPUT II.

De legendis in Synodo, & Fidei Professione in ea emittenda.

Concilia Provincialia, & Dioecesa-na, olim fuisse ita inter se colligata, ut unum alterum consequerentur, diximus *lib. 1. cap. 7. num. 2.* In Provincialibus enim Universalium, in Dioecesis Provincialium Synodorum definitiones, & Decreta promulgabantur; quocirca Concilium Toletanum XVI. anni 633. *cap. 7. tom. 3. Collectionis Harduini col. 1797.* sancivit, ut unusquisque Episcopus intra sex menses post peractum Provinciale Concilium, sine Dioecesis Clerum ad Synodum accesseret: *Quatenus coram eis publicè omnia reciterata, de his, quae eodem anno in Concilio acta, vel descripta extiterint, plenissime notitias efficiantur.* Præter disciplinam non ignarus S. Carolus Borromeus in Concilio Provinciali Mediolanensi IV. illam renovare studuit, decernens *part. 1. Act. Eccl. Mediol. pag. 179.* In prima quoque Dioecesa Synodo decreta, in Provinciali proximo Concilio edita, promulgentur. Ad eundem pariter morem alludere voluit, & retinendum duxit sacra Congregatio Concilii, cum rescripsit, posse ab Episcopo omnes, &

et singulos Dioecesis Clericos ad Synodum evocari, si Concilii Provincialis decreta sint in ea publicanda, sicut *lib. 5. cap. 6. num. 2.* retulimus, Præter Concilium Tridentinum, ne eorum, que de Episcoporum, & Parochorum residentia, tum *sess. 6. cap. 1. de reform. sub Paulo III. tum sess. 23. cap. 1. sub Pio IV.* sancitissime constituerat, ullo unquam tempore memoria obliteraretur; in Provincialibus, & Episcopaliibus Synodis illa semper in posterum legenda; & promulganda præcipit: „Postremo *(ait)* tum decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum in Conciliis Provincialibus, & Episcopaliibus publicari, sancta Synodus præcipit; enunciat; que adeo ex Pastorum animarumque salute sunt, frequenter omnium auribus, mentibusque intigi, ut in posterum, Deo juvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine abolentur.“

II. Ad hæc, S. Carolus Borromeus in sæpius citato Concilio Provinciali Mediolani, *V. part. 3. Act. Eccl. Mediol. part. 1. pag. 278. & 279.* in qualibet Dioecese Synodo semper legendas, editas, Constitutiones Pii II. de Clericis illegitime promotis, S. Pii V. de confidentis Beneficialibus, & de Hori Canonice reclandis, quibus permisit, ut adjuvarentur *alia vel Pontificia sanctiones, vel Provinciales Constitutiones, vel Decreta Dioeceseana, qua Episcopi legenda censuerit.* Nec incongruum esse, ait Gavantus in *citata præf. part. 2. sess. 2. num. 19. & seq.* ut Episcopus promulgari jubeat etiam sacram Urbis Congregationum decreta, si que de novo prodierint, ad universum Clerum spectantia; simulque expedire monet, ut illa, que leguntur, aliqua Episcopus vulgari ser-

mone intererat, quibus causam, & rationes exponat, propter quas emanarunt, & accuratam omnium observationem inculcet. Verum, ne tot Constitutionum, & decretorum farrago confusionem pariat, & audientium mentes obruat; jamdum mos inolevit, ut Episcopus in suis Synodalibus Constitutionibus, summorum Pontificum, sacrarumque Urbis Congregationum recentia decreta, que speciatim suo Clero notificanda judicaverit, breviter innuat, eademque postea, vel per extractum, vel in compendium redacta, ac notis insuper quandoque illustrata, in appendice ad Synodum edat, & vulgaret.

III. Quod attinet ad Fidei professionem, semper in Ecclesia hæc disciplina viguit, ut Patres, ad sacra Comitia coaduntes, se Catholicam Fidem profiteri, & præcedentia Œcumenica Concilia recipere ac admittere, publicè protestarentur. Ita præsertim in Concilio Chalcedonensi, atque aliis deinceps Conciliis, Nicæna, ac Constantinopolitana Fidei formula recitata. Quibus vestigiis inherens Tridentina Synodus *sess. 25. de reform. cap. 1.* præcepit Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque omnibus, qui de jure, vel consuetudine Synodo Provinciali interesse debent, „ut in ista prima Synodo Provinciali, post inmem præsentis Concilii habenda, ea omnia, & singula, que ab hac sancta Synodo definita & statuta sunt, passim recipiant, nequam veram obedientiam summo Romano Pontifici sponteant & profiteantur, simulque hæreses omnes, à sacris Canonibus, & Generalibus Conciliis, præsertimque ab hac eadem Synodo damnatas, publicè detestentur, & anathematizent;“ eandemque Fidei professionem semper deinceps à

novis Ecclesiarum Præsulibus emittendam; statuit, in prima Synodo Provinciali, cui intervenerint: „Idemque in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcoposque promovendi, in prima Synodo Provinciali, in qua ipsi interfuerint, omnino observent.“ Huic verò sanctioni Episcopi, ut par erat, morem gessisse, probant omnium Provincialium Conciliorum, que Tridentinum sunt consequuta, Acta, quorum plerique ad rem allegantur à Natali Alexandro *hist. Eccles. sæculi xv. & xvi. disserti. 12. art. 6.*

IV. Inspecto igitur Tridentini decreto, non tenetur Episcopus Fidei professionem emittere in prima Synodo Dioeceseana, sed in prima Provinciali; artamen maxime decet, ut in hoc religionis actu præstando, etiam in sua Dioeceseana Synodo, cæteris exemplo præcat, & Fidem Catholicam, sub consueta formula, coram antantium Sacerdotum cœtu, passim profiteatur; quod docet Gavantus in *citata præf. part. 2. in annot. 4. 3.* rationem simul adducens, eum illi fieri expediat, inquisiens: „Notandum est, non teneri Episcopum emittere professionem Fidei in prima Synodo Dioeceseana, quia non habet ibi majorem, sed in prima Synodo Provinciali. Quia tamen hodie celebratur, laudandi sunt ii Episcopi, qui in prima sua Synodo coram Deo, genuflexi ante altare, Fidei professionem emittunt; est enim actus summæ religionis; quo casu stabit totus Clerus ob reverentiam genuflexi Episcopi, qui breviori formula, de qua infra, eam emittit, &c.“ Gavanto obrequiti sunt duo Cardinales, Archiepiscopi Neapolitani, Can-

telmus, & Pignatellus, Fidei professionem, in sua quisque Synodo, emittentes; quod ideo, se facere declarant, quia nulli Provinciali Concilio, usque ad eam diem, intervenerant.

V. Severius egit Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de reform.* cum Parochis, à quibus Fidei professionem emitte voluit intra duos menses, numerandos à die, qua Beneficij Parochialis possessionem consequuti sunt: *Provisi etiam de Beneficij quibuscumque, Curam animarum habentibus, teneantur à die adptæ possessionis, ad minus intra duos menses, in manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram Generali ejus Vicario, seu Officiali, orthodoxe sue Fidei publicam facere professionem, & in Romana Ecclesia obedientiam se permanuros, sponteant ac jurent;* eidemque obligationi obnoxios fecit Canonice Ecclesiarum Cathedralium, quinimo istos non solum coram Episcopo, aut ejus Officiali, sed etiam coram Capitulo, Fidei professionem edere debere, statuit: *Provisi autem de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, sed etiam Officiali, ac etiam in Capitulo, idem facere teneantur.* Porro tam Canonicos, quam Parochos, huic sanctioni non obtemperantes, jure privavit percipiendi suorum Beneficiorum fructus: *Alioquin prædicti omnes provis, ut supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur;* ubi tamen, nomine fructuum, non venire quotidianas distributiones, sæpius censuit sacra Congregatio Concilii, & præcipit dieo. Februarii 1726, cum interrogata: „Quibus penis subiacent non emittentes, vel debito modo non emittentes professionem Fidei: respondit: Non facere fructus suos, sed distributiones lu-



perat pro Horis, quibus interest; iuxta ea, quae de hac materia tractatae plenè deduximus in nostris Instit. 60.

VI. Praefatum Tridentini decretum *sess. 22. solus* attingit Curatos, & Canonicos Cathedralium, non autem Canonicos Collegiarum Ecclesiarum, ceterosque Beneficiarios; sed idem Tridentinum *eli. cap. 2. sess. 25.* postquam ad Fidei professionem, in primo Provinciali Concilio emittendam, adegit Episcopos, addidit: *Cathedralibus* vero omnes, sive in praesenti, sive in futurum Beneficia Ecclesiastica habentibus, & qui in Synodo Dioecessana convenire debent, idem, ut supra in ea Synodo, quae primo quoque tempore celebrabitur, faciant & observent; alias secundum formam sacrorum Canonum puniantur. Dabitur quidem nonnullè, an ejusmodi decretum *sess. 24.* referendum sit ad decretum *sess. 24.* & de illis duntaxat Beneficiariis accipiendum, de quibus *cap. 12. sess. 24.* fuerat sermo; sed unde hoc dubitatio oritur, plane non videmus; in priori quippe Decreto soli nominantur Curati, & Cathedralium Ecclesiarum Canonici, posterioris vero decreti verba generalia sunt, & omnes omnino illi Beneficiarios complectantur; nec ullam involvunt particulam, quae vel iuxta innotat, hoc intra limites prioris decreti esse restringenda; quapropter, sine ulla limitatione, concludendum est, postremi decreti virtute, omnes & singulos, qui Beneficia Ecclesiastica possident, in prima Synodo Dioecessana, cum aliis obstringantur adesse, debere Fidei professionem emittere.

VII. Veterini esse Concilium Tridentinum praedicta statuerit, nullam tamen specialem Fidei formulam, certis verbis conceptam, adstravit, in quam illi jurare debeant, quos cetero-

quid ad Fidei professionem faciendam severa lege adstruxit. Eam tamen formulam postea concinnavit Pius IV. & sua *Constit. 107. Bullar. tom. 4. part. 2. pag. 204. Roman. edit.* in eum jurare jussit, quicumque Cathedralibus, aut superioribus Ecclesiis essent in posterum praesentibus, vel Canonicis Cathedralium Ecclesiarum, aut Beneficium animarum Curam annexam habens, forent consecraturi. Quia autem de ceteris Beneficiariis nihil Pius IV. decrevit, inde exorta est dubitatio, an isti Fidei professionem in prima Synodo Dioecessana, ad Tridentini normam edituri, teneantur illam conceptis verbis emittere, juxta formam a Pio IV. praescriptam; sed cum in Plana formula, revera alia non continerentur, praeter illa, quae Tridentinum spectatim exprimentia praecipit, merito dectum fuit, illam ab omnibus esse adhibendam, in Tridentini decreto obstringuntur ad Fidei professionem, sive in Synodo, sive extra Synodum edendam, quemadmodum refert Fagnanus in suis *manuscriptis ad cap. 2. sess. 25. de reform. advertendam, quod, licet haec formulae professionis Fidei, edita à Pio IV. non sint edita tempore hujus decreti; cum tamen praecipitur Concilio Provinciali interessentibus professionem eorum, quae in dicta formula continentur, bene sunt iudicatum, secundum eam formulam quemcumque debere profiteri.*

VIII. Non est tamen necesse, ut singulam Planam formulam separatam recitent, sed sat est, ut Synodi Secretarius illam è suggestu alta voce legat, omnesque Fidem professuri eandem ipsidem verbis simul repetant, quae absoluta, sibi, tamen, vel quatenus ad Episcopum accedent, & coram eo genitici, super exposita sacrosancta Evangelia jurandum singulim la-

hunc

hanc modum profertur: *Ego idem N. N. respondeo, & ac juro. Sic me Deus adjuvet, & haec sancta Dei Evangelia.*

IX. Displicet hoc jurandum plebique heterodoxis, Ideo dumtaxat illud improbandum, quia nihilque fas esse vellent, religionem, & Fidem, quae indissolubile, pro libito mutare; ac proinde Fidei professionem, conceptis verbis faciendam, Fidem formulariam, per ludibrium appellant. Nos tamen hic non est eorum insulam refulere; obiter tamen, & veluti pertransientem advertimus, Fidei formulam, non recentem adinventam, sicut illi oblatrant, sed Ecclesiae coevalis esse, quod & cordatioris inter eosdem hereticos ultro fatentur; nullus siquidem adultæ ætatis, primis Ecclesiae saeculis, Baptismate donabatur, qui Catholicam Fidem, conceptis verbis, antea non profiteretur, & grassantes tunc temporis haereses publice non detestaretur; de qua re luculentum testimonium perhibent Cyprianus *epist. 76. ad Magnum, Tertullianus de Baptismo. cap. 6.* Eusebius *epist. ad Cesar.* apud Socratem *lib. 1. cap. 8. August. lib. 8. Confess. cap. 2.* Speciale quoque Fidei professionem, sub certa formula, semper Ecclesiam exegisse à suspectis Catholicis, redeuntibus ad Ecclesiam hereticis, ac novis Episcopis, tradit Cyprianus *Alexandrinus epist. ad Acacium tom. 5. part. 2. Oper. pag. 129.* & pluribus probat Christianus Luysus *in schola, & notis ad Caricæ Epistolas tom. 1. edit. Lovanien. anni 1655. pag. 360.*

X. Nec vetera recens institutum est, ut Catholicam Fidem, quam quis exterius profiteretur, se constanter retenturum juratus pronuntiat; etenim Patres Concilii Toletani XI. anni 675. can. 10. statuere: *Placuit huic sancto*

tom. I.

*Concilio, ut unusquisque, qui ad Ecclesiasticis gradibus est accensus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui innotatione pronuntiat, ut Fidem Catholicam sincera cordis devotione custodiat, justè & pè observare debeat; Collectionis Harduini tom. 3. col. 1028. ubi placiti innotatione aliud designari non posse, quam juramenti vinculum, nemo non videt. Gregorius II. à Bonifacio Germanorum Apostolo, quem pridè kalendas Decembris anno 723. Episcopum inauditavit, juratum Fidei professionem, ab omnibus Episcopis in eorum ordinatione praestari solitam, accepit, in hanc formam conceptam: *Promitto ego Bonifacius Eccl. libi, Beate Petre, Apostolorum Princeps, Vicarioque tuo beato Gregorio Pape, & Successoribus ejus, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inseparabilem, & hoc sacratissimum Corpus tuum, me omnem Fidem, & puritatem sanctae Fidei Catholicæ exhibere, & in unitate ejusdem Fidei, Deo operante, persistere, in qua omni Christianorum salus esse sine dubio comprobatur, &c.* apud Baronium *ad eundem annum 723. numer. 4.* Berengarius in Concilio Romano sub S. Gregorio VII. anni 1076. post juratum haerem, Fidei professionem, juramento super sancta Dei Evangelia obignavit, ut narrat Baronius *ad dictum annum numer. 5.* Et Concilium Tolosanum anni 1129. can. 20. sancivit, *Univeris tam marces, quam femina, masculi à XVI. abhinc omnes heresim, extollem in se avertimus a unitate, & Catholicam Romanam Ecclesiam, jurent etiam, quod Iudæi Catholicam, quam Romana Ecclesia tenet & praedicat servabunt; tom. 6. Collectionis Har-**

I

dū-

divini *part. 2. col. 1257.* Hæc, aliaque hujus generis innumera, vetustate veneranda exempla, & decreta satis superque essent ad obstruendum os hæreticorum obloquuntium de Fidei professione, ex Pii IV. Constitutione conceptis verbis edenda, & juramento confirmanda; quæ tamen non pretermittimus, quia præsentis instituti non est cum hæreticis dimicare.

## CAPUT III.

## De Scrutiniis.

Scrutinium, ita dictum à scrutando, duplex esse potest: speciale, cum scilicet singulas personæ mores investigantur; & generale, cum in totius Cleri videndi rationem inquiratur. Accurantisimum & minutissimum Scrutinium semper in Ecclesia fieri consuevit de probitate, doctrina, cæterisque animi dotibus eorum, qui ad Ordines, præsertim Sacerdotium; & Episcopatum, essent promovendi; quamvis modo semper, nec ubique idem fuerit modus illud instituentium. In Constitutionibus Apostolicis lib. 8. cap. 4. tom. 1. *Patr. Apostolicæ. Cotelieri pag. 295.* ab ipsis Apostolis statutum dicitur, ut Episcopum ordinatum, eum populo sistant, petaque qui inter reliquos præcipuus est, an ab omnibus testimonium habeat, quod dignus sit magis hæc & illustri præfectura. Ex eadem Apostolica traditione promanasse, ut idem fieret in Sacerdotum, & Diaconorum Ordinatione, attestat Cyprianus *epist. 68.* quæ est ad Clerum, & plebes in Hispania consistentes: *Ordinationes Sacerdotales non nisi sub populi assistentia conscientia fieri oportere, ut plebe præsentente, vel detegantur malorum cri-*

*mina, vel bonorum merita prædicentur. . . . Nec hoc in Episcoporum tantum, & Sacerdotum, sed in Diaconorum Ordinationibus observasse Apostolos, animadvertimus.* At in fine sæculi IV. hanc disciplinam in Africa mutari cepisse, colligitur ex Concilio Carthaginiensi III. anni 397. *can. 22.* relato à Gratiano *dist. 92.* ubi Episcoporum arbitrio relinquuntur, vel populi testimonium exquirere, vel aliter Ordinandum meritum examinare. Nullus ordinatur Clericus, nisi probatus fuerit, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio. Etenimvero cum absolum vitium fuerit, evellit etiam ex infima plebe permittit, illos publicè accusare, quos ipsamet ad Episcopatum, Sacerdotium, alivde sacrum ministerium, electio fecerat honorandos; usus postea invaluit, ut Ordinandi vitia, non palam & publice, sed secreto Episcopo denuntiarentur; Episcopi autem erat, primo loco, in denuntiantium vitam inquirere, ut inde liqueret, an & quanta fides esset illi habenda; cujus consuetudinis plurima exempla adducit Cironius *ad tit. 12. de Scrutiniis in ordine faciendis.*

Ne autem in hac ipsa secreta denuntiatione aditus pateret calumnie, accusatorem, crimine non probante, exilio plectendum statuit Justinianus Imperator *novella 113. c. 2.* Accusator autem, sive non probaverit, sive etiam fugerit propositam à se accusationem, à provincia, in qua habitabat, abiciatur; & *novella 6. cap. 2.* eum in perpetuum à sacra communionis segregandam constituit.

II. Quia potest Episcopi, plurimum curis distenti, non poterant singulorum, quibus essent manus imposituri, vitam & mores diligenter, sicuti oportebat, examinare; inde factum est, ut Or-

Ordinandorum Scrutinium commisserint Archidiaconis; quod quidem consilium jam à quarto sæculo capium fuisse à Romanis Pontificibus, qui totius Ecclesiæ regendæ onere gravantur, constat ex Hieronymo, *epist. 146. ad Evangelium tom. 1. Oper. col. 1077.* scribente: *sed dicit, quomodo Romæ, ad testimonium Diaconi, Presbyter ordinatur?*

III. Posteriori ævo diversus, magisque exactus peragendi Scrutiniis modus inductus est, quem primo prescriptum invenimus à Concilio Nannetensi incerte ætatis, quod tamen Eruditi consentiunt non esse sæculo IX. posterius, sed vel anno 618. vel 900. celebratum; in ejus quippo *cap. 11.* doceritur: *Episcopus quando Ordinationem facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere volunt, feria quarta ante ipsam Ordinationem examinati sunt ad civitatem, undè cum Archipresbyteris, qui eos præsentare debent. Et tunc Episcopus à latere suo dirigere debet Sacerdotes, & alios prudentes viros, quos Legiæ Diocis, & exercitatorum in Ecclesiasticis sanctionibus, qui Ordinandum vitam, genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si bene literati, si in Legge Domini instructi, diligenter investigent.* *Concil. Gall. editionis Simonii tom. 3. pag. 604. & Collectionis Harduini tom. 6. part. 1. col. 256.* Sed quoniam salutaris hæc institutio, temporum malitia, atque Episcoporum incuria desueverat; sapienter propterea ad hoc electi à Paulo III. Cardinales & Præsules, ut nimirum collato studio ea ipsi suggererent, quæ ad reformatam Ecclesiam necessaria reputarent, in celebri consilio, anno 1338. eidem Pontifici in scrip-

tis exhibitio, inter ceteros corrigendos abusus; hunc, tanquam gravissimum, primo loco recensere: *Primus abusus in hac parte est Ordinatio Clericorum, & præsertim Presbyterorum, in qua nulla adhibetur cura, nulla adhibetur diligentia, quod passim quicumque sint, impermississimi sint, vitiosissimo genere orti sint, malis moribus ornati sint; adulescentes adultantur ad Ordines sacros, & maxime ad Presbyteratum, ad characterem, inquam, Christum maxime exprimentem; hinc innumera scandala, hinc contemptus Ordinis Ecclesiastici, hinc Divini cultus veneratio non tantum diminuta, sed etiam prope jam extincta.* Ad hæc autem præcienda scandala, fidem delecti Cardinales & Præsules modum Pontifici indicarunt, quo in posterum exactum, de promovendis ad Ordines, Scrutinium efformaretur. Quod verò illi tanopere exoptaverant, Concilii Tridentini Patres postea præstitit *sess. 23. cap. 7. de reform.* ubi allegatum Nannetensem canonem totidem terè verbis instauravit; eamque Tridentini sanctionem, adhuc locutissime explicatam; inculcarunt, religioseque custodiri præceperunt Clemens VIII. *Constit. 61. §. 7. tom. 7. Alexandri VII. Constit. 129. tom. 5. Innocentii XIII. Constit. 34. §. 2. Bullar. 1. 10. part. 2. Romæ edit.* & nos ipsi in epistola communitoria ad omnes Episcopos, quæ est *secunda §. 1. nostri Bullarii tom. 1.*

IV. Quamquam autem nunc in ipso Ordinationis actu Scrutinium non fiat, tamen, ut antiquissimus illius discipline, quam commemoravimus, memoria extet, & saltem vestigia remaneant, Episcopos Diaconatum, aut Sacerdotium collaturis, post illud testimonium exquiri, dicens: *Quid*



de eorum actibus; aut moribus noverit, quid de merito sentiat, libera voce pandatur... Si quis habet aliquid contra illos, pro Deo & propter Deum, cum fiducia excuset, & altercat. Ex Archidiaconum postea interrogat, an sciat, esse dignum, quem ordinandum exhibet; cui Archidiaconus respondet: *Quantum humana fragilitas nosse sinit, & scio, & testificor, ipsum dignum esse ad hunc officii. Similem attestantiam formulam adhibitam vidimus in nonnullis antiquis literis, quibus Episcopus Clericum, e sua in alienam Dioecesim commentem in hunc modum commendabat: Qui, in quantum humana fragilitas scire potest, administratione sacrorum ministerium non sit indignus; apud Patrem in Concilio Juliano Antecessoris. Quia porro praeter Archidiaconi attestantiam, nunc merus ritus, & caeremonia est, cum jam aliunde ordinandi vitam & mores Episcopus antea exploraverit, Ideo Innocentius III. in cap. ult. de Scrutinio in ordine faciendis, culpa vacare, dixit, Archidiaconum, illum dignum affirmantem, quem dignum esse non novit, quamvis ignoret, an revera dignus existat.*

V. Haec de Scrutinio particulari. Scrutinium generale totius Cleri fieri debet in Dioecetana Synodo, ubi totus Clerus Episcopi oculis, & censurae subjacet. Forma istud peragendi jam indicata fuit lib. 4. cap. 2. num. 2. Synodi initio eliguntur Scrutatores, seu Scrutinii Praefecti, ex urbano, & Dioecetano Clero; qui Sacerdotes sint, etate, prudentia; & probitate praestantes, tot numero, & quod necessarij reputantur ad universi Cleri Scrutinium, intra tempus Synodalem sessionum absolvendum; utque id commodius expleri valeat, singulis Scruatoribus

certus scrutandorum numerus assignatur, & unusquisque Scruator unum sibi adscribit Scribam, cuius sit, eorum, qui Scrutinio subiciuntur, responsiones notare, quamvis ea, quae graviora sunt, & acrius secretum exigunt, ipsemet Scrutator scribere debeat; omnia vero, quae explorantur, ante Synodi finem, in compendium redacta, & scriptis consignata, Episcopo referant, ut, si quid omnibus in communi injungendum sit, fiat, ac opportuno Synodi decreto irrepetentes abusus coercerentur.

VI. Singulis Scruatoribus traditur tabella, seu schedula Scrutinii, ubi certa capita adnotantur rerum, de quibus Episcopus vult esse apertius inquirendum. A Burcardo Wormatiensi Episcopo, lib. 1. de creator. cap. 97. & pluribus sequentibus, octo supra octoginta proponuntur interrogationes, in Synodo faciendae, accuratum certe, sed nimis prolixum Scrutinium continent; eodemque prolixitate virobatur Scrutinium exhibitum ab Antonio Maria Gratiano in Synodo Aemiliana cap. 1096. & 1097. In Actis Ecclesiae Mediolanensis part. 6. pag. 597. diligens repetitur catalogus eorum, quae Scrutatores indagare debent; quibus tamen permittitur allatperadere, quae nom Scrutatores, pro sua prudentia, in Clericis, & possimum Canonici, peculiariter perscrutanda judicaverint. Pax Jord. num. 7. lib. 8. tit. 2. de Synod. Diae. n. 170. plurima Scruatoribus suggerit quaesita, quae ad exactum Scrutinium perficiendum existimat opportuna. Praefectiores & breviores sunt interea quaesiones, quae proponuntur in Archiepiscopali Bononiae Cardinalis Palaeo pag. 273. & 279. ad quam calcem idem prudentissimus Archiepiscopus

inquit, nec proutea Scrutinium in suis in interrogationibus proponuntur, ab unoquoque inquirenda, sed ea tantum, quae ad cuiusque conditionem, statum, & necessitatem magis accommodata videbantur.

VII. Maximam Scrutinii utilitatem nullus inficiatur; sed difficile videtur, intra triduum, vel quadriduum; cum ulterius Synodus protrahi non solet, omnium Clericorum Scrutinium rite expleri posse. Hac fortasse difficultate perterriti Episcopi, etsi caeteroqui in suo Pastoralis munere obeundo diligentissimi, Scrutinium in Synodis jamdiu omiserunt, & passim omittunt; quamplurima quippe nos Synodorum Acta tam typis edita, quam manuscripta pervolvimus, & in aliquibus Scrutatores quidem designatos vidimus, Scrutinium tamen factum non legimus; in aliis vero nec Scrutinii, nec Scruatorum ullam mentionem deprehendimus. Pax Jord. tit. lib. 8. tit. 2. num. 102. Scrutinium inventum existimat, ad suppleendum defectum visitationis; cumque Dioecesis visitatio, juxta rectam disciplinam, Synodum praecedere debeat; inde evenisse arbitrat, quod Episcopi Synodales Scrutinium, veluti inutile & superfluum, praetermississent. At haec Jordani ratiocinatio aliquid efficacitatis unice habere potest apud antiquae disciplinae ignaros; qui enim vetustos Ecclesiae Canones vel leviter pertractarunt, optime norunt, omni perulstrandae Dioecesis, non esse de novo Episcopi impositum, sed semper illis incubuisse; & nihilominus post Dioecesim perlustratam, Scrutinium in Synodo fieri curarum. Atque, ut caetera praetereamus sanctissimorum Episcoporum exempla, S. Carolus Borromaeus numquam praefecti suam Dioecesim visitare negle-

xit, nec propterea Scrutinium in suis Synodis omisit. Alia igitur erit causa, cur hodie Synodalia Scrutinia ferè desueverint; eaque esse potest, vel quia Episcopus per suos Administratos quotidie audit, quid à singulis Dioeceseos Clericis fiat, & hac ratione omnium mores jam perspectos, & cognitos habet; vel quia homines tanta experientia, atque integritate non inveniunt, quibus Scrutinium rite expleri posse. Hac quia demum Clerici cupiunt, se a proprio Pastore, non alio, examinari. Mutantur in dies hominum mores, mutantur rerum circumstantiae, & quod uno tempore utile erat, postea inutile, & quandoque periculosum evadit. Prudentis autem praesertim est, in his, ad quae Superioris lege non adigitur, se loco, & tempori accommodare, & quaedam, quae olim in usu erant, praetermittere, sicuti ad rectum suae Dioecesis regimen magis expedire in Domino judicaverit. Superius distimus nos interitusse Concilio Romano sub Benedicto XIII. Jam verò, interrogat ferè anno, qui Concilium praecessit, plures habitae sunt Congregationes praesynodales, quibus pariter praesentes fuimus, una cum alii, ab eodem Pontifice delectis viris; cumque aliquot ex his nonnulla judicarent esse Concilio postmodum proponenda, quae ibidem, ad servandam quodammodo formam Scrutinii, discuterentur & declaretur; nos ingenue distimus, id nequaquam fieri posse; negotia enim, quae Concilio proponenda suggeriebantur, jus alterius ladebant; atque ideo licet viderentur conciliari discussione digna, nihilominus il, de quorum jure agebatur, erant prius necessario audiendi; quod sane in Concilio, per modum Scrutinii, rite peragi, ob modum adductam rationem, impossibile foret; quocirca auctores

fulimus, ut predicta negotia, quae iudiciali quamdam requirebant indaginem, à Summo Pontifice extra Concilium terminarentur; consilioque nostro ceteri acquirerent.

## CAPUT IV.

*De auctoritate reservationis Casus, eorumque reservatione in Synodo factenda.*

Posse summos Ecclesiarum Antistites; multoque magis omnium supremum, Romanum Pontificem, inferiorem Sacerdotum jurisdictionem ita coarctare, ut à quibusdam gravioribus culpis, quas sibi, suoque iudicio relaxandas reservant; ne in foro conscientiae quidem, & coram Deo, illi absolvere valeant, Catholicum dogma est, quod contra Wilhelium strenuè propugnavit Waldensis tom. 2. de Sacram. cap. 149. Etenim ad relaxandas, etiam in foro interno, peccata, praeter potestatem Ordinis, necessaria est potestas jurisdictionis, quae à Superiore potest ad plures personas, & causas extendi, atque ad pauciores restringi; prout et visum fuerit. Hanc Catholicum veritatem, iterum à Lutheo impetitam, non solum validis argumentis fulserunt Theologi, & quibus videtur posuerit Sotus in 4. dist. 18. quest. 2. art. 5. Vazquez in 3. part. D. Thom. tom. 4. quest. 91. art. 5. & Cardinalis Rollensis in suis Assertionibus adversus Lutherum ori. 7. pag. 66. & seq. sed Henricus VIII. Anglie Rex, priusquam ab Orthodoxa Fide desciceret, agnovit, & explicavit in sua Assertionè septem Sacramentorum adversus Martinum Lutherum Romæ edita anno 1545. de Confessione, iniquens: Sacerdos quilibet Ordinem quidem habet, sed aucto-

ritatem iudicandi non habet (quæ res ad absolventem pertinet) priusquam et regis alicujus cura committitur, idoneus tamen ante reputatur, cui cura tunc possit committi. Episcopus ergo, qui curam habet totius Dioecesis, si cui Sacerdoti partem quamquam in cura commiserit, in non ipsa rito docet, hunc non amplius aut ligare posse, aut solvere, nisi quatenus ille permiserit, sine cuius mandato nihil omnino in illius populo, vel ligare quemquam, vel solvere potuisset? Quippe quod nec ipsi licebat Episcopo in aliena Dioecesi. Quid ergo miri est, si quodam sibi reservat Episcopus; quorum curam putat esse majorem, quam ut eultet possit, etiam non imperio, committi?

II. Validius autem idem Ecclesie dogma, contra Lutheri conatus, stabilivit Tridentinum sess. 14. de Sacram. Penit. ubi cap. 7. Catholicam Doctrinam exposuit, & can. 11. contrarium sentientes anathemata percussit. Magnopere verd (ait cit. c. 7.) ad Christiani populi disciplinam pertinere, & maxime Patriæ nostræ civium est, ut atrociora quædam, & graviora crimina, non à quibusvis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus absolventur; de merito Pontifices Maximi pro suprema potestate, sibi in Ecclesia inter cetera tradita, causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiariter iudicio reservare. Neque dubitandum, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopi omnibus in sui cuique Dioecesi in auctoritatem tamen, non in destructionem, licent, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis cenam annexa est. Hanc autem delictorum reservationem consonum est Divina aucto-

## LIBER V. CAPUT IV.

ritati, non tantum in exteriora politia, sed etiam coram Deo, vim habere. Et citat. can. 11. Si quis dixerit, Episcopus non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad exteriorem politiam, atque ideo casuum reservationem non prohibere, quominus Sacerdos à reservatis verbè absolvat, anathema sit. Plurima, quæ ad rem faciunt, & traditam à Tridentino doctrinam illustrent, occurrunt in libro, cui titulus Tres Epistolæ Pastorales Episcopi Arelatensis, cap. 7. de reservatione casuum pag. 197. Licet autem Tridentinum potestatem reservandi peccata tantum Summo Pontifici, & Episcopis nominatim adstruxerit; nomine tamen Episcopi, etiam inferiores Prælatos, habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, cum territorio separato, comprehendisse censuit sacra Congregatio, ejusdem interpret, in Salsernina anno 1587. idem tandemque verbis respondit lib. 4. decret. pag. 250. à tergo. Eadem insuper potestate gaudere Parochos, quoad simplices Sacerdotes, seu Capellanos, in Curæ exercitio ibidem inservientes, docuerunt Sylvius in 3. part. D. Thom. 4. q. 19. pag. 659. art. 2. quest. 2. edit. Antwerp. ann. 1714. Suar. t. 4. in 3. part. disp. 29. sect. 1. n. 4. Card. de Lugo de Penit. disp. 2. sect. 1. n. 2. Neesen tom. 2. tract. 5. de Sacram. Penit. quest. 4. dub. 10. quia & ipsi jurisdictionem ordinariam habent in foro interno, quam delegant suis Capellanis; simul tamen ibidem Doctores notant, non esse usu recep-

tum, ut Parochi ea facultate utantur, additæ de Lugo inutili insuper forte reservationem, si quæ à Parochis fieret, quoniam ea non ligarentur excipientes Confessiones auctoritate, & jurisdictione accepta ab Episcopo, cuius imperio tota Parochorum jurisdictione subest. Dedit opera ordinarius, Parochos jurisdictionem ordinariam habere in foro interno; scimus quippe, Disceptionem Petri Mengonii de eminentiori Parochorum dignitate supra Canonice, anno 1713. Florentinis typis excusam, in qua Auctor ininus Decretali Alexandri III. in cap. Cum ab Ecclesiis, de offic. Juste. ord. asserere conatur Parochi jurisdictionem ordinariam etiam in foro externo, fuisse valde consultatam à Joanne Dominico Lario in alia Dissertatione, insequenti anno 1733. Pissis impressa, & merito; siquidem ex communiori, atque in praxi recepta sententia, quam cum S. Thom. in Supplemento, 3. part. q. 22. art. 10. Suar. de cens. disp. 2. sect. 2. num. 10. Vazq. inopuz. de excomm. dub. 17. num. 1. aliisque propagant, pluribusque exornat Gonzalez ad tit. cap. cum ab Ecclesiis, num. 2. non potest Parochus, jure ordinario, sententiam ferre excommunicationis; neque contrarium evincit textus obiecti cap. cum ab Ecclesiis; quamquam enim ibi Pontifex observari præcipiat excommunicationem in Clericis, vel Laicis suorum itam à Plebanis S. Pancratii de Lucar, hunc tamen Plebanum eam non tulisse jure ordinario, sibi ratione solius Parochialis Ecclesie, competente, sed jure extraordinario, videlicet ex speciali privilegio, vel ex præscripta consuetudine, vel alio legitimo titulo acquisito, idem Gonzalez ostendit. Sat tamen est obiter adnotasse. Ad propositum regressum.

III. Quamvis predicta facultate reservandi casus, possit Episcopus



semper, & quodcumque voluerit, uti; multis tamen nominibus decet, ut illam potius in Synodo, quam extra Synodum exerceat. Primo, quia ut in hoc negotio cautius se gerat, uti opportune monent Homobonus, *tract. 15. cap. 6. quest. 12.* & Lelius Zechinus *de numer. Episc. cap. 7.* expedit, ut prius probos, atque longa experientia adoctos Sacerdotes in consilium adhibeat, quos profecto nusquam melius & commodius, quam in Synodo habere potest; atamen curandum est, ut hoc ipsum consilium maxima circumspectione, & cautela petatur, atque praestetur, ne arctissimum sacramentalis Confessionis sigillum ulla ex parte videatur, violari, qua de causa, cum olim Vicarius Generalis Præfidentur rogaverit Regulares oppidi Bulgauen-sis, ut sibi, adjecta cæterorum se-vera lege secreti, quod se religiose servaturum promitterebat, manifesta-rent, quamvis in genere essent gravio-ria peccata, quæ eo in loco magis com-muniter committerentur, & Regularis Vicario morem gerere abnuerint, quos tamen Vicarius urgere non desi-nerat; re delata ad sacram Congrega-tionem Concilii, hæc die 19. Augusti 1673. dixit, Regulares ad id cogi non posse, & monendum Vicarium, ut ab ejusmodi interrogationibus abstine-ret, *lib. 18. decretor. pag. 150.* Se-cundo, congruum est, ut reservatio fiat in Synodo, ne secus Parochi con-querantur, suam ordinariam potesta-tem, ipsis prorsus incisis, nimis admo-dum coarctare; ut enim notat Car-dinalis de Lugo *de Sacram. Penit. dist. 20. sect. 7. num. 37.* quamvis Episcopus possit jurisdictionem absolventi, quam alius Sacerdosibus delegat, omni-um pro libito limitare, & ad paucissimas causas restringere, tanta tamen potes-tate non potuit quoad Parochos, quo

rum jurisdictione, etsi ab Episcopo pen-deat, eique subiaceat, non est tamen delegata, sed ordinaria; nec potest, sine legitima causa, aut prorsus aufe-ri, aut adeo imminui, ut ferè inanis remaneat. Omnis autem quærelarum occasio præciditur, cum reservatio sit in Synodo, ubi si ea plus æquo ducta, & extensa videatur, statim pos-sunt Parochi reclamare, & causas Episcopo exponere, cur exoptent hoc, aut illud peccatum esse reservatorum al-bio expungi; quibus auditis, aut Epis-copus sententiam mutabit, aut alias urgentiores rationes adducet, propter quas peccata illis reservanda existimat, quibus Parochi acquiescent. Tertio denique convenit, reservatio-nem fieri in Synodo, quia in Synodo facta, imbut naturam legis, quæ nullo contradicente, perpetua est, & quan-diū non revocatur, perseverat; facta autem extra Synodum, non ab om-nibus reputatur perpetua, opinanti-bus pleurisque Theologis, quos se-quiuntur Gavantus in *Manuali Episcopo-rum verbo Casus reservati n. 16.* & Roncaglia in *Theol. moral. tom. 1. tract. 29. q. 7. quest. 2.* illam, decedente Episcopo, à quo est facta, illico expirare; aliis ex adverso, cum Capevil. *de casib. reserv. part. 1. cap. 5. in fin.* contendenti-bus etiam tum perpetuam esse, & durare donec à Successore vel ex-pressè, vel tacite revocetur, ex quo fit, ut mortuo Episcopo, aliqui pri-ma sententia imbuti, à reservatis ab-solvent; alii verò secundam sectantes, talem absolutionem invalidam pro-mittant, atque exinde multa scanda-lala exoriantur, quæ præventur, si reservatio in Synodo fiat. Quocirca communi usu receptum est, ut Epis-copus in Synodo statuatur, quamvis peccata vellet esse sibi reservata, nec solum in Diocæsani, sed in pluribus

Pro-

Provincialibus Synodis casuum reser-vationes factas legitimus, ut in Eboracensi anni 1193. *cap. 11.* Lambethensi anni 1281. *cap. 6.* Avenionensi à tri-bus provincialium Episcopis anno 1326. celebrata *cap. 23.* Collectionis Har-duini *tom. 6. part. 2. col. 1972.* & *tom. 7. col. 864.* & 1503. aliisque adductis à Thomassino *de vet. & nov. Eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 14. num. 4. & 5.* Non ideo tamen, quod casuum reservatio à Pro-vinciali Concilio facta esset, potestas adempta erat Episcopis ab illis absol-vendi, sicuti contingit in legibus, à Superioribus latis, quæ à nullo infe-riorum relaxari possunt; etenim ead- dem Concilia, non sibi, aut Metro-politanis, sed ipsismet Episcopis il-lorum absolutionem retinebant; quod præfatos canones legenti patebit. Aliud erat de gravioribus criminibus, Papæ reservatis; ab his quippe si-entit nunc, ita & olim, nullus, si-ve auctoritate Papæ, unquam absol-vere audebat. Sic in Concilio Londi-nensi anni 1142. statutum narrat Mat-thæus Parisiensis *ad curiam annum, n. 8.* aliqui, qui Ecclesiam, cemen-teriarumque violaverit, vel in Clerico, "aut viro religioso manus injecerit vio-lentia, ab alio, quam ipso Papa, non-possit absolvi;" quod decretum ex Rogerio quoque retet Harduinus in Collectione sua *tom. 6. part. 2. col. 1274. ad annum 1142.* Et Concilium Salzbürgense anni 1386. *cap. 2. sub interminatione maledictionis eterna, districte prohibet, ne quisquam à casibus, Sedi Apostolicæ reservatis, ab-solvere præsumat, in Collectionis Har-duini tom. 7. col. 1901.* Nec verum est, quod asserit Van-Espen *Juris. Eccles. univ. tom. 1. part. 2. tit. 6. cap. 7. num. 9.* non ante sæculum XI. cepisse Episcopos graviorum quorum-dam criminum reos ad Sedem Aposto-

licam mittere, ut à Pontifice reconci-liarentur; siquidem ex *lib. 5. de Ge-neris Sanctorum Rotensium cap. 1. se-culo IV. Benedictino*, constat, ante an-nos circiter nongentos, homicidas ad Papam fuisse remissos, quod opportu-nè notavit Martene *de antiquis Eccle-siæ ritibus tom. 1. lib. 2. cap. 6. art. 6. num. 6.* Enimvero cum homicidium inter illa enumeretur enormia facinora, quorum reus, saltem in plerisque Ec-clesiis, numquam olim concessam fuisse absolutionem, contendunt Petavius in *notis ad S. Epiphanium hæresi 57.* Albaspinus in *notis ad Concilium Illiberitanum, Morinus lib. 9. de Pe-nit. cap. 19.* & citatus Martene, alli-que non pauci; credere fas est, quod cum nimia hæc discipline austeritas enolliri coepit, id retentum fuerit, ut qui ea perpetraverant, à sola Sede Apostolica veniam consequerentur. Sed-ente autem Apostolica tanta semper lenitate usa est, ut etiam cum prisca illa vigebar severitas, iustus quandoque ex causis, à peccatis abolveret, quæ ce-terorum, ordinaria lege, non selectis ab Ecclesia remitti, sed uni Dei judicio relinquere, quemadmodum colligitur ex Tertulliano, qui hæretico Monta-nista jam factus, *lib. de pacat. c. 5.* Zephyrinum Papam scribit, quod me-chis veniam daret, quibus aut ipsamet Ecclesia Romana, ut existimat Martene, aut saltem plerumque alie Ecclesie, sicuti opinatur Morinus, antea con-sueverant omnium indulgentiam de-negare.

CA-

## CAPUT V.

*Quantum sint atrociora & graviora crimina reservanda, und cum aliis ad materiam pertinentibus, & signanter quoad Regulares.*

Post assertam Episcopis facultatem casus reservandi, & designatum tempus, quod magis congruum videtur ad reservationem faciendam, opere pretium est examinare, quanam sint illa atrociora & graviora crimina, quae sanctissimorum Patrum iudicio reservari consuevisse dixit Tridentinum; inde enim normam tamen Episcopi, ad quam in reservandis peccatis se tuto conformare queant. Non altunde autem illa melius rescire possumus, quam ex Conciliis, in quibus modo haec, modo illa peccata, tamquam graviora, fuerit reservata. Nuper laudatum Concilium Londinense, à solo Episcopo absolvendos, decrevit, incendiarios, perjurantes, in alienum dispendium, & fures atrociores. Concilium Lambertense cit. cap. 6. Episcopo reservavit homicidia voluntaria, tam publica, quam secreta. In Dioecesana Synodo Santonemi, habita anno 1280. cap. 14. Collectionis Harduini tom. 7. col. 898. longus continetur catalogus casuum reservatorum, inter quos numerantur homicidium, mulatio, lapsus carnis tam sacrilegus cum Moutali, quam contra naturam, perjurium, incestus, abortus studiosè procuratus, litterarum falsificatio, sortilegium cum abniti Sacramentorum, violatio Ecclesiarum, alique non pauci. Concilium Provinciale Ravennae anni 1286. eod. tom. 7. Harduini col. 948. cap. 8. ad Episcopum remittendum jussit, necum quis petit,

naboli ab excommunicatione majori, lata, vel inducta ab homine, vel à jure; item incendio, & crimine publico; sicut in blasphemante Deum, vel Sanctos; item in ovoto, qualiterumque emisso; & necum illis, qui filios oppresserunt ex proposito, sive casu; & cum aequilibet homicidis; & sacrilegii, falsarii, violatoribus Ecclesiarum, & immunitatum Ecclesiasticæ libertatis, & sortilegis; item cum illis, qui cum brutis libidine polluuntur; item cum incestuos, & corruptoribus Sanctimonialium, & in omni occupatione, usurpatione, & detentione rei alienæ; ubi, cui restitutio fieri debeat, non inventi potest; item cum perjuris, & clandestinè matrimonium contrahentibus, ex quo matrimonio dubitatio oritur, vel oriri possit; & in omnibus aliis criminibus, delictis, & excessibus, in quibus de consuetudine generali, vel speciali, Episcopis reservatur confessio."

II. Verùm cùm sæculi xv. initio nimium excreverit casuum reservatio, & præterea Abbates Carthusienses eoque devenirent, ut omnia suorum subditorum peccata gravia sibi reservarent; in ejusmodi effrenes reservationes censoriam virgini strinxit Joannes Gersonius tam in Opusculo super absolvendi potestate, & qualiter expedit fieri reservationem peccatorum, quam in Epistola ad quemdam Episcopum de moderazione casuum reservatorum, tom. 2. Oper. col. 133. & 134. quibus in locis reservari quidem permittit paucæ quæ tam peccata atrociora, sed non approbat, ut hæc ipsa reserventur, quando sunt occulta; exinde enim periculum subesse, inquit, ne quod occultum est, publicetur. Gersoni ad hæc sic videtur Concilium Senonense anni 1524. & Synodus Dioe-

cesana Carnotensis anni 1526. quæ nulla reservatione, quod crimina occulta, afflicti voluerunt mulieres, ne itaque, cum proprie fame dispendio, Episcopum vel Penitentiarium, ad quem alias accedere non consueverant, cogereut adire. Alia tamen post Gersoni iratem in Gallia celebrata Concilia, sicuti animadvertit Thomassius tit. part. 1. lib. 2. cap. 14. num. 8. priori sententia, & praxi persisterunt, pluraque, quantumvis occulta, peccata Episcopis reservantur; quinimò Concilium Suesionense anni 1445. Collectionis Harduini tom. 9. col. 1585. hortabatur Episcopos, ne facultatem absolvendi à reservatis passim concederent Regularibus.

III. Sed quod in Gallia non est assequutus Gerson, præstitit in Germania Laurentius Cardinalis Campegius, ubi Legatum agens Apostolicum, & sedulam operam navans Ecclesiarum reformationi, inter suas Constitutiones, Ratisbone promulgatas anno 1523. quæ habentur in fasciculo rerum expectandarum & fugiendarum, edito Londini 1690. p. 28. 425. omnibus Constitutionibus concedendam in posterum, edixit, facultatem absolvendi laicos aequilibet occultis criminibus, etsi alias reservatis, exceptis duraturat hereticis, homicidis, & excommunicatis, quos ad Episcopos, vel Vicarios, remittendos constituit. Clericis vero etiam postmodum, eo loco futuris, quo prius erant. Campegio obsequens Archiepiscopus Coloniensis in suo Concilio Provinciali anni 1537. part. 7. cap. 37. potestatem fecit omnibus Parochis remittendi qualibet crimina occulta; & Synodus Dioecesana Augustensis anni 1548. Collectionis Harduini tom. 9. col. 2045. statutum Cardinalis Campegii instauravit, & confirmavit.

IV. Non propterea tamen, quod ita aliquibus visum fuerit statuerendum, restricta censenda est auctoritas Episcoporum ad sola sibi reservanda peccata notoria; quæ tamen, uti rectè perpendi citatur Thomassius eod. n. 8. Concilium Tridentinum, novis prædictis muniens Episcoporum jurisdictionem ad casus reservandos, illam non coarctavit ad publica, sed ad atrociora & graviora crimina, quæ esse, & dici possunt etiam occulta. Quia autem idem Tridentinum simul Episcopos monuit, ne ex potestate in destructionem, sed ad edificationem utantur; idcirco nimium faciles esse non debent ad reservationes multiplicandas. Quamquam verò non possit, quoad hoc, certa regula, ubique custodienda, præscribi, neque in specie designari queant, peccata, quæ reservari oportet; aliquid crimen frequentè perpetrandum, ut difficultate obtinenda absolutionis, veluti quodam freno cohibeatur, sufficientem causam præbet Episcopo illud reservandi: quæ causa urgere desinit, ubi populus non est ad illud proclivis: attamen instar regule esse possunt quædam generalia monita, & decreta, quæ à sacris Urbis Congregationibus hæc super re emanant. Sacra Congregatio, Episcoporum, & Regularium negotiis præposita, die 9. Januarii 1607. locorum Ordinarios ita monendos, statuit: Ne locorum Ordinarii, quibus jus hoc reservatorum casuum commisit, pluribus, quam opus sit, reservationibus, subditis, aut Confessoribus in animarum salute procuranda cooperantibus, sine occlusi, moveantur omnes, ut paucos, etique tantum, quos ad Christianam disciplinam revertendam, animarumque sibi crediturum salutem, pro cuiusvis Dioecesis statu, & qualitate necessariè reser-



vandos eas iudicaverit, reservavit. Idemque monitum replicandum deo-  
crevit die 16. Novembris 1602. "Sed,  
ne locorum Ordinarii, ad quos ca-  
sum reservatio spectat, ea in re mo-  
dum excedant, eadem sacra Congre-  
gatio illos rursus magis potè admo-  
nendos censet, ut non casum, sed  
eam illi videbitur continui bono ex-  
pedire, atque item tantam & gra-  
viorum criminum absolutionem sibi  
reservent, quorum reservatio ad Chris-  
tianam disciplinam retinendam con-  
ferat, & in adificationem, non au-  
tem in destructionem, eadem ne alio-  
quin, Sacramenti Pœnitentiæ mi-  
nistriam coarctata potestate, sanc-  
tae Ecclesie pie mentis contrarius  
effectus subvertatur. Prohibet etiam,  
ne sibi superius reservent casus in  
"Bulla, die Gorne Domini legi con-  
sueti, contentos, neque alios Sedi  
"Apostolicæ specialiter reservatos."  
Encyclicæ quoque litteræ ab eadem  
sacra Congregatione, eadem die 16.  
Novembris 1602. ad Episcopos in hunc  
modum date sunt: *Precipit verò  
hæc monenda censet sacra Congre-  
gatio, ut videant ipsi Ordinarii, ne  
illos casus promittit reservari, qui  
bus anexa est excommunicationis ma-  
jor, à jure impedita, cuius absolu-  
tio nemini reservata sit, nisi forte  
propter frequentis scandalum, aut  
aliam necessariam causam, aliqui  
hujusmodi casus nihilominus reser-  
vandi viderentur, neque casus, in  
quibus absolutio, nisi cum restitutio,  
vel executione eorum, ad quos penitentes  
teneatur, non conferatur, neque  
illos, qui etsi mortale peccatum in-  
ducant, circa res tamèn parvi mo-  
menti versantur, & frequenter hetero-  
doxas evincere solent, uti danti da-  
ti, & simillium. In peccatis etiam  
carnalibus reservandis multa utan-  
tur circumspectione, propter pericu-*

culum scandalorum in his maxime  
personis, in quas ob accessum ad Con-  
fessionarias extraordinarias, vel fre-  
quentem reditum ad Ordinarios, suspi-  
cionis aliquid cadere potest. Postremam  
potissimum incant & sequantur  
rationem, qua, consideratis diligen-  
ter casusque prolixitate, ac popularium  
moribus, natura, ac propensione, magis  
in Dominis expedire videbitur. Sacra  
Congregationis Episcoporum, &  
Regularium decretis legendis apud  
Quarantiam in verb. Casus. n. 12. &  
apud de Lamet & Formigean in Dic-  
tionario casuum conscientie, tom. 1.  
cap. 1. continentur decisiones sacre  
Congregationis Concilii; etenim, cum  
ad hæc delatum fuerit, quod Episco-  
pus Bellicastrensis supra modum in-  
ter catalogum casuum reservatorum,  
die 29. Januarii 1661. decem, aut ad  
summum duodecim gravioribus excep-  
tis, Episcopatu suo designandis, ce-  
teros à catalogo deleri jussit lib. 22.  
decretor. pag. 215.

V. At illud præ cæteris cavere  
debet Episcopus, ne peccata, quantum-  
vis gravia, sed merè interna, sibi re-  
servet: sicut enim etiam hæc reservari  
queant, sicut docent Varquez supra-  
citi. quest. 91. art. 5. dub. 4. Cardina-  
lis de Lugo disp. 20. sect. 2. num. 13.  
& Suarez de Fide disp. 21. sect. 4.  
num. 2. ubi hæc habet: "Solent aliqui  
"Episcopi etiam hæresim mentalem  
"reservare, quod quidem in summo  
"rigore juris lacte possunt, quia re-  
"servatio non est usus jurisdictionis  
"externi fori, sed est ablatio juri dic-  
"tionis pro foro Sacramentali, quam  
"Episcopus, sicut dare potest, ita etiam  
"auferre: non est tamen in præ-  
"ceptam, ut nunquam reserventur, ve-  
"lut præsequitur Suarez, loc. cit." Ni-  
"hilominus tamen auctores commu-  
"niter non consulunt, neque laudant  
"talem reservationem, propter pericu-  
"m."

umarum periculum; nam actus inte-  
rioribus frequentes & molesti sunt,  
& difficile cognoscuntur; & ita etiam  
nego credo regulariter non expedire:  
quinimo deotus in 4. distinct. 18.  
quæst. 2. art. 5. acris merè interni  
reservationem acriter reprehendendam,  
existimat. Et revera, uti bene  
de Lugo observavit, solos scimus Præ-  
latos Regulares quædam peccata sive  
externa, sive interna, sibi olim indis-  
cretè reservasse; cæterum nec Episco-  
pi, nec summi Pontifices, actus merè  
internos suis reservationibus complecti  
unquam consueverunt. Unde, etsi  
peccatum hæresis gravissimum sit, &  
cum in externum prodit, summo Pon-  
tifici reservetur; quantum tamen in-  
tra animum consistit, reservationem  
effugit. Et quantum de Regularibus  
verbo incidit, ad coercendam nimiam  
libertatem, quam sibi Religiosi Præ-  
lati usurpabant, appendi in dies ca-  
sum reservationes, Clemens VIII.  
die 16. Maii 1595. undecim casus de-  
signavit, quos refert Suarez de Pa-  
nitentia disp. 29. sect. 5. n. 11.  
& Layman Theolog. moral. lib. 5.  
tract. 6. cap. 12. num. 6. vetuque  
Regularibus, ne alios, præter illos,  
sibi reservare præsumerent, nisi Ge-  
nerali Capituli in toto Ordine, aut  
Provinciali in provincia, maturis  
discussione, & consensu; quamvis  
non propterea ad omnes ibidem de-  
criptos sibi reservandos, eosdem an-  
tinerent. Et nihilominus contentabant  
Prælati Regulares, sibi ablatam non  
esse facilitatem alicui gravi peccato,  
in Clementino decreto cæteroque non  
expresso, annexæ censuram, quam  
sibi reservare possent; nec deerant  
graves Doctores, qui hujus eorum  
opinionem adstruissent, inter quos  
Suarez, Filiucius, Villalobos, alii-  
que, quos adducit Diana tom. 7.  
tractat. 1. de dubiis Regular. resol.

714. Sed cum hac ratione Clementis  
decretum prorsus elideretur, sacra  
Congregatio Episcoporum, & Regu-  
lariæ die 7. Julii 1617. prædicam  
opinionem improbitavit. Cum à non-  
nullis Regularibus dubitaretur, an in  
vadeo relicto. record. Clementis Pa-  
pæ VIII. anno 1595. 26. Maii, su-  
per qualitate casuum, ab eorundem  
Regulatiæ Superioribus re-  
servatorum, edito, censuræ etiam  
comprehenderentur, ita ut illdem  
Superioribus, absque Capituli Ge-  
neralis, aut Provincialis consensu,  
in quibus peccatis in decreto hujus-  
modi non contentis excommunicacionem  
annectere, ejusdemque ab-  
solutioem sibi reservare liceat; Sa-  
cra Congregatio Cardinalium, ne-  
gotiis Regularium præpositorum, Il-  
lustrissimo Bandino referente, cen-  
sura in supradicto decreto compre-  
hendi censuit."

VI. Verum quia homines quantum  
proprium jurisdictionem dilatare ges-  
sunt, tantum alienam, cui subant,  
restringere tentant; illi idem, qui  
reservationis vinculum in subditos,  
plurimum par erat, impicere volebant,  
reservationes, ab Episcopis factas, pro  
vitiis conati sunt effugere; & nisi  
eorum conatum Apostolica Sedes ob-  
stitisset, Episcoporum jurisdictionem  
fore labefactam. Jampridem Bene-  
dictus XI. in cap. 1. de Privilegiis,  
inter Extravag. comm. & Clemens V.  
in Clementina Dudum, & Per hujus-  
modi, de Supplicariis, & in Clementi-  
na Religiosa, & Quibus, de privileg.  
& excess. privilegior. declaraverant,  
non licere Fratribus Prædicatoribus,  
& Minoribus quempiam absolvere à  
casibus Episcopis reservatis; & nihil-  
ominus idem, cæterque Regulares,  
obtentis privilegiorum, quorum con-  
firmationem post Concilium Tridenti-  
num impetraverant, & præsertim illius,

quod contineri iactabant in Bulla, quam vocant *Mare magnum*, jus sibi arrogandi crimina relaxandi, Episcopii reservata. Ut Regularium ausus premeret, suaque, & Coepiscoporum iuxta tueretur, S. Carolus Borromaeus Sedem Apostolicam adire, penitque: *An Regulares, ex privilegio à Sede Apostolica impetratis, prorsum autem ea eo, quod nominant Mare magnum, possint in his casibus, quos sibi Episcopus reservavit, absolvere confitentis?* & sacra Congregatio Concilii die 10 Septembris 1572. approbante Gregorio XIII. respondit: *Ex facultatibus per hoc Mare magnum, aliis privilegiis, Regularibus concessa, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus sibi ab Episcopo reservatis, cujus rei idem faciunt ejusdem sacrae Congregationis litterae, de quibus in notis Cardinalis Augustini Valerii, Episcopi Veronensis, ad Constantinenses editas per Joannem Mattheum Gilbertum Antecessorem pag. 100. edit. anni 1740.* Hoc responso fretus S. Carolus in suo Concilio Provinciali Mediolanensi III. anni 1573. sub tit. De his, quae ad Sacramentum Penitentiae pertinent, Actor. part. 1. pag. 93. edixit, nunc Confessarii Regulares, neorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reservata est, vinculis vitiosos poenitentes absolvant, quinmodum à sacra Sede Apostolica nidelclaratum est, id eis non licere, nequavis privilegiorum suorum auctoritate. Utque efficacius Regulares in officio contineret, in alio Concilio Provinciali Mediolanensi V. anni 1579. cit. part. 1. pag. 222. absolvere praesumentes à casibus Episcopi reservatis, excommunicatione innodavit: *Ab his casibus, proximè promulgatis, si quis Confessarius, cujusvis Ordinis, sine facultate scripta, ab Episcopo*

vidata, aliquem absolvere attentarit, excommunicationis poenam ipso facto subeat.

VII. At non propterea Regulares sunt in ordinem redacti, sed alias in dies necabant inanes rationes, quibus sibi assererent jurisdictionem, quam semel affectaverant. Quare à sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium die 9. Januarii 1601. novum promulgatum fuit decretum, Clementis VIII. auctoritate roboratum, quo iterum decisum est, nullam illis facultatem competere absolvendi à casibus, quas locorum Ordinarii haecenus reservaverant, vel in posterum sibi reservabunt. Et quoniam etiam hanc novam decisionem variis tricis eludere iidem tentarunt, ut his obviam iret, eadem sacra Congregatio, jubente Paulo V. die 6. Januarii 1617. aliud edidit decretum, quo priora confirmavit, atque ad unguem servari praecipit. Tot, ac toties repetitis sanctionibus minime perterriti Regulares, illis, si non prius evectere, saltem debilitare, novo molimine studuerunt, dietantes nimirum, robur non habere extra Italiam. Quocirca, ad haec quoque cavillationem impunitam, eadem sacra Congregatio, praecipiente Urbano VIII. die 18. Novembris 1628. omnia hucusque relata decreta, jam tertio renovavit, ac Regulares tam intra, quam extra Italiam degentes afficere, & complecti, expressè edixit, & declaravit. Ad haec Alexander VII. die 24. Septembris 1665. inter alias, hanc etiam propositionem damnavit: *Monachantes possunt absolvere à casibus Episcopo reservatis, non absentia ad id Episcoporum facultate.* Et Clementis X. ut aditum obvetaret inaccessis effugis, à Regularibus adinventis anno 1670. sua Constitutione, quae incipit *Superna magni Patris familiae*,

tom. 6. Bullar. pag. 205. non solum denuo definit, per *Mare magnum*, aliave privilegia, nulli Regularium, cujuscumque Ordinis, Instituti, seu Societatis, esiam Jesu, factam esse potestatem absolvendi à casibus Episcoporum reservatis, sed insuper sancivit, habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus, Sedis Apostolicae reservatis, non licere à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Cumque demum nos sacrae Congregationis Concilii Secretarium ageremus, instante Archiepiscopo, & Electore Colonienis, ejusdem sacrae Congregationis examini subieclimus sequens dubium: *An Confessarii Regulares possint regulares, extra morum periculum, absolvere à casibus Ordinarii reservatis.* Ad quod die 16. Novembris 1720. responsum fuit *Negative.* Ne porro praefate decisiones illo unquam tempore à Regularium memoria exciderent, utque continue praec oculis iidem haberent culpas, quas nequeunt relaxare, eadem sacra Congregatio Concilii in *Sublaen. Jurisdictionis* die 10. Octobris 1676. dixit, eos teneri affigere propriis sedibus Confessionalibus notulas casuum Episcopo reservatorum, & renuentes, opportunis juris remediis, ad id cogi posse; ut habetur *lib. 29. decretor. pag. 284. à tergo, & pag. 285.*

VIII. Praeter Regulares, alii quoque Episcoporum reservationes declinare temerant, quibus iidem sacrae Congregationis obstiterunt. Confratres quarundam Confraternitatum, & signanter sanctissimi Rosarii, suorum privilegiorum virtute, sibi fas esse arbitrabantur, in quibusdam anni solemnitatibus Confessarium eligere, à quo possent à casibus absolvi Episcopo reservatis. Sed sacra Congregatio, statim ac illorum falsam persuasionem dete-

xit, eam ruditibus evellere studuit pluribus decretis, quibus oppositum definitum, praecipit, in *Veronense* anni 1573. *lib. 1. decretor. pag. 143.* & in *Mediolanense* eodem anno *eadem lib. pag. 162.* Unde S. Carolus Borromaeus in citato Concilio Provinciali Mediolanensi V. anni 1579. *ead. part. 1. pag. 222.* statuit: *Ne frequentius, privilegiorumque jure, neque cuicumque, etiam Rosarii, & Crucis signatorum, Scholae, Confratrum, Collegiove etiam laicorum, neque collegis, confratribusque in vero adscriptis, ante, vel post Concilii Tridentini confirmationem, concessa sunt, Confessariis cujusvis Ordinis sit, ab his casibus, quos sibi Episcopus in sua Dioecesi reservaverit poenitentes, sine illius facultate, absolvat. Si contra fecerit, suspensionem à Divinis ipso facto vincurrat.* Canonicus Poenitentiarum quandoque crediti, sola sui muneris assentione se facultatem nancisci relaxandi peccata Episcopo reservata; sed sacra Congregatio Concilii sancivit, ejusmodi facultatem, sine specialis Episcopi concessione, illi neutquam competere, *lib. 15. decretor. pag. 627.* Praeterea haec olim opinio multorum mentes invasit, liberum cuique esse, ex propria Dioecesi, ubi in casum reservationis incidat, ad aliam, in qua reservatus non esset, ad hunc finem commigrare, ut inibi à simplici Confessario absolveretur; sed sacra Congregatio probe novens, per hanc opinionem factas ab Episcopo reservationes poenitis eludi, atque inanes reddi, in causa *Compans* die 16. Septembris 1616. *lib. 18. decretor. pag. 677.* declaravit: *Absolutionem poenitentibus indultam, qui fraudulenter, & sub eo fine in aliam Dioecesim se transferunt, non sustineri.* Quam declarationem postmodum confir-



firmavit & roboravit Clemens X. in laudata Constitutione, decernens:

“*Posse Regularem Confessorem in ea Dioecesi, in qua est approbatus, confiteri ex alia Dioecesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, nisi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem penitentes invenit in fraudem reservationis ad aliam Dioecesi pro absolute non habenda, migrasse.*” Acque hoc Pontificum decretum ab Auctore Theologiae Moralis, in usum Seminarium Petroboracensis edita, commendatur sequentibus verbis: “*Haec conveniendi moderatio contententium Theologorum rationibus satisfecit. Sic enim secundum exteriorum leges judicare non tenebuntur, ut quidam proponebant. Sic etiam Episcopi casum reservante praeventioni sufficienter consulitur, ut illi videntur.*” Quis enim conqueratur, si ipse subditus bona fide in aliam Dioecesi transiens, secundum illius loci leges Sacramenta recipiat? Recipit siquidem aequo consuetudo est, ut viatores, mercatores, alique, qui propter negotiorum necessitatem, vel ob ipsum alium finem, in alias Dioeceses transiunt, ibi possint sacramentaliter absolvi? Ita legitur apud eundem Auctorem tom. 4. lib. tract. 1. de Penitentia cap. 7. *quæst. 6.*

IX. Denique post primam huius Operis nostri editionem, occasione oblata, inscriptum Decretum à nobis conditum fuit, quod ad eam pertinet partem quarundam Sodalitatum persuasionem, qua putant, Confessarios à suis sodalibus, in vinecularum facultatum sibi concessarum, electos, absolutionem ipsi impertiri posse à casibus etiam Ordinariis locorum reservatis. Cum enim in civitate Januensi non ita pridem erecta

fuisse pia Confraternitas sub invocatione *B. Mariae de Succura contra Infideles*, eaque per nostras litteras in forma Brevis, quarum initium est *Attendentes*, non solum approbata & confirmata fuisset, sed etiam variis indultis & privilegiis ditata, inter quae illud erat, ut singuli illius confratres Prebiterum quemlibet Confessarium, ab Ordinario Loci respective approbatum, eligere possent, cui facultas tribueretur, ut unumquemque eorum à casibus etiam Sedi Apostolicae reservatis, bis in eorum vita, & in eorundem mortis articulo, absolvere valeat; non defuit, qui hanc excitaret controversiam, an scilicet Confessarii, sic à praedictis electi, possent etiam à casibus Ordinariis Locorum reservatis, sine ipsorum Ordinariorum licentia, confratres illos absolvere. Nos vero illis nostris Apostolicis litteris, incipientibus *Pias Christi fidei*, datis XII. Kal. Septembris 1732. ita respondimus: “*Huiusmodi eligendi, & respectu absolvi facultatem*” &c. praeterquam in casibus Nobis, & Sedi Apostolicae dumtaxat, non vero vicarij Ordinarij locorum, reservatis, nisi eorundem Ordinariorum licentia accedat, per Nos in praedictis nostris litteris nunquam concessam fuisse; & consequenter absolutiones in sim eorundem litterarum, contra praesens declarationis nostrae tenorem, forsan de praeterito impetratas, aut in posterum impetendas, vniuersim suffragari non posse, sive post se, decernimus, & declaramus.”

## CAPUT VI.

*De Jure exigendi Cathedraticum, in Synodo ut plurimum solvendum.*

Abusus quoddam in Ecclesiam irrepserat, ut Archiepiscopus Patriarchae, Episcopus Metropolitae, & Sacerdos Episcopo, in sua quisque Ordinatione, aliquid penderent, veluti in honoris, & subjectonis significationem; sed quod fortasse ab initio modicum quid fuerat, adeo postea auctum est, ut Eusebius, Ancirae Episcopus, & primus Galatae Metropolitae, Concilio Chalcedonensi act. 16. tom. 2. Collectionis Harduini col. 642. conquestus fuerit, se invenisse suam Ecclesiam nimio aere alieno gravatam, ob debita, quae Theodorus decessor contraxerat ad solvenda Patriarchae Constantinopolitanae abusus ex Eccl. in Latina, ubi non minus, quam in Graeca, invaserat, eliminandum, Concilium Bracarense II. anni 572. can. 3. statuit: *Placuit ut de Ordinationibus Clericorum Episcopi munera nulla accipiant; sed sicut scriptum est, quod gratis, donante Deo, accipiunt, gratis deus;* Collectionis Harduini tom. 3. col. 386. Voluerunt quippe huius Concilii sapientissimi Patres exempla sectari antiquioris Synodi Illiberitanae, quae can. 48. idem in Baptismo servandum edixerat: *Emendari placuit ut qui baptizantur (ut fieri solent) nunquam in concilio non immittant, ne Sacerdos, quod gratis accepti, pretio distrahere videatur;* Collectionis Harduini tom. 1. col. 235. Sed Concilii Bracarensis salutare decretum efficax non fuit Tom. I.

ad scriptent morbum compescendum tempore enim Gregorii Magni aliquid idem abusus vigeat aliquid penitentiam Episcopo ordinanti, quod noto vocabulo, à simulatione invento, uti Gregorius ait, à Romanis dicebatur *Pastellum*, quasi, instar modici pastus, esset quid modicum, & viles; sed quantumcumque esset, illud tamen verè prohibuit idem Gregorius Magnus in Synodo Romana, decernens tom. 3. Collectionis Harduini col. 497. *Antiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de Ordinationibus accipiendum esse, constituit.* . . . *Pro Ordinatione ergo, vel Pallio, seu charis, atque Pastelli, eadem, qui ordinandi, vel ordinatus est, omnino aliquid dare, prohibeo.* Quam Gregorii Magni sanctionem instauravit Tridentinum nimio aere alieno reformata. *Quantum ad Ecclesiasticum Ordine omni avaritiae suspicio abesse debet; nihil pro collatione quoruncumque Ordinum, etiam Clericalis Tonura, nec pro litteris dimissionis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam sponte oblato, Episcopi, & alij Ordinum collatores, aut eorum Ministri, quovis pretextu, accipiant.*

II. Jam verò, quia praedictum munus, tributum, seu Pastellum, olim in Ordinatione dari solitum, quandoque appellabatur etiam *Cathedraticum*, quod rectè observavit Gonzalez in cap. *Conquerente, de officio Ordinar.* lit. L. in fine, & Christianus Lupus in scholis, & notis ad can. *Concilior.* tom. 1. pag. 467. inde factum est, ut nonnulli, nominis equivocatione decepti, scribere non dubitaverint, Cathedraticum, generatim, atque univèrsim, à sacris Canonibus improbari, & prohiberi. At, quantum

hii a veritate aberrant, ex sequentibus patebit. Verum Cathedralicum, de quo in praesens, est certa pensio, non occasione Ordinationis, sed singulis annis Episcopo solvi consueva, in signum subjectionis, & honorem Cathedralis Episcopalis, ad eisdem Cathedralis, seu Episcopalis officii onera sustentanda. Hinc pensio solvenda, pro locorum, & temporum diversitate, duplex erat praefixum tempus; alicubi praestabatur Episcopo cum Dioecesi visitabat, quod ex mox referendis Conciliis Bracarenis, & Toletano VII. colligitur; alibi, & magis communiter, pendebatur tempore Synodi; & quoniam Synodus plerumque post Pascha coegebatur, idcirco ejusmodi pensio quoadquod Paschalis est nuncupata, sicut post textum in cap. 15. de Symonia, in prima Collecta, notavit Cironius ad tit. de censibus, & prosequitur Gonzalez in tit. cap. Conquerente, ead. lit. L. Frequenter tamen a Synodo dicta est Synodatica; quod constat tum ex tit. cap. Conquerente, ubi Honorius III. ait: *Synodatici, seu Cathedralis nomine: tum ex cap. Olim, de censibus, ubi Innocentius III. causam definit inter Episcopum Spoletanum, & Clericos Plebis Rupinae super quantitate Synodatici exagitatione. Dicta est etiam Synodus, ut constat ex Concilio Toletano cap. 10. tom. 6. part. 1. Collectionis Harduini col. 1045. Statuitur etiam, ut Ecclesiae ad Sedem pertinentem, quae solvant tertium, aut Paratam, vel Synodum, solito more persolvant Episcopis, vel Clericis; item ex epist. 28. Fulberti Carnotensis, tom. 18. Bibl. Patr. pag. 18. hinc quamquam a Synodatico distinguit Synodus videtur in Indice mei. Beneficiorum Eccles. Constan. apud Du-Cangium*

*verb. Synodaticum: Archidiaconi habebunt coherentiam extra visitationem pro deportationibus, & pensionibus sibi debitis, ac ratione Circariae, quae debetur in Synodis, ac ratione tertiae partis, quae debetur in Synodatico. Cujus nominis ea ratio esse videtur, quod ad avertendam fortasse omnem fraudis suspicionem pendebatur in Synodo. Quare in veteri carta apud Joannem Columbium lib. 4. de Episc. Sisariac. num. 36. concessit tertiam partem juris, seu tertium Synodatici, quod solvi continebit in Synodo, quae tenetur ad Synodaticum, &c.*

III. Cathedralicum in hac acceptio-  
ne nunquam Ecclesiae Canonis veteris, sed dumtaxat illud taxarunt, jubentes, ne duos solidos excederet. Laudatum Concilium Bracarense II. can. 2. tom. 7. Collectionis Harduini col. 586. ait: *Placuit, ut nullus Episcopus nuper Dioecesis suas ambulans, propter honorem Cathedralis suae, id est duos solidos, aliquid aliud per Ecclesiam tollat.* Concilium Toletanum VII. anni 646. cap. 4. tom. 3. Collectionis Harduini col. 622. non amplius, quam duos solidos, unusquisque Episcoporum praefate Provinciae, per singulas Dioecesis non Basilicas, juxta Synodum Bracarensem, annua illatione sibi expent neoficere. Et ne quisquam Cathedralicum cum procuracione Episcopo Dioecesi visitanti, alio nomine debita confunderet, de hac, veluti de re diversa, idem Concilium subiunxit, cum vero Episcopus Dioecesi visitat, nulli pro multitudine onerum existat. Alexander III. in cap. 9. de censibus, permittit Episcopo ab Ecclesiis, quas de novo acquirit, Cathedralicum exigere: Ecclesiae, inquit, quas de novo Episcopi de man-

*bus laborum eripiunt, praeter Cathedralicum; & jura omnia, quae aliis Ecclesiis imponuntur, exactio- nem prohibemus imponi. Honor. III. in tit. cap. Conquerente inter jura Episcopalia recenset jus exigendi, Synodatici, seu Cathedralis nominis, duos solidos Lucensis monetae; sicut legitur in integra Decretali apud Gonzalez. Nullum enimvero Episcopale jus, Cathedralico antiquius, compertum; siquidem Arnoldus, Abbas Lubecensis, in Chronico Sclavorum narrat, Hartuini Archiepiscopum Bremensem, deductum ad Itopiam, ex solo Cathedralico viciasse. In Concilio Ravennati anni 997. can. 2. Sancto Vitali sacro, omnes Archiepiscopyter census Episcopo penderent duorum solidorum, quos non alio, quam Cathedralici nomine solutos, ostendit Thomassinus de vet. & nov. Eccles. discipl. part. 7. lib. 2. cap. 74. num. 5. Geraldus Episcopus Carducensis, cum anno 1090. Canonicorum Regulatum Collegium instituisset, illi in dotem assignavit jus exigendi tertiam partem Paratarum, id est Procuracionum, & Cathedralici: Tertiam partem Paratarum, & quod in Synodo exteri, ipsorum usui deputavit tertiam partem: Spicolog. tom. 7. pag. 216. Gualterus, Episcopus Pictavensis, in sua Synodo, habita anno 1280. can. 11. inter Episcopalia jura Synodaticum recensuit: Moneta in generali, quod in Bisento, & aliis juribus Episcopalibus reddant nobis, vel mandato nostro; item de Synodo, Parata, & alii juribus Archidiaconorum; Collectionis Harduini tom. 7. col. 854. ubi, Bisenti nomine, intelligi quartam decimarum, & oblationum; suspicatur Thomassinus. Synodus Avenionensis,*

anni 1366. cap. 11. neminem de Synodo recedere jussit, nisi prius Cathedralicum solvisset: Quilibet verum etiam, antequam recedat, solvat Synodalem, & Cathedralicum... si voluerit excommunicationi sententiam, & expensarum gravaminibus evitare. Idemque decrevit Synodus Bitertensis ann. 1368. cap. 26. *Libertur. nov. Anecl. Martene, & Durand. tom. 4. col. 576. & 632. Humbertus de Romanis, quibus Generalis Magister Ordinis Praedicatorum in suo Opere de eruditione Religiosorum Praedicatorum lib. 2. cap. 2. de Synodis agens, dicit, Sacerdotes ad eam accedentes, ut suam subjectionem Episcopo testentur, solvere eidem didrachma Cathedralicum, exemplo illorum, de quibus ait Evangelista Lucas 2. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem. Haec, aliaque hujus generis multa, quae congeruntur a Christiano Lupo in collectis, & notis ad canones Conciliorum cit. 1. pag. 469. tom. 2. pag. 1123. tom. 3. pag. 209. atque a Thomassinus cit. part. 7. lib. 2. cap. 5. plane evincunt, Synodaticum semper fuisse Episcopis debitum.*

IV. Non tamen negamus potuisse Episcopos in Cathedralico exigendo, aut contra justitiam, aut contra equitatem, aliam virtutem peccare, & quandoque peccasse; vel quia ultra duos solidos, a jure statutos; vel quia nimis violenter a pauperibus Clericis illud exigebant; vel demum quia nimiam aviditatem, aurique sacra famem in Cathedralici exactioe, non sine profecto aliorum offensione, & scandalo, manifestabant; contra quos justè invehitur S. Petrus Damianus lib. 2. epist. 2. ad Cardinales Episcopos Apostolicae Sedis, sive Opusc. 71. cap. 5. inquit: *Vidi . . . quendam*



de Fratribus nostris... quid sic sub-  
sultabat, atque gliscibat, dum præ-  
fixum Synodali Concilio tempus in-  
sisteret, ac si triturae, sive viden-  
tialia proventus articulus imminu-  
ret. Accingebat enim se muneribus  
colligendis, ad quos utique præci-  
dendos, non actum ferri, sed fal-  
cem excucibat eloqui. Quomobrem  
alibi sancti Antistites, ut omnem à re  
avaritæ suspicionem quam procul ar-  
cerent, suis Præbiteris, ad Synodum  
evocatis, onus solvendi Synodali li-  
beraliter remisissent, inter quos emi-  
nit Sanctus Rodolphus, Eugubinus  
Episcopus, quem idem Petrus Damia-  
nus scribens ad Alexandrum II. lib.  
1. epist. 119. cap. 3. hoc nomine lau-  
dat, quod congregans anomaliter Syn-  
nodum, nullum advenæ oblationis,  
vel xeniorum canonem à Clericis exi-  
gi permittebat. . . abijt, inquit, ut  
Synodum vendam. Eademque de cau-  
sa Hincmarus, Archiepiscopus Re-  
mensis epist. 42. omnibus sibi sub-  
jectis Episcopis mandavit, Synodos  
Præbiterorum secundum sacros Cano-  
nes, sine venalitate habere. Non  
idecirco vero, quod priores contra  
leges deliquerint, & posteriores juri  
cesserint, quod eis competeat, jus  
illis ademptum est, quod à sacris Ca-  
nonibus, & legitima consuetudine fuit  
singulis Episcopis concessum, sicuti  
egregie ratiocinatur Lupus *cit. loc.*

V. Hinc, quamvis Concilium Tri-  
dentinum *sess. 24. cap. 5. de reform.*  
novis exactionibus Episcopis interdi-  
xerit, non proinde expansisse jus  
Cathedrali, modo non in visitatio-  
ne, ubi quidvis exigi, idem Concilium  
vetuit, sed vel in Synodo, vel  
alio tempore, pendatur, census Con-  
gregatio ejusdem interpres *Sacra Con-  
gregatio Concilii censuit, Concilium  
Tridentinum nequaquam sustulisse*

Cathedralium, non illud tamen sol-  
vendum in visitatione, sed extra, &  
in Synodi celebratione. Quam decisio-  
nem pluribus argumentis roborat Pa-  
ganzus in *cap. Conquerente* num. 48. &  
*seq. de offic. Ordinar. & in cap. Ven-  
nerabili, num. 16. & seq. de censu-  
bus.* De hac Tridentini mente nihil  
dubitavit S. Carolus Borromeus, qui  
etiam sacrosancta illius decreta religio-  
se custodierit, & ne nimium quidem  
eorum apicem neglexerit, nihilominus  
in sua secunda Synodo Cathedrali  
legem renovavit *Act. Eccles. Mediol.*  
*part. 2. pagin. 246.* Illud sacris Ca-  
nonibus constitutum est, ut à singu-  
lis Parochiis in Dioecesana Synodo,  
Cathedrali nomine, solidi duo exi-  
gantur, idque argumento honoris, quod  
Cathedrali Ecclesie tanquam Matri  
à ceteris Parochialibus Ecclesiis iri-  
bui debet. S. Carolo consenserunt Prae-  
sules Concilii Bituricensis, anni 1584.  
sub anathematis interminatione, Syn-  
nodaticum, seu Cathedralium solvi  
jubeantes, *lib. 37. can. 7. Jura Syno-  
dalia, & Cathedralia, Episcopalia,  
& quævis alia. . . integrè persolvantur,  
sub poena excommunicationis;*  
Collectionis Harduini tom. 10. col.  
1402.

## CAPUT VII.

De novillis questionibus Cathedrali-  
ticum recipientibus.

Firmato jure Cathedrali, aliquot  
statim occurrunt evadenda diffi-  
cultates; & dirimenda quæstiones.  
In primò quidem, non facile est de-  
terminare quantitatem pecunie, Ca-  
thedrali nomine, Episcopo erogan-  
dæ; scimus quippe, à jure præscriptis  
duos solidos, sed quamnam pecunie  
species, & quantitas, solidi nomine,  
sit

sit intelligenda, ignoramus; siquidem,  
uti observant Covarrubias de veter.  
numm. cap. 3. & 6. num. 5. &  
Gonzalez in *cit. cap. Conquerente,*  
*lit. M.* nec solidus, nec solidi va-  
lor, semper, & ubique unus fuit, sed  
pro temporum, & regionum diver-  
sitate, diversus. Apud Romanos so-  
lidus erat sexta pars uncie auri, &  
ideo, alio nomine, dicebatur *sextu-  
la,* ubi tradit Isidorus de origine *lib.*  
*16. cap. 24.* quod tamen Budæus de  
*ant. lib. 5.* intelligendum putat, non  
de solidis aureis antiquis, qui quater-  
ni in uncias signabantur; & singu-  
linas dracmas pendebant; sed de pos-  
terioribus, cum pondere imminuto,  
sex aurei solidi ex uncia cudi ceper-  
unt. Apud Gallos aureus solidus qua-  
draginta, argenteus duodecim tantum  
denariis æstimabatur; non enim ejus-  
dem aurei solidi valor, à quadragin-  
ta, ad duodecim denarios, à Rege  
Pipino est adductus, uti putarunt Lin-  
denbrogius, Du-Cangius, & alii, quos  
refellunt le Blanc in *tract. histor.*  
*pecc. Gallie. pag. 8.* & Maurini in  
*addit. ad Glor. Du-Cangii,* sed ad  
similitudinem antiqui solidi aurei per-  
cussum à Francis solidum argenteum,  
& duodecim denariis æstimatum, ii-  
dem Auctores narrant, quibus etiam  
suffragatur Gronovius *lib. 3. de pe-  
cun. veter. cap. 6.* Apud Longobar-  
dos quilibet solidus quadraginta pa-  
rier denarios continebat, sicuti cita-  
tus Gonzalez notat. Verum non satis  
liquet, aureus ne, an argenteus es-  
set, & quanti æstimaretur solidus ille  
Lucensis, in cuius moneta duos so-  
lidos pendendos, statuit Honorius III.  
in *cit. cap. Conquerente.* Concilium  
Romanum anni 1525, singulis solidis  
valorem attribuit unius auri monete  
Romane, ac proinde duos solidos,  
titulo Cathedrali persolvendos, con-  
tinere, ait, viginti julios ejusdem

Tom. I.

monete; quamquam non integros so-  
lidos, à singulis Beneficiariis pendendos  
decevit, sed pro quantitate recti-  
tudo Beneficiorum, que oblinent,  
secundum mensuram ipsidem defini-  
tam. Verum cum præfatum Conci-  
lium merè Provinciale fuerit (quod  
alibi diximus) legem non constituit  
extra Romanam provinciam ter-  
vandam. Quocirca cum nihil certi,  
hac de re, à jure communi col-  
ligere possumus, concludendum est,  
certam, & universalem regulam,  
quoad quantitatem Cathedrali, præ-  
scribi non posse, sed illam deum-  
mandam esse à particularibus loco-  
rum statutis, & recepta in quali-  
bet Dioecesi consuetudine, quemad-  
modum docuerunt Abbas in *cap. Olim,  
de censibus, & Barbosa de offi-  
cie. & potest. Episc. alleg. 86. num.  
84.*

II. Facilius, quam census Episco-  
po pensandi quantitas, determi-  
nantur persone, à quibus sit quotan-  
tis persolvendus; certum enim est,  
Cathedralium solvi debere ab omni-  
bus Ecclesiis Secularibus, & quibus-  
cumque Parochiis, & Beneficiariis,  
æquum quippe est, ut qui ab Eccle-  
sia stipendia recipiunt, Ecclesie Mode-  
ratori, ejusque Cathedrali, in subjec-  
tionis signum, aliquod tributum pen-  
dat; nec ad rem præsentem quidquam  
refert, cujus ritus Parochi, & Bene-  
ficiarii sint, modo in Dioecesi degant,  
& unius Episcopi jurisdictioni sub-  
sint; quare cum quidam Parochi, &  
Beneficarii Dioecesis Cassanensis, hac  
ratione se exemptos crederent ab  
obligatione solvendi Cathedralium  
Episcopo Latino, quod ipsi addideri  
essent Græco ritui, in sacra Congre-  
gatione Concilii, ad quam ejusmodi  
controversia delata fuerat, die 8. Fe-  
bruarii 1738. causa ceciderunt, nisi  
habetur tom. 8. *Theaur. Resolut.*

Mj part.

de Fratribus nostris... quid sic sub-  
sultabat, atque gliscibat, dum præ-  
fixum Synodali Concilio tempus in-  
sisteret, ac si triturae, sive viden-  
tialia proventus articulus imminu-  
ret. Accingebat enim se muneribus  
colligentis, ad quos utique præci-  
dendos, non actum ferri, sed fal-  
cem excucibat eloqui. Quomobrem  
alibi sancti Antistites, ut omnem à re  
avaritæ suspicionem quam procul ar-  
cerent, suis Præbiteris, ad Synodum  
evocatis, onus solvendi Synodali li-  
beraliter remisit, inter quos emi-  
nit Sanctus Rodolphus, Eugubinus  
Episcopus, quem idem Petrus Damia-  
nus scribens ad Alexandrum II. lib.  
1. epist. 119. cap. 3. hoc nomine lau-  
dat, quod congregans anomaliter Syn-  
nodum, nullum advenæ oblationis,  
vel xeniorum canonem à Clericis exi-  
gi permittebat. . . abijt, inquit, ut  
Synodum vendam. Eademque de cau-  
sa Hincmarus, Archiepiscopus Re-  
mensis epist. 42. omnibus sibi sub-  
jectis Episcopis mandavit, Synodos  
Præbiterorum secundum sacros Can-  
ones, sine venalitate habere. Non  
idecirco vero, quod priores contra  
leges deliquerint, & posteriores juri  
cesserint, quod sis competebat, jus  
illis ademptum est, quod à sacris Ca-  
nonibus, & legitima consuetudine fuit  
singulis Episcopis concessum, sicuti  
egregie ratiocinatur Lupus *cit. loc.*

V. Hinc, quamvis Concilium Tri-  
dentinum *sess. 24. cap. 5. de reform.*  
novis exactionibus Episcopis interdi-  
xerit, non proinde expansisse jus  
Cathedrali, modo non in visitatio-  
ne, ubi quidvis exigi, idem Concilium  
vetuit, sed vel in Synodo, vel  
alio tempore, pendatur, census Con-  
gregatio ejusdem interpres *Sacra Con-  
gregatio Concilii censuit, Concilium  
Tridentinum nequaquam sustulisse*

Cathedralium, non illud tamen sol-  
vendum in visitatione, sed extra, &  
in Synodi celebratione. Quam decisio-  
nem pluribus argumentis roborat Pa-  
ganzus in *cap. Conquerente* num. 48. &  
*seq. de offi. Ordinari.* & in *cap. Ven-  
nerabili*, num. 16. & *seq. de censu-  
bus*. De hac Tridentini mente nihil  
dubitavit S. Carolus Borromeus, qui  
etiam sacrosancta illius decreta religio-  
se custodierit, & ne nimium quidem  
eorum apicem neglexerit, nihilominus  
in sua secunda Synodo Cathedrali  
legem renovavit *Act. Eccles. Mediol.*  
*part. 2. pagin. 346.* Illud sacris Ca-  
nonibus constitutum est, ut à singu-  
lis Parochiis in Dioecesana Synodo,  
Cathedrali nomine, solidi duo exi-  
gantur, idque argumento honoris, quod  
Cathedrali Ecclesie tanquam Matri  
à ceteris Parochialibus Ecclesiis iri-  
bui debet. S. Carolo consenserunt Prae-  
sules Concilii Bituricenses, anni 1584.  
sub anathematis interminatione, Syn-  
nodaticum, seu Cathedralium solvi  
jubeantes, *lib. 37. can. 7.* *Jura Syno-  
dalia, & Cathedralia, Episcopalia,  
& quævis alia. . . integrè persolvantur,  
sub poena excommunicationis;*  
Collectionis Hartdumi *tom. 10. col.*  
1402.

## CAPUT VII.

De novillis questionibus Cathedrali-  
ticum recipientibus.

Firmato jure Cathedrali, aliquot  
statim occurrunt evadenda diffi-  
cultates; & dirimenda quæstiones.  
In primò quidem, non facile est de-  
terminare quantitatem pecunie, Ca-  
thedrali nomine, Episcopo erogan-  
dæ; scimus quippe, à jure præscriptis  
duos solidos, sed quamnam pecunie  
species, & quantitas, solidi nomine, sit

sit intelligenda, ignoramus; siquidem,  
uti observant Covarrubias de veteri  
numism. *cap. 3. & 6. num. 5.* &  
Gonzalez in *cit. cap. Conquerente*,  
*lit. M.* nec solidus, nec solidi va-  
lor, semper, & ubique unus fuit, sed  
pro temporum, & regionum diver-  
sitate, diversus. Apud Romanos so-  
lidus erat sexta pars uncie auri, &  
ideo, alio nomine, dicebatur *sextula*,  
ubi tradit Isidorus de origine *lib.*  
*16. cap. 24.* quod tamen Budæus de  
ant. *lib. 5.* intelligendum putat, non  
de solidis aureis antiquis, qui quater-  
ni in uncias signabantur; & singu-  
linas dracmas pendebant; sed de pos-  
terioribus, cum pondere imminuto,  
sex aurei solidi ex uncia cudi ceperunt.  
Apud Gallos aureus solidus qua-  
draginta, argenteus duodecim tantum  
denariis æstimabatur; non enim ejus-  
dem aurei solidi valor, à quadragin-  
ta, ad duodecim denarios, à Rege  
Pipino est adductus, uti putarunt Lin-  
denbrogius, Du-Cangius, & alii, quos  
refellunt le Blanc in *tract. histor.*  
*pecc. Gallie. pag. 8.* & Maurini in  
*addit. ad Glor. Du-Cangii*, sed ad  
similitudinem antiqui solidi aurei per-  
cussum à Francis solidum argenteum,  
& duodecim denariis æstimatum, ii-  
dem Auctores narrant, quibus etiam  
suffragatur Gronovius *lib. 3. de pe-  
cun. veter. cap. 6.* Apud Longobar-  
dos quilibet solidus quadraginta pa-  
rier denarios continebat, sicuti cita-  
tus Gonzalez notat. Verum non satis  
liquet, aureus ne, an argenteus es-  
set, & quanti æstimaretur solidus ille  
Lucensis, in cuius moneta duos so-  
lidos pendendos, statuit Honorius III.  
in *cit. cap. Conquerente*. Concilium  
Romanum anni 1523, singulis solidis  
valorem attribuit unius auri monete  
Romane, ac proinde duos solidos,  
titulo Cathedrali persolvendos, con-  
tinere, ait, viginti julios ejusdem

Tom. I.

monete; quamquam non integros so-  
lidos, à singulis Beneficiariis pendendos  
decevit, sed pro quantitate recti-  
tudo Beneficiorum, que oblinent,  
secundum mensuram ipsidem defini-  
tam. Verum cum præfatum Conci-  
lium merè Provinciale fuerit (quod  
alibi diximus) legem non constituit  
extra Romanam provinciam ter-  
vandam. Quocirca cum nihil certi,  
hac de re, à jure communi col-  
ligere possumus, concludendum est,  
certam, & universalem regulam,  
quoad quantitatem Cathedrali, præ-  
scribi non posse, sed illam deum-  
mandam esse à particularibus loco-  
rum statutis, & recepta in quali-  
bet Dioecesi consuetudine, quemad-  
modum docuerunt Abbas in *cap.*  
*Olim, de censibus*, & Barbosa de *of-  
fic. & potest. Episc. aileg. 86. num.*  
*84.*

II. Facilius, quam census Episco-  
po pensandi quantitas, determi-  
nantur persone, à quibus sit quotan-  
tis persolvendus; certum enim est,  
Cathedralium solvi debere ab omni-  
bus Ecclesiis Secularibus, & quibus-  
cumque Parochiis, & Beneficiariis,  
æquum quippe est, ut qui ab Eccle-  
sia stipendia recipiunt, Ecclesie Mode-  
ratori, ejusque Cathedrali, in subjec-  
tionis signum, aliquod tributum pen-  
dat; nec ad rem præsentem quidquam  
refert, cujus ritus Parochi, & Bene-  
ficiarii sint, modo in Dioecesi degant,  
& unius Episcopi jurisdictioni sub-  
sint; quare cum quidam Parochi, &  
Beneficarii Dioecesis Cassanensis, hac  
ratione se exemptos crederent ab  
obligatione solvendi Cathedralium  
Episcopo Latino, quod ipsi addideri  
essent Græco ritui, in sacra Congre-  
gatione Concilii, ad quam ejusmodi  
controversia delata fuerat, die 8. Fe-  
bruarii 1738. causa ceciderunt, nisi  
habetur *tom. 8. Theaur. Resolut.*

Mj part.



part. 2. pagin. 23. & dicit. 579.

III. Consulto divisum, ab Ecclesiis secularibus; monasteriis contiguum, in quibus iudem Regulares Divina peragunt Officia, gaudent exemptione à Synodatico solvendo; per textum in *Can. Inter cetera*; causa 10. quasi. 7. & *Canon. Quam* 21. caus. 18. quest. 21. atque jura allegata à Barbosa jur. Eccl. lib. 5. cap. 10. num. 2. & 209. Engel. ad tit. de cens. lib. num. 12. Aliud est de Ecclesiis, Capellis, & Parochialibus secularibus, Regularium monasteriis pleno jure unitis, à quibus Cathedralicum Episcopo loci esse pensandum, communitate Doctores tradunt, quia ejusmodi Ecclesie nequam referuntur subtrahere à lege Dioecesana, quomodo huic dicitur subijciuntur in c. Congruente de offic. Ordinarij ubi Honorius III. ait: Episcopos jura Episcopalia in Ecclesiis, seu Cathedralicis monasteriis debeat habere; ac propterea, cum inter jura episcopalia annumeretur Cathedralicum, etiam hoc Episcopo ab illis deberi, merito infert Fagnanus in eod. c. Congruente, num. 10. & 47.

IV. De Confraternitatibus laicorum, auctoritate ordinaria erectis, disputatum est, an tenerentur ad Cathedralicam solutionem; & responsum fuit, teneri, si habeant propriam Ecclesiam; secus autem, si simpliciter tantum Capellam, seu Altare habeant, in aliena Ecclesia situm; in causa enim *Firmana Cathedralicis* die 22. Julij 1734. examinatis sequentibus dubiis: An confraternitates erectae auctoritate ordinaria, & habentes propriam Ecclesiam, teneantur solvere Cathedralicum in casu hoc tenent; An ad solutionem Cathedralicam teneantur etiam Confraternitates, non habentes propriam Ecclesiam, sed simpliciter

tantum Capellam in honorem Sanctorum, sub quorum titulo sunt erectae, in casu hoc sacra Congregatio Concilii ad primum respondit affirmativè; ad secundum negativè; Idemque responsum dedit in *Urbesiniana Cathedralicis* die 20. Martij 1745.

V. Diximus etiam, Cathedralicum solvendum à quibuscumque Parochiis, & Beneficiariis. Quoniam autem qui civitates incolunt, unum quasi corpus simul constituunt, aliudque corpus constant ceteri Parochi, & Beneficarii, in suburbis degentes; dubitatum fuit, an satis sit, ut unicuique Cathedralicum solvatur à corpore Parochiorum, & Beneficiorum civitatis, alterum à corpore aliorum, extra civitatem commorantium; an potius ab unoquoque singulatum suum Cathedralicum sit pensandum. Quæstio discussa, & decisa fuit in sacra Congregatione Concilii die 19. Novembris 1735. in *Perusina Cathedralicis*, in qua proposito dubio: An Cathedralicum sit solvendum à Rectoribus Ecclesiarum Parochialium civitatis, & suburbiorum Perusie, uti asserto uno corpore, seu potius ab unoquoque ex eis; responsum fuit Negativè quoad primam partem; & affirmativè quoad secundam. Secus est, cum nullus Clericorum, uni eidemque Ecclesie intervenientium, suam possidet specialem Præbendam, sed singuli sustentantur ex massa communi, ex qua unusquisque suam accipit portionem; tunc enim unicuique Cathedralicum esse ab omnibus ex eadem massa persolvendum, sanctum est in Concilio Romano anni 1733. tit. 8. cap. 4. Ab Ecclesiis vero, ubi plures de massa participant, ab omnibus in communi, nisi viginti; aliter tamen consuetudinibus, Ecclesiis, & Episcopis magis favorabilibus

bus. Et quod specialiter attinet ad Beneficia simplicia, sacra Congregatio Concilii in *Maceratensi Cathedralicis* die 20. Aprilis 1731. dixit, ex omnibus Beneficiis Cathedralicum deberi Episcopo, solis exceptis Capellanis laicalibus, & ad nuntium amovibilibus.

VI. Alta successit controversia; an ex privilegio, vel consuetudine tanti temporis, cujus initium non sit memoria, acquiri possit exemptio ab unoquoque solvendi Cathedralicum. Atque, ut prius de privilegio loquamur, cum Romanus Pontifex possit quamlibet Ecclesiam, & Beneficium, ab Episcopi jurisdictione totaliter subtrahere, multo magis poterit à solutione Cathedralicis eximere, quod ex textu in *Cap. Constitutus, de religiosis domibus*, bene probat Botius de Synodo 3. part. num. 90. Non tamen presumitur, quod Pontifex id privilegium alicui concesserit, nisi illius expressam mentionem fecerit, juxta textum in *cap. Pastoralis, de donationibus*. Quinimo docet Piassec in *praxi Episcopali, part. 2. cap. 2. num. 17.* non censeri Ecclesie ream Cathedralicum, etsi generatim fuerit ab Episcopi jurisdictione subtrahere, nisi speciali privilegio ab illius penitentia deprehendatur nominatim liberata. Quod verò consuetudinem spectat, in eam olim sententiam nonnulli propenderat sacra Congregatio Concilii, quod posset, immemorabili consuetudine, quilibet liberatim nancisci ab obligatione præstandi Cathedralicum; sed causa articulo ad novam trutinam revocato, cum consideraverit, Episcopalia jura à subditis adversus Episcopos nunquam præsentibus posse, juxta sanctionem Innocentij III. in *cap. 16. de prescript.* è priori sententia recessit, & oppositum definivit in *Lavelen.*

*Cathedralicis Junii 1693. lib. 43. decret. pag. 261.* disceptato enim venienti dubio: An Cathedralicum Episcopo debeatur, non obstante immemorabili in contrarium; responsum fuit: *Affirmativè, ad formam juris, ab Ecclesiis, & Beneficiariis.* Quam decisionem postea roboravit scriptis laudatum Concilium Romanum anni 1725. tit. 8. cap. 4. decernens: *Consensus Cathedralicis Ecclesie solvendus in signum honoris, & subjectionis Cathedrae Pontificali. Jus tantum inter cetera Episcopalia, ita privilegiatum, ut neque ab Episcopo in totum remitti, nec à quoquam valeat, quocumque titulo, vel immemorabili consuetudine, præscribi.* Atque hac definitione freta sacra Congregatio Concilii in nuper allegata causa *Perusina*, interrogata: An Cathedralicum debeatur Episcopo ab Ecclesiis existentibus in asserta quasi sententia, vel immemorabili illud non solvendi; identius respondit affirmativè. Nimirum itaque à sacris Ecclesiis Canonibus deviantur, qui assenserunt, non licere Episcopo à suis Clericis Cathedralicum exigere, nisi prematur inopia, aut imminatur præscriptione longioris temporis; quod moribus Gallie receptum affirmat Feuret lib. 3. cap. 3. num. 27. addens, quod si exigatur, interponitur appellatio tamquam ab abusu; etenim, uti contra eundem Feuret egregie ratiocinatur Alteterra in *videlicet Juridicis Ecclesiasticis lib. 2. cap. 19.* gravis Episcopi necessitas requiritur, ut exposcere queat subsidium charitativum, quod in pauperibus levamen illi concessit Concilium Lateranense III. anni 1179. sub Alexandro III. can. 4. iniqui: *Sustinemus pro multis necessitatibus, quæ aliquoties supererunt, ut si manifesta ac rationalis causa*

extiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare; quam sanctionem commemorant Honorius III. in *cl. cap. Conquerente, de Offic. Ordinari.* scribens Episcopo Assisiensi, ut aliis iuribus contentus, subsidium charitativum ab Ecclesiis, presertim exemptis, non exigat, nisi gravi urgeatur necessitate: *Tu autem, fili iuribus... contentus existens non amplius ab eis exigas, præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranensis Concilii, si manifesta & rationabili causa extiterit, cum charitate postulandum; sicut ab aliis Ecclesiis ejusdem Diocesis, pro necessitate temporis, sustinemus.* Sed neque paupertas, neque alia causa requiritur ad exigendum Cathedralicum, quod inter Episcopalia jura recensetur, & cuilibet Episcopo, sine ulla limitatione, conceditur; nec profecto necesse est, ut Episcopus à præscriptione sortiatur illud jus, quod adeo est sui muneris proprium, ut ne contraria præscriptione quidem possit illud amittere; ut enim dicebamus, nullus unquam potest præscribere adversus subjectionem, & reverentiam debitam Episcopo, in cuius significationem Cathedralicum pensatur.

VII. Postremo dubitatur, an Cathedralicum, quod pensandum esset in Synodo, debeatur Episcopo pro tempore, quo Synodum non celebravit; quod idem est quæritur, an positò, quod Episcopus decem ex. gr. annorum spatio Synodum non coegerit, in prima Synodo, quæ habet, unicum tantum, an potius decem Cathedralica exigere valeat. Sæpius de hac questione disceptatum est in sacra Congregatione Concilii; eaque semper fuit in sententia, quod Cathedralicum singulis annis ut Episcopo

solvendum, etiam Synodus quotannis non cogatur; quamvis enim in Synodo solvi consueverit, & hac de causa Synodaticum sit appellatum (ut diximus); non ideo tamen est ita affixum Synodo, ut hac non habita, cesset obligatio illud præstandi; semper quippe urget ratio reverentiae, & subjectionis erga Cathedram Episcopalem, propter quam Synodatici pensionem jura imperarunt. Quocirca in citata Synodo Avenionensi anni 1366. *cap. 11.* & in alia Synodo pariter Avenionensi sub Alano Episcopo *cap. 15. cit. tom. 4. Antec. col. 575. & 580.* decretum fuit, ut non solum Synodaticum anni tunc decurrentis, sed etiam Arretragia temporis iam lapsi, ante Synodi dismissionem, integrè Episcopo persolverentur; & sacra Congregatio Concilii, nullo habito respectu ad Synodum, Cathedralicum Episcopo deberi à die adeptæ possessionis suæ Ecclesie dixit in *Amalghiana Cathedralici 5. Septembris 1705, & 26. Februarii 1707, & in Cassanensi 21. Martii 1725. lib. 55. decretor. pag. 306. & lib. 57. pag. 68. & lib. 83. pagin. 188.*

VIII. Quod tamen est intelligendum, nisi adit longæva, & legitime præscripta consuetudo non solvendi Cathedralicum, nisi in Synodo; quoniam, etiam consuetudo non possit prorsus delere obligationem illud pensandi, potest nihilominus minuire solutionis onus, & facere, ut non urgeat singulis annis; siquidem eo ipso quod aliquando, & in aliqua etiam minima quantitate, est solvendum, jam servator honor debitus Cathedre Episcopali, contra quem dumtaxat præscribi non potest, si cui recte perpendunt *Bottus de Synod. part. 3. n. 89. & seq. & Masto-*

brius

brius *ead. tract. cap. 4. dub. 33. & 34.*

IX. Porro, ut quam celeriter & promptè sibi debitum Cathedralicum Episcopus assequatur, in particulari Congregatione à san. mem. Clemente XII. deputata die 3. Octobris 1731. hæc methodus, in illius executione servanda, præscripta fuit: "Ut celeri solutioni Cathedralici consensum sit, nec tamen judicialis ordo prætermittatur, sacra Congregatio, à Sanctissimo Domino nostro deputata, censuit, rem sic esse temperandam, ut adversus eos, qui nihil solvere tenentur, si in mora fuerint, unica sufficiat citatio, cum apprehensione termini quinque dierum, nantequam decernatur executio mandati executivi; præmissa autem illa citatione, possit etiam deinde in contumaces ad ejusdem mandati executionem procedi, absque ulla nova citatione." Cohærenter ad hujusmodi decretum datæ sunt litteræ, quæ extant in Appendice ad Constitutiones Synodales Sabineses Hannibalis Cardinalis Sancti Clementis *pag. 30.*

X. Duo his superaddimus, quæ ad Cathedralicum referri possunt. Primum est, ab Antiocheno Patriarcha Maronitarum, cum sacra Olea distribueret, aliquam exigi consuevit pecunie oblationem, qua uteretur ad sui abundantiam, atque ad onera sustinenda, quæ Patriarchali incumbunt Officio, ac dignitati. Quamquam autem constitisset, pecuniam neque dari, neque recipi animo mundanæ ræcra Olea, attamen, ad eamdem præpendendam simonia suspensivem, fructibus consuetudo fuit impetrata à Congregatione particulari, cui demandata est cognitio rerum ad Maronitas pertinentium, ejusque sententia fuit à nobis confirmata. Ut vero Patriar-

cha indigentis prospiceremus, iussimus, ut in posterum eadem pecuniarum oblationes, nomine subditi charitativi, fierent Patriarchæ dic. Domnica infra octavam solemnitatis assumptionis Deiparæ Virginis Mariæ, quod videre est in *nostra Const. 47. Bullar. tom. 2.* Alterum est, quod Canonica portio, seu Quarta Episcopalis, debita Episcopo ex his, quæ relinquuntur Ecclesiis, juxta textum in *cap. Requistis, de testam. de qua copiose nos, in minoribus tunc constituti, discimus in quadam causa Aretina, & citra etiam adducta fuerunt à Ferdinando de Valentibus in suo voto, in eadem causa exarato, quod est 19. Oper. tom. 3. Cathedralici naturam imitator, iisdemque processus subjacet juris regulis, quæ in Cathedralici solutione servantur; quemadmodum demonstrat Scaevolentus in dissertatione, quam concinnavit pro quadam causa *Piscini. Quarta*, de qua Luca anno 1646. ad cujus calcem impressa pariter reperitur prædicta nostra elucidatio in simili causa *Aretina.**

## CAPUT VIII.

*De Elemosyna Missarum, & ejus taxatione in Synodo ut plurimum, servanda.*

MOS fuit in Ecclesia, plurimum sæculorum intervallo sanctæ contentus, ut quotquot ad Missarum solemniam convenissent fideles, suam unusquisque sacrificii partem, hoc est panem, & vinum consecrandum, offerret; ad quem alludens Cyprianus *lib. de oper. elemosyn.* divitem fecimam hoc nomine increpat, quod nihil offerens, alienæ oblationis partem sumeret: *Loquipes* (inquit) *& dives es, & dominicum celebrare te crediti, quæ cor-*



coram omnino non respicit, quia in dominicum sine sacrificio venit, quae partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumit; eundemque respectus Augustinus (seu quisquis est Auctor sermonis olim 215, de tempore, nunc 265, in Append. tom. 5. part. 2. n. 2.) dicens: *Erubescere debet homo idoneus, si de alienis oblatione communicaverit*; atque inde etiam factum est, ut Tertullianus lib. de exhort. castit. cap. 7. omnes Christianos Sacerdotes dixerit, non quod omnes potestatem haberent consecrandi, sed quia omnes panem, & vinum ad Dei Altare offerebant, sicuti egregie explicat Petavius in *diatriba de potestate consecrandi*, cap. 1. tom. 2. Theolog. dogmat. Tanta porro illius ritus fuit apud majores nostros religio, ut, cum Patres Concilii Matisoniensis II. anni 855, deprehendissent, eum pedetentim obsolescere, statim restitui curaverint, can. 4. decreverunt: "Residentibus nobis in sancto Concilio, cognovimus, quosdam Christianos, relicto fraterum coetu, non mandato Dei aliquibus locis de viis; ita ut nullus eorum legitimum obsecrationis parere velit officio Deitatis, dum sacris Altaribus nullam admovent hostiam. Propriam decernimus, ut omnibus Dominicalibus diebus Altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur tam panis, quam vini; ut per has immolationes & peccatorum suoribus fasces careant, & cum Abel, vel ceteris iustis offerentibus, promerentur esse consortes. Omnes autem, qui definitiones nostras per inobedientiam evacuaré contendunt, anathemate percellantur." *Collectionis Harduini tom. 3. col. 462.* Neque verò, quod à singulis fidelibus offerabatur, modicum quid erat panis, & vini, quae postea per Sa-

cerdotem consecrata, atque in Christi Corpus, & Sanguinem conversa, ipsimet offerentes perciperent; sed quilibet, pro sua facultate, plures offerebat panes, cum larga vini amphora, quorum exigua pars consecraretur, & reliqua massa Sacerdotibus, & Clericis eederet; quemadmodum pluribus alatis monumentis ostendit Christianus Lupus *disserz. 2. proam. ad decret. & canon. Concil. tom. 3. prime edit. pag. 187.*

II. Præter panem, & vinum, quae sacrificio usui erant, aliud de Altare offerre prohibuit canon 3. Apostolorum: *ndi quis Episcopus, aut Presbyter, præter ordinationem Domini, alia quædam in sacrificio offerat super Altare, id est aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut neconfecta quædam, aut volasilla, aut naturalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem Domini faciens, incongruo tempore deponatur.* Et quamvis sequens canon 4. ejusmodi prohibitionem temperans, permittit offerri etiam oleum, incensum, novas spicas, & uras; cæteros tamen fructus, non ad Altare offerri, sed ad Episcopum mitti jubet, Presbyteris, Diaconis & Clericis distribuendos: *Offerre non liceat aliquid ad Altare, præter novas spicas, & uras, & oleum ad luminaria, & thymiana, id est incensum, tempore, quo sancta celebratur oblatio. Reliqua posita, omnia ad domum primitiæ Episcopo, & Presbyteris dignantur, non offerantur in Altari. Certum est autem, quod Episcopus, & Presbyteri dividant & Diaconis, & reliquis Clericis.* Concilium verò Cæthaginense III. anni 397. can. 24. qui est 37. in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ, tom. 1. *Collectionis Harduini col. 887.* mel, & lac offer-

ri permittit in die Paschalis festivitatis, quo solenne Baptisma celebratur, & egressus de sacro fonte mel, & lac dari consueverat; de quo ritu plurimum Cardinalis Bona *rer. liturg. lib. 1. cap. 16. num. 3.* *Uti in Sacramentis (ali cit. Concilium) Corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vinum aquæ mixtum. Primitiæ vero, seu mel, & lac, & quod uno idie sovemissimo in infantum mysterio solet offerri, quamvis in Altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, ut à Sacramento Domini Corporis, & Sanguinis distinguantur; nec amplius in primitiis offeratur, quam de vitis, & frumentis.* Verum posteriori ætate usus oblituit, ut nihil quidem, præter panem, & vinum, juxta præca Patrum decreta, Offerentium exhiberetur, sed vel ante Missam, aut ante Evangelium, sive statim post Evangelium, liceret fidelibus, quicquid vellem in Sacerdotum commodum, ad Altare offerre; quod ex *Regione lib. 1. de Ecclesiast. disciplin. recte colligit Martene de antiquis Eccles. ritibus tom. 2. lib. 1. cap. 4. art. 6.* Duo pariter oblationum genera commemorant Capitularia Caroli Magni *lib. 6. capit. 504.* & magis aperte antiquissima Liturgia Antiochum, quam ad hunc ritum comprobandum adducit Honoratus à Sancta Maria in suis *Antiquæ in regulis & usum criticis tom. 2. lib. 4. art. 6.* oblationes factas ante Offerentium, ab illis distinguunt, quæ fiebant, dum Offerentium canebatur.

III. Sed, num, inter cætera, etiam pecunia, sive ante Missam, sive ante Offerentium, prioribus sæculis, ad Altare offerri soleat, ignoramus. Sci-

mus enim verò, ab Ecclesiæ incunctis, in singulis Christianorum Ecclesiis expositam fuisse arcam, quam Baronius *ad ann. 24. numer. 69.* *Gazophylacium* appellat; in quam pecunia à fidelibus inferebatur. Ejusmodi arcam meminit Tertullianus *epol. cap. 39.* inquit: *ndi quod arce genus est, non de ordinaria (id. honoraria) summa quasi redemptæ religionis congregatur. Modicum unumquisque stipem, menstrua die, vel vicium velit, & si modò velit, & si modò possit, apponit; nam nemo compellitur, sed sponte confert.* Et Justinus *apost. 1. ad Antoninum Pium n. 67.* quasi rationem reddens pecuniæ, quæ in Ecclesiæ Gazophylacium conticiebatur, ait: *"Qui abundant, & volunt, suo arbitrio, quod quisque velit, largiuntur, & quod colligitur, apud eum, qui præcit, deponitur, ac ipse subvenit, pupillis, & viduis, & illis qui, vel ob mortuum, vel aliam ob causam egent, tum etiam illi, qui in vinculis sunt, & advenientibus peregrinorum hospitibus; uno verbo omnium indigentium curam suscipit."* Ubi indigentium nomine, etiam Ecclesiæ Ministros Justinus comprehendisse, minime dubitamus; illi liquidem ex fidelium oblationibus alabantur; & incredibile videtur, quod ex solo pane, & vino, ad Altare oblati, possent omnia sibi ad vite sustentationem necessaria comparare. Eundem morem deponendi pecuniam in Gazophylacio commemorat Augustinus *serm. 352. tom. 5. Oper. part. 2. numer. 17.* & Paulinus *epist. 54. sive sermone de Gazophylacio*; quorum præsertim testimonio constat, labente sæculo IV. & decurrente V, illum perseverare.

IV. Sed quandonam, non in Gazophylacio immitti, sed ad ipsam

Altare ceperit pecunia offerri, con-  
 define non possumus. Habemus  
 quippe ex Augustino *epist. 22. nu-  
 mer. 6. tom. 2. Oper. col. 29.* quæ  
 est ad Aurelium Primatem, tempore  
 oblationis, seu Missæ pro defunctis,  
 fuisse simul denarios oblatos; sed cum  
 istos ab ipsismet offerentibus in pau-  
 peres erogari in idem præcipitur, non  
 videtur approbare, ut in Diacono-  
 rum manibus ad Altare deponerentur.  
 "Oblationes pro spiritibus dor-  
 "mientium, quas verò aliqui adju-  
 "vare credendum est, super ipsas  
 "memorias non sint sumptuosæ, at-  
 "que omnibus petentibus, sine ty-  
 "pho, & cum alacritate præbeantur,  
 "neque vendantur; sed, si quis pro  
 "religione aliquid pecunie offerre vo-  
 "luerit, in præsentii pauperibus ero-  
 "get." Honorius Augustodunensis,  
 Scriptor XII. seculi in *Gemma sivi-  
 "le ecclesiam morem invectum asserit, pec-  
 "cuniam loco panis ad Altare offere-  
 "rendi, cum deserunt fideles, Sacri-  
 "ficio assistentes sacra participare mys-  
 "teria, quod ceteroquin antea fas non  
 "erat prætermittere: "Postquam au-  
 "tem Ecclesia numero quidem aug-  
 "gebatur, sed sanctitate minuebatur,  
 "propter carnales statutum est, ut qui  
 "possent, singulis Dominicis, vel ter-  
 "tia Dominica, vel summis festivitatibus,  
 "vel ter in anno communicarent;  
 "ne ante Confessionem, & poenitentiam  
 "tam pro aliquo crimine, iudicium  
 "sibi sumerent. Et quia, populo non  
 "communicante, non erat necesse panem  
 "tam magnam fieri, statutum est  
 "eum in modum denarii formari, vel  
 "fieri, & ut populus pro oblatione  
 "latine denarios offerret: tempus  
 "tamen, quod id accidit, Honorius non  
 "designat.*

V. Verum in hæc res se habeat, &  
 quidquid sit de initio usus offerendi ad

Altare pecuniam, indubitatum est,  
 quod asserit Thomassinus *de vet. & lit-  
 "er. Eccles. disciplin. part. 3. lib. 1. cap. 7. n. 8.* juxta primogenium na-  
 "centis, & adolescentis Ecclesie disciplinam,  
 "sive panem, sive denarium oblatum  
 "fuisse Ecclesie, & Clericis, in  
 "commune, non vero datum cuiquam  
 "pecuniari Sacerdoti, ut Missam priva-  
 "tim faceret, quæ uni elemosynam of-  
 "ferendi profdesset. Morem autem stipen-  
 "dem elargiendi Sacerdoti, ut exhor-  
 "tantem Sacrificii fructum stipis largi-  
 "tor in se, proximos, aut amicos, sive  
 "vitæ compotes, sive defunctos, deri-  
 "varet, non ante sæculum VIII. induc-  
 "tum, neque partim ubique ante XII.  
 "receptum, asserit Mabillonius in *gra-  
 "tias. t. in sæculum III. Benedictinum  
 "num. 62.* cui tamen contradicit Pater  
 "Franciscus Berliendi Clericus Re-  
 "gularis Theatinus in *disert. Historico-  
 "Theologica de Oblationibus part. 2. §. 2.*  
 "illum longe antiquiorem af-  
 "firmans; enimverò, quod in fine sæ-  
 "culi VIII. jam invaluisse, fidem facit  
 "Chrodegangus, Episcopus Metensis in  
 "Regula, quam, eo sæculo labente,  
 "vel dono inuenta, suis Canonibus præ-  
 "scripsit; in ea quippe *capit. 52. de  
 "elemosynis*, cuique Canonico rum af-  
 "beram potestatem fecit accipiendi, &  
 "in quos vellet usus expendendi elemo-  
 "synam, quæ pro sua sibi Missa of-  
 "fereretur: "De elemosynis acci-  
 "pienda *(inquit)* ita constituimus,  
 "ut si aliquis uni Sacerdoti pro Mis-  
 "sa sua, vel pro Confessione, aut in-  
 "firmatate, seu pro quolibet caro suo,  
 "aut vivente, aut mortuo, aliquid in-  
 "elemosyna dare voluerit, hoc Sa-  
 "cerdos a tribuendo accipiat, & exim-  
 "is, de, quod voluerit, faciat." Col-  
 "lectionis Harduini *tom. 4. col. 129. 6.*  
 "Sæculo verò XI. eundem morem adeo  
 "longe lateque propagatum scimus, ut  
 "etiam pueri notus esset; etenim Joan-

nes Monachus in *vita S. Patri Damiani cap. 2.* de eo adhuc puero lo-  
 "quatur: "quod quadam die... casu  
 "nummum ceperit, & tanquam subito  
 "dives effectus, gratulabundus, quid  
 "neo mercati aptius posset, diu men-  
 "sere revolvere cepit... divinitus tan-  
 "dem inspiratus, ait: melius est, ut  
 "stradam Presbytero, qui Deo sacri-  
 "nium offerat pro patre meo."

VI. Specialem hanc Sacrificii ap-  
 "plicationem illi, qui elemosynam lar-  
 "gitus fuerat, vius est improbare Wa-  
 "lfridus Strabo, qui sæculo IX. floruit,  
 "existimas illud non plus profdesse  
 "uni, pro quo specialem offeratur, quam  
 "universo cæsti fidelium; libro *contra  
 "de reb. Ecclesiasticis. cap. 22. ait:*  
 "Sed & in hoc error non modicus  
 "videtur, quod quidam se non posse  
 "aliter plenam commemorationem  
 "eorum facere, pro quibus offerunt,  
 "nisi singulas oblationes pro singu-  
 "lis offerant, vel pro vivis, & defun-  
 "ctis non simul estimant immolan-  
 "dum, cum vere sciant, utrum pro  
 "nomibus mortuorum, & uno panem  
 "esse sanguinem, quem universalis  
 "Ecclesia offert. Quod si cui placuerit,  
 "pro singulis separatim offerre,  
 "pro solius devotiois amplitudine,  
 "se, & orationum augendarum de-  
 "lectatione id faciat, non autem pro  
 "multa opinione, qua putet, unum  
 "Dei Sacramentum non esse genera-  
 "lem, sed ad singulos referendum.  
 "Walfredus, quod etsi sacrificium  
 "ex parte rei oblatæ, & principis  
 "offerentis, scilicet Christi, sit  
 "infinite virtutis, non tamen, hæc ejus  
 "imitatore Christo volente, infinite  
 "predicit effectus; nec, si finem ex-  
 "cipias colendi Deum, & supremum  
 "latræ actum, qui sanè ex qualibet  
 "quantumvis crebris repetita, Divinæ  
 "victime immolatione, semper Deo

exhibetur, quoad cætera, quæ ex  
 "sacrificio reportare intendimus, su-  
 "perflua est eiusdem iteratio. Semel  
 "autem posito, quod effectus sacri-  
 "fici finis sit, perspicuum jam  
 "est, illud plus et prodesse, cui ap-  
 "plicatur, quam aliis; uti enim ra-  
 "tionatur Suarez *tom. 3. in 3. part. disp. 78. sect. 1. & disp. 79. sect. 12.* ut consideratur tanquam  
 "propitiatorium; & tunc satisfactorium;  
 "Et certe pro illo speciatim satisficit, in  
 "cujus debiti solutionem Deo exhibetur;  
 "aut consideratur tanquam im-  
 "petratorium, & profectò ad benefi-  
 "cia illi uberius largienda Deum mo-  
 "vet, pro quo nominatim Sacerdos  
 "Divinam Hostiam immolat, Deum  
 "exorat. Rem totam explicat D. Thomas  
 "in 4. dist. 45. artic. 4. *questione. 1. & questione. 2.*

VII. Quod vius est improbare  
 "Walfredus, alio nomine tunc aperte  
 "insecrari Wulfestæ, hodieque in-  
 "sectantur Lutherani, & Calvinisti  
 "dicitantes, pecuniam Sacerdoti ce-  
 "lebratorio Missam pretium dari, eam-  
 "que propterea, veluti aperte simo-  
 "niacam, damnant. At in primis, ad  
 "eorum fallaciam refellendam, satis  
 "abundè foret illud adducere, quod  
 "ad rem aiebat Gerson in *opus. de  
 "sollicitudine Ecclesiasticorum. tom. 2. part. 3. part. 19.* inquit: "Sufficere  
 "in primis debet ad con-  
 "sentium hujus veritatis una totius  
 "communis Ecclesie, qui sic habet,  
 "ne recipit, cui si quis detrahit, im-  
 "prudenter se decipit. Et *part. 6.*  
 "Nihil æquius secundum omnem le-  
 "gem, esse deducit Apostolos prima  
 "ad Corinth. quim qui Altario de-  
 "verserit, de altario & vivat. Pres-  
 "tat nihilominus audire D. Thomam,  
 "qui hanc ipsam hereticorum calum-  
 "niam jampridem anteverterat, & di-  
 "luc-



luerat 2. *quasi. 100. arti. 2. ad 2.* inquit: „Sacerdos non accipit pecuniam, quasi pretium consecrationis Eucharistiae aut Missae decantandae; hoc enim esset simoniacum; sed quasi stipendium suae sustentationis.“ Et in 4. *dist. 25. quasi. 7. arti. 1. questio. 1. ad 4.* „Pecunia actionem de Missa celebranda est simoniacum semper. Si tamen non habet alios sumptus, & non tenetur ex officio Missam cantare, potest accipere denarium, sicuti conducti Sacerdotes faciunt, non quasi pretium Missae, sed quasi sustentationem vitae.“

VIII. At quamvis res ita se habeat, nihilominus fatendum est, quorundam improborum Sacerdotum sordidam avaritiam quandoque dehonestasse, quod caeteroqui in se licitum, & sanctum erat; nonnulli quippe visi sunt Missas quodammodo venditare, ac turpissimum questum de illis facere. Et primum quidem, cum nondum Missae eadem die iteratio erat severa lege prohibita, nonnulli ad solum hunc plures eleemosynas captandi, saepius in die Sacris operabantur, quos acriter perstringit Auctor vitae S. Thomae Cantuariensis *cap. 11.* his verbis: „Illos autem in praedictarum nec memoratum dignos non Christi, sed mammonae Sacerdotes, praeterea, qui propter oblationum questum, unam Christi, & semel oblatam hostiam quoties, non temet, sed libentius iterum, non tam consecrant, quam dilantant, Filium Dei questu habentes.“ Postquam vero & Alexander II. *can. 53. de consecrat. dist. 1.* & Innocentius III. in *cap. Consultasti de celebratione Missarum*, & Honorius III. in *cap. de referendo, eod. tit.* districtè veteruerat, Sacrificium eadem

die, sola excepta solemnitate Nativitatis Domini, ab eodem Sacerdote iterari, alias nequiores artes excogitarunt, quibus plures eleemosynas unius Missae celebratione, lucrarentur. Aliqui enim tot hostias in eadem Missa consecrabant, quot illi fuerant, à quibus eleemosynam acceperant, aurumantes, se hac ratione omnibus satisfacere: alii plures Missas in unam congeriebant; Missam quippe diei usque ad Offertorium legebant; tunc aliam incipiebant usque ad eundem locum; deinde tertiam, & quartam, eodem modo; postea tot Secreta dicebant, quot Missas inceperant; denarium sub uno Canone Sacrum perficiebant, totidem additis in fine Collectis, quot initio recitaverant; has autem Missas *officiatas, & trifaciatas* nuncupabant, quasi duplicem, & triplicem haberent faciem, quae sola satis illis esse videbantur ad plures eleemosynas, pro earum numero assequendas. Haec, aliisque huius generis Missarum monstra recentent Petrus Cantor in opere, quod inscribitur *Verbum abbreviatum c. 29.* & Cardinalis Bona *rer. liturgic. lib. 1. cap. 15.*

IX. Quibus ab Ecclesia eliminatis, non idcirco improba Sacerdotum cupiditas fuit radiotis evulsa; adhuc enim idem ingens lucrum ex Missa aucupantes, de unica eleemosyna, quam accipere poterant, quasi de mercati ejusjuria pretio paciscabantur, & nihil ad eorum votum auferret, Missam facere renuabant; quos praeinde Robertus Cardinalis Pullus, natione Anglus, in *Summa Theologica*, quam medio saeculo XII. concinnavit, *part. 7. c. 17. tit. 1.* objurgavit: „Quid est Missarum, solemniam intuitu temporalis commodi celebrare, nisi cum Juda Chama vendere, tanto nequius, quanto

re-

returgendo est sublimatus.“ Quamobrem, ut gliscentem hanc pestem tandem ab Ecclesia prorsus propellerent, & insatiabilem Sacerdotum aviditatem perpetuo frango coererent, Patres Concilii Toletani anni 1324. c. 6. veteruerunt, ne ullus Sacerdos quidquam vel minimum, pro Missa ex pacto exigeret, sed eleemosyna contentus esset, quae ei sponte daretur: *Multa mentis amaritudine concitatur, & graviter doloris aculeis perfossit mentem nostram, intelligentes, quod aliqui Presbyteri detestanda, & abominabili ambitu caecati, pro Missa per eos celebrandis pecuniam exigunt, & super hoc, ac si vellent vendere rem profanam, impudenter mercantur. . . . Verum, cum dictum Sacramentum, super omnia pretiosum, sit liberaliter, sicut caetera Sacramenta, celebrandum; districtius prohibemus, ne aliqui Presbyter pro Missa celebrandis pecuniam exigat, vel rem aliam temporalem, sed gratè accipiat, si aliquid, per satisfactionem Missae celebrati, oblatum sibi charitativè fuerit, absque pacto, & conventionis quacumque Collectionis Harduin tom. 7. c. 1. 1489.*

X. Ac de hinc Concilium Tridentinum cum animadvertisset nondum Sacerdotes à profano illo merimonio cessasse, quod Patres Toletani fuerant detestati, *sess. 22. in decreto de oblationibus, & eod. multis in celebratione Missae*, injunxit Episcopus, ut de medio tollant quidquid avaritiae contra reverentiam sacrificii Missae induxit, utique in primis ut jusjurus generis mercedum conditiones, pacta, & quidquid pro Missis novis celebrandis datur, nection importunis, atque illiberales eleemosynarum exactiones potius, quam postulationes, vanaeque hujusmodi, quae à simoniaca

plabe, vel certe à turpi questu non vlonge absunt, omnino prohibeant. Ut itaque Episcopi Tridentino obtulerent, atque importunas, & immeratas eleemosynarum pro Missis exactiones impediunt, debent in sua quisque Dioecesi, Missarum stipem taxare, ultra quam, nemo quidquam exigere valeat; quod etiam ante Tridentinum factum legitur à Willelmo Archiepiscopo Eboracensi, cujus Constitutionem renovavit Joannes ejusdem successor in Concilio Provinciali Eboracensi anni 1577. *cap. 3.* „Universis Rectoribus, & singulis Ecclesiarum Praelatis, Vicariis, & aliis quibuscumque personis Ecclesiarum, Capellis, Cantuariis, Oratoriis, Hospitiis, seu Beneficiis Ecclesiasticis, quaecumque, infra nostram Dioecesim, obtinentibus, in virtute sanctae obedientiae, & sub poena quarantaginta solidorum, eleemosynas nostrae applicandorum, similiter interhibemus, ne in Ecclesiis, Capellis, Camariis, Hospitalibus, seu aliis Beneficiis suis hujusmodi, quantum Capellanum stipendiarium, Divina celebrare permittant, nisi nomine stipendiis suis annualis de summa sex marcarum sit contentus, concilior. Britannicæ tom. 3. pag. 69.“

XI. Quamvis autem eleemosynae taxatio & à consuetudine induci, & ab Episcopo extra Synodum fieri queat; attamen, ut stabilior sit, ac Sacerdotibus commodius significetur, & innotescat, primumque in Synodo fieri consuevit, ac praeinde *Taxa Synodalis* communiter appellatur; quocirca sacra Congregatio Concilii interrogata, primo, *Quanta debeatur eleemosyna Missarum mandatum;* secundo, *Quanta esse debeat pro perpetuis, non taxatis à Summatore*, die 15. Novembris 1698. respon-

pon-

pondit: *Ad primum, & secundum censuit, attendendam esse consuetudinem loci, vel legem Synodalem, quatenus adit; sin minus, statuendam esse per Episcopum elemosynam competentem, ejus arbitrio, lib. 48. decret. pag. 584.*

## CAPUT X.

*De advertendis ab Episcopo in statuendis Missæ elemosynis, resistentibus abusus circa eas gliscensibus; & in Confessariis eisdem à penitentibus exigant.*

Sapientis sane consilio sacra Congregatio Concilii Episcoporum arbitrio commisit prescribere quantitatem elemosynæ, pro singulis Missis, Sacerdotibus erogandæ; quia non potest hac in re certa & universalis regula, ubique custodienda, statui, cum alicubi majorem, alibi minorem eam esse deceat, habito respectu ad locorum, & temporum circumstantias, & præcipue ad annonæ penuriam, vel copiam. Unum tamen advertendum existimamus, nimirum necessarium non esse, ut elemosynæ tanta sit, quæ integram sustentationem Sacerdoti ea die, quæ celebrat, suppeditet; etenim sicuti optime perpendit Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 85. art. 6. sect. 2. conclus. 7. actio sacrificandi non requirat integram diem, neque majorem ejus partem; unde non est, cur Sacerdos propter hoc solum ministerium integrè alatur ea co; pro quo Sacrificium offert. Accedit neminem secularium ad Sacros Ordines promovendi, qui sufficiens Beneficium, aut patrimonium non habeat; nec ullum ad Religionem admitti, qui ex monasterii redditibus, aut consuetis elemosynis ali-

nequeat; ex quo fit, ut nullus cogatur victum sibi comparare ex solo Missarum stipendio, quemadmodum argumentantur Gibalini de simonia q. 18. conclus. 7. num. 4. Diana in edit. coord. tom. 4. tract. 1. resol. 22. numer. 17. & Juenini de Sacram. dissert. 5. quest. 7. capit. 1. art. 5. ubi ait: "Sed monitum velin lectorum, rationi consonam non esse consuetudinem, quæ illud stipendium derivat ex summa, quæ satis sit Sacerdotibus in unam diem sustentationem." Ratio est, quia stipendia non conferuntur ad integram Presbyteri sustentationem, sed ad illius administrandum; nec mirum; & quippe quod "Seculares Sacerdotes fruuntur aut fidei patrimonialibus, aut Beneficiis, quæ tenent eorum locum; vetant nempe Canones, ne Seculares ornentur, quin suffulti ad vitam titulo; Mendicantes vero à populo fiduciam supponuntur recipere elemosynas, quibus vescantur, nec enim ad monasterium admitti debent plures, quam consuevit elemosynæ sustentare valeant."

II. Porro, si ultra elemosynam, ab Episcopo taxatam, plus Sacerdos celebraturus exigit, non solum delinquit contra legem Ecclesiæ, verum etiam justiciam commutativam ledit; etenim, uti argumentatur Suarez cit. loc. conclus. 1. quamvis Missæ stipendium non habeat rationem pretii, nihilominus expositæ justitiæ, ut aliqua proportio servetur inter illud, & opus, ad quod subiundum subministratur, eamque proportionem definire, insperata natura rei, de qua agitur, ad solum spectat Episcopum. Ob eandem rationem, iudicio Episcopum, Missarum elemosynam taxantem, stare debent, etiam Regulares, quibus suorum privilegiorum obicatu, necu-

signam licet stipem exigere illa majorem, quam Episcopus præscripsit; quemadmodum enim ipsi, veluti membra communitatis, obstringuntur in contractibus servare æqualitatem statutam à legibus loci, ubi degunt; ita & in hoc quasi contractu non possunt proportionem prætergredi, quam loci Ordinarius determinavit. Quocirca sacra Congregatio Concilii in una Romana 15. Januarii 1639. lib. 16. decretor. pag. 138. dixit: *Elemosynam pro qualibet Missa, per Regulares celebranda in eorum Ecclesiis, esse taxandam arbitrio Ordinarii, juxta morem regionis.* Nec Regulares tamen, nec Seculares prohibentur uberiores stipem à sponte dantibus accipere, dummodo absit dolus, & quodcumque pactum, etiam implicitum; quod docuerunt Suarez cit. conclus. 1. Cardinalis de Lugo respons. mor. lib. 5. dub. 18. ac censuit sacra Congregatio Concilii 16. Januarii 1649. lib. 18. decretor. pag. 575. à tergo, quæ interrogatur: *An possit Episcopus prohibere subnæna censuram laicis, ne pinguius stipendium taxæ solvant Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus, Missam celebrantibus, & nequod iidem Sacerdotes illud acceptare non possint, etiam à sponte dantibus?* respondit: *Prohiberi non posse.* Si tamen qui manulem elemosynam, consuetam pinguiorem, accepit, alteri Sacerdoti Missam celebrandam committat, non potest illius partem sibi retinere, sed totam, quam accepit, erogare debet Sacerdoti celebranti; quod ab Urbano VIII. statutum est, & opposita opinio ab Alexandro VII. 24. Septembris 1665. proscripita fuit; inter propositiones enim, ab eodem Pontifice damnatas; una, quæ est nomina, sic sonat: *Post decretum Ur-*

baniani potest Sacerdos, cui Missæ celebranda traduntur, per alium satisfacere, collato illi minore stipendio, nulla parte stipendii sibi retenta." Neque solo jure spectato, prohibentur Sacerdotibus, minore accepta elemosyna, ad Missam celebrandam se obligare; siquidem quilibet potest cedere juri suo; & etiam sine ullo stipendio celebrandi onus in se suscipere; quia tamen aliquando illa consuetudo elemosynæ remissio deprehensa est noxiis aliis Sacerdotibus, qui ob fraudulentam aliorum liberalitatem, debita sibi stipe privabantur; ideoque sacra Congregatio Concilii prædictam remissionem quandoque fieri vetuit, quemadmodum contingit in una *Sanciti Severini*, in qua Episcopo, ad hunc modum interroganti: *Sacerdotibus quotidie se offerunt celebrare ad rationem tenuis elemosynæ dimidii julli pro qualibet Missa; unde supplicat declarari, an ipse statueret possit elemosynam manulem annui integri julli pro qualibet Missa, imponendo poenam celebrantibus pro minori quantitate." die 16. Julii 1689. eadem respondit: affirmativè, quoad elemosynam manulem.*

III. Quia verò recta ratio non patitur, ex elemosyna ab Episcopo taxata, quæ exigua esse solet, aliquid detrahi in commodum Ecclesiæ subministrantis Sacerdoti sacra indumentata, alique utensilia ad Missæ celebrationem necessaria; hæc de causa Urbanus VIII. decrevit, nihil ex elemosynis manualibus esse, eo nomine, detrahendum; ex stipendiis verò, pro Missis perpetuis relictis, tunc solum Ecclesiis, ubi sunt celebranda, aliquid percipere permittit, cum alios redditus non habent, quibus onus sustineant sacra utensilia præstandi, quæ omnia à nobis adducta, & fuscè per-



tractata fuere in nostra Instit. Eccles. 56. & in dissertatione, quam dum munus obiremus Secretarii sacrae Congregationis Concilii, exaravimus, quae extat in *Thesaur. Resolut. tom. 3. pag. 307.*

IV. Quis non crederet, tot salubres Constitutiones Sacerdotum avaritiam retinuisse? Et nihilominus scimus, sufficientes haud fuisse ad eam cohibendam. Aliqui enim suffulti plurimum Theologorum opinione, qui etiam Sacramenti fructum, quoad effectum, & in actu secundo, nulli sunt, finitum esse fateantur; at tamen opinantur, illud pluribus applicatum, aequè singulis prodesse, ac si uni tantum applicaretur, instar radii solaris, qui quamvis finitus sit, aequè tamen in unum, ac in multos se effundit; post acceptam à pluribus communicat elemosynam, se omnibus satisficere arbitrabatur, uticūm Sacramentum singulis, qui sibi stipem contulerant, nominatim & expressè applicando. Alii considerantes, tres esse Sacramenti fructus; generale videlicet, qui in universam Ecclesiam redandus; speciale, seu medium, quem ille solus participat, pro quo nominatim à Sacerdote Sacramentum offertur; & specialissimum, quem ipsemet celebrans in se derivat; putarunt, se posse hunc tertium fructum, qui ceteroquin est veluti actio immanens, quae nequit ab agente in alium transire, alteri cedere, itaque hac ratione novam elemosynam accipere. Eiusmodi opiniones, & subdole artes, unice ab avaritia exco-gitate, jam à saeculo XIII. in Ecclesiam irrepserant, itaque obvium erat Concilium Lambethense, celebratum anno 1281. cap. 2. docerens: «Ne credat celebrans, se, dicendo Missam unam posse satisfacere pro duobus, pro quo utroque promisit,

specialiter, & in solidum celebrare..... Absit enim, ne à quoquam Catholicò credatur, tantum intentione prodesse Missam unam devotè celebratam mille hominibus, pro quibus forsitan dicitur, quantum si mille Missae pro devotione similiter canerentur. Licet ipsum Sacramentum, quod est Christus, sit infinite virtutis, non tamen in Sacramentum unum mensuratae summam plenitudinem operatur; alioquin pro uno mortuo nunquam oporteret, nisi unam Missam dicere. Operatur enim unum huiusmodi mysterii distributione certa suae plenitudinis, quam ipse eisdem lege infallibiliter alligavit.» *Collectionis Harduini tom. 7. col. 862.* Et nihilominus saeculi XVI. initio nondum abolitae fuerant; siquidem Norimbergensis Germanorum Principum Convenerunt, apud Hadrianum VI. summum Pontificem, de hoc eodam abusu conquestus est: «Sacerdotes unius diei Missas, ad usque fundationis, seu annuae recordationis iure celebrandas obligantur, non semel, sed quater quinquies, pluries venundant, unaque Missa duobus, tribus, aut pluribus Ecclesiasticis Beneficiis satisfacere praesumunt.» Quamobrem eam pestilentem corruptelam iterum totis viribus eradicare studuerunt, cum Urbanus VIII. in suis decretis anno 1625. promulgatis, tum sacra Congregatio Concilii aliis decretis editis die 25. Januarii 1636. & 15. Decembris ejusdem anni, quae referuntur à Fagnano in *cap. Fratemitatem, de sepulchris, num. 96. & 97.* ad postremo illam omnino proligavit Alexander VII. cum anno 1665. has damnavit propositiones: *Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licite accipere; applicando potest partem etiam*

etiam specialissimam fructus, ipsimet celebranti correspondentem, idque post decretum Urbani VIII. Non est contra iustitiam pro pluribus Sacramenti stipendium accipere, & Sacramentum unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiam si promittam, promissione, etiam juramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.

V. Quae hucusque sunt in medium prolatae adhuc uberius exposita à nobis fuere in nostra Instit. Eccles. 56. ubi de Missarum elemosyna, de titulo eam percipiendi, de abusibus in illius perceptione praevendis, de prospectis ab Apostolica Sede propositionibus, hanc materiam respicientibus; & rursus in *Institut. Eccles. 56.* ubi questionem agitavimus: an suffragia uni defunctorum specialiter applicata, plus ei prosint, quam ceteris fidelium animabus in Purgatorio detentis; in *Instit. Eccles. 92.* ubi an Sacerdotes Missae sacrificium pro eo offerre valeant, qui postea erit elemosynam oblaturus, ut Sacerdoticum pro se peragatur, quamvis ante Missae celebrationem, nec elemosynam dederit, nec Missam pro se celebrari petierit; & in nostro tractatu de *Sacrificio Missae sect. 2. §. 19. & 20.* ubi agitur de Sacerdote, qui tenetur per se celebrare, & quaeritur, an iusta de causa possit interdum à celebrando se abstinere, & an tunc teneatur celebrare per alium; atque in nostra *Const. 22. Bullar. tom. 1.* qua turpe damnatum quorundam mercimonium, qui Missarum elemosynas sibi quarunt, & colligunt, ubi taxa Synodalis largiorem stipem Sacerdotibus, Sacram peragentibus, assignat, Missas veteri aibi celebrari curant, ubi sive consuetudine, sive Synodali lege,

minor elemosyna pro singulis Missis est celebrantibus attributa, ut hac ratione praedicti pravi nondotiores partem lucrentur acceptae stipis.

VI. Aliquid dicendum superest de prava quadam avaritiae specie, in qua incurtere possent Sacerdotes Confessarii, si elemosynas pro Missarum celebratione sibi met ipsis à poenitentibus erogari curarent. Porro non dabitur, quia possit Confessarius poenitentibus injungere, ut Missarum Sacrificia celebrari faciant in satisfactionem suorum peccatorum; id enim inter opera satisfactoria merito recensetur, tum quia poenitentes propterea aliquam pecuniam summam à se abdicant, tum quia sic Sacrificii oblationi cooperantes, peculiari quadam ratione participent illius fructus satisfactorii. Sed ne hac occasione aliter suboritur avaritiae suspicio, non debet Confessarius à poenitente, cui huiusmodi Missarum celebrationem procurandam injungit, elemosynam accipere, ut vel ipse eas Missas celebret vel in propria Ecclesia celebrari faciat: *Cum pro poenitentia Missas injungitur, sibi, aut Ecclesiae suae, aut Monasterio dicenda non ad dicat;* verba sunt S. Caroli Borromei in Instructione ad Confessarios, *pari. 4. Actorum Ecclesiae Mediolanensis* à nobis alias relata in citata nostra *Institutione* 92. Quam verò abhorreat Ecclesia à qualibet huiusmodi avaritiae specie, & Sacerdotes Sacramentorum Ministros ab omni illius suscipioe, non dum crimine, vel immunitate, satis declarat Rituale Romanum tum in prima generali Instructione de *his, quae in Sacramento admnistratio servanda sunt*, tum etiam peculiariter in *Regulis de ordinando ministrandi Sacramento Poenitentiae*. Cum autem anno 1709.

sacra Universali Inquisitioni relatam fuisse Presbyteros quosdam in Ecclesia S. Jacobi de Compostella Confectionibus ex ipsendis addictos, sub prestilio antiqua conuentionis, elemosynas accipere solere à precientibus, qui eam post confessionem peractam sponte illis dabant; san. mem. Clemens Papa XI in Congregatione S. Officii coram ipso habita die 14. Febuarii predicti anni mandavit ad Archiepiscopum litteras scribi, quibus moneretur, ut omni studio & vigilantia caveret, ne vel minima avaritie suspicio in Sacramenti administratione misceretur. Laudatus autem S. Carolus Borromeus loc. cit. ita scribit: *Non modo non potest, sed nec velle se habere significet pecuniam, aliamve rem, pro suscepti in Confessione laboris munere, imò verbis, vel gestibus factis, ab his omnibus abhorere demonstrat.*

## CAPUT X.

## De Missarum oneribus minuendis.

Cum sapientissimi Concilii Tridentini Patres probe animadvertentes, adeo ingentem esse numerum Missarum, ex piorum defunctorum legatis, in perpetuum celebrandarum, ut illum explere, & exquare, impossibile iam foret; cumque insuper perpenderint, ob decrementum reddituum, quos illi redigerant adeo tenuem superesse elemosynam, singulis Missis respondentem, ut nullus reperiretur Sacerdos, qui onus subire vellet eas celebrandi; hinc de causis seas. 25. cap. 4. de reform. facultatem dederunt Episcopis, & Superioribus Generalibus Ordinum Regularium, ut illi in sua quisque Dioecesana Synodo, hi vero in Capitulis Generalibus, pro

ipsorum arbitrio, & conscientia, Missarum onera contrahere, seu eorum numerum minuire possent.

II. Verum hunc facultatem, quam plerique Antistites, præsertim Archiepiscopus Valentinus in sua Dioecesana Synodo anni 1577. & in Synodo Provinciali anni 1584. atque in alia Synodo Dioecesana, habita anno 1590. apud Cardinalem de Aguirre tom. 4. Conciliorum Hispania p. 289. & pag. 459. usi fuerant, revocavit, & ad Sedem Apostolicam advocavit Urbanus VIII. in sua Constitutione 45. Bullarum tom. 5. §. 1. cuius verba sunt: *Districte prohibet, atque interdicit, ut Episcopi in Dioecesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel alias quomodoque reducant onera nulla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, qua, re diligenter perspicia, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. Aliquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas, contra hujus prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit. Quare hodie integrum amplius non est Episcopis in suis Dioecesanis Synodis, virtute facultatis sibi olim à Tridentino concessæ, Missarum onera minuire, & moderari; ac proinde resicte hodie sent plerique quaestiones, quæ antea à Doctoribus versabantur; putâ, an solus Episcopus, etiam extra Synodum, possit Missarum onera minuire, an potius Synodi consensus ad id requiratur, alioque similes de quibus Hurtadus real. moral. tom. 2. lib. 6. num. 2125. Solumque disputari potest, an per prædictam Urbani VIII. Constitutio-*

tionem adempta quoque eis sit potestas moderandi numerum Missarum, quarum celebrandarum obligationem nemo adhuc in se suscepit, & fortasse, ob tenuitatem elemosynæ, illarum numero respondentis, nemo reperitur, qui illam acceptare velit. Non esse ademptam, opinati sunt Pasquill. de Sacrific. nova Legis quest. 1168. Passerini de stat. hominum tom. 2. quest. 187. num. 1095. & alii; quoniam Urbanus VIII. solum interdixit Episcopis, ne Missarum onera, à fundatoribus imposita, imminuant; onus autem, inquit, à fundatore quidem relictam, sed nondum acceptatum, non potest dici ulli impositum, cum, ante acceptationem, nullus sit, qui eo gravetur; sed, hac subtile cæteroque rationatione posthabita, prævaluit sententia opposita, quam tuetur Diana in edit. coord. tom. 2. tract. 1. resol. 14. n. 5. & 4. cuius semper ad stipulata est Sacra Congregatio Concilii, à qua enim questum fuisse: *An prohibitis facta Episcopi reducendi onera Missarum habeat locum etiam in casu, quo legatum sit. Ita tenuit, ut non sit, qui velle onus illi injunctum subire, & recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderazione oneris, totum aut ferè totum instrumentum sit pro expensis ad id necessariis; quamvis verba illa: ut non sit, qui velle onus illi injunctum subire manifestè indicent, celebrationis onus nondum fuisse ab ullo acceptatum, nihilominus eadem sacra Congregatio respondit: Esti legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris ut supra impositi, ab illis, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adjuvandum; quod adnotatum legitur post prædictam Constitutionem Urbani VIII. Bullarum tom. 5. idemque iterum sacra Congregatio declaravit in causa. Lucernarum Missarum, in qua disceptato Tom. I.*

sequenti articulo: *An Episcopus possit onera Missarum nondum acceptata reducere, absque beneplacito Scilicet Apostolicæ, sive hujus sacre Congregationis, quoties reductionem necessarium esse iudicaverit, ex eo quod locus plus legatum acceptare resistit, non dimittit onere, die 20. Junii 1682. respondit Negativè. Secus verò esset, si, qui legatum reliquit, expressam facultatem dedisset Episcopo, Missarum designatarum numerum minuendi; tunc enim licet Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, ea facultate uti, consuit eadem sacra Congregatio, uti habetur cit. tom. 3. Bullarum post laudatam Urbani VIII. Constitutionem.*

III. Attamen, post Urbanum VIII. alii Romani Pontifices, videlicet Alexander VII. Clemens X. & Clemens XI. Innocentius XIII. & Benedictus XIII. ferè omnibus Religiosis Institutis privilegium concesserant, ut Superiores Generales, adhibito maturo consilio, ac nonnullis servatis regulis, in eorumdem privilegiorum litteris expressis, possent in sua quisque religione, onera Missarum, antea relicta, & acceptata moderari; eademque facultas à san. mem. Benedicto XIII. facta fuit omnibus Episcopis, qui vel per se, vel per suos Procuratores, interfuerant Concilio Romano, habito anno 1721. uti videtur est in eodem Concilio tit. 15. cap. 8. Hinc Concilio nos quoque interfuimus, tanquam Doctor in Decretis, non verò tanquam Archiepiscopus Theodosius, licet huius Ecclesie titulo essemus exornati; Episcopi quippè merè Titularibus ad nos ad illud non pervit; & nihilominus, postquam ab Ecclesia Anconitana ab eodem Benedicto XIII. nobis commissa, ad Bononiensem Metropolitanam, auctoritate Clementis XII. translata fuimus, ab eodem Clemente potesta-



te Ministros, eosque distribuere per Ecclesias, & monasteria, & providere, ut discant; ut reddantur apti, & idonei ad edificationem monasteriorum, & Ecclesiarum, & aliorum locorum, quae horum opera indigent. Quae quidem verba expendens qui notat hunc canonem adjectum in Collectione Labbeana tom. 2. pagina. 307. ait: *Cernitur in hoc canone ratio quaedam Seminarii Ministrorum Ecclesiae, seu vestigium quoddam Seminariorum, quae nuper, secundum decretum Synodi Tridentinae, instituta sunt.* Verum, quod iam nos animadvertimus in nostra Inst. Ecclesiae 59. ubi de Seminariis disserimus, cum allegatus canon Nicenus non accensetur numero illorum viginti, quos tamquam indubios Concilium Nicenum fecerat, universi recipit Ecclesiae, nihil certi ex eo colligere possumus: Aliud certissimum, & manifestum Seminarium Clericorum vestigium nobis suppeditat Concilium Toletanum II. habitum anno 531. cum cap. 1. decernat: *De his, quas voluntas parentum à primis infantiae annis Clericatus officio mancipare, statuimus observandum, ut mox cum detonsi, vel ministerii Locorum contradii fuerint, in domo Ecclesiae, sub Episcopali praesentia, à Praeposito sibi debeant erudiri; Collectionis Harduini tom. 2. col. 1139. Idem, quod Toletanum II. constituit Toletanum IV. celebratum anno 633. c. 24. & relatum à Gratiano Can. 1. & 12. quest. 1. praecipiens, ut in eisdem Ecclesiae proximis vicibus Clerici edocentur sub cura sanctissimi Senis, cujus oculos nec ad momentum effugiant; *Prona est omnis aetas ab adolescentia in malum, nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Ob hoc constituendum oportuit, ut si qui in Clero puberes, aut adolescentis existunt, omnes in duo conclusi atri**

## CAPUT XI.

*De ratione reductionis Seminarium à Depressio in Synodo reddenda, & de nonnullis ad eius depraeviationem pertinentibus.*

Nihil est, quod magis conferat ad republicae felicitatem, quam quod puerilis aetas ad omnem informetur sapientiam; cum enim sit Spiritus Sancti effatum: *Adolescens iustitiam suam, etiam cum teneris, non recedet ab ea.* Proverb. 1. inde poterit republica optimos Rectores, & Administratos sperare, ac iure sibi polliceri. Haec sane pendentes maiores nostri, ubi primum turbulenti praeiorum saeculorum temporibus successit tranquillitas, Episcopalia Seminarium institui curarunt, in quibus, sub Episcopali oculis, instruerentur & perpollerentur juniores Clerici, qui ad majores Ordines crescerent. Nisi suspensa esset fides illorum Nicenorum canonum, quos ex Arabico in Latinum sermone versos, primo Franciscus Turrianus, deinde Abrahamus Echellensis divulgavit, merito affirmari posset, eiusmodi Seminariorum vestigia fuisse à Concilio Niceno delineata; etenim in canone qui est 13. apud Turrianum, & 59. apud Bechellensem, jubentur Corepiscopi institue-

atrum commoerentur, ut lubrica aetatis annos, non in luxuria, sed in disciplinae Ecclesiasticae agant, deputati gratissimo Seniori, quem magistrum doctrinae, & testem vitae habeant. Concilium verò Vasense II. anni 529. cap. 1. non novam tantum in qualibet Dioecesi, sed in cujuslibet Parochia domo, Clericorum Seminarium esse jubet, asseritque idem in totius Italiae moribus positum: *Placuit, ut omnes Presbyteri, qui sunt in Parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognovimus, juniores Lectores, quantumvisque sine uxore habuerint, secum in domo, ubi ipsi habitare videntur, recipiant; & eos quomodo boni patres spiritaliter nutrentes, Psalmos parare, Divinam lectionem fuisse, & in Legge Domini erudire, contendant, ut & sibi dignos successores provideant, & à Domino premia aeterna recipiant; Collectionis Harduini tom. 2. col. 1105.*

II. Posterioribus tamen saeculis infrequens est mentio ejusmodi Episcopali Seminariorum; quod ideo evenisse plerique arbitrantur, quod illorum loco, passim erecta fuerint Clericorum collegia intra Monasteriorum claustra. At licet Monachi scholas ubique aperuerint, in quibus pueri erudirentur, sicuti narrat Mabillonius in *oprat. ad saec. III. in act. 55. Ord. S. Benedicti §. 4.* & colligitur ex Concilio Aquigranensi anni 789. cap. 79. ubi adolescentes vel in episcopis, vel in monasteriis, pro ipsorum, vel parentum libito, literis, atque Ecclesiasticis disciplinis institui jussit: *Ut schola legentium puerorum fiat, Psalmos, veritas, canticum, computationem, grammatice, per singula monasteria, vel episcopa discant; tom. 4. Collectionis Harduini col. 842. at-*

tamen, ut idem Mabillonius *ibidem* num. 40. probat, nunquam Ecclesiarum Clerici, intra monasterii septa edocendi, bonisque artibus imbuedi, excepti fuerint, sed duae diversa in quolibet Monasterio constituta erant puerorum scholae, aliae interiores, seu claustrales pro Monachis, & pueris monasterio oblati; aliae exteriores & canonice pro Clericis Saecularibus; Clerici enim vocabantur, quotquot literis operam dabant, quod testatur Ordericus Vitalis *hist. lib. 3.* iniqui: *Rodolphus autem quintus frater Clericus cognominatus est, quia peritiam literarum, aliamque artium optime imbutus.* Eiusdem etiam discriminis inter Saecularium Clericorum, aliorumque, qui se Religiosis devoverant, scholas, praeter Mabillonium, fidelem testem Gerardus Dubois in *hist. Eccles. Paris. lib. 11. cap. 7.* ubi pag. 77. 6. ait: *Schola illa in primis coepit ante ad Clericorum institutionem; unde Scholares Clerici vulgo dicebantur, & eam ob causam scholae erigi jubent, & Constitutiones Regiae, & decreta Conciliorum; locus & episcopium, & monasterium designatur, hoc Monachis, illud Clericis; quomodo in Conventu ab Abbatibus Francia habito Aquigranensi anno 817. cap. 42. expressè statutum legitur: Ut nullus plebicus, seu Clericus secularis in monasterio ad habitandum recipiatur, nisi voluerit fieri Monachus; & cap. 45. Ut schola in monasterio non habeatur, nisi eorum, qui oblati sunt; tom. 4. Collectionis Harduini col. 1231.*

III. Quisquam itaque verum sit, quod asserit Thomassinus de *vet. & nov. Eccl. hist. part. 2. lib. 1. c. 102. num. 1.* nimirum, circa annum Christi millesimum neglecta prorsus fuisse Episcopalia Clericorum Seminarium, id

tamen non inde contingit, quod Clerici intra Monasteria educerentur, sed quia salus risum est Episcopis, ut Monachorum, aut universitatum, quae jam ea tempestate auctae, & propagatae erant, scholas illi frequentarent. Sed cum potius, quod idem Thomassinus *lib. 1. num. 4.* observat, in Universitatibus, haecorum fervore, & scholastica pompa pendente oppressa languiscentes pietas; Regulares vero Congregationes subalioz essent ab illa stratisima cum Episcopis conjunctione, quae olim ab ipsis totz pendebant, & quam Clerici omnibus inspicere auctant Episcopi; idcirco de antiquis Seminariis restituentis cogitatum est. Reginaldus Cardinalis Polus, cum anno 1546. Anglicani Cleri reformationem meditaretur, inter caetera reformationis capita, quae extant in Collectione Conciliorum Hardoini *tom. 10. est. 408.* junctures Clericos educari jussit in Seminariis, quorum formatum decreto 11. expressit, uti etiam a nobis fuit adnotatum in *electa nostra Inst. Eccles. 29.* Forma autem, quam Polus dolineverat, summam manum addeceat Patres Tridentini *sess. 23. cap. 18. de reform. decernentes*, ut a quolibet Episcopo propz suam Cathedralon Ecclesiam, aut alio conveniente loco, Collegium, seu Seminarium institueretur, ubi Clerici omnibus liberalibus artibus, & Ecclesiasticis excolantur instituti, cujus quidem decreti executionem urgeri non omnibus in nostra Epistola communitoria ad omnes Episcopos, quae est secunda §. 2. *Bullarii nostri tom. 1.* Ne vero ejusmodi Seminaria ex tempore defectu, ullo umquam redirent peteant, statuit ibidem Tridentinum, ut ex redibus Mensae Episcopalis, & Capituli, & quorum-

libet Beneficiorum Dioecesis, certa pecunie summa detrahatur, quotannis Seminario penitenda, juxta mensuram, seu taxam, ab ipsomet Episcopo praescribendam cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab ipsomet Episcopo, alter a Capitulo eligatur, ut duorum item de Clero Civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad eundem Clerum pertineat. Inter Apostolicas literas S. Pil. Pape V. typis impressas per Franciscum Gauthi, complures leguntur, quae hujusmodi Seminariorum erectiones respiciunt, cum Sanctus Pontifex Episcopis per Germaniam constitutis Tridentinorum Decretorum executionem haec in re enixe commendat.

IV. Praeterea idem Tridentinum *loc. cit.* mandavit, ut Episcopos, singulis annis, rationem reddituum Seminariorum ab Administratoribus accipiant, presentibus duobus a Capitulo, ac totidem a Clero Civitatis deputatis. Hanc porro reddituum rationem accipiendum in Synodo, docuerunt Piseae. in *prax. Episcop. part. 1. cap. 2. art. 1. n. 11.* & Barbosa *de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 22.* Sed cum neque a Tridentino, neque ab illa Apostolica Constitutione id tantum reperitur, verius existimamus, liberum esse Episcopo praedicta administrationis rationem extra Synodum expotere; nisi peculiaris cujusque Dioecesis consuetudo ferat, ut illa in Synodo reddatur. Quoniam autem praedictorum Auctorum opinio occasionem nobis praebet de Episcoporum Seminaris, eorumque cura deputatis hic loquendi, inopportunum non erit nonnulla sacrae Congregationis Concilii decreta, praefatos Deputatos respicientia, simul conglomerata hic referre.

In

V. In *Quon. anni 1489. lib. 4. decretor. pag. 84.* haec habentur: "Annullas sacrae Congregatio vel interpretationem decreti cap. 18. sess. 23. nonnisi, Episcopum Oxen. cum consilio Deputatorum teneri tam sacrae institutionem, disciplinam, & mores Clericorum, quam circa temporalium rerum administrationem providendum; sufficere tamen, quod Episcopus hujusmodi consilium requiratur, eorumque consilio adhibito, ipse Episcopum statueret & deliborare, quae pro prudentia sua magis expedire judicaverit; exactiorem vero, quae sit pro Seminario, non solum Episcopum pertinere."

VI. In *Nullius, anni 1595. lib. 8. decretor. pag. 97.* ita legitur: "Sacra Congregatio censuit, omnes aequator Deputatos, de quibus agitur in cap. 18. sess. 23. adhibendos esse in consilio, in administratione rerum ipsius Seminaris, praeterquam in compulsionem ad porticum Seminario debitam, cujus facultas ad solum Episcopum spectat."

VII. Instante Capitulo Salernitano, plures quaestiones discussae, & decise fuerunt in eadem sacra Congregatione, quae habentur *lib. 6. decretor. pag. 22. & seq.* "Primo, nam duo Canonici electi ab Archiepiscopo ad constituendam educationem puerorum Seminaris, possunt pro libito Archiepiscopi mutari. Secundo, an eorum consilium adhibendum tam in constituendis, quam in universalibus Seminaris, electione singulorum puerorum introducendorum, electione Magistrorum, librorum legendorum, Confessoris, punishmentis discolorum, expulsiione, visitatione, & similibus. Tertio, an alii quatuor sint deputandi in consilio tantummodo in taxatione, contributione fructuum ex

visione Beneficiorum, ut in aliis difficultatibus, ob quas Seminaris administratio, vel conservatio impeditur, aut periret, an etiam in exactione, & temporalium administratione tam dicti Seminaris, ut in ipsa, deputatione, vel expulsiione ministeriorum, & famulorum temporalium, expensis quotidianis provisionis huiusmodi, quam etiam honorum quorumcumque, & redituum ipsius Seminaris, etiam in Beneficis unitis, ut puta, locatiionibus, concessionibus, aliisque contractibus, litibus. Quarto, an huiusmodi Deputati sint perpetui, vel veliam amovibiles, servati, in eorum electione, ratione Concilii, & electio electio spectet ad Capitulum. *En. quaestio. Seguntur responsiones:* Ad primum, non posse amoveri, nisi ex legitima causa. Ad nsecundum, in omnibus his esse adhibendum. Ad tertium, teneri Episcopum adhibere Deputatorum consilium tam circa institutionem, disciplinam, & mores, quam temporalium rerum administrationem. Ad quartum, esse perpetuos."

VIII. In *caus. Fundanae Deputatiionis Officialium Seminaris, 26. Martii 1689.* decepto sequenti articulo: "An Episcopus possit, & possit deputare Rectorem, alioque Officiales Seminaris, absque consilio Deputatorum a Capitulo." responsum fuit *Negative;* & examinato subinde altero dubio: *An Episcopus in visitatione, & validatione compitiorum dicti Rectoris debuerit requi consilium Deputatorum responsum fuit: Teneri adhibere consilium, sed non sequi; lib. 59. decretor. pag. 129. & seq.* His coherent responsa ab eodem sacra Congregatione data in *Tricaric. Administratione Seminaris 24. Martii 1736.*

IX. Verum; quod diximus, Seminaris



minarii Rectorem esse ab Episcopo constituendam cum Depuratorum Consilio, limitationem patitur quoad Seminarium, quae legitima auctoritate tradita sint coram. & regimini alicujus Ordinis Regularis, sub expressa conditione, ut ejusdem Ordinis Praetor integrum sit, quem maturet sui Instituti Religiosum in Seminarium Rectorem eligere, & deputare. Ita accidit Romae, ubi cum, juxta Tridentini statuta, Clericorum Seminarium à Pio IV. erectum fuerit, & suppositum in-  
 15. collectum, ad tutelam Cardinalis in Urbe Vicarii, ejus cura, & actualis administratio commissa est Praeposito Generali, & Presbyteris Societatis Jesu, quod legere est in Constitut. 173. Urbani VIII. §. 4. Bullar. tom. 7. Du-  
 bitaverant nonnulli ex iisdem Religiosis, an sine violatione proprii Institutio-  
 17. tis sibi esset, curam acceptare Seminarium, quod Episcopi subit jurisdictioni; sed per vobis S. Ignatii Regulis, perpenisique suarum Generalium Congregationum decretis, nihil inventum est, quod praedicto regimini suscipiendo adversaretur, modo tamen deputato Rectore, & aliorumque Religiosorum, qui Seminarium praesent regimini, & disciplinae, ad Praepositi-  
 18. tum Generalem pertinent, quod à Congregationibus Generalibus, secunda scilicet sub S. Francisco Borgia, quarta sub P. Claudio Aquaviva, & duodecima sub P. Carolo de Novelle fuit declaratum. Cum nos munere fungebamur Secretarii sacrae Congregationis Concilii, Episcopus Meridionalis, & plurimum adlaborasse retulit, ut Clericorum Seminarium, ad Tridentinum normam, in sua erigeret Dioecesi, sed vel nullam, vel exiguum tantum fructum ex illis jam prope diem absolventi erectione sperare, nisi ejus cura demandaretur Patribus Societatis Je-

su; cum difficile esset, homines seculares inibi invenire, ad Clericos in doctrina & pietate imbuendos, & Seminarium rite administrandum idoneos. Actum fuit de hac re in Congregatione habita die 13. Junii 1732, & deliberatum, dandam esse Episcopo, quam posebat, facultatem, ita tamen, ut Seminarium sit sub patrociniis, protectione, & subjectione Episcopi, ejusque alumni nominentur ab Episcopo; quemadmodum habetur tom. 2. Theaur. Resolut. pag. 191. sub iisdem legibus, alia quoque Episcoporum Seminarium, aliorum Regularium gubernio repetuntur comissa; cura siquidem Seminariorum civitatis Albanis, & Senogalliae tradita est Clericis Regularibus, Scholarum Piarum nuncupatis; & nos ipsi Seminarium nostrum Bononiensis regimen dedimus Clericis Regularibus S. Pauli, vulgo Barnabitis, non a motis quidem Deputatis, qui juxta enumeratas Tridentini sanctiones, Seminarium disciplinae, atque administrationi invigilent, sed eorundem auctoritate intra certos limites coacta. Post primam hujus Operis nostri editionem, ad manus nostras pervenit Historia Seminariorum Clericalium studio Joannis de Joanne, Metropolitanae Ecclesiae Panormitanae Canonici, collecta, in qua de omnibus, quae ad rem pertinent, diligentissimè agitur; quae quoque consilere poterit, quisquis exordia, & progressus Seminariorum Episcopaliū, optimamque eorum regiminationem docere cupiat.

De nonnullis monitionibus, in Synodo faciendis.

Clerici constituti in Minoribus, nullum possidentes Ecclesiasticum Beneficium, nisi Clericalem habitum, & Tonsuram deserant, aliasque adimpleant conditiones, quas Tridentinum sess. 23. cap. 6. de reform. exposcit, fori privilegio non gaudent, quemadmodum idem Tridentinum ibidem sancit. Possunt tamen idem Clericales vestes, quas dimiserant, resumere, & amicum fori privilegium hac ratione recuperare; modo tamen id non fiat in fraudem, & nisi ab Episcopo fuerint illo, per sententiam, privati; potest quippe Episcopus Clericum, qui habitum deseruit, ut illum resumat, mone-  
 19. re, & si ter monitus non paruerit, potest per sententiam declarare, eum exilisse Clericalibus privilegiis, neque ad ea, quibus jam spontè per habitum dimissionem se abdicavit, esse deinceps admittendum; qua sententia prolata, etiamsi Clericales vestes iterum induere propria auctoritate praesumat, ad fori privilegium non restituitur.

II. His positis, quae summam hic indicata, uberius à nobis inferius exponuntur. Putatur nonnulli, posse Episcopum in sua Synodo universim edicere, ut Clerici, qui Clericalem habitum dimittunt, nisi intra trimestre, numerandum à die, quo illum deponunt, iterum eundem resumant, statim, & illic Clericalibus excedant privilegis, neque illis profuturum, si trimestri elapso, denuò habitum suscipiant; trinx enim monitioni, quam privationis sententiam praecedere debere diximus, hanc unicam declaratio-

203  
 autumant Panimoll. decis. 14. tom. 1. Menacell. in formul. legal. pract. 1. 2. tit. 15. formul. 5. n. 3.

III. Verum, quamvis haec monitio, seu declaratio in Synodo laudabiliter fiat ad incutendum terrorem Clericis contumacibus, sicuti re ipsa in pluribus Synodis eam factam vidimus, inutilis tamen est ad impedendam statim privationem, quam committitur; quoniam, etiam hac generali monitione praemissa, in singularibus casibus necessario conficiendus erit judicialis processus super transgressionem, & contumacia ejus, qui Synodali decreto non obtemperavit; ac propterea fieri nequit, ut alio ordine iudicario non servato, illa sola declaratio vires habeat, quoniam privandi iure resumendi habitum, quo caeteroquin potestur.

IV. Praeterea, juxta Constitutionem 18. san. mem. Gregorii XV. Episcopus, una cum Praetor Regularibus, interesse, & praesidere potest electionibus Abbatissarum, quae praefrendae sunt in monasteriis in-  
 20. ter Regularibus subjectis; in ejus Constitutionis sequelam, à sacris Urbis Congregationibus dictum est, debere Regulares futuram electionem Abbatissae Episcopo denunciare, & si Episcopus dixerit, se velle per se, vel per alium eidem electioni interesse, teneri Episcopi adventum, utque ad praesentium tempus, expectare. Jam verò, ne Episcopus gravetur onere suam voluntatem singulis vicibus manifestandi; eidem consulunt Decretes, ut semel in Synodo generatim declaret, se uti velle facultate à Gregorio XV. sibi facta; & quarumcumque Abbatissarum, quantumvis exemptarum, electionibus semper, & quocumqueq; interesse; hac enim declaratio se-  
 21. mel

mal in Synodo antea licet. De quibus nec Episcopo inquisito, Abbatiarum electionibus praedictis, perinde ac si in singulis specialibus casibus fuisset. Episcopi voluntas expressit eisdem significata, recte probat Monacell. in formul. legal. tom. 3. pag. 187.

V. Multa, quae controversias spectant inter Episcopos, & Praelatos

## DE SYNODO DIOECESANA.

De quibus quatuor electiones Abbatiarum, his subiectarum, scriptis scitatas, legi possunt in folio sacrae Congregationis Concilii, habere die 26. Aprilis 1727. à nobis, eisdem Congregationis Secretariis munus tunc contentibus, exarato, & edito à Bortholomaeo Liverzani Theaur. Resolut. t. 4. pag. 47.

## LIBER SEXTUS.

DE CONSTITUTIONIBUS IN DIOECESANA SYNODO EDENDIS, EARUMQUE CONSCRIBENDARUM METHODO.

## CAPUT PRIMUM.

Summa statuendorum in Dioecesis Synodis.

Rem necdum difficilem, sed plane impossibilem aggrederemur, si in animo nobis esset, cuncta sigillatim exponere, quae in Dioecesis Synodis constitui possint; innumera quippe sunt mala, quae in hac, aut illam Dioecesim irrepere queant, quibus, opportunis constitutionibus ut occurrendum; cumque non eadem sit omnium locorum indoles, non idem ubique hominum mores, non eadem in omni loco simul inolescant morum corruptela, nequeant omnes leges cuiuscumque loco, & temporis congruere, sed quod unius Dioecesis status hic & nunc decernendum suadet, alteri Dioecesi, si ibidem statueretur, inopportunum, inutile, & quandoque etiam noxium accideret, quod inferius affe-

rendis exemplis ostendimus. Solium itaque generatim asserimus, debere Episcopum in sua Synodo constituere, quae ad vitia coercenda, virtutem promovendam, depravatos populi mores reformandos, & Ecclesiasticam disciplinam aut restituendam, aut fovendam, necessaria, & utilia esse iudicaverit. Ut autem facilius remedia parare valeat, quae ingravescentibus in Dioecesi morbis medendis sint apta, expedire videtur, ut ante Synodum à Vicariis Foraneis Parochi civitatis, Monialium Conferariis, aliisque probis & prudentibus viris scilicet, quorum, eorundem iudicio, in Dioecesi, praecipue, quoad administrationem Sacramentorum, verbi Divini praedicationem, diutinam festo-

rum

## LIBER VI. CAPUT I.

rum cultum & observationem, videantur corrigenda, & emendanda; in Congregationibus vero, quae Synodo praemitti solent, Theologos, & Canonistas, doctrina, pietate, ac prudentia praeditos, de modo consuleret, quo inolecentes abusus suaviter simul, & efficaciter eradicari possint. Has omnes diligentias à Praesule Bonaventura, Episcopo Montis Falisci, & Corneti, praemissas suae Synodo Dioecesanæ, ut uberem ex illa fructum commissa sibi Dioecesis perciperet, deprehendimus ex Ordine ejusdem Synodi, à Francisco Gerovasio typis edito anno 1719. Eademque in omni Dioecesana Synodo adhibendas, sancitum est in celeberrima Synodo Provinciali Coloniensi, habita anno 1536. ab Archiepiscopo Hermanno, annoque 1544. typis Venetis excusa, & evulgata, in ea sequidem part. 14. capit. 18. Collectionis Harduini tom. 9. col. 2028. ubi sermo est de Synodo Episcopali, haec habentur: „In his ergo Conciliis,..... apud Metropolitanæ, Cathedralium, Collegiarum, Monasteriorumque Praelatos, & praesertim Archiepiscopos, ac quos vocamus Decanos rurales, qui vocati sunt in partem sollicitudinis Episcopalis, per Vicarium nostrum in Pontificalibus, Officialium, disquisitio diligens fiat; & quæ ex illorum iudicio reformatione opus habere comperitur, communi consilio emendentur.” Hanc Coloniensem Synodum, suberrimis sane, atque utilissimis Constitutionibus referam, cum laudis significatione commemoramus; at non eisdem laudem attribuere possumus ejusdem Praesidi Hermanno, qui stuprator postea ad Lutheranos defecit, & quæ de causa fuit à Paulo III. per iudiciale sententiam Coloniensi Ar-

chiepiscopo extorbatas, uti narrat Cardinalis Pallavicinus in *histor. Concil. Tridentin. lib. 5. cap. 14. num. 2. & 3. lib. 7. cap. 1. n. 1. & 2. & lib. 9. cap. 13. n. 1.*

II. Opus est etiam, ut Episcopus sanctissimi Concilii Tridentini decreta, summorumque Pontificum Constitutiones, sacrarum Urbis Congregationum sanctiones, suorumque Praedecessorum statuta diligenter expendat, cum ut eorum inhereat vestigiis, tum ut videat, an illa excitata, iterumque inculcata, satis sint ad compescendos abusus, quibus obistere exoptat; non enim necesse est, ut in qualibet Synodo nova semper condantur leges, sed quandoque expedit antiquas tantum instaurare, eorumque insistere observationi; quod, inter ceteros, fecisse comperimus Joannem Episcopum Trecorensem, in sua Synodo, quam habuit anno 1423. relata in *scriptis cit. Theaur. nov. Anecd. Martene, & Durand. tom. 4. col. 1129.* ubi ait: „Communi utilitati, & grato regimini, cui gregis nobis commissi intendere cupientes, nihil de novo praeter unum inferius descriptum ad praesens statuentes; sed potius laudabilibus statutis Praedecessorum nostrorum, infra designatis, & per nos mature advisatis inhaerentes, ipsa statuta doctorum Praedecessorum nostrorum, insertis per rubricas adnotata, & per nos ex multis aliis extracta, & collata, quæ de jure procedunt, laudamus, & approbamus, ipsaque, iuxta eorum formas, & tenores, volumus, & praecipimus à subditis nostris invariabiliter observari.” Ita cum nobis innotuisset, complures abusus in Regno Poloniae in vectos esse in usu Oratoriorum domesticorum, ideoque, ad eos de medio



mal in Synodo ante hunc diebus, nec Episcopo inconsulto, Abbatiarum electionibus praedire valent, perinde ac si in singulis specialibus casibus fuisset. Episcopi voluntas expressit eisdem significata, recte probat Monacell. in formul. legal. tom. 3. pag. 187.

V. Multa, quae controversias spectant inter Episcopos, & Praelatos

## DE SYNODO DIOECESANA.

De his quae sunt electiones Abbatiarum, his subsecutarum, scriptis scitatis, legi possunt in folio sacrae Congregationis Concilii, habere die 26. Aprilis 1727. à nobis, eisdem Congregationis Secretariis munus tunc contentibus, exarato, & edito à Bartholomaeo Liverzani Theaur. Resolut. t. 4. pag. 47.

## LIBER SEXTUS.

DE CONSTITUTIONIBUS IN DIOECESANA SYNODO EDENDIS, EARUMQUE CONSCRIBENDARUM METHODO.

## CAPUT PRIMUM.

Summa statuendorum in Dioecesis Synodis.

Rem nonnullam difficilem, sed plane impossibilem aggrederemur, si in animo nobis esset, cuncta sigillatim exponere, quae in Dioecesis Synodis constitui possint; innumera quippe sunt mala, quae in hac, aut illam Dioecesim irrepere queant, quibus, opportunis constitutionibus ut occurrendum; cumque non eadem sit omnium locorum indoles, non idem ubique hominum mores, non eadem in omni loco simul inolescant morum corruptela, neque omnes leges cuiuscumque loco, & temporis congruere, sed quod unius Dioecesis status hic & nunc decernendum suadet, alteri Dioecesi, si ibidem statueretur, inopportunitatem, inutile, & quandoque etiam noxiam accideret, quod inferius affe-

rendis exemplis ostendimus. Solium itaque generatim asserimus, debere Episcopum in sua Synodo constituere, quae ad vitia coercenda, virtutem promovendam, depravatos populi mores reformandos, & Ecclesiasticam disciplinam aut restituendam, aut fovendam, necessaria, & utilia esse iudicaverit. Ut autem facilius remedia parare valeat, quae ingravescentibus in Dioecesi morbis medendis sint apta, expedire videtur, ut ante Synodum à Vicariis Foraneis Parochi civitatis, Monialium Conferariis, aliisque probis & prudentibus viris scilicet, quorum, eorumdem iudicio, in Dioecesi, praecipue, quoad administrationem Sacramentorum, verbi Divini praedicationem, diem festo-

rum

## LIBER VI. CAPUT I.

rum cultum & observationem, videantur corrigenda, & emendanda; in Congregationibus vero, quae Synodo praemitti solent, Theologos, & Canonistas, doctrina, pietate, ac prudentia praeditos, de modo consuleret, quo inolecentes abusus suaviter simul, & efficaciter eradicari possint. Has omnes diligentias à Praesule Bonaventura, Episcopo Montis Falisci, & Corneti, praemissas suae Synodo Dioecesis, ut uberem ex illa fructum commissa sibi Dioecesis perciperet, deprehendimus ex Ordine ejusdem Synodi, à Francisco Gervasio typis edito anno 1719. Eademque in omni Dioecesis Synodo adhibendas, sancitum est in celeberrima Synodo Provinciali Coloniensi, habita anno 1536. ab Archiepiscopo Hermanno, annoque 1544. typis Venetis excusa, & evulgata, in ea sequendum part. 14. capit. 18. Collectionis Harduini tom. 9. col. 2028. ubi sermo est de Synodo Episcopali, haec habentur: „In his ergo Conciliis,..... apud Metropolitanam, Cathedralium, Collegiarum, Monasteriorumque Praelatos, & praesertim Archiepiscopos, ac quos vocamus Decanos rurales, qui vocati sunt in partem sollicitudinis Episcopalis, per Vicarium nostrum in Pontificalibus, Officialium, disquisitio diligens fiat; & quae ex illorum iudicio reformatione opus habere comperitur, communi consilio emendentur.” Hanc Coloniensem Synodum, saluberrimis sane, atque utilissimis Constitutionibus refertam, cum laudis significatione commemoramus; at non eisdem laudem attribuire possumus ejusdem Praesidi Hermanno, qui stuprator postea ad Lutheranos defecit, & quae de causa fuit à Paulo III. per iudiciale sententiam Coloniensi Ar-

chiepiscopo extorbatas, uti narrat Cardinalis Pallavicinus in hystor. Concil. Tridentin. lib. 5. cap. 14. num. 2. & 3. lib. 7. cap. 1. n. 1. & 2. & lib. 9. cap. 13. n. 1.

II. Opus est etiam, ut Episcopus sanctissimae Concilii Tridentini decreta, summorumque Pontificum Constitutiones, sacrarum Urbis Congregationum sanctiones, suorumque Praedecessorum statuta diligenter expendat, cum ut eorum inhaereat vestigiis, tum ut videat, an illa excitata, iterumque inculcata, satis sint ad compescendos abusus, quibus obistere exoptat; non enim necessarium est, ut in qualibet Synodo nova semper condantur leges, sed quandoque expedit antiquas tantum instaurare, eorumque insistere observationi; quod, inter ceteros, fecisse comperimus Joannem Episcopum Trecorensem, in sua Synodo, quam habuit anno 1423. relata in scriptis cit. Theaur. nov. Anecd. Martene, & Durand. tom. 4. col. 1129. ubi ait: „Communi utilitati, & grato regimini, cui gregis nobis commissi intendere cupientes, nihil de novo praeter usum inferius descriptum ad praesens statueret; sed potius laudabilibus statutis Praedecessorum nostrorum, infra designatis, & per nos mature advisatis inhaerentes, ipsa statuta doctorum Praedecessorum nostrorum, insertis per rubricas adnotata, & per nos ex multis aliis extracta, & collata, quae de jure procedunt, laudamus, & approbamus, ipsaque, iuxta eorum formas, & tenores, volumus, & praecipimus à subditis nostris invariabiliter observari.” Ita cum nobis innotuisset, complures abusus in Regno Poloniae in vectos esse in usu Oratoriorum domesticorum, ideoque, ad eos de medio

dio tollendos, Epistolam encyclicam dedimus ad Primate[m], Archiepiscopos, & Episcopos ejusdem Regni, quæ incipit *Magno cum animi nostri dolore*, datam die 2. mensis Junii 1751. & impressam tom. 3. *Bullarii nostri numer. 48.* collectis in unum Prædecessorum nostrorum legibus hæc de re constitutis, necnon resolutionibus à Congregationibus Urbis, cum eorundem Prædecessorum assensu, editis circa ea, quæ in hujusmodi Oratorii domesticis fieri possunt, vel non possunt; demum §. 26. ita scripsimus: „Quod si vos etiam illi prestare curabitis, ut in Diocesis Synodis vestris, in vestris item Edictis, quæ nã vobis pro bono Diocesis vestre regimine publicantur, Pontificiorum Decretorum, ac Resolutionum demum super indicatarum observantiam insculcatis, duplex inde bonum exstabit, ut & vivam in vobismetipsis eorundem memoriam teneatis, atque ab aliis aut ignorantiam expellatis, aut eandem, ut non potè crassam doleamus, atque supinam, inexcusabilem reddatis. Hanc regendi rationem, & normam tenebunt, atque in presentia tenent nostri in Italia Episcopi, cum aut Pontificiorum Decretorum, quæ super privati Oratorii condita sunt, summam in Synodis suis inseruerunt, nam in Appendice ad ipsas Synodos eadem decreta per extensum adjungerant.”

III. Quoniam igitur specialia decreta, quæ fieri oporteat, Episcopis suggerere non possumus, eisdem monemus, ut scopum, ad quem Synodi collidunt, studiosè perpendant, inde enim facili negotio exequentur, quæ licè & nunc specialiter sanciri debeant. Ut porro finis, quem Synodi respiciunt, magis magisque eorum mente insi-

deat, & oculis obversetur præter ea, quæ lib. 1. capit. 2. reulimus, alia subnectimus, illustrium Antistitum allocutiones, & monita, eorum Synodis plerumquè præmissa, quibus disertè causas explicarunt, propter quas illas coegerunt.

II. In Constitutione edita à Leone X. in Concilio Lateranensi dicitur, Synodos cogi, ut depravata corrigantur; quæ verba expendens Erasmus Coker in tract. de jurisdictione in exemptis tom. 2. part. 1. §. 18. num. 206. ait: „Episcopalis Synodus instituta est quatuor nex causis, de quibus unam hic designat Pontifex; primò, ut depravata corrigantur; secundò, ut igno- nantes instruantur; tertio, ut regulæ morum, statutaque formetur; quarto, ut quæ in Provinciali Synodo decreta sunt, in Episcopali publicentur.”

V. In Pontificali Romano sub tit. de ordine ad Synodum, ita Episcopus præsentis alloquitur: *Venerabiles Consacerdotes, & Fratres nostri charissimi, præmissis Deo precibus oportet, ut ea, quæ de Divinis Officiis, vel saceris Ordinibus, aut etiam de vestris moribus, & necessitatibus Ecclesiasticis à nobis conferenda sunt, cum charitate, & benignitate unusquisque vestrum suscipiat, summaque reverentia, quantum valet, Domino adiuvante, percipiat, vel quæ emendatione digna sunt, omni devotione unusquisque fideliter studeat emendare.*

VI. Initio statutorum Synodalicum Ecclesie Fidenis anni 1299. quæ referuntur tom. 4. *Thesaur. nov. Anecdor. Martene, & Durand. col. 480.* hæc leguntur: „Quia humana natura, de facili prolabitur ad delicta, expedit, ut homini noxius appetitus frenetur, & ligetur legalibus constitu-

tionibus, & præceptis, ut declinet prohibita, & permisa sequatur.” Extant eod. tom. 4. col. 522. & seq. Synodalia statuta Ecclesie, & Diocesis And-gavensis; ab Episcopo Harduino anno 1423. edita, in quorum præfatione hæc Episcopus loquitur: „Cura Pastoralis officii, & suscepti regimini nos instanti pulsat aculeo, tanto velocius ad subjectorum nostrorum culpas, & morum correctionem arsurere, quanto eas damnabilius desereremus incorrectas.” Et postquam Diocesis suæ vitia, & corruptelas longa oratione est prosecutus, sic tandem præfationem absolvit: „Affine est, quod nos præmissorum consideratione debitum officii nobis commissi exequentes, vincti extirpare, virtutesque inserere, nec salutis, & periculi animarum subditorum nostrorum, & nostræ providere cupientes, ne sanguis eorum inde manibus nostris in districti iudicis examine requiratur, parimonum scientificorum, proborum, & honestorum virorum ducti consilio, prohibitiones, monitiones, ordinationes, & statuta, quæ consequuntur, fecimus, constituimus &c.”

VII. In amplissima Collectione veterum Scriptorum, & Monumentorum, edita à citatis Martene, & Durand. tom. 7. col. 1225. referuntur statuta Synodalia Ecclesie Ambianensis, condita anno 1461. in quorum initio hæc leguntur: „Cum solum illud bene actum censeatur, quo vita hominum corrigitur, nullique dubium existit, quia ex decretis, & legibus statutis, & constitutionibus humana coercentur audacia, & appetitus noxius ad juris tramitem reducitur; ideo nos subditorum nostrorum mores in melius reformare cu-

„pientes, nonnulla statuta decrevimus promulganda.” VIII. Episcopus Audamensis in Synodo Diocessana anni 1583. causam allegans, cur Synodus quotannis cogatur, ait: „Quædam sunt ita communia mala, ut Diocesim nostram integram obincant, nec scilicet possint, nisi communi consilio, & auxilio eorum omnium, qui in Diocesi sunt, extirpari. Ad hæc congruit, ut una eadem Diocesis, eodem uno modo, & eisdem unis legibus univerfa regatur. Quare reat à Patribus, & nominatim à Tridentinis statutum est, ut, præter particulares Ecclesiarum visitationes, quotannis etiam Synodi Diocessane celebrentur, in quibus, congregatis totius Diocesis capitibus omnibus, statuantur ea, quæ pro communi totius Diocesis bono statuenda videri possunt, & caveatur, ne quæ bene constituta sunt, temerentur.”

IX. Sanctus Carolus Borromæus in præfatione ad Synodum Diocesanam Mediolanensem undecimam, quam habuit anno 1584. part. 2. Act. Eccles. Mediol. pag. 399. „Quoniam, inanis, præcipua quædam capita sunt, in quibus exequendis longè languidiori studio actum, aut fortasse crebris peccatum est; (id quod ex speculatione nostra Archiepiscopali, quam in visitatione, aliquo munere præstare debemus, hoc ipso præsentim, non, animadvertimus) ideo, ut propiciamus, atque adeo caveamus, ne quid ex eo detrimenti jam instituta disciplinae ratio, progressioque patitur, volumus his nostris monitis assiduum eorum executionem excitare, eandemque explicationibus argere, atque adeo ob oculos ponere, quo distinctius, & claris ob camque rem



facillius & commodius in executionibus usum ab ipsis, quorum interest, vindicantur.

X. Similia passim occurrunt in aliorum Episcoporum Dioecesis Synodis, quae scopum indignitatis, ad quem Synodales Constitutiones collinare debent. Hunc praesens oculis habet Episcopus, ad illam suam dirigat Constitutiones, & tam totam conuocat, quam ex crebris Synodorum celebratione Ecclesia intendit.

## CAPUT II.

*Qua methodo, quoque sermonis stylo conscribenda sint Synodales constitutiones.*

Nihil peculiare dicendum occurrit de methodo, qua sint exarata Synodales Constitutiones, nisi quod in memoriam revocetur monitum Isidori lib. 2. *etymolog. capit. 10.* relatum *Can. 2. dist. 2.* ubi inter ceteras condiciones, quas in lege requirit, has etiam exposcit, nimirum, ut sit *necessaria, utilis, loco, temporisque convenienter.* Haud enim imitatione dignos putamus illos Episcopos, qui ut methodum retineant, quem à suis Praedecessoribus servatum vident innumeras contrariant, neque necessarias, neque utiles, neque temporis accommodatas Constitutiones; non animadvertentes, sapienter utique eis conditas fuisse à suis Praedecessoribus, utpotè maxime convenientes aetati, qua suas celebrant Synodos; hodie verò, mutatis rerum circumstantiis, esse prorsus supervacaneas. Inter plurimas Dioecesanæ Synodos, quas pervolvimus, Synodum etiam percurremus, anno 1609. habitam ab Anastasio Germano, Archiepiscopo Tarantasiensi, cu-

jus Constitutiones distributæ sunt iuxta ordinem titulorum Decretalium. Ideo autem hanc methodum Germanus elegit, ut suo Clero aliquod saltem specimen daret Juris Pontificii, cujus plerosque prorsus jejunos, & ignaros deprehenderit. At si quis vellet eandem methodum sectari, ubi Juris Canonici studium viget, & scientia emicat, superfluis certè, atque inutilibus Constitutionibus suam repletur Synodum, & potius, quam statuta suæ Dioecesis indigentibus congruentia, novam videretur conficere collectionem juris communis.

II. Synodus coacta ab Antonio Maria Gratiano, Episcopo Amerino, anno 1597. referta est decretis Concilii Tridentini; & laudabiliter sanè, etenim celebrata cum fuisse triginta circiter annis post absolutum, & confirmatum Tridentinam, necesse fuit, istius saluberrimis sanctionibus Clerum, & populum imbuere; quod ob eandem rationem à S. Carolo Borromeo in suis tam Provincialibus, quam Dioecesanis Synodis præstitum, ex eundem discimus lectione. At cum hodie Tridentini decreta vulgarissima sint, frustraneum profectò videretur illa transcribere, atque in Dioecesanæ Synodi Acta intrudere; sed sat erit, eadem inuere, novis sanctionibus fuisse, earumque observationem negere. Eadem præterea Amerina Synodus quamplurimis abundat adhortationibus, monitis, & statutis, quæ prudens Episcopus necessaria putavit ad radicibus evellendum vitiorum locum, quod ob diu intermissam Synodorum coactionem, in suæ curæ concredito Domini agro nimium supercrevisse, compererat. Hanc methodum illi commendamus Episcopis, qui Dioecesi præsent, in qua

abu-

abusibus, & corruptela, una cum rerum Divinarum incititia, adeo altas egerunt radices, ut non facile extirpari queant; oportet enim tunc Synodo inserere congruas instructiones, ad erudiendos indoctos, & Synodales Constitutiones crebris conspergere adhortationibus, quibus earum iugiter ferendo insuetus populus, ad eorum eidem subsultendum suavior inducatur, quinimò, generatim loquendo, hanc methodum illis etiam Ecclesiarum Præsulibus summopere convenire arbitramur, qui ferè nunquam sum Clerum, & populum encyclicis litteris alloquuntur, nec alias Synodos se facile deinceps habituros prævident; ita quippe, in unius saltem Synodi lectione, omnes oves sui Pastoris vocem quodammodo audiunt, & quæque facere, quæque declinare debeant, addiscunt. Qui verò sæpius Synodos celebrant, aut frequentant, prout scilicet se obtulerit occasio, encyclicis litteris commissum sibi gregem pascunt, hortantur, & edocent, satius erit, ut à prolixis instructionibus in suam Synodum intrandis, abstineant, ne seculo inuulter repertæ, quæ jam alias edixerunt, rerumque frustra repetitarum multitudine legentium mentes obruant. Verum etiam etiam hæc res ab innumeris pendat circumstantiis, quas prævidere, & considerare est impossibile, idcirco liberum relinquimus Episcopo eam methodum in suis conscribendis Synodalibus Constitutionibus seligere quæ magis ei ariserit, modo nunquam à proposito deviet prospiciendi salutis animarum.

III. Quod attinet ad sermonis stylo in componendis Constitutionibus servandum, meminisse etiam oportet, quod laudatus Isidorus inculcat, nempe: *Erūt autem lex...*

Tom. I.

*manifestata, ut aliquid per obscuritatem in captivum contineat; ac preinde talibus verbis est concinnata, quæ omnem excludant ambiguitatem, contidorique mentem, ac voluntatem subditi perspicue exhibeant.* Et quæ hæc consilio adeo necessaria, ut quamvis, juxta Suarez lib. 1. de Legibus cap. 11. num. 1. ad solam pertineat legis perfectionem, non istidem ad substantiam; at tamen si lex verbis ita obscuris sit concepta, ut multiplicem sensum reddat, nec qualem Legislator intendit, poterint interpretes, & Doctores determinare, vim, & efficaciam obligandi eam non obtinere, docent Baldus in l. *Data opera 11. Cod. de his, qui accusare non possunt, & Everard. Arg. legal. loco à rubro ad nigrum, n. 7.* Et certè qui in praxi unum ex multis sensibus, quos lex obscura præsefert, sequitur, legis violatè reus, & poenæ obnoxius esse nequit etiam postea, eo rejecto, alius sensus legitime auctoritate, usque approbatus sit, vel receptus, arg. *Cap. Cappellanus, 4. de feris, ubi Patrum. num. 60. Imolanum, 3. Barbos. num. 4.* Tanti igitur interest, claris ac manifestis verbis legem adornare, quanti exactam ejusdem executionem obtinere, aditunque ocelludere tergiversationibus, quibus subditi se valeant excusare à legis observatione. Cæterum, dummodo obscuritas, & dubietas in lege evitentur, nihil refert, quo sit exarata stylo. Synodi habitæ annis 1680. 1686. 1692. & 1697. à Guidone de Sebe Rochecorvian, Episcopo Arebratensi, qui annis amplius quadraginta eidem Ecclesie præfuit, gregemque suum assidua præsentia fovit, atque à noxiis erroribus, morumque corruptelis, indefessa cura, tutatus est, uti legitur *tom. 3. Gallie Christianæ Dionysii Samartha-*

O

tha-

thani col. 557. scripte sunt brevi, conciso, & laconico sermone; eundemque styllum imitantur Synodi habitae à Cardinali Lanfredino, Episcopo Auximano, & Cingulano, annis 1734. 1735. & 1736. Ex adverso alias multas invenimus Synodos, longo, & asiatico, ut vocant, elucubratis stylo; qui utique rodiorum capiti videntur magis accommodatas. Sed etiam in hoc quilibet abundet in sensu suo, & styllum adhibeat, quem maluerit.

## CAPUT III.

*Qua utiliter in una, inutiliter in alia Synodo decernuntur: ubi nonnulla de Oblatis, Eremitis, & Graecis degentibus in Dioecibus Episcoporum Latinarum.*

Audivimus nuper ab Isidoro, legem convenire debere loco, & tempori: ex hoc verè illud consequitur, quod jam superius animadvertimus, non posse videlicet certam regulam praescribi, quae Constitutiones indignè in qualibet Synodo edendas; quae enim uno tempore, atque in uno loco saluberrimae sunt, alio tempore, alioque in loco incusam renovantur Rem, uti nos facturos promissimus, nonnullis exemplis illustrabimus.

II. Pluribus Ecclesiae saeculis, liberum fuit parentibus, impuberes filios Deo, & monasterio offerre; iisque semel à parentibus oblati, integrum deinceps non erat monasterium deserere, atque ad saeculum regressi, sicut apostatae nota: quocirca communis adagii loco habebatur canon 49. Concilii Toletani IV. *Monachum, aut paterna devotio, aut propria professio facit; tom. 7. Collectionis Harduini col. 589.* Tantum parentum in filios potestatem aliqui produxisse opinan-

tur à veteri testamento, ubi 1. *Reg. cap. 1.* legitur, Samuelem, triam annorum puerum, fuisse à matre templo oblatum: all enim referendam autumat ad antiquas Romanorum leges, per quas tantum parentibus in suos liberos adstruebatur dominium, ut jus vitae, ac necis in istos haberent, summaque urgente necessitate, possent eundem in servitium vendere sine redemptione, quemadmodum constat ex 1. 1. tit. 3. lib. 3. *Cod. Theodos. de ex l. 10. tit. 47. lib. 8. Cod. Justinian.* Quamquam autem Christianorum Imperatorum leges ejusmodi enormem parentum in Filios potestatem multum coercuerint; facultatem nihilominus illis reliquerunt, de suis liberis, quamdiu essent impuberes, pro arbitrio disponendi, excepto duntaxat mortis, & servituti negotio, uti habetur in 1. unic. tit. 15. lib. 9. *Cod. Theodos.* Verum quacumque fuerit origo praedictae consuetudinis, quam usque ad saeculum XII. perstiterat, ex epistola 1. Sancti Bernardi ad Robertum nepotem, atque ex epistola Siberi ad Rodulphum Abbatem Sancti Trudonis, colligit Constant. in *epist. Romanorum Pontificum tom. 1. col. 317.* certum est, quod, quamdiu ea in Ecclesia viguit, ferè omnia Concilia aliquid decreverit de pueris, & puellis, à parentibus monasterio oblati, uti, inter caetera, Aurelianense V. anni 149. *can. 19. tom. 2. Collectionis Harduini col. 1447. Matiscense I. anni 181. can. 12. tom. 3. Collectionis Harduini col. 452. Toletanum X. anni 656. can. 6. ibid col. 980.* At postquam ea disciplina obsolevit, ineptum planè foret, de fisdem Oblatis in Synodis verba fieri.

III. Quemadmodum porro diversitas temporum facit, ut in hodiernis Syn-

Synodis nihil statuendum occurrat de impuberibus filijs, à parentibus monasterio oblati; ita locorum diversitas efficit, ut in aliqua Synodo prudenter atque utiliter, in alia verò imprudenter & inutiliter de alio agatur, adhuc extante, Oblatorum genere. Alii quondam fuerunt, & alicubi etiam nunc sunt, monasteriorum Oblati, de quibus Mabillonius in *prefat. ad sec. 6. in Art. SS. Ord. S. Benedict. n. 97.* & Carolus Du-Cangius in *Glossar. verb. Oblati monasteriorum*; homines scilicet, qui se, & suaque omnia in monasterii usus conferunt, ejusdemque monasterii Praelato ad omnia obediunt. Eiusmodi autem Oblati, qui etiam *Donati* appellantur, habitum quidem assumunt à secularibus paululum diversum, seque monasterio tradunt sub certa verborum formula, nulla tamen solemni professione se obstringunt; quocirca Religiosi verè non sunt, nec matrimonium valide contrahendi incapaces; simplex quippe castitatis votum, si quod forte in praedicta oblationis formula, quae, pro monasteriorum diversitate, est diversa, continetur, impedit utique matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit; uti ad rem ponderat Regens *Tapla in Aut. Ingressi, v. Sua, cap. 10. num. 6. Covarr. in cap. Alma mater, part. 2. relect. §. 2. cap. 8. Navarrus consil. 81. prima editio num. 15. de Regular. Fagnanus in cap. Ut privilegii, de privilegiis, num. 70. Lexana Oper. moral. tom. 1. part. 2. cap. 3. & 9. ubi formulam refert, quam recitant Oblati Ordinis S. Hieronymi, Roca tom. 2. disp. jur. cap. 140. ubi expendit formulam oblationis mulierum, sacras ingredientium ades nuncupatas SS. Virginis Dolorum de Urbe, Donatus tom. 1. rer. Regular. part.*

2. tract. 13. de Oblatis Religiosorum quaest. 6. per tot. Rota in Romana Majoratus, & Primogeniturae de Castrinis 16. Junii 1698. §. Siquidem electo, coram Lawatta.

IV. Quamvis verè praedicti Oblati Religiosi non sint, atamen si omnia bona sua, ne minima quidem eorum parte, neque quoad proprietatem, neque quoad usufructum, sibi reservata, & sine fraude & dolo, in monasterium contulerint, & habitum aequaliter mutaverint censetur personae Ecclesiae, gaudere privilegio fori, atque immunitate ab exactionibus secularibus; uti colligitur ex cap. *Per exemptionem, de privileg. in 6.* ubi Bonifacius VIII. statuit *Per exemptionem Ecclesiae concessam, hys Ecclesiae, & ipsius Monachi, vel Canonici, Clerici etiam, & Conversi, perpetuaeque Oblati, intelliguntur exempti, atque ex Clementin. 1. de decimis, in qua Clemens V. postquam declaravit, teneri Regulares, decimas persolvere de animalibus familiarum, & pastorum suorum, addit: Ceterum praemissa extendi volumus ad animalia, quae per Religiosorum ipsorum Donatos, seu Oblatos tenentur, dum tamen illi Religiosi eidem cum affectu donaverint, aut obtulerint se & sua: quas Constitutiones rectè perpendunt Paganus in cit. cap. *Ut privilegia, num. 25. & seq. & Barbosa in eod. cap. n. 43.* Ut verò subtrahantur etiam ab Episcopi jurisdictione, solique subdantur Praelato Regulari, non solum necesse est, ut praedictas implent condiciones, iuxta apertam decisionem Alexandri III. in cap. *Cum & planiore, 3. de privileg. De Contrariis* (hoc nomine Oblatos appellat) hoc constitimus, ut si, non se praedicti Territibus omnimodò reddiderint, sed in proprietatibus suis omnino duxerint*



remanendum, propter hoc ab Episcoporum sententia nullatenus estimantur, sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos, exercent, cum pro suis fuerint excessibus corrigendi; verum etiam, iure novissimo Tridentino *sess. 24. cap. 11. de reform. requiritur*, ut actu Religionis inservant, ejus sunt Oblati; secus, etiam ab aliis conditionibus non deficient, Episcopali foro remanent obnoxii. Ad arcendas autem dissensiones, Ruperti dicitur Oblatorum exemptionem, sæpe inter potestatem secularem, & Episcoporum excitatas, accuratissimum decretum olim editum fuit à sacra Congregatione Concilii, in quo singula enumerantur qualitates, quibus prestare debent Oblati, ut habeantur pro personis Ecclesiasticis; atque ad istius decreti normam omnes deciduntur questiones Oblatorum immunitatem spectantes. Alia præterea ab eadem sacra Congregatione emanarunt decreta, quibus definitum est, quandonam idem Oblati etiam à foro Episcopali processu subtrahantur, & quandonam tam Episcopi, quam Prælati Regulares coercionem subiceant. Primum decretum refertur à Cohelli *ad Bullam Boni Regimini cap. 50. num. 142. Passerino de hominum stat. tom. 2. quasi. 187. art. 4. num. 225. Barbosa cit. loc. & fusè explicatur à laudato Fagnano. Alia decreta sunt à nobis indicata, & expensa in quadam causa Anglorum, sacre Congregationis proposita 14. & 20. Januarii 1724. de qua tom. 3. *Thesaur. Resolut. pag. 5. & 11.**

V. Jam autem Episcopus Dioecesis administrans, ubi plures degunt Oblati, sapienter sane enunciata decreta in suam Synodum inseret, aut illis conformes novas promulgabit

Constitutiones; at si in Dioecesi ejusmodi Oblati non reperiantur, Constitutiones ad eisdem pertinentes Synodi paginas inutiliter replerent. Idemque iudicium ferendum est de Synodalibus statutis feminas respicientibus, quæ vulgo *Beatae, Beguine, Tertiarie, & Bizocha* appellantur; ubi enim ejusmodi seminariorum copia invenitur; prudenti certè consilio aliquid de his, earumque vivendi ratione, in Synodo decernitur; laudabiliter quoque poterunt certæ regula designari, in earumdem admissione ad *Beguinarum* habitum servandæ, quæ jampridem à sacra Congregatione Concilii præscriptæ fuere, & à nobis relatæ sunt in quibusdam ex nostris Institutionibus pro Archiepiscopo munere olim Bononiæ Italico termino editis; ac deinde in Latinum conversis, videlicet *Institut. 29. §. Post Moniales, & Institut. 105. in Modis pro Mulieribus Tertiaris, quæ privatim in suis adibus citam agunt, §. 1.* Ast ubi aut nulla, aut raræ sunt femine, quæ *Beguinarum* amplectantur institutum, nemo non videt, supervacaneum esse de illis in Synodo pertractari.

VI. A Religionum Oblatis ad Eremitas progredientes, aliud ad rem nostram appositum ab istis desumimus exemplum. Quatuor sunt Eremitarum genera: alii tria substantia nuncupant Religionis vota in aliqua ex Religionibus à Sede Apostolica approbatis, quales sunt Eremitæ Camaldulenses, qui propterea sunt veri Religiosi; alii à votorum nervo soluti, in aliqua Congregatione degunt, ab Episcopo approbata, modumque vivendi ibidem tenent ab eodem Episcopo præscriptum; & isti, licet Religiosi verè non sint, interdum tamen, cum aliqua improprietate sermonis *Religiosi* vocantur; alii sunt Ere-

Ere-

Eremitæ, qui nec Religionem professi, neque ulli adscripti Congregationi, habitum Eremiticum ab Episcopato accipiunt, ejusdemque auctoritate alienius Ecclesie addicuntur servitio; alii demum sunt, qui pro suo fibito Eremiticæ vestes induunt, neque ullius Ecclesie legitima auctoritate alligati servitio, solitariam vitam eligunt. Ex his quatuor Eremitarum speciebus, de quibus à nobis actum est in nostro Opere de *Canonizat. Sanctor. lib. 3. cap. 35. num. 15.* secunda, & tertia ordinariæ subsunt Episcopi potestati; Eremitæ verò quartæ speciei, utpotè qui inter personas Ecclesiasticas non numerantur, fori privilegio non gaudent; absolum quippe videretur, ut quis pro suo arbitrio, se à læicali eximeret jurisdictione, cui erat antea obnoxius; quemadmodum rectè considerat Fermosinus in *cap. Nullus, de foro competent. quasi. 15. num. 1. & 2. Fagnanus ibid. num. 67. Cortiada deis. Catal. tom. 3. de cler. 177. num. 61. Diana in Oper. moralitat. tom. 9. tract. 2. resolut. 174.* aliique passim; licet tamen Episcopo eos compellere ad habitum dimittendum, vivendique rationem deserendam, quam propria auctoritate susceperunt. Hanc potestatem in sua Synodo exeruit Episcopus Gerundensis, prohibens sub poena excommunicationis ne quis, sine Episcopi decreto, auderet Eremiticæ vestes assumere, uti legitur apud Romaguet. *lib. 5. tit. 13. cap. 5. §. 4. & 5.* Severiores etiam leges adversus eosdem Eremitas, tanquam apes sine rege, uti Doctores loquuntur, huic illuc discurrerent, tulit clar. mem. Cardinalis Portocarrero, Archiepiscopus Toletanus, in sua Toletana Synodo *lib. 7. tit. 13. constitut. 2.* Nichil igitur est, quod à similibus Cons-

Tom. I.

titutionibus condendis alios detineat Episcopos, qui ejusdem generis vagos Eremitas in sua habent Dioecesi. Jure pariter poterunt leges sancire, alios complectentes secunde, & tertie speciei Eremiticolas; puta edicere, se nulli in posterum veniam daturum solitariè vivendi, cuius mores sibi non fuerint antea bene perspecti, aliorumque testimonio comprobati; quod laudabiliter sancimus à Cardinali Carolo Barberino in sua Synodo Farfensi, atque à Cardinali Gybo in Synodo Ostiensi, & Veltina, habita anno 1698. *tit. 35.* Ea siquidem solitariè vivendi ratio, adeo periculosa est, ut Hieronymus in *epist. 105. ad Rusticum monachum, num. 9.* eligendam asserat à solis verè, & non ex parte perfectis; & Synodus Venetica anni 1667. *can. 7. tom. 2. Collectionis Harduini col. 797.* ne Monachis quidem illam permittendam censuerit, nisi forte probatis, post emeritos labores. Multoque magis decet, ut Episcopus in Synodo regulas præscribat ab Eremitis religiose servandas, quod iidem à præfatis Cardinalibus diligenter præstitum vidimus. Ex pluribus autem, quæ circumferuntur, Eremitarum regulis, optime sunt, quæ habentur in Appendice ad Concilium Romanum *pag. 257.* à sanct. mem. Benedicto XIII. concinnatæ, atque in eodem Concilio *tit. 22. cap. 2.* singulis Episcopis proposita, & commendata, ut ad earum normam suos Dioecesanos Eremitas vivere cogant. Has igitur rectè Episcopus suæ Synodæ adiunget, earumque observationem, ut in eodem Concilio Romano cautum est, *præticè promovebit.* Verùm hæc, ut quilibet videt, solis aptantur Dioecesibus, quas aliquot incolunt Eremitæ; neutiquam verò aliis, à quibus absunt. Quamobrem qui istarum regi-

O;

mi-

mini praeficiantur Antistes, oleum & operam perderent, si vano pruritu voluminosam conficiendi Synodum Constitutionem, & Regulas, in illam ingerebant custodiendas ab Eremitis, qui caeteroquin in nullo suae Dioecesis angulo existunt.

VII. In aliquibus Dioecibus, uti etiam superius dictum est, amā cum Latinis commemorantur Catholici Graeci ritus, eidem Latino Episcopo omnes subiecti; cui propterea laudi adscribitur, si in sua Synodo proscribat errores, & insectetur abusus, si qui forte in praedictos Graecos irrepserint. Ita se gessit Cardinalis de Torres, Archiepiscopus Montis Regalis in Sicilia, qui in Dioecesana Synodo intermixit Italo-Graecis, suam habitantibus Dioecsim, utam *Synaxarii*, quod recitare solebant post lectionem sextam Sabbathi ante Dominicam hexagesimae, eo quod in eo contineretur error, à Catholica Ecclesia iamdiu damnatus, de animabus in caelum non recipiendis; neque ad aeternas ablegandis poenas ante diem iudicii; vetuit praeterea, ne iidem recitarent Officium insuli Gregorii Palamae, Archiepiscopi Thessalonicensis; censuraeque pertraxit quasdam acclamaciones, quibus plaudabant eidem Palamae, ac relictissimo Phocio, pseudo-Patriarcha Constantinopolitano, auctori Schismatis Graecorum; quae quidem Synodalla Cardinalis de Torres decreta referunt à Joanne de Joanne in *tract. de Divinis Sacrorum Officiis cap. 11.* Neque idcirco Cardinalis ordinavit suae potestatis limites est praetergressus, quamvis enim nequeat Episcopus quaestiones definire ad Fidelis doctrinam pertinentes, non tamen prohibetur, ne aut Synodo, aut extra Synodum, cavendus iubeat errores, jam ab Ecclesia proscriptos, quod

colligitur *ex cap. Ad abolendam, de heretico, notatque Gonzalez in cap. Vestra, num. 3. de locato, & conducto.* Commendandi igitur erunt etiam alii similes Ecclesiasticum Praesules, si suam curam & studium impendant, ut Graecorum, quibus praesunt, praecidant errores, depravatesque mores corrigant. At ubi nulli sunt homines Graeci ritus, viderentur aeternam verberare Episcopum, qui in sua Synodo de illis sana doctrina informandis se valde sollicitum ostentaret. Sed Graecorum erroribus, deque his, quae praestare debent Episcopi Latini, ut Graecos homines, in suis Dioecibus degentes, ab illis immunes servare valeant, alibi fusius agemus.

## CAPUT IV.

*Aliis exemplis demonstratur, non omnes Constitutiones omni Synodo aequi congruere; ubi multa de Judaeis degentibus in terris Christianarum.*

A multis Christiani orbis regionibus, ut in Hispania, & Lusitania, Judaei coguntur perpetuo exulare; in aliis autem libere habitare permittuntur. Ab omni temporali ditione Romanae Ecclesiae justè sunt abesse, excepta Roma, & Ancona, per Constitutionem 110. S. Pii V. quae incipit *Hebraeorum, tom. 4. part. 3. Bullar. pag. 57.* Et quamquam Sixtus V. per alias litteras in forma Brevis datus die 22. Octob. 1586. inter caetera privilegia Hebraeis concessa, potestatem eisdem fecerit domicilium legendi in quolibet loco, temporali Ecclesiae dominio subiecto; hae tamen Sixti V. litterae revocatae postea fuere à Clemente VIII. Constitutione 19. quae incipit *Cetera, & obdurata*, quae

Hebraeorum expulsi sunt à terris Ecclesiae, exceptis duntaxat Roma, Ancona, & Avenione. Cumque sub eodem Clemente VIII. ad Ecclesiam Romanam devolutus fuisset Ducatus Ferrariensis, & subinde sub Urbano VIII. Ducatus Urbinaeosis, venia data est Hebraeis domicilium reinvendi, quod antea habebant, in aliquot istorum Principatum locis.

II. Quibus praemissis, facile erit cuilibet disjungere, quibusnam locis statuta conveniant, certum Christianis praesentia modum cum Hebraeis conversandi; illis quippe in regionibus, in quibus Hebraei stabilem sedem habent, omnino expellit, ut Episcopi in suis Synodis nimiam coequeant Christianorum cum illis consuetudinem, jurisque communis sanctiones, summoque Pontificum instaurarentur huc respicientia decreta, quae ad eorumdem Episcoporum commodum conglomerata proferimus. In *cap. Judaei, 5. de Judaeis*, prohibentur Christiani cum Hebraeis cohabitare, & contravenientes subiciuntur excommunicationi. Quo vero exartius huic praeepto haeret satras, atque nimia evitaretur familiaritas, Christianorum cum protervis Hebraeis, quam omnes antiqui Ecclesiae canones detestantur, praecipue canon 70. Concilii Illybentani *tom. 1. Collectionis Harduini col. 255. canon 40. Concilii Agathensis tom. 2. Collectionis ejusdem col. 1002. canon 11. Concilii Epaonenis ibid. col. 7049. canon 14. Concilii Maticensis l. tom. 3. ejusdem Collectionis col. 453. jussit Paulus IV. in sua Constitutione 4. §. 1. tom. 4. part. 1. Bullar. pag. 521. ut in locis ditionis Ecclesiasticae, in quibus degere permittuntur Judaei, habitare debeant in loco separato, & clauso, atque à Christianorum sedibus penitus*

sejuncto. Ne vero cum Christianis confundantur, decrevit Innocentius III. in *cap. In nonnullis, 15. de Judaeis* ut in quolibet Christianorum provincia habitum deferant à Christianis diversum. In cuius decreti executionem Concilium Ravennanense II. anni 1211. *rub. 23. tom. 7. Collectionis Harduini col. 1570.* Judaeos portare statuit in *panni superioribus certum signum, scilicet ratam panni croci coloris; & mulieres eorum in capite.* Eodemque fere signo eodem à Christianis distingui, voluit Patres Concilii Albiensis, anni 1254. *can. 65. tom. cit. ejusdem Collectionis col. 458.* Nemausensis anni 1284. *tit. de perhisis Judaei ibid. col. 976.* & Avenionensis anni 1326. *can. 57. ibid. col. 1514.* Paulus vero IV. in laudata Constitutione §. 1. ab Hebraeis masculis semper defendendum constituit *virum glauci coloris, à feminis vero aliud signum patens, ut in nullo modo celari, aut abscondi possit; & licet ab istius signi delatione Pius IV. in Constitut. 57. tom. 4. part. 2. Bullar. pag. 103. iter facientes absolveret Hebraeos, ejus tamen Constitutio rescissa fuit à S. Pio V. in sua Constitutione 10. §. 6. tom. 4. part. 2. Bullar. pag. 286. atque à Clem. VIII. in *cap. Constitut. 19.* Ne porro Judaei publicè praeficiantur officia, vestitum est ab Innocentio III. in *cap. Cum sit, 16. atque à Gregorio IX. in *cap. Ex speculatis, 18. de Judaeis*, ne iidem fiscalia, ac vengalia conducant, atque à Christianis exigant, interdictum jam fuerat à Synodo Regatiensia anni 810. *can. 20. tom. 5. Collectionis Harduini col. 70.* iterumque sanctum à Gregorio IX. *tit. loc. Nec ad suos laetanos filios Christianos nutrices adhibeant, cautum est in *cap. 8. & cap. 12. de Judaeis*, atque à Gregorio XIII. in sua Constitutione***



creta ad eandem rem pertinentia, & quibus excerpere poterit Episcopus, siveque Synodo attestare, quae opportuna iudicaverit ad suum edocendum gregem, si quem habeat Hebraeis permixtum. Haec Epistola inserta est in tom. 2. Bullarum nostrarum num. 28. Aliam quoque Epistolam encyclicam ad Primate, Archiepiscopos, & Episcopos Poloniae conscripsimus, datam die 14. Junii 1751. in qua pluraeque indicavimus, quae verita sunt Hebraeis commorantibus in Christianorum regionibus. Eodemque anno sub die 15. Decembris, aliam dedimus Epistolam ad Praesulem Petrum Hieronymum Gugliesini, Romae Inquisitionis Assessorem, de baptizandis Hebraeorum infantibus; quae Epistola, separatim tunc edita, mox impressa sunt ejusdem Bullae nostrae tom. 5. n. 49. & 54.

III. Verum quod plus negotii interterum facessit Episcopis, est matrimonium ab Hebraeis in Infidelitate contractum & consummatum, de quo disputatur, an & quando per conversionem alterutrius conjugis ad Christianam Fidem, dirimatur. Certum est, Infidelium conjugium, est privilegio in Fidei favorem a Christo Domino concessio, & per Apostolum Paulum 1. ad Corinth. cap. 7. promulgato, dissolvi, cum conjugum alter Christianam Fidem amplectitur, renuente altero, in sua Infidelitate obdurato, cohabitare cum converso, aut cohabitare quidem volente, sed non sine contumelia Creatoris, hoc est: non sine periculo subversionis conjugis Fidelis, vel non sine erecratione tantissimi nominis Christi, & Christianae religionis despicientia. Ex hoc videtur fit, integrum non esse conjugii converso transire ad alia vota, priusquam Infidelis interpellatur, aut absolute recusaverit cum eo cohabitare,

aut animum sibi esse ostenderit, cum illo quidem cohabitandi, sed non sine Creatoris contumelia, ut colligitur ex celeberrima Decretali Innocentii III. in cap. Quarta, de divortio, notante Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 74. num. 12. Salmaticensis tom. 2. tract. 9. de matrim. cap. 4. num. 28. Cardinalis de Laurae de matrim. disp. 13. num. 198. Clericus de Sacram. matrim. dect. 2.1. num. 24. At quandoque evenit, conjugum Infidelium in longinquas abesse regiones, aut ita laetare, ut interpellari nequeat; & tunc dubitatur, an interpellatione omisa, fas sit converso alias inire nuptias. Afferunt plerique, quibus adimplentur Sanchez cit. loc. n. 14. Genuesis in prax. Cur. Archiep. Neapolit. cap. 27. num. 20. Riccius in prax. part. 1. resol. 241. Alii ex adverso, inter quos Pontius lib. 7. de matrim. cap. 48. num. 22. in eo rerum statu necessariam putant dispensationem summi Pontificis, cuius est declarare, in quibusnam circumstantiis desinat obligare praecipuum Divinum, quo praedicta interpellatio, ante recessionem matrimonii, videtur injuncta; atque huic posteriori sententiae in quadam causa Florentina, discussa 17. Januarii 1722. adhaesit sacra Congregatio Concilii, cujus iudicio nos omnia subiecimus rationum momenta, quae a dissidentibus inter se Doctoribus in utramque partem afferuntur, ut legere est tom. 2. Theaur. Resolut. pag. 117. & seq. Nec Sedes Apostolica difficile se praebet eam petentibus dispensationem, quam urgens causa suadet concedendam; etenim sicuti in praefata causa Florentina animadvertimus; Gregorius XIII. locorum Ordinarius, Parochis, & Presbyteris Missionariis Societatis Jesu, in Angola, Aethiopia, & Brasilia degen-

tibus, potestatem fecit dispensandi cum quolibet conjugis, qui Christianae religioni nomen dedit, ut nonnulli possit matrimonium inire, omnia interpellatione alterius conjugis Infidelis, quem constat legitime interpellari non posse; & nos ipsi, ad Petri Cathedram erecti, facultatem concessimus Apostolico Nuntio, Venetis commoranti, ut in simili rerum eventu possit ab ejusdem interpellationis onere relevare conjuges conversos, existentes in loco pio Cathemenorum ejusdem Civitatis Venetiarum; quod habetur in Constit. 3. nostrae Bullarum tom. 1.

IV. Sed alia hinc oritur controversia de temporis momento, quo rescindatur foedus connubii, de quo est sermo. Plerique Doctores sentiunt, interpellato conjugis Infidelis, coque aut expresse abomne legitime cohabitare cum Fidei, aut intra terminum, sibi in interpellatione praestitum, nihil respondente, dissolutum statim censeri vinculum conjugii, quo erant ambo contracti. Alii arbitrantur, tunc primum dirimi, cum conjugis conversus alteras nuptias contrahit. Ab istius autem controversiae decisione, alterius pendet enodatio difficultatis, de qua non semel contingit in Ecclesiasticis foris disputari. Fingite Titium Hebraum Christianam Fidem amplecti; postquam fuit Baptismate ablutus, uxorem suam Naviam, quam in Iudaismo pertinacem reliquit, interpellat, an velit secum cohabitare sine Creatoris contumelia; Necessaria aut expresse tenet, aut intra praestitum sibi temporis intervallum nihil respondet; aliud deinde matrimonium cum Hebraeo viro contrahat Navia, Titius autem Christianus exilitem statum eligit; fingite rursus, post aliquot annos, Naviam, cum

suo secundo viro, ad Christianam Fidem converti, colente adhuc Titio exilium; gravi statim excitatur questio, an Navia redire debeat ad Titium suum primum virum; an potius permanere cum secundo. Huius autem questionis decisio ab alia pendet, quam antea proponebamus; videlicet si matrimonium Titii cum Navia rescissum fuit, statim ac Navia impellatur remitti cum Titio legitime cohabitare, nisi optantur Doctores primæ sententiæ, validè profectus potuit eadem Navia aliter se comportare viro, cum quo propterea perseverare debet, etiam cum ambo Christianorum sacris sunt initiati; at si matrimonium, in Infidelitate contractum, tum solum dissolvitur, quando contra conversus aliud conjugium inquit, uti existimant Doctores secundæ sententiæ, cum Titius, in casu, aliam non duxerit uxorem, illegitimum certe fuit novum matrimonium à Navia, nondum à priori vinculo soluta, contractum; atque idcirco, cum Christianam Fidem amplectitur, tenetur ad primum virum redire. Verùm cum res contigerit Florentiæ anno 1726. & de ea disceptaretur in sacra Congregatione Concilii, nos, pro nostro, quod tunc gerebamus, Secretarij mutare, dissertationem elucubravit, quæ lucullenter ostendimus, ex enunciatis sententiis posteriorum esse tam inter antiquos, quam inter recentiores Theologos, & Canonistas, ferè communiter receptam; ex quo concludimus, ritum Hebræorum, de quo res orat, quique cum secunda uxore, quam, juxta præmonstratum casum dixerat Baptistinum perhibet, post illud susceptam teneri redire ad primam, jampollem Christianam factam, & adhuc perseverantiam innuptam; & sacra Congregatio ne latum

quidem unguem à nostra sententiâ recessit, eoque libentius eam est amplectata, quod, nobis pariter suggerentibus, comperit, ita consentientibus Theologis in consilium adhibitis, fuisse ab eisdem definitum anno 1699. & 1680. in simili casu, qui Florentiæ quoque evenerat; quæ omnia legenda sunt in *Theatr. Rerol. tom. 7. pag. 346. & 352. & seq.*

V. Alter ejusdem cause articulus, sacre Congregationis discussioni tunc quoque propositus, indecisus remansit. Quærebatur itidem, an saltem jus esset summo Pontifici, primum matrimonium, in Infidelitate contractum, & consummatum, suprema sua auctoritate relaxandi, veniamque concedendi conjugii, tardius ad Fidem converso, ut, in predictis rerum circumstantiis, posset cum secunda uxore permanere. Opportuna etiam de hac, longè utique graviori, questione fuit à nobis exarata dissertatio; quæ extat *tom. 2. cit. Theatr. Rerol. pag. 50. & seq.* in qua plures allegavimus Doctores, hanc potestatem Pontifici asserentes, simulque contententes, eam se ipsæ exercuisse S. Piam V. & Gregorium XIII. sicut in citata dissertatione fusè habetur; sed sacra Congregatio satius duxit à sententiâ ferenda se abstinere; quoniam, etiam data Pontifici potestate rescindendi prius vinculum conjugii in Infidelitate contracti, nihilominus, quod non sacra Congregationi insolvare non pretermisimus, merito dubitabatur, num ex adesset gravissima causa, quæ necessarie sunt, ut, per Apostolicam dispensationem dirimatur.

VI. Itaque Episcopus Diocesi præsidens, in qua, ob admixtionem Christianorum cum Hebræis, interdum casus occurrunt, de quibus disserimus, utiliter deisdem sermo-

nem

nem instituet in sua Synodo. Salubriter in ea formam inseret interpellationis à conjugio converso, alteri faciendæ, in sua persistenti perfidia, quam formulam integram refert Clericus *ch. loc.* Prudenter denique suis Parochis doctrinam tradet à sacra Congregatione Concilii approbatam, secundum quam judicare debeant, an, & quando, per conversionem alterutrius conjugis ad Christianam Fidem, alter in Infidelitate relictus libertatem nascatur à vinculo matrimonii, quo erat obstrictus. Severè autem prohibebit, ne maritus Hebræus, ad Fidem conversus, mitat ad uxorem in sua persistentem Infidelitate libellum repudiij, juxta ritum Judaicum, ut hac ratione det illi libertatem transeundi ad alia vota. Hunc enim detestabilem abusum, Judaicæ utiq; superstitione infectum, nos proscriptimus nostra Constitutione, quæ incipit *Apostolicæ ministerii*, edita die 16. Septembris 1747. estque 38. in *ordine Bullarum nostrarum tom. 2.* Frustrà verò, & incassum hæc constituerentur, aut pertractarentur in Synodo Diocesis, à qua Hebræi conjunguntur perpetuo exulare, nec proinde unquam in ea casus eveniunt, de quibus hæcenus.

## CAPUT V.

Quæ in præcedenti capite dicta sunt, novo confirmantur exemplo, communicationis videlicet Catholicorum cum Hæreticis in Divinis, atque adeo etiam Matrimonij Catholicorum cum Hæreticis.

Quantum Ecclesia abominata fuerit Catholicorum cum hæreticis consortia, planè liquet ex epistola secunda Apostoli Joannis, in qua *vers. 10. & 11.* discipulos suos in

hunc modum admonuit: *Si quis venerit ad vos, & hæc doctrinam non afferit, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis; qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus malignis; & insuper ex epistola Apostoli Pauli ad Titum *cap. 2. vers. 10.* Hæreticum hominem, post unam, & secundam correptionem, devota. Quocirca idem Apostolus Joannes, ut cæteris suo præter exemplo, noluit cum Cerintho hæretico in eodem balneo lavari, sed dixit ad collegas: *Fugiamus oculis, ne balneum; in quo est Cerinthus veritatis adversarius, ex templo corruat; ut Itræneus, Hieronymus, atque Epiphanius testantur.* Suique Magistri exemplo edoctus S. Polycarpus, Smyrnenis Episcopus, obvium, & salutantem Marcionem, nec resalutare ausus, respondit: *Cognosco primogenitum diaboli.* Huius autem disciplina adeo tenax fuit magnus Antonius, ut de eo scribat Athanasius in *Vita num. 68. tom. 1. part. 2. Oper. pag. 847.* Cum Meletianis schismaticis nunquam communicavit, *comperiam habens eorum ab initio multum atque defectionem.* Nec cum Manichæis unquam, aut aliis quibuscumque hæreticis amicè collocutus est, nisi admonendi causa, ut mutata sententiâ piam recitarentur Fidem; rarus, eorum amicitium & colloquia animi damnium atque pernicium esse; quod item aliorum monuit. Eandem prohibitionem instaurarunt innumeri Ecclesie Canonès, sed potissimum insistere, ne Catholici cum hæreticis communicarent in rebus sacris, neve eorumdem frequentarent conventus. Inter Apostolicos Canonès, *11. allegat. 57.* statutum: *Episcopus, Presbyter, & Diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communicatio præbetur; & 65. alleg. 64. vel 57.* *Si quis Clericus, aut**

aut



aut laicus, ingressus fuerit in synogam Iudeorum, vel hereticorum, ad orandum, deponatur & segregetur. Similem in modum Synodus Laodicea canon. 9. ex versione Dionysii Exigui, tom. 1. Collectionis Harduini col. 787. decrevit: Quod non permittantur Ecclesiastici ad hereticorum convivia, vel ad ea, quae ab eis martyria appellantur, orationis causa, vel sanctitas, accedere, sed huiusmodi, si Fideles fuerint, certo tempore communione privari; & rursus canon. 33. col. 788. Quod non oporteat cum haereticis, aut schismaticis pariter orare. Et Concilium Carthaginiense 4. can. 72. tom. 1. Collectiois Harduini col. 983. quem laudat Augustinus in sermone ad populum Corsariensem, ait: Cum haereticis nec orandum, nec praellendum. Hinc Cyrillus Hierosolymitanus cathec. 4. num. 57. in fin. Cathecumenum suum praecipue odisse iubet omnia peridorum hereticorum conventicula; idemque moment ceteri Patres, quos adduxit Christianus Lupus in *rehol. & not. ad can. Concil. tom. 4. edit. Brunellii. pag. 129. & 129.*

II. Et nihilominus ea est misera nostrorum temporum conditio, ut multis in provinciis, in quibus haereses aut dominantur, aut grassantur impune, durae Catholici subversae necessitatem cum haereticis conversandi, & familiariter agendi. Quamvis autem per Canonem Concilii Constantiensis à Martino V. approbatum, qui incipit *Ad videndum*, qui quae in suo semper vigore permansit, non obstantibus, contrariis subsequenibus Constitutionibus Conciliorum in Basiliensium, & Lateranensium, nonnulli relaxata fuerint disciplina in eo, quod perinet ad conversandum, atque etiam in Divinis communicandum cum haereticis, qui tolerantur, & expresse denun-

ciati non sunt tamquam vitandi, ut fuse probat Cabasus. in *Theoria, & Praxi Juris Canon. lib. 5. cap. 11. n. 3. & seq.* non ideo tamen arbitrari debent Catholici, fas sibi esse, indistincte cum haereticis, quamvis non denunciatis, in rebus sacris, & Divinis communicare; siquidem Paulus V. post maturam rei discussionem, nequaquam licere definiit Catholicis Regni Angliae, hereticorum templa adire, ritibusque interesse, quos inibi exerceant, ut legere est in duobus decretis, ab eodem Pontifice editis, uno scilicet anni 1606. altero anni 1607. quae referuntur à Cardinali de Laurca in 3. sent. part. 2. tom. 3. disp. 11. art. 9. §. 4. num. 292. Haud equidem ignoramus, non deesse Theologos, ab omni culpa absolventes Catholicos, qui cum haereticis, & schismaticis, nominatim non denunciatis, communicant in Divinis, atque etiam Sacramenta ab iisdem recipiunt, dummodo haec simul concurrant rerum circumstantiae: primo scilicet, ut ad praedictam Communicationem Catholicos adigat gravissima, & urgentissima causa; secundo, ut haeretici, aut schismatici, à quibus Sacramenta exposcant, sint valide ordinati, ut Sacra administrent rite Catholico, absque ulla admixtione ritus damnati; tertio, ut communicatio cum iisdem in Divinis non sit externa protestatio falsi dogmatis, qualis erat ingressus in Protestantium Ecclesias, cum Catholicis Angliae illum inhibuit Paulus V. ideo quippe Regis edicta omnes adire iussurati hereticorum templa, ut tali pacto se cum Protestantibus seniore laterentur, quare demum, ut Catholicorum cum haereticis communicatio in Divinis, nulli scandalum ingerat. Verum in primis praedicta Theologorum senten-

tia suos habet adversarios, neque ab omnibus admittitur tamquam in praxi secura; deinde, ea etiam admittitur, cum omnes enumeratae circumstantiae simul & conjunctim adesse debeant, ut Catholicorum cum heterodoxis in rebus sacris societas omni vacet culpa, quemadmodum docent Sylvius in 3. part. 5. *Thoma tom. 4. quest. 64. art. 6. quest. 3. conclus. 3.* Cardinalis de Lugo de *Fide disp. 22. sect. 1. n. 15.* Thomas à Jesu tract. de *omnium gentium salute procuranda lib. 8. part. 2. §. 4. vers. Sed major est difficultas pag. 556.* Cardinalis Albitius de *Inconstantia in Fide cap. 18. n. 30. & seq.* Cardinalis Gottus in 2. 3. *Thoma quest. 4. dub. 6. §. 7. num. 2. & quest. 7. de Infidelibus comparati ad Fideles dub. 3. §. 2.* ideo tamen ferè impossibile est usvenire, ut à flagitio excusari valeant Catholici, sese in rebus sacris cum haereticis, vel schismaticis admiscentes. Quamobrem sacra Urbis Congregationes, sancti Officii videlicet, & de Propaganda Fide, illicitam semper reputarunt communicationem, de qua est sermo, doctrinaeque concinnarunt instructionem, nobis in minoribus tunc degentibus, qualemcumque nostram operam navantibus, ad Missionarios, cum opus fuerit, transmittendam, ubi rationes expendantur, propter quas vis umquam accedere potest, ut in praxi sit innocua Catholicorum cum haereticis communicatio in Divinis.

III. In Divinis porro cum haereticis communicant Catholici, qui cum iisdem sese matrimonio iungere non dubitant; etenim cum matrimonium sit ex septem Ecclesiae Sacramentis, à Christo Domino institutum, idem est matrimonium cum haereticis contrahere, ac unum idemque

Sacramentum una cum eodem vel consistere, si nimirum ipsimet contrahentes sint talis Sacramenti Ministri, quod magis communiter opinatur Scholastici, vel saltem percipere, si scilicet, quod alii praesertim ex recentioribus Theologis autunt, illius minister sit solus Sacerdos. Utrumque autem & illicitum, & sacrilegum esse, nemo dubitat; quare Ecclesia iisdem ferè legibus, quibus Christianis interdixit, ne concubia inirent cum Infidelibus, Catholicos pariter à sacrilegis nuptiis cum haereticis contrahendis, deterruit. Concilium Laodiceum can. 10. tom. 1. Collectionis Harduini col. 784. ait: Quod non oporteat interfuerint Ecclesiasticis scdere nuptiarum haereticis sua filios, filiasque conjugere, Agathense can. 67. relato à Gratiano causa 28. quest. 1. Can. 16. Non oportet cum hominibus haereticis miscere convivia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere, si tamen se proficiant Christianos esse futuros, & Catholicos. Concilium Chalcedonense canon. 14. Lectoribus, & Cantoribus, inter inferiores Clericos, interdicit, *Haereticis, vel Paganis, vel Iudeis se conjugere, nisi forte promissit se ad orthodoxam fidem persona orthodoxa copulanda transferre.* Haec vero sanctiones roboravit Bonifacius VIII. in cap. *De heretico de heretico in 6.* ubi dote privandam statuit mulierem, quae scienter viro haeretico nupserit. Is igitur in provinciis, in quibus eiusmodi conjugia, non sine sacrorum Canonum contemptu, passim celebrantur, debet Episcopus, in sua praesentium Synodo, ab illis in propriam animarum perniciem contrahendis Catholicos abstertere; quod nos faciedum ediximus in *nostris a Constitutionibus*

34. §. 3. nostri Bullar. tom. 1. Præcipit quoque Episcopalis muneris partes erunt, maxima Catholicis denunciare pericula, quæ tàm ipsis, quàm nascituræ soboli, ex prælati imminenti nequeunt obtentu solus consuetudinalis (verius coæruptelam dicentem) nisi ea amoveantur pericula, quod tamen vix evenire posse recte notant Layman *Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 14. num. 2.* Pirhing. *ad tit. de sponsal. & matrim. num. 166.* Reiffenstuel *ibid. num. 360.* Engel *ad tit. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. §. 2. num. 2.* Gobat *Theolog. experim. tract. 9. casu 11. num. 216.* Nicolaus Serarius *in opus. de Catholicorum cum hæreticis matrimoniis; Van-Espen Jur. Eccles. part. 2. tit. 17. cap. 8. num. 9.* aliique passim.

IV. Diximus autem, vix evenire posse, ut à connubiis Catholicorum cum hæreticis ea amoveantur pericula, quæ ipsis plerumque conjuncta esse solent; verum non id omnino impossibile esse pronuntiavimus. Tales enim re ipsa concurrere possunt circumstantiæ, quæ cum ab eo, qui facultatem dispensandi habet, expense fuerint, aditum aperiant concessioni legitime dispensationis, cujus vi matrimonium inter partes, hæreticam unam, alteram Catholicam, licitum reddatur, ut alibi demonstrabimus. Quare in his locis, atque regionibus, ubi hujusmodi matrimonia aliquando sic contrahi permittuntur, expedit omnino, ut Episcopus, ad tuendum Ecclesie decorem, ritus in eorumdem connubiis celebratione servandos opportuno prudenterque præscribat.

V. Putant aliqui, & fidenter docent, hujusmodi matrimonia à Sacerdote benedicenda esse. Ita censet

Theophylus Raynaudus in libro, cui titulus *Hæreticis Spiritualia, Operum tom. 16. pag. 182. n. 24. & seq.* Sed rectius judicat Pontius de *Sacram. Matrim.* in Appendice de *Matrimonio Catholici cum hæretico c. 9.* admonens, hujusmodi matrimonii Sacerdotalem benedictionem impendendam non esse, neque Missam in præsentia hæretici celebrari debere, nec matrimonium ipsum intra Ecclesie ambitum contrahi; quoniam nihil horum ad illius validitatem intervenire necesse est. In Collationibus Ecclesiasticis Parisiensibus de *Matrimonio tom. 3. lib. 1. collat. 2. §. 4.* exhibetur ritus, quo celebrata fuerunt nuptiæ inter Henricherant à Regio Francorum sanguine Principem, & Carolum I. Magnæ Britanniæ Regem, quibus Apostolicam dispensationem Urbanus Papa VIII. in eum finem concesserat; quæ nuptiæ descriptæ habentur etiam in Historia, seu Commentario, cui titulus *Mercurius Gallicus. tom. 2. pag. 359.* Narrat itaque, matrimonium inter prædictam Catholicam Principem, & hæretici Regis Procuratorem, extra Ecclesiam contractum fuisse ad limina Ecclesie Metropolitane Parisiensis coram Cardinale magno Franciæ Eleemosynario, à quo tamen benedictio nuptialis data non fuit; deinde Britannici Regis Procuratorem novam nuptiam deduxisse usque ad ingressum Chori; tibi verò à prædicto Cardinale celebratam solemnè ritu fuisse Missam, adstantibus Rege, & Regina Franciæ, & nova Magnæ Britanniæ Regina; ac universa Regiæ Familia; sed prædictum Regis Angliæ Procuratorem, quamvis ipse Catholicus esset, cum personam gereret Principis Anglicanæ sectæ addicti, in proximum Archiepiscopi Palatium interim secessit.

re; donec Missa terminaretur; qua demum expleta, ad reducendam ab Ecclesia Regiam accessit. Honoratus Tournely in *Prælectionibus Theolog. de Sacram. Matrim. pag. 106.* juxta editionem Parisiensem, narrat expressè veritum fuisse à Clemente VIII. ne hujusmodi matrimonii benedictio impenderetur; Gallicanum verò Clerum anno 1670. suas ad Christianissimum Regem preces detulisse, ut eorum importunitatem cohibere curaret, qui Parochos ad benedicendas hujusmodi nuptias compellere sæpe tentabant; aliisque ad rem hanc pertinentia subiungit *ibidem pag. 108.*

## CAPUT VI.

*De iis, quæ provisæ sunt super matrimoniis, iustis, atque inveniatis in Hollandiâ, & in regionibus federatarum ordinum dominio in Belgio subjectis; quæ scilicet in Synodis eorum regionum, non autem in aliis inter, & manifestari conveni.*

Solemne iudicium de his rebus actum, quas in presenti capite tractandas suscipimus, promulgatum fuit die 4. Novembris anni 1741. edita Declaratione, & Instructione, quæ in Bullario nostro extat *tom. 1. num. 74.* & diligentiæ ea occasione adhibite, in volumine foliorum Congregationis Concilii anni 1741. in lucem evulgatæ fuerunt. Quia tamen facillime evenire potest, ut hujusmodi rerum notitia sequaquam ad omnes perveniat, nos, qui hanc curam assumpsimus, ut iustam hic indicaremus, quæ laudabiliter inseri possunt in Synodis ab iis Episcopis, ad quos pertinent, id quod ab aliis, ad quorum curam illa non spectant, minus laudabiliter fieret; cum in hoc genere matrimonia

niam meritò recensenda putemus, quæ in Hollandiâ, aliisque Belgii regionibus, Federatarum Ordinum dominio subjectis, inveniunt, sine Parochi præsentia, inter partes, vel alteram hæreticam, alteram verò Catholicam; ideo quidquid ad eandem materiam pertinet, summam in hoc capite inserendum suscipimus.

II. Cum sacri Tridentini Concilii acta, atque decreta à Summo Pontifice Pio IV. die 26. Januarii anno 1564. confirmata fuissent, nulla interposita mora, Philippus II. Hispaniarum Rex Catholicus, Concilium æternum per omnia Regna, & ceterasque dominio suo subjectas regiones promulgandum mandavit, ejusque decretorum proptam ubique observantiam edixit. Quæ in re in Hispaniis quidem mira facilitate Regis jussis obtemperatum est. Cum autem ejusdem Philippi dominio Belgium quoque subjectum esset, illisque regionibus Margarita Parmensis Ducissa Gubernatrix munere præsideret; hæc verita, ne Concilii publicatio gravem aliquem motum excicaret in iis provinciis, quæ contra Hispanorum regimen jampridem tumultuaria cœperant, ex sententia etiam Episcoporum, & Magistratum, qui omnino supersedendum censebant à promulgatione Concilii, pro ea in aliud tempus differenda ad Philippum conscripsit; à quo tamen responsum eisdem, mandatumque est, ut omnibus posthabitis, Concilium publicaretur; id quod ab ipsa promptè adimpletum est. Ita Belgicarum Regionum Scriptores testantur, videlicet Cardinalis Bentivolus, Famianus Strada, Nicolaus Burgundus, Joannes Meursius, Emmanuel de Meteren. Et sanè Provincialia duo extant Concilia, alterum à Maximiliano à Bergis Archiepiscopo Cameracensi anno 1565; alterum ab Archi-



episcopo Mechliniensi anno 1770. celebratum, quæ legi possunt *tom. 10.* Collectionis Hartiani, in quibus secundum Tridentinæ Concilii decretum irrita declarantur ea matrimonia, quæ sine Parochi, & duorum testium præsentia celebrari contingat; adeo ut valde probabile, ac verisimile fiat, Concilii decretum de *Reformatione Matrimonii*, in Belgio, & regionibus Fœderatis publicatum, observatumque fuisse, antequam res in apertam rebellionem erumperent, quod anno 1772. factum est. Ad ejus rei comprobationem licet etiam relatio quedam Præsulis de Turæ Archiepiscopi Ephesini, olim in Fœderatis Belgii provinciis Vicarii Apostolici; in qua Religionis statum in Hollandia exposens, anno 1676. ad Pontificem Alexandrum VII. scripsit, Concilium Tridentinum fuisse in his locis & præceptum, & promulgatum, ejusque decreta in praxim deducta, antequam fœta pessima heresis omnia illic devoratum venisset. Relatio hæc impressa habetur in *Historia Ecclesie Ultrajectinae* Pauli Hoyack in *Appendice pag. 95.*

III. Cum igitur eo tempore, quo Tridentini Concilii leges vim suam habere ceperunt, Fœderatæ provinciæ hæreticorum, sed Principis Catholici dominio subjectæ essent, cumque decretum, de quo agitur, in eisdem promulgatum fuerit, id gravi controversiæ viam aperiret, nunc scilicet, mutato earum regionum temporali dominio, iisque à Catholici Regi ditione in hæreticorum Principum potestatem translatis, matrimonia, quæ ibi fierent inter partes vel utranque hæreticam, vel alteram Catholicam, & alteram hæreticam, sine Catholici Parochi, & duorum testium præsentia, nulla & irrita censi deberent, veluti facta contra Tridentini Concilii

dispositionem, in verò valida, utpote sub ejusdem Concilii censura minime comprehensa.

IV. Hic, quod in omnibus questionibus usu venire solet, in duas classes divisi Auctores fuerunt: alii enim tum ex Theologis, quam ex Canonistis, pro nullitate; alii verò pro validitate steterunt. Cum autem in Romanæ Curie Tribunalibus, Cardinalium Congregationibus, occasione quarundam causarum matrimoniarum, super hoc questionis capite deliberatum esset; negari nequit, illis ut plurimum magis arrisisse priorum opinionem, quæ eorum matrimoniorum nullitatem tuetur. Nos quidem, cum plurimum annorum spatium, antequam ad majores dignitates ascenderemus, munera tum Secretarii Congregationis Concilii Tridentini Interpretis, tum Doctoris in Decretis in Penitentiariæ Apostolicæ Officio, tum etiam Consultoris supremæ Inquisitionis, exercuerimus, memoratarum causarum discussioni interfuimus; sed nunquam opinioni illi acquiescere potuimus, per quam prædicta matrimonia nulla judicantur. Quare nobis continenter in votis erat, ut aliqua se opportunitas offerret, in qua generalis regula & lex pro eorundem matrimoniorum aut nullitate, aut validitate statueretur; quoniam anteaquo tempore nonnulli particularia decreta in hac, vel illa causa, condita erant, quæ ne inter se quidem conformia semper fuerant, propter varietatem circumstantiarum, quæ modò in una facti specie aderant, modò in altera desiderabantur.

V. Optata à nobis opportunitas oblata quidem est, sed non eo tempore, quo nos memoratis officiis fungebamur, verum postquam ad Cardinalium dignitatem evesci, Bononiæ

ad Archiepiscopalis illius Ecclesie regimen residebamus. Eam occasionem arripit factum hujusmodi Xprensus Episcopus optimo Ecclesie suæ moderamine studiosè prospiciens, in relatione status suæ Ecclesie, quam ex Sixti V. præscripto, ad Sacram Concilii Congregationem transmisit, certam sibi regulam præfieri postulavit, secundam quam posset opportune se gerere, & matrimonia hujusmodi, quæ in Fœderatis Belgii regionibus, sine Parochi, & duorum testium præsentia, vel ab hæreticis inter se, vel à Catholicis cum hæreticis contracta forent, aut nulla & irrita, aut firma & valida reputare. Ut igitur Episcopi illius postulatis satisfaceret Præsul Cævalchinus, Archiepiscopus Philippensis, qui tunc temporis eidem Congregationi à Secretis erat, nunc autem hujus S. R. E. Presbyter Cardinalis, cum liborem nullum omisisset pro iis colligendis, quæ hæc super re ante decreta fuerant, accuratam Dissertationem ad explanandam materiam conscripsit, alix verò tres, de Congregationis ejusdem mandato, à tribus eximii in Urbe Theologis elaboratæ fuerant. Quæ omnia in unum collecta in tomo foliorum dictæ Congregationis Concilii anni 1741. quemadmodum dictum est, impressa reserpiuntur. Cumque sub Clemente XII. Decessore nostro materia minime proponi, atque examinari potuisset, nosque interea temporis, nullis meritis nostris, ad summum Pontificatum evesci essemus, lectis per nos, examinatisque omnibus, quæ super hæc re in præcedenti Pontificatu collecta & conscripta fuerant, opportunum factu existimavimus, Congregationem Concilii coram nobis habere, ut Cardinalium ejusdem Congregationis sententias viva voce prolatas exciperemus; id quod die

13. Maii anni 1741. præstitum est. Decretum autem, quod à Congregatione conditum, atque à nobis die 4. Novembris ejusdem anni approbatum fuit, impressum, ut dictum jam est, in *tom. 1. Bullarii nostri* reperitur.

VI. Tres sunt partes illius Decreti, quæ unicuique legendi occurrunt. Prima versatur circa matrimonia inita, vel inenda in locis Hollandiæ, & Belgii Fœderatorum Ordinum dominio subjectis, inter duos conjuges hæreticos, sine Catholici Parochi præsentia; & de his quidem decernitur, ea valida esse, tam quæ iam factam fuerint quam quæ eodem modo in posterum fieri contigant; ita ut, si ambo conjuges ad Catholicam Religionem convertantur, contracti matrimonii vinculo adstricti remaneant, absque eo quod coram Catholico Parocho renovare consensum obligentur; si verò alter eorum convertatur, altero in hæresi permanente, neutri fas sit ad alias nuptias transire, nisi alterutrius mors intercesserit, per quam maritalis nodus dissolvatur.

VII. In quo sanè conformia fuerunt suffragia eorum, qui in Congregatione conveniant; & licet a illa via insisterent, omnes tamen ad eandem metam, eundemque finem pervenerunt, ut pro validitate matrimonii sententiam ferrent. Quidam enim existimant, certam & perspicuam deesse probationem, quod Concilii decretum publicatum fuerit in unaquaque parochia earum regionum, antequam ille ab Hispanica dominatione se subtraheret; ideoque ex ejusdem Conciliaris decreti tenore, ea matrimonia nequaquam nullitatis vitio subjacere. Quamvis enim admittent, edita fuisse Regia mandata pro Concilii publicatione, neque negent, decre-

tum de reformat. Matrimonii in supra laudatis Provincialibus Synodis insertum fuisse; attamen nihil aliud ex his desumi posse dixerunt, nisi quamdam præsumptionem, quod decretum promulgatum fuerit, ut par erat, in singulis parochiis; quod tamen ad effectum, de quo agitur, demonstrari oporteret per positam probationem, quæ saltem colligeretur ex immedata, nec interrupta serie plurimum actuum similium, & decreto uniformium; quæ sanè probatio in proposito casu non adest. Hæc autem eò vel magis confirmari autumabant, quod si post finem bellis impositum, apertumque Catholicis aditum Hollandia, aliisque Federati Belgii regionibus viverent, per verisimili haberetur, Parochos, & Missionarios Catholicos Conciliaris decreti promulgationem tunc in suis quæque parochiis fecisse; ex hoc ipso arguere licet, huiusmodi publicationem antea factam non fuisse, quantumvis Catholici Regis mandata pro Concilio observatione præsentent. Videatur Marchantius in *Tribunalis Sacramentor. lib. 1. tit. 7. quest. 9. conclus. 4.*

VIII. Alii vero, omnia quæstione, ante defectionem eorum gentium ab Hispanorum Principum fide, in singulis locis, atque parochiis publicatum fuerit, necne, Tridentinæ Synodi decretum, ac etiam admittentes publicationem huiusmodi fidei factam; duas reputant hominum societates, inter se plane distinctas, per occasionem, & in sequelam illiusmet defectionis, eformatas fuisse; alteram Catholicam, & alteram hæreticam; quæ tunc invicem permixtae in eisdem regionibus versantur. Quapropter, etiam si ante civiles motus publicatum fuisse decretum, de quo agitur, cum nondum exorta, neque ibi constituta tunc esset altera illa hæreticorum societas; hæc ipsa mi-

nimè videbatur eiusmodi decreti publicatione adstringi potuisse.

IX. Alii videntes propositum casum cum adjunctis circumstantiis nequaquam dici posse literaliter decretum in Conciliaris decreto, quod nihil aliud statuitur, nisi quod nulla sint matrimonia, quæ coram Parocho, & duobus testibus non contrahantur; quodque hæc nova lex non ante vim habere incipit, quam post triginta dies, ex quo ipse in singulis parochiis publicata fuerit; ulterius autem decretum non progredi, neque declarare, an eiusmodi lege heterodoxæ societates, quæ tunc essent, æque ac alix, quæ in posterum eformari possent, comprehendi deberent; ideo necessarium putabant, ipsam Tridentinorum Patrum mentem indagare, ut secundum eam de proposita quæstione iudicari posset. Quo posito, magnam sanè rationem habendam esse dicebant de ea conditione in decreto apposita, quod nempe decretum ipsum non obligaret, nisi post triginta dies ab eius publicatione in singulis parochiis elapsos. Quæ quidem conditio (si fides habenda Cardinali Pallavicino in *historia Concilii lib. 22. cap. 8. num. 10.* ut certe habenda est) idcirco adjecta fuit, quia, absque illa, magnus heterodoxorum quarumvis campus apertus foret, eoque magis aucta fuisset eorum aversio à Concilio, dum illius decreti vigore, uxores suas pro concubinis haberi, suorumque liberos illegitimos declarari voluissent; siquidem nunquam futurum erat, idque Patres ignorare non poterant, ut novum decretum ab illis acceptetur, & executioni demandaretur, eorumque matrimonia coram Parocho Catholico celebrarentur. Hæc igitur incommodum providè occursum est per conditionem illam decreto adjectam, qua imposita fuit illius publicationis necessitas, ita

ut in locis hæreticorum, in quibus procul dubio nunquam expleta foret huiusmodi publicatio, non verificata conditione, à cuius existentia Concilium pendere voluit decreti sui efficaciam, nec incolæ hæretici unquam adstricti forent servandæ formæ in ipso decreto præscriptæ. Quod si nunc in proposito casu pronunciaretur pro nullitate matrimoniorum, quæ ab heterodoxis in Hollandia, & in Federato Belgio, absque præsentia Catholici Parochi inveniunt, futurum dicebant, ut in ea omnia illa incommoda, & absurda incidere, quæ Tridentini Patres, laudatum decretum eformantes, tanta prudentia evitare studuerunt.

X. Alii denique Catholicæ Religionis causam, utilitatesque potissimum præ oculis habentes, æbant in huiusmodi rerum circumstantiis, id consilii capiendum esse, per quod eadem Religio in his invidia ipsius hostibus redderetur, quodque impedimenta non interponeret his, qui fortè parati essent in illius premium se recipere. Hoc autem præmisso, pendere non omitebant, quod, si matrimonia, de quibus agebatur, irrita declararentur, si quando aliqui conjuges de absurda hæresi statuissent, ut ipsis liceret in conjugali societate permanere, necesse haberent consensum renovare coram Parocho Catholico, & duobus testibus; alioquin pro legitimis conjugibus se invicem habere non possent. Quantum porro in huiusmodi consensu renovationibus periculum inest, & quàm gravia incommoda inde metuenda essent, enarrando pergebant. Primum videlicet, quod plures conjuges, quibus Catholicam Religionem amplectendi desiderium inesset, illud fortasse adijcerent, utrimque merentes, ne alter ab altero, cum quo multorum amorum spatio libenter vixisset, relinqueretur. Dein-

de quod si fortè vir uxori, aut uxor viro displiceret, nec alia ipsis suppetere via, qua se à contracto vinculo liberarent, facillime evenire posset, ut simulant se ad Catholicam Fidem converti, quo sibi solutionem à matrimoniali vinculo quaerent, requisitam nempe consensus renovationem, post simulatam conversionem, alter alteri denegarent. Tertium, quod, etiam si conjuges ad sanctam Religionem serio ac firmo proposito converterentur, attamen fieri posset, ut præcipua causa, ad conversionem impulsiva, esset spes recuperandæ libertatis, & abrumpti vinculi, quod ipsis ad fatendum molestissimum esset, quod ubi eveniret, nemo est, qui non videat, quanti conversiones huiusmodi faciendæ essent.

XI. Sanè, quod pertinet ad timorem simulationis, de qua modò dictum est, congruit Innocentii III. responsum ad Episcopum Ferrariensem, relatum in *cap. Quanto, de divortio*, ubi Pontifex rogatus, num matrimonii vinculum dissolvatur, altero conjugum à Catholica Religione ad Ethnicam superstitionem, aut ad hæresim transeunte, nequaquam dissolvi responderet; & hæc, inter alias, rationem offert: *Quorumdam malitiae obviatur, qui in adium conjugum, vel quando sibi invicem displicent, si eas possent in tali casu dimittere, simularent hæresim.*

XII. De altero autem quæstionis capite, quod in secunda Decreti parte definitum fuit, nimirum de matrimonii, quæ in eisdem Federati Belgii provinciis à Catholico viro, aut muliere, cum hæretica femina, aut viro, sine Catholici Parochi præsentia, contrahuntur, de quibus quærebatur, valida ne, an nulla, habenda essent; quidam suffragia ferentium, Apostolicæ Sedis instituta præ oculis habentes,



quibus semper ea matrimonia repro-  
bata sunt, quae inter duos contrahen-  
tes, alterum Catholicum, & alterum  
haereticum inveniuntur, in eam perpen-  
debant partem, ut matrimonia isthaec  
nulla, & irrita decerni deberent. Ver-  
um ab aliis sapienter responsum fuit,  
non unquam id agi, ut à praedictis ins-  
titutis, & à veteribus hac de re de-  
cretis discederetur, quorum obser-  
vantia etiam in praesentia inculcanda  
erat, quemadmodum gravibus verbis  
in Decreto inculcata fuit; sed propo-  
sita difficultatis summam in eo esse,  
ut dispiceretur, num; contracto jam  
matrimonio in dictis regionibus à Ca-  
tholica parte cum alia haeretica, &  
jam expleto hujusmodi actu, qui si-  
ne dubitatione ulla illicitus est, nul-  
lum praeterea & irritum declarandum  
esset matrimonium, propterea quod  
in eo contrahendo minime servata  
fuisset Concilii forma; adeoque, cum  
matrimonium inter duos baptizatos,  
diversae licet communionis, de fac-  
to initum, non quidem nullum, sed  
dumtaxat illicitum sit, num; idem  
pro nullo habendum esset, ex eo  
quod sine Parochi praesentia in iis  
regionibus contractum foret. Sensu  
igitur quaestiois explanato, concor-  
dibus suffragis in eam sententiam itum  
est, quod sicuti valida declarata fue-  
rant ea matrimonia, quae in praedictis  
Foederatis Belgii Provinciis inter duos  
contrahentes haereticos, sine Parochi  
praesentia, inita essent; ita valida di-  
ci deberent illa, quae in eisdem lo-  
cis inter duas partes, alteram Catho-  
licam, & alteram haereticam, eodem  
modo contracta forent; quoniam, cum  
conjugum alter, tum ratione loci, in  
quo habitat, tum ratione societatis,  
in qua vivit, exemptus sit à Triden-  
tinae Synodi lego; exemptio, qua ipse  
fruitur, alteri parti communicata  
remanet, propter individuitatem con-

tractus, vi cuius exemptio, quae un-  
ex partibus competit, ad alteram, re-  
cundum etiam civiles leges extenditur,  
eisdemque communicatur.

XIII. Postquam vero supra me-  
moratum Decretum nostrum anno  
1741. in Foederatis Belgii provinciis  
promulgatum est, quaestum à nobis  
fuit, utrum ea matrimonia compre-  
henderet, quae in iisdem regionibus  
inirentur à contrahentibus utriusque  
Catholicis, non coram Parocho Ca-  
tholico, & duobus testibus; quia  
etiam petiitum fuit, ut si forte illud  
haec minime comprehenderet, ad ea  
saltem per viam indulti extenderetur;  
quo conscientiae Catholicorum, qui  
in Foederatis Belgii provinciis ha-  
bitant, in tranquillo ponerentur. Res-  
ponsum facile est, & dicta matrimo-  
nia in Decreto nequaquam compre-  
hendi, & extensionem, quae pete-  
batur, absurdam, & mali exempli  
futuram. Et quidem, matrimonia Ca-  
tholicorum in Decreto non compre-  
hensa, facile intelligit quicumque ad-  
vertat, illud nominatim restrictum es-  
se ad ea matrimonia, quae in praefatis  
regionibus vel inter duos contra-  
hentes haereticos, vel inter unam par-  
tem Catholicam, & alteram haereti-  
cam contrahuntur. Extensio autem  
Decreti ad Catholicorum matrimonia,  
licet absurda, & mali exempli existi-  
sset, quod, cum in iis locis Missio-  
narii Catholici adsint, coram quibus  
anteacto tempore à contrahentibus  
Catholicis celebrata sunt matrimonia,  
cumque Concilii Tridentini decretum  
inter Catholicos illarum partium, &  
in peculiaribus eorum Parochiis, sal-  
tem postquam provinciae Foederati  
Belgii à Catholicis Principibus domina-  
tione in haereticorum potestatem tran-  
sierunt, ritè publicatum fuisse con-  
stat; unusquisque vider, quanta cum  
offensione universae Ecclesiae audiri-  
fuis-

## CAPUT VII.

*De aliis quibusdam respicientibus  
Matrimonia, quae à Catholicis con-  
trahuntur in regionibus Infidelium,  
aut Haereticorum Principum domi-  
nio subjectis, vel quae in Regionibus  
Catholicis inveniuntur inter Catholicum  
ex una parte, & Haereticum occul-  
tum ex altera; de quibus similiter  
nequaquam in omnibus Synodis  
agendum est.*

Quaedam regiones sunt Principum  
Infidelium dominio subjectae, in  
quibus degentes Catholici matrimonia  
inter se coram Parocho, & duobus  
testibus contrahunt, temporalis Princi-  
pe, cui parent, nullam in hac re mo-  
lestiam eisdem exhibente. Verum,  
quae vel ante, vel post matrimonium  
ea ratione celebratur, patrii legibus  
coguntur coram Infideli ministro so-  
sistere, eoque praesente quaedam con-  
tractus matrimonialis speciem intret;  
neque id ab iis praetermitti potest,  
quin graves ipsi perturbaciones ope-  
vantur, & magnam praedictum in-  
nocenti proli, quae aliis minime legiti-  
ma reputaretur; quaesum aliquando  
est, num id à Catholicis, salva con-  
scientia, fieri possit; & quomodo Rec-  
tores animarum in hujusmodi casibus  
se gerere debeant; & quidem id, quod  
contingit in regionibus subjectis do-  
minio Principum Infidelium, in aliis  
passim evenit, quae Principum haere-  
ticorum imperio parent.

II. Lessius in *Ancientia* cap. 24.  
in verb. *Haereticorum conversio*,  
id salva conscientia, neque  
fieri, neque tolerari posse, conten-  
dit; ejusque opinio verissima es-  
set; si haereticus ministrum adhi-  
beretur tanquam persona sacra,  
quae sacram caeremoniam intende-

fuisset, matrimonia Catholicorum,  
quae in regionibus illis juxta Triden-  
tini formam celebrari possunt, à tam  
providae legis observantia eximi per  
viam gratiae & dispensationis. Videantur  
Jucini *de Sacram. dissert. 10. quat. 5. cap. 4. & Piette Quaest. Theologic. part. 6. pag. 441. edit. anni 1741.* qui docent, à contrahen-  
tibus Catholicis servandum esse Con-  
cilii decretum etiam in iis regionibus,  
in quibus ab haereticis non observatur.

XIV. Ultima Decreti nostri pars  
ea respicit matrimonia, quae in Catho-  
licorum Principum regionibus sunt ab  
iis, qui domicilium habent in aliis re-  
gionibus Foederatorum Ordinum do-  
minio subjectis, necnon illa, quae in  
Provinciis Foederatis contrahuntur ab  
iis, quorum domicilium situm est in  
dominio Principum Catholicorum. De  
quibus sane reputatum fuit nihil ne-  
cesse esse peculiariter statuere, cum  
satis provisum sit per Canonici Juris  
regulas jam pridem constitutas de iis,  
qui, relicta regione, in qua domici-  
lium habent, nec novo alibi domici-  
lio, vel quasi, adhuc acquisito,  
matrimonium ibi contrahere cupiunt.  
De quibus regulis nos ipsi egimus in  
*nostra Institutione 33. editiois La-  
tinae.*

XV. Haec autem satis erunt, in  
Synodis earum Dioecesium, quarum  
conditio exigit, ut de hujusmodi ma-  
trimoniis agatur, & opportuna su-  
per ipsis decreta, Apostolicis defini-  
tionibus consentanea, efformari valeant.

quibus semper ea matrimonia repro-  
bata sunt, quae inter duos contrahen-  
tes, alterum Catholicum, & alterum  
haereticum inveniuntur, in eam perpen-  
debant partem, ut matrimonia isthaec  
nulla, & irrita decerni deberent. Ver-  
rum ab aliis sapienter responsum fuit,  
non unquam id agi, ut à praedictis ins-  
titutis, & à veteribus hac de re de-  
cretis discederetur, quorum obser-  
vantia etiam in praesenti inculcanda  
erat, quemadmodum gravibus verbis  
in Decreto inculcata fuit; sed propo-  
sita difficultatis summam in eo esse,  
ut dispiceretur, num; contracto jam  
matrimonio in dictis regionibus à Ca-  
tholica parte cum alia haeretica, &  
jam expleto hujusmodi actu, qui si-  
ne dubitatione ulla illicitus est, nul-  
lum praeterea & irritum declarandum  
esset matrimonium, propterea quod  
in eo contrahendo minime servata  
fuisset Concilii forma; adeoque, cum  
matrimonium inter duos baptizatos,  
diversae licet communionis, de fac-  
to initum, non quidem nullum, sed  
dumtaxat illicitum sit, num; idem  
pro nullo habendum esset, ex eo  
quod sine Parochi praesentia in iis  
regionibus contractum foret. Sensu  
igitur quaestiois explanato, concor-  
dibus suffragis in eam sententiam itum  
est, quod sicuti valida declarata fue-  
rant ea matrimonia, quae in praedictis  
Foederatis Belgii Provinciis inter duos  
contrahentes haereticos, sine Parochi  
praesentia, inita essent; ita valida di-  
ci deberent illa, quae in eisdem lo-  
cis inter duas partes, alteram Catho-  
licam, & alteram haereticam, eodem  
modo contracta forent; quoniam, cum  
conjugum alter, tum ratione loci, in  
quo habitat, tum ratione societatis,  
in qua vivit, exemptus sit à Triden-  
tinae Synodi lego; exemptio, qua ipse  
fruitur, alteri parti communicata  
remanet, propter individuitatem con-

tractus, vi cuius exemptio, quae un-  
ex partibus competit, ad alteram, re-  
cundum etiam civiles leges extenditur,  
eisdemque communicatur.

XIII. Postquam vero supra me-  
moratum Decretum nostrum anno  
1741. in Foederatis Belgii provinciis  
promulgatum est, quaestum à nobis  
fuit, utrum ea matrimonia compre-  
henderet, quae in eisdem regionibus  
inirentur à contrahentibus utriusque  
Catholicis, non coram Parocho Ca-  
tholico, & duobus testibus; quia  
etiam petiitum fuit, ut si forte illud  
haec minime comprehenderet, ad ea  
saltem per viam indulti extenderetur;  
quo conscientiae Catholicorum, qui  
in Foederatis Belgii provinciis ha-  
bitant, in tranquillo ponerentur. Res-  
ponsum facile est, & dicta matrimo-  
nia in Decreto nequaquam compre-  
hendi, & extensionem, quae pete-  
batur, absurdam, & mali exempli  
futuram. Et quidem, matrimonia Ca-  
tholicorum in Decreto non compre-  
hensa, facile intelligit quicumque ad-  
vertat, illud nominatim restrictum es-  
se ad ea matrimonia, quae in praefatis  
regionibus vel inter duos contra-  
hentes haereticos, vel inter unam par-  
tem Catholicam, & alteram haereti-  
cam contrahuntur. Extensio autem  
Decreti ad Catholicorum matrimonia,  
licet absurda, & mali exempli existi-  
sset, quod, cum in iis locis Missio-  
narii Catholici adsint, coram quibus  
anteacto tempore à contrahentibus  
Catholicis celebrata sunt matrimonia,  
cumque Concilii Tridentini decretum  
inter Catholicos illarum partium, &  
in peculiaribus eorum Parochiis, sal-  
tem postquam provinciae Foederatae  
Belgii à Catholicis Principibus domina-  
tione in haereticorum potestatem tran-  
sierunt, ritè publicatum fuisse con-  
stat; unusquisque vider, quanta cum  
offensione universae Ecclesiae audiri  
fuis-

## CAPUT VII.

*De aliis quibusdam respicientibus  
Matrimonia, quae à Catholicis con-  
trahuntur in regionibus Infidelium,  
aut Haereticorum Principum domi-  
nio subjectis, vel quae in Regionibus  
Catholicis inveniuntur inter Catholicum  
ex una parte, & Haereticum occul-  
tum ex altera; de quibus similiter  
nequaquam in omnibus Synodis  
agendum est.*

Quaedam regiones sunt Principum  
Infidelium dominio subjectae, in  
quibus degentes Catholici matrimonia  
inter se coram Parocho, & duobus  
testibus contrahunt, temporalis Princi-  
pe, cui parent, nullam in hac re mo-  
lestiam eisdem exhibente. Verum,  
quae vel ante, vel post matrimonium  
ea ratione celebratur, patrii legibus  
coguntur coram Infideli ministro so-  
sistere, eoque praesente quaedam con-  
tractus matrimonialis speciem intret;  
neque id ab iis praetermitti potest,  
quin graves ipsi perturbaciones ope-  
vantur, & magnam praedictum in-  
nocentis proli, quae aliis minime legiti-  
ma reputaretur; quaesum aliquando  
est, num id à Catholicis, salva con-  
scientia, fieri possit; & quomodo Rec-  
tores animarum in hujusmodi casibus  
se gerere debeant; & quidem id, quod  
contingit in regionibus subjectis do-  
minio Principum Infidelium, in aliis  
passim evenit, quae Principum haere-  
ticorum imperio parent.

II. Lessius in *Ancientia* cap. 24.  
in verb. *Haereticorum conversio*,  
id salva conscientia, neque  
fieri, neque tolerari posse, conten-  
dit; ejusque opinio verissima es-  
set; si haereticus ministrum adhi-  
beretur tanquam persona sacra,  
quae sacram caeremoniam intende-

fuisset, matrimonia Catholicorum,  
quae in regionibus illis juxta Triden-  
tini formam celebrari possunt, à tam  
providae legis observantia eximi per  
viam gratiae & dispensationis. Videantur  
Lucius de *Sacram. dissert. 10. quat. 5. cap. 4. & Piette Quaest. Theologic. part. 6. pag. 441. edit. anni 1741.* qui docent, à contrahen-  
tibus Catholicis servandum esse Con-  
cilii decretum etiam in iis regionibus,  
in quibus ab haereticis non observatur.

XIV. Ultima Decreti nostri pars  
ea respicit matrimonia, quae in Catho-  
licorum Principum regionibus sunt ab  
iis, qui domicilium habent in aliis re-  
gionibus Foederatorum Ordinum do-  
minio subjectis, necnon illa, quae in  
Provinciis Foederatis contrahuntur ab  
iis, quorum domicilium situm est in  
dominio Principum Catholicorum. De  
quibus sane reputatum fuit nihil ne-  
cesse esse peculiariter statuere, cum  
satis provisum sit per Canonici Juris  
regulas jam pridem constitutas de iis,  
qui, relicta regione, in qua domici-  
lium habent, nec novo alibi domici-  
lio, vel quasi, adhuc acquisito,  
matrimonium ibi contrahere cupiunt.  
De quibus regulis nos ipsi egimus in  
*nostra Institutione 33. editiois La-  
tinae.*

XV. Haec autem satis erunt, in  
Synodis earum Dioecesium, quarum  
conditio exigit, ut de hujusmodi ma-  
trimoniis agatur, & opportuna su-  
per ipsius decreta, Apostolicis defi-  
nitionibus consentanea, efformari vale-  
ant.



ter exercere, ac per eam, sanctitatem tribuere contractui matrimoniali; tunc siquidem viderentur Catholici cum agnoscere tanquam legitimum Christi Ministrum, ritumque hæreticum approbare, & profiteri. Verum cum plerumque res aliter se habeat, illeque Catholicorum matrimonii solum assistat, tanquam minister merè politicus, neque virtute verborum, quibus coniugibus benè appetatur, quibus credat sanctitatem accedere eorum coniugio, quod Sacramentum esse, nostri temporis hæretici communiter invidantur; rectius idcirco Catholicos eisdem se sistentes, ut patris legibus more gerant, & graviaque evitantes incommoda, que secus sibi imminant, à culpa excusant Joannes Verjus in suo Pastoralis tract. 15. art. 7. Ardekin Theolog. tripartite tom. 2. part. 2. tract. 4. de Matrim. cap. 8. §. 2. num. 17. Lacroix lib. 6. part. 5. de Matrim. num. 775. Plecte Quæstion. Theolog. part. 6. pag. 441. In hac quoque sententia fuit sacra congregatio Sancti Officii, que hanc quæstionem diligenter, uti seorsus examinavit, & die 20. Novembris 1672. in eum, qui sequitur, modum definiit: „Catholici, qui matrimonio juncti sunt coram Parocho, & testibus Catholicis, in pluribus locis, (ita invaluit consuetudo) solent coram ministro hæretico, seu protestante, rursus coniungi, ad evitanda gravia damna; neque potest consuetudo hæc à Clero corrigi. Peccant ne? & quo peccato, Catholici sic adeno conjuncti coram ministro hæretico? Et quomodo gerere se debeat erga illos Ordinarius loci? Sacra congregatio respondit: Quæstionis minister assistat matrimonii Catholicorum, uti minister politicus, non peccare contrahentes. Si vero assistat, ut minister additus sacris,

non licere, & tunc contrahentes peccare mortaliter, & esse invidiosos. Ille nos sententia, tunc à laudata Congregatione prolata, auctoritatem nostram adjectimus in nostra Constit. 89. §. 10. nostri Bullarii tom. 1. ubi Fidelibus degentibus in Regno Servia, finitimisque regionibus, interdiximus, ne matrimonio inter se Catholicis ritibus celebrato, illud renovare presumant coram Catholicis; nostram tamen interdictionem hæc temperavimus limitatione, nisi scilicet nuptiarum extrema, explenda coram Catholicis, actus sit merè civilis, nullamque contineat Mahumetis invocationem, aliudve superstitionis genus includat.

III. Postquam conditum, promulgatumque fuit Decretum illud nostrum, quod in precedenti capite sexto exposuimus super matrimonio, que in Belgii regionibus Federatorum Ordinis dominio subjectis contrahuntur vel inter hæreticos, vel inter partes alteram Catholicam, & alteram hæreticam, eaque licet non coram Parocho Catholico contracta, valida esse declaratum est; cum præ iam factum fuerit, hujusmodi indulgentiam in illis matrimoniis minimè locum habere, quæ in illis eisdem regionibus inter Catholicos contrahuntur, in quibus videlicet servanda est forma à sacro Concilio Tridentino præscripta, & expositum nobis fuit, prædictos Catholicos, in eis locis degentes, non solum teneri coram ministro hæretico se sistere, atque ibi quamdam contractus matrimonialis speciem celebrare, idque re ipsa ab illis fieri ad gravissima evitanda infortunia, quæ ipsis aliquando contingere, ut eum memoratus actus coram hæretico ministro precedat, celebratio autem matrimonii coram Parocho Catholico, & duobus testibus dis-

differatur, hoc intermedio tempore in eum hujusmodi sponso copula intercedat, ex eaque proles oriatur. Unde controversia orta erat inter Missionarios; quorum aliqui prædictos actus intermedios excusabant, ea nihil opinione, quod etiam inter Catholicos possit in matrimonio contracto à Sacramento sejungi; alii vero Concilii Tridentini sanctionibus inherentes, quæ in illis regionibus inter Catholicos vim suam obtinere debent, nulla ratione subsistere, aut validum censeri posse putabant matrimonium illud, quod coram Catholico Parocho, & duobus testibus celebratum non foret, adeoque omnes intermedios actus, quos supra innuimus, illicitos, & prolem inde susceptam illegitam esse judicabant; contrarie autem opinioni conivere, perinde esse contendebant, ac observantiam formæ à Tridentino Concilio præscriptæ ab his regionibus, & ab ipsis Catholicorum matrimonii penitus eliminare.

IV. Re itaque per Missionarios dissentientis ad nos & Apostolicam Sedem delata, una cum eorum rationibus hinc inde scripto exaratis, hisque per nos accurate perpensis, audiendum nobis esse judicavimus consilium nonnullorum S. R. E. Cardinalium, & Juris Canonici peritorum, quibus antea singulis dissertationem quamdam, super hoc à nobis conscriptam, distribui mandavimus. Qui sanè eisdem principiis inherentes, quæ nos in dissertatione posueramus, concordibus suffragiis eorum Missionariorum sententiam approbarunt, qui steterant pro nullitate matrimonii, nisi contrahentes Catholici vel ante, vel postquam hæretico ministro, se præsentassent, coram Parocho Catholico, & duobus testibus,

matrimonium ritè celebrassent, quippe proinde peccaminosos desinierant prædictos actus, intermedio tempore à sponis exercitis.

V. De hac controversia certiores nos fecerat vir religiosus, multiplex ex capite laudandus, Pater Paulus Simon à S. Joseph & Carmelitarum Excalceatorum familia, cui præsertim directæ sunt litteræ responsa nostra ferentes, quarum exemplum hic subjicimus, quæque etiam referuntur tom. 7. nostri Bullarii in Suplem. num. 7. His deinde omnes in dietis regionibus facile acquievisse, ac normam in ipsis traditam in posterum sibi sequendam proposuisse, & posterioribus litteris, inde acceptis, cum gaudio intelleximus, Nostrarum litterarum tenor talis est:

BENEDICTUS PP. XIV.  
Dilecte Filii, salutem, & Apostolicam benedictionem.

„Reddit sunt nobis per Dilectum Filium, eundemque primum administrum nostrum, Sylviium Cardinalem Valentem, vestre litteræ, quibus subortam inter vos in re gravi sanè momenti controversiam exponitis, eamque iudicio nostro subicitis. Non possumus equidem non magnopere commendatè propositum vestrum, quo sedem Apostolicam consulendam censuimus, eaque definitionem exposcendam, ut sanè unanimiti consensu amplectamini; quam si omnes, cum similes emergerent quæstiones pati docilitate exquirere, & sequerentur, non tantumta successeret in dies inter Evangelicos operarios opinionum varietas, nec doleremus aliquando, ob eorumdem in tradenda morum docetina divergas sententias, in partibus distracti Christianum populum,

etiamque scindi mentium, animarumque concordiam, quam Christus Dominus Ecclesie suae commendatam, voluit utque adeo, ut ea praesertim, quae si tessera discipulos suos cognoscendos praedixerit.

Exposuistis itaque nobis, non ratio isthic contingere, ut Catholici matrimonium inter se contracturi, solum astant Magistratum, aut haereticum ministellum, quibus se sistere legibus patriae coguntur, & contra illis mutuum expriment in conjugium consentum, quem tamen postea renovare coram legitimo Ministro Catholico, & duobus testibus, utri Tridentinum praecipit, aut omnino negligunt, aut in longum tempus differunt; interim vero, penitent ac si legitimi conjuges iam forent, non dubitant omnem conjugalem consensum inter se habere. Quae visus deinde, quid de illo consensu sentiendum sit, coram civili Magistrato, aut haeretico ministello, praescripto; non scilicet satis fuerit, ad perficiendum matrimonium validum, saltem in ratione contractus, quod alter ex vobis affirmat, alter inficiatur; est ad Sacramentum dignitatem non assurgat, quod nemo vestrum in questionem adducit; si enim res ita se haberet, ut primus existimat, subsequens inter consentientes copula, etiam ante renovatum coram Parocho Catholico consentum, omni flagitio vacaret, & suscepta exinde proles, absque ulla dubitatione esset legitima reputanda.

Jam vero ut postulatis vestris breviter simul, & dilucide respondeamus, unaque controversiam omnem iudicio nostro praedicamus, sic habere: ubique promulgatum & receptum sit Concilii Tridentini de-

cretum cap. 7. sess. 24. de refor. matrim. ibi nulla prorsus, atque in omnibus Ecclesie suae commendatam, quam coram alterutris contrahentium legitimo Parocho, aliove Sacerdote Parochi vices agente, & duobus testibus, celebrata. Scimus profecto, esse Theologos, qui in ipso Fidei matrimonium contractum a Sacramento ita dividunt, ut illum omnino perfectum quandoque consistere credant, quum ad Sacramentum excellentiam pertingat. Sed quidquid sit de hac opinione, quam nos quidem nunc in medio relinquimus, ea certe, quod attinet ad rem praesentem, locum nullum sibi vindicare potest apud eos, qui Tridentina lege obstringuntur; etenim, qui, praeter formam a se praescriptam, matrimonium contrahere attentat, eorum Tridentina Synodus non Sacramentum modo, sed contractum ipsum irritum diserte pronuntiat, atque in eius verbis utamur, eos ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos esse decernit.

Quare cum inter Catholicos in istis provinciis degentes, & promulgatum, & receptum jam fuerit illud Tridentini decretum, quod ambo fatemini; perspicuum est, matrimonium ab ipsis invicem initum, coram civili Magistrato, aut a haeretico ministello, & non item coram proprio alterutris contrahentium Parocho, & duobus testibus, neque in ratione Sacramenti, neque in ratione contractus sustineri, aut ullo pacto validum reputari posse. Neque vero rationes, propter quas valida pronuntiamus matrimonia, quae aut ab haereticis inter se, aut a Catholicis cum haereticis, in istis Foederatis provinciis contrahuntur, non servata forma

Tri,

Tridentini, aprari quoniam conjugum inter se initis a Catholicis, quorum quilibet Tridentini decreto se obstrictum agnoscit, ejusque se auctoritatem sequi profuturum.

Sciant itaque Catholici vestrae curae concessit, cum civili Magistrato, aut haeretico ministello, matrimonium celebrandi causa, se sistunt, actum se merè civilem exercere, quoniam suum erga leges, & instituta Principum obsequium ostendunt; ceterum istum quidem nullum a se contractum matrimonium. Sciant, nisi coram Ministro Catholico, & duobus testibus nuptias celebraverint numquam se, neque coram Deo, neque coram Ecclesia, veros & legitimos conjuges fore; nec si interim conjugalem inter se consuetudinem habuerint, eam gravi culpa carituram. Sciant denique, si qua ex huiusmodi conjunctione oriretur soboles, eam utpotè ex non legitima uxore natam, in oculis Dei fore illegitimam, & nisi conjuges consensum ex Ecclesiae praescripto renovaverint, illegitimum perpetuo futuram etiam in Ecclesiae foro.

Erit porro officii vestri, haec omnia, cum commoda se obtulerit occasio, itaque ea, quam rerum circumstantiae vobis adhibendam suaserint, circumspicione & cautela, singulis explicare prolixius; simulque omnes commovere, ut siquidem religionis consuetudini; & terreni Principis sanctionibus obtemperare coguntur, faciant illi quidem, sed Religione salva, potioresque dicant sanctissimae Ecclesiae leges, quibus fidelium matrimonia constringuntur. Illud praeterea vobis curandum est, ne etiam duo Catholici civilem illam, ac merè politicam coram haereticis caeremoniam peregerint, nimium inter se familia-

ter agant, aut sub tecto in communi habitent, nisi se prius veris & legitimis nuptiis, ex norma Tridentini, alligaverint; quamquam enim ea familiaritas esse possit sine flagitio, flagitii certe periculo, & suspitione non vacat; utrumque autem probis, & bene moratis Christianis fidelibus cavendum est. Ad ejusmodi periculum vitanda pericula, ergo noscimus, consultis utique fore, ut Catholici, non nisi matrimonio iam antea in faciem Ecclesiae inter se legitime celebrato, ad illam expleendam civilem caeremoniam, excolant Magistratum, seu haereticum ministellum adirent; sed quoniam ex vestris literis deprehendimus, id non sine periculo, & perturbationibus posse adimpleri; id saltem pro viribus satagite, ut postquam reipublice morem istum gestaverint, non diu differant Ecclesiae legibus parere, & conjugale foedus iuxta praescriptam a Tridentino normam rite & sanctè inire, & si quid super hac re, tum super aliis, quae istam Missionem respiciunt, vobis suggerendum esse putetis, communicato inter vos consilio, operam nostram implorate, quam semper praesentem inveniemus. Episcopi, tota haec nostra tibi, dilecte fili, Paule Simon à Sancto Joseph, inscripta est; eam tamen volumus a te communicari etiam dilecto filio Hadriano Augustino Won-Duk Pastor Leidensi, cujus scriptum super ea, de qua nunc agitur, controversia à supradicto Cardinali de Valentibus nobis oblatum libenter perlegimus.

Postremo vos hortamur majorem in modum, ut istam Domini gregis non contemnendam portionem, sedulo sicuti laudabiliter haereticis fecistis excolere, atque ad omnem

plie-



pietatem informare pergatis. Vobisque interim Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae a quod Sanctam Mariam Majori, die 17. Septembris 1746. Pontificatus nostri anno septimo."

VI. Quae haereticis dicta, & narrata sunt, ad ea pertinent loca, quae infidelium, aut haereticorum Principum ditioni subsunt; sed alia loca non desunt, in quibus etiam alia Religio, praeter Sanctam Catholicam Romanam non toleretur, complures tamen occulte vivunt ab illius communicatione extranei, qui Catholicorum specie praeserentes, matrimonia cum Catholicis incurrunt; eaque occasione Catholicus Parochus accersitur, qui matrimonii celebrationi assistat, licet hic privata scientia satis superque compertum habeat, alterum ex contrahentibus hereticum esse. In arduis huiusmodi circumstantiis, sunt qui contendunt, debere Parochum, nulla opposita difficultate, vel mora, matrimonio assistere, nec in occultum contrahentium fidem subtiliter inquirere, quoniam matrimonium inter Sacramenta vivorum connumeretur, cum etiam Eucharistia, quae vivorum Sacramentum est, peccatoribus occultis, cum ad eam recipiendam publice accedunt, non denegetur, juxta doctrinam S. Thomae 3. *part. q. 80. art. 6.* Contra autem alii reputantes, quod in Sacramento matrimonii tenetur Parochus suam assistentiam denegare, si noveat privata etiam scientia, impedimentum aliquod adesse, ne dum dicitur, sed vel dumtaxat impediens, ut puta sponsalia cum aliis praecedenter contracta, vel votum simplex castitatis ab alterutro contrahentium emissum; in eoque rerum statu, illius officii partes esse, ut Ecclesiastica Superiore, sive Episcopum, de ea re certiores faciat, qui oppor-

tunè consulere, & providere valeat; eadem ratione, docent, atque consentiunt, se gerere debere Parochum, qui advocatur ad assistendum matrimonio, in quo ipsi constat, quantumvis privata scientia, alterum ex contrahentibus, pro orthodoxo publicè habitum, haereticæ sectae occulte adherere. In Aqueensi Concilio, quod anno 1485. celebratum est, ad tit. de Parochis extat decretum huiusmodi: *Nullus Parochus, pena illius excommunicationis propositae, Sacramentum ullum administrare audeat haereticis quibusvis, vel quocumque modo à Fide Catholica aversis, nisi prius constituerit, illos resipuisse, & Ecclesiae ritè conciliatos fuisse; tom. 10. Collectionis Harduini, col. 1562.*

VII. Altera hæc sententia, non solum priore tutior, sed etiam communior est. Cum autem illius defensoribus onus incumbat diluendi argumentum illud, quod contra eam obijciatur, de peccatore occulto publicè Eucharistiam petente, quam illi administrandam esse paulo ante significavimus; id sane aggreditur Sanchez in lib. 3. de Matrimonio disp. 15. n. 17. Verum felicitas rem conficisse videtur Cardinalis de Lugo de Sacramentis disp. 8. sect. 13. n. 208. & seq. quem super hac re consuli volumus; cum minime consilium nostrum fuerit, ut hic ex professo, ut ajunt, Tractatum de Matrimonio conscriberemus. Illud ad suscepti instituti rationem pertinet, ut Episcopis, in quarum Dioecibus haeretici, cum publicè versari non permittantur, occulte vivunt, magnopere suadeamus, ut sive in Synodis, sive alia quacumque opportuna ratione, certa praescribantur regulas de his, quae praestari debeant ab illis omnibus, qui occulte haeresis suspicionem laborant, antequam Parochi ad Sacramenta illos admittant, atque adeo antequam eorum

matrimonii assistant; severiores autem preces constituant adversus eos, qui expletis semel illis acribus, qui pro solenni probatione eorum orthodoxæ Fidei praescripti sunt, atque ita ad Sacramenta Ecclesiae Catholicae, & ad matrimonii celebrationem admitti, in haeresim postmodum relapsi deprehendantur. Hac enim tuta agendi methodo Parochis suppeditata, si ipsi eam sequantur, ab illis eximentur angustiae, in quibus haerere merito solent, cum ad assistendum matrimonio accersuntur, privata scientia compertum habentes contrahentium alterum, tamen pro Catholico habeatur, haereticum esse poterunt siquidem, atque debebunt, in huiusmodi circumstantiis, eas probationes ab illo exigere, quibus se Catholicum esse, certa, & irtractabili professione demonstrat, secundum ea, quae ab Episcopo in Synodo, vel in aliis ordinationibus, praescripta fuerint.

## CAPUT VIII.

De Constitutionibus Synodalibus ad Missae Sacrificium spectantibus, quae peculiaribus quibusdam Dioecibus, non vero aliis, congruere possunt.

Præter Ecclesiae disciplina circa numerum Missarum, quae singulis diebus à Sacerdote celebrari possunt, unum duntaxat Sacrificium quovis die offerri permittit; excepto Natali Jesu Christi solemnè die, quo recurrente, cuicunque Sacerdoti fas est ter Missam celebrare, modò à purificatione abstineant, ne alioquin, ea sumpta, frangat jejunijs naturale, quod alteram, ac tertiam Missam necessario praere debet, ut expressè statutum in *Can. sufficit, de Consecrat. distinct. 1. in Cap. Te referente, & in Cap. Consuluit, de celebratione Missarum.*

II. Nonnullæ tamen à Theologis excitantur quaestiones circa alios casus, in quibus licere ajuat dicitur eadem die, gratiam extra praedictum Nativitatis Domini festum, Missas celebrare; veluti si priore Missa expleta, infirmo jamjam morituro ministranda sit Eucharistia per modum Vatici; si nuptiarum beneficio urgeat; aut festo die, caelioris nobilitatis, aut dignitatis quispian superveniat, qui Sacrum non audierit, & Missam iterari postulet, ut Ecclesiae precepto faciat satis, nec interim in hisce rerum circumstantiis alius Sacerdos praesto sit, praeter eum, qui Sacrum pridem obrulit. Regino Abbas, qui floruit decimo Ecclesiae saeculo, in libro de Ecclesiasticis disciplinis n. 57. monet Episcopum, ut visitationem instituat, pro Parochum interroget, si tempore statuto, id est circa horam tertiam dicit, Missam celebret, & post hæc, usque ad mediam diem junct, ut hospitibus, atque peregris vententibus, si necesse fuerit, possit Missam cantare. Quidquid vero sit de huiusmodi Theologorum quaestionibus; hodie unus duntaxat superest casus, quo Sacerdoti fas est uno eodemque die geminum offerre sacrificium; si nempe idem Parochus, duarum Parochiarum curam gerat, quae ad invicem longo satis intervallo distocentur, ex quo fiat, ut vix, aut ne vix quidem, utriusque Parochiae populus in unam se conferre possit Ecclesiam ad Sacrum audientium. In quo rerum statu concors omnium opinio est, Parochum ne dum possit, sed plane teneri bis eodem die Missam celebrare, se postquam in una Parochia Missam expleverit, ad aliam accedere, ne alterutris Ecclesiae populus, die festo, à Saero audiendo excludatur. Rem hanc fusiore stylo expendimus in tractatu nostro de Sacrificiis *Missae rect. 1. §. 34. & seq.* ubi in unum

unum colligere studium quidquid circa eam cum ex veteri, tum ex recenti Ecclesie disciplina, nobis haerere licuit. Itaque ad eandem lucubrationem lectores amandamus, ne acutum agere videamur.

III. Cum per Oescensis Dioeceseos tractum, non uno in loco, duz Parochie, longo intervallo distat, sub uno animarum Rectore soletur, Parochis illis consilium incidit, ut, post sacrum in una Ecclesia peractum, aliud eodem die in alterius Parochie Ecclesia celebrarent. Verum Solers Episcopus, edita Synodali constitutione, id vetuit; non enim deesset Sacerdotes, qui post Missam à Parocho in una Ecclesia Parochialis celebratam, possent illius vice in alia Parochia Sacram obire. Excitatum has de re controversiam nos definitivum favore Episcopi, cujus Synodalis Constitutio firmo satis imputebatur fundamento. Tunc enim solummodo permitti potest, die festo, Missarum celebrationem iterari, ne alterutris Parochie populus solemnè Sacrificio careat, eum nemò, præter Parochum, adest, qui in altera ex Parochiis Missam celebrare valeat. Ast ubi alii suppetunt Sacerdotes, qui in secunda Parochia rem divinitam facere possunt, prædicte disciplinæ indulgentia locum non habet; ut accuratè expendimus, tandemque decrevimus. In Constitutione nostra, *ordinè tertia Bullari nostri, tom. 2.* quam lectores consulere poterunt; nolimus enim, quæ pridem scripsimus, hic rursum inlabili labore repetere.

IV. In quarundam Civitatum Ecclesiis mos obtinet specialì quopiam privilegio firmatus, celebrandi Missam in pervigilio Nativitatis Domini ante noctis dimidium. Cumque Synodali sanctione Episcopi decreverint, nulli fas esse Sacrum obire, qui à preceden-

tis noctis dimidio jejuni non sit, nonnulla sine prodire controversiarum capita. Onus quippe minime ferendum imponi visum est Sacerdoti, si à media nocte, quæ præcessit, ad illud temporis spatium, quo sequenti nocte Sacrificium offerre debet (etiam hujusce noctis dimidium, ex vi privilegii, nondum expectet) jejuniu obstringatur. Neq. defuere qui arbitrarentur, ex privilegio semel obtento, necessario sequi exemptionem à lege jejunii, quod aliàs à precedentis noctis dimidio servandum præcipitur. Itaque existimant, Sacerdoti, qui ante noctis dimidium jus habet Missam celebrandi, licet præcedenti die Sacrificium offerre, & ablutionem sumere, imò & prandio sese reficere; tum maxime, quod in sacra antiquitate nonnulla suppetunt monumenta, ex quibus colligitur, Sacram Eucharistiam etiam non jejuniis ministratam fuisse. Enimverò, ut alibi videbimus, infantibus, quos matrum ubera paulò ante lactaverant, olim Eucharistiæ Sacramentum post Baptisimum potrigebatur, ut patet à Sacramentario Gregoriano apud Hugonem Menardum, *tom. 3. Oper. Sancti Gregorii, pag. 75.* ubi legitur: *Pontifex verò redditi in Sacramentum, expectans, ut, cum vestiti fuerint infantes, confirmet eos qui etiam non prohibentur lactari ante sacram Communionem, si necesse fuerit.* Concordat etiam Ordo XV. Ecclesie Apamiensis penes Martene de *Antiquis Ecclesie ritibus, lib. 1. c. 1. art. 18. col. 206. lit. C. edit. Antwerp.* Neque primus Ordo Romanus, relatus à Mabillonio *tom. 2. Musæi Italici pag. 28. no. 26.* statuit, ut infans à lacte, aliòve cibo abstineat à precedenti nocte, sed jejuniu dumtaxat indicit unius horæ spatio servandum, hoc est ab eo tempore, quod à Baptismo ad Eucharistiæ sumpcionem intercurrit.

Not

Nec silentio prætereundus mos ille, qui apud Fideles olim invaluerat feria quinta in Coena Domini, quo die ad sacram Synaxim accedebant post comestionem: *Sacramenta Altaris non nisi à jejuniis hominibus celebrentur, excepto die adventuario, quo Coena Domini celebratur;* ut legitur in *Can. Sacramenta Altaris, de Consecrat. dist. 1.* Quæ de re Interrogatus S. Augustinus in *epist. 54. ad Januarium*, respondit, servandam esse locum consuetudinem.

V. Ut rectè dissolvatur hæc controversia, quæ non nisi ad peculiaris Dioecesis gubernium pertinet, licet, quæ sequuntur, prænotasse juvabit. Et primo, juxta Missalis Rubricas, tempus ad privatam celebrationem Missarum statutum ab aurora initio incipere, & ad meridiem usque includi præcedi; & quamvis ex ejusdem Rubricæ præscripto, pro conventuilibus, ac solemnioribus Missis certa quædam hora definitur, ea tamen eisdem limitibus includitur, nimirum ab aurora ad meridiem. Cujus rei causam explicat S. Thomas *3. part. quest. 83. art. 2. ad 4.* nosque nonnulla iterum adnotavimus in Pastoralibus nostris Institutionibus Bononiæ editis, ac præcipue in ea, quæ *tertiadecima* occurrit in Latina editione.

VI. Secundo etiam post constitutum, & usu firmatum ejusmodi disciplinam, adhuc tamen veterem consuetudinem celebrandi Missas vespertinas quibusdam per annum noctibus in more permansisse. De Missis hæc vespertinis consulendus Vicecomes de *Ritibus Missæ lib. 3. cap. 59.* ubi fusiori stylo rem tractat. Noctibus, quibus Sacrificium offerrebat, S. Thomas *loc. cit.* accenset noctem Sabbathi Sancti quæ Dominiacæ Resurrectionis immediate præcedit, atque tunc temporis Missam

celebrari consuevisse *circa noctis principium.* Sed alii aliud tempus designant, hoc est post noctis dimidium. Ita sentium Suarez *tom. 2. in 3. part. disp. 46. sect. 2. & tom. 3. disp. 80. sect. 3. & Secunda exceptio;* Vasquez *tom. 3. disp. 272. c. 2. à n. 25.* Binius *tom. 1. Concilior. pag. 77. n. 66.* Saussay *p. 2. Panoplie Sacerdotialis l. 1. c. 9. art. 2. §. 3.* Rursum alii non jam post mediam noctem, sed eo temporis spatio, quod ad dimidium noctis accedit, Sacrificii tempus statutum, ut refert Cardinalis Bona *Ret. Liturg. l. 1. c. 21. n. 4.* quæ quidem sententia cæteris probabilior videtur, cum à S. Hieronymo *c. 24. in Math.* doceatur, in Pascha pervigilio populum ante noctis dimidium non dimitti; quod satis ostendit, Missam vespertinam paulò ante mediam noctem fuisse absolutam, ut scilicet ratiocinatur Henauz *part. 2. de Sacrificio disp. 21. sect. 5. n. 48.* Verùm cum priscilla consuetudo Missam celebrandi nocte Sabbathi Sancti, iusti de causis sublatam jam fuerit, nihil est, quod in hanc rem plura congeramus.

VII. Tertio prænotandum, etiamnum vigere consuetudinem celebrandi Missam ipsa nocte, quæ diem festum Nativitatis Domini antecedit. Nocte sancta Nativitatis Domini Salvatoris, Missas celebrent Presbyteri, & hymnum Angelicum in illis solemniter decantent, quoniam & eadem nocte ab Angelis Pastoribus nuntiatus est; sic habet textus in *Can. Nocte sancta, de Consecrat. dist. 1.* Quæ verba cum nullo modo deficiant tempus noctis, quo Sacrum offerre liceat, profectò ritum Missas celebrandi post noctis dimidium, à communi, & universali consuetudine, quam Ecclesia probavit, reperamus oportet ut animadvertit Pasqualig. *de Sacrific. noce Legis tom. 1. q. 405. per 101.*

VIII. Quarto præmittendum, nonnum-



numquam summos Pontifices Ecclesiis aliquibus tribuisse privilegium celebrandi Missas in pervigilio Nativitatis Domini ante noctis dimidium. Quo pertinet Indultum Alexandri VI. editum 6. Augusti 1501. favore monasterii Canoniorum Regularium Venetis erecti sub titulo S. Mariae Charitatis, quod quidem privilegium refert Flaminius Cornelius in *decade septima* Ecclesiarum Venetarum, quarum ipse monumenta eruditè illustravit. Pius V. Praefectoris Alexandri exemplum sequuntur, die 27. Februarii 1562. pari beneficio donavit Montales S. Mariae Miraculorum, eiusdem urbis; & sequenti anno 1563. instans Equite Jacobo Superantio, Venetae Republicae apud S. Sodem Oratore, benignè annuit, ut in Collegiata, & Parochiali Ecclesia S. Pauli, Missae Sacrificium peragi posset prima hora noctis, quae Natalem Christi diem antecedit. Praeterea ante ejusdem noctis dimidium, sollemnis Missa in augusto S. Marci Templo celebratur; idemque ritus in aliis Ecclesiis benè multis, Venenis obtinet, ut nos ipsi, quo tempore munus à Secretis Congregationis Concilii gerabamus, multis prolati monumentis olim ostendimus in folio quodam, quod typis evulgatum in causa *Venera* 13. Julii 1720. prostat *tom. 1. Thesaur. Resolut. Sacrae Congregationis Concilii pag. 345.*

IX. Quintò, S. Pontifex Pius V. privilegia omnia de Missae Sacrificio ante dimidium noctis Nativitatis Domini celebrando, abrogavit per Constitutionem, quae incipit *Sancitissimus in Christo*, & inter ejusdem Pontificis Constitutiones recensetur *ordine quarta tom. 2. Bullarum Romani*. Hinc communi suffragio Scriptores affirmant, non licere post Piam sanctionem ullibi celebrare Missas in pervigilio

Nativitatis ante mediam noctem, esto ex vi precedentium privilegiorum, id olim in Ecclesiis aliquot obtinisset. Ita censet Azor *Instit. moral. part. 1. l. 10. c. 25. q. 3.* Francolin *de tempore Horar. Canon. c. 29. n. 11. & 14.* Cardinalis Brancianus *de Privileg. Capell. Cardinal. pag. 16.* Clericus *de Sacrific. Missae dect. 29. n. 15. & 16.* Quod si etiam nostra aetate aduc Venetis in Ecclesiis nonnullis mos perseverat Sacrum offerendi ante dimidium noctis, quae Festum Nativitatis praecedit, id aut ab aliis privilegiis posteriori aevi indultis repetendum est, aut à veterum privilegiorum confirmatione, justis ac rationabilibus causis ita suadetibus, concessa, ut contigisse neminimus in Pii IV. Diplomate favore Collegiatae, & Parochialis Ecclesiae S. Pauli, quam supra memoravimus. Etsi enim Congregatio Concilii die 17. Julii 1710. rescipserit, hoc privilegium per Pii V. Bullam fuisse revocatum, addidit tamen, consulendum summo Pontifici, ut Pii IV. Indultum confirmaret; nec Pontifex confirmationem denegavit.

X. Postremo, aliquid etiam de jejunio ab his servando, qui aut Missam celebrant, aut sacram Eucharistiam percipiunt, praemittere opportunum ducimus. Vetusissima sane est Ecclesiae disciplina, quae praecipit, neminem ad Eucharistiam accedere posse, qui jejunus non sit; nec desunt qui ejus initia reperant ab aeo Apostolico, ut probat Cardinalis Bona *Res. Liturgicar. lib. 1. c. 21. Ut nullus post cibum, potumque, sive quodlibet minimum rumpit, Missam facere praesumat*, verba sunt decreti, quod Antero Pontifici à nonnullis tribuitur. *Ut nullus accipiat Sacrificium post cibum, aut post aliquam parvissimam refectionem, nisi pro Viatico*, verba sunt

sunt alterius decreti, quod sub Eutyriano Pontificis nomine ab Ivone recitatur *part. 2. cap. 45.* Haud ignoramus; ejusmodi decreta apochryphis recenseri. Quidquid vero sit de genuino illorum auctore, nemo tamen, qui sapiat, inficiabitur, jam tum ab antiquissima aetate invaluisse consuetudinem ministrandi jejunis Eucharistiam, esto definitum originis tempus adhuc sit incomptum.

XI. Statuta autem necessitate jejunii, ejusque jejunii, quod naturale vocatur, superest inquirendum, à quo tempore illius initium desumi debeat. Juxta communem Ecclesiae consuetudinem, cujus enim exordia adhuc ignorantur, jejunium illud à noctis dimidio incipit, & usque ad tempus, quo Eucharistia sumitur, perseverat. Ita unanimi consensu docent Theologi, duce D. Thoma, qui *3. part. q. 80. art. 8. Ad quintum*, ita loquitur: *Ecclesia Romana diem à media nocte incipit; & ideo, si post mediam noctem aliquis sumpsit aliquid per modum cibi, vel potus, non potest eadem die hoc sumere Sacramentum: potest verb, si ante mediam noctem.* Excipit tamen S. Doctor in *precitato art. 8. infirmum*, cui etiam non jejunio, ministrari poterit Eucharistia, si periculum mortis imminet, ne forte saluberrimo Corporis Christi Viatico destitutus moriatur. Consonat Rubrica Missalis *tit. 9. n. 7. in eodem jejunii naturalis initio designando*, atque huc refert etiam possunt, quae lato calamo scripsit Theodosius Rubeus in *Horario universali cap. 20.* Hoc naturale jejunium quancumque vel minimam cibi quantitatem, sive ut ajunt, materiae parvitate excludit, quae tamen cum Ecclesiastico jejunio componi potest. Hinc patet utriusque jejunii latum delictum, quo multis demonstravimus in *Tract. de Sacrificio Missae sect. 2.*

§. 96. *Latine editum*, contra singularem ejusdem sententiam, quae adtroce iudicatur, jejunium naturale per modicissimam cibi partem non laedi. Huic sane non parum favet Petrus Ledesma; qui in *quast. 24. art. 2.* veterum Theologorum opinionem obtinens, asserere non dubitavit, licet re Sacerdoti, plures Missae celebraturo, ad secundam, & tertiam Missam progredi, etsi in primo Sacrificio consecratam purificationem sumpsisset. At Henas in *en. disp. 1. 20. sect. 4. num. 46.* id falsum esse demonstrat, relatis auctoritatibus Paludani, Durandi, Gabrielis Biel, Sylvestri, ac aliorum. In Decretali Innocentii III. quae incipit *ex parte, de celebrat. Missar.* injungitur Sacerdoti, ut purificationem sorbeat, *postquam latum accepit Eucharistiae Sacramentum*; mox verbò Pontifex monet, ne Sacerdos ita se gerat, si pluries eodem die Sacrificium offerat; *Ne, à foris vinum purificationis acciperet, celebrationem aliam impediat.* Eadem occurrunt in Sacramentario Gregoriano *tom. 3. pag. 111. litter. G.* Ad vigiliam Sancti Petri, & Pauli haec verba concepta: *Quando Apostolicus duas Missas celebrat una die, inter eas non lavat os, nisi post officium; sed abique intervallo, finita prior incipit altera.*

XII. Certa igitur Ecclesia constituit disciplinam, cum circa numerum Missarum, quae à Sacerdote uno eodemque die offerri possunt, tum circa tempus ad Missas celebrandas statutum, tum etiam circa jejunii legem à Sacerdote servandam, necnon circa definitum temporis limitem, à quo jejunii naturalis initium ducere oportet. Cùm tamen in hac Ecclesia economia nihil occurrat, quò à naturali, aut Divina lege suam trahat originem; hinc sequitur, posse Romanum

num Pontificem, gravius quampiam, ac legitima curia impellente, super huiusmodi Ecclesiasticis Constitutionibus dispensare. Sed cum plura sint relata Ecclesiasticæ discipline cauita, quæ ad invicem distinguantur, quippe quæ nullo necessario nexu inter se copulantur; hinc etiam sequitur, dispensationis beneficium ab uno ad alium casum, cuius expressa non fiat mentio, extendi non posse. Quocirca improbanda est illorum opinio, qui ex privilegio Missam celebrandi ante dimidium noctis Nativitatis Domini, inferunt, ipsam quoque jejuni servandi legem, quæ à dimidio præcedentis noctis Sacerdoti imponitur, fuisse sublatam. Ita ut is, exempli causa, qui Missam de vigilia Nativitatis prædixit celebraverit, & ablutioem hauserit, adventiente nocte, ejus tamen dimidio nondum elapso, solemnem Missam de Nativitate Domini celebrare valeat. Inultum præveniendi in eâ solemnitate statutum mediæ noctis horam, ideo à nonnullis cum prætexta exemptione à naturalis jejunii lege conjungitur; quia aliquin gravi nimis incommodo premeretur Sacerdos, si à præcedentis noctis dimidio ad subsequenter noctem, etiam non expectato illius dimidio, jejunium protraheret; & quia non desunt sacræ antiquitatis exempla, quæ probant, Eucharistiam non jejunio fuisse porrectam. At exaggeratum cum primis Sacerdotis incommodum, usque adeo grave non est, ut ferri non possit. Si quidem nostra etiam ætate multi numerantur, qui per idem temporis spatium, jejunium tolerant citra ullum valetudinis detrimentum. Quæ ex adverso producuntur monumenta, minus efficiunt. Haud infœciatur, infœribus prædixit lacte nutritis, ac Fidelibus feria 5. in Coena Domini præ-

dicto refectis, sacram Eucharistiam olim fuisse distributam. Reponimus tamen, prius exemplum ad rem non facere, ut cuique patet; posteras verò desumptum esse à peculiari dumtaxat quarundam Ecclesiarum more, quæ in memoriam novissimæ Coenæ, à Christo Domino celebratæ, olim institutus, aliquando apud illas viguit, sed jampridem in usu esse desinit.

XIII. Opportunius ad præsentem controversiam produci potuisset exemplum Pontificæ Capellæ, in qua primam Missam ante noctis dimidium celebrat, qui ut plurimum à præcedentis noctis dimidio jejunium non servavit. Antequam vero hujuscæ difficultatis nodum dissolvamus, abs re non erit aliquanto longius digredi, ut quæ hæc in re ad Pontificiam Capellam pertinet, accuratius explicemus.

XIV. Ex Diaristis, quæ Pontificiæ Cæremoniarum Magistri ab anno 1434. ad annum 1517. digesserunt, colligimus, Marulinum in Pontificia Capella incepisse circa octavam, novam, ac etiam decimam horam (ab occasu Solis numerando, juxta Italianæ morem) illius noctis, quæ diem Christi Natalem præcedit, ac præterea, sacrum hinc ritum, unâ cum solemni Missa, non nisi quatuor horarum spatio expleri consuevisse. Leo X. referente in Diaristis Paride de Grassis, anno 1517. ob adverte valetudinis incommoda, Pontificæ Capellæ initium statuit *hora quinta noctis*. Pontifex Hadrianus VI. veterem morem sequutus, horam noctis novam restituit. At Clemens VII. Paulus III. ac Julius item III. circa secundam, aut tertiam noctis horam Marulinum inchoandum mandarunt; hinc hora septima noctis ipsi etiam solemniori Missæ finis imponebantur.

Va-

Varius in hoc tempore designando fuit S. Pontifex Pius V. quandoquidem, eo jubente, anno 1566. Marulino initium dedit hora noctis sexta; anno 1567. hora quarta; anno 1568. hora quinta; anno 1569. hora octava cum dimidio; anno demum 1570. hora nona. Gregorius XIII. juxta veterem morem, tertiam, aut quartam noctis horam in usum revocavit. Atque hæc demum mos in Pontificia Capella deinde servatus fuit, & adhuc viget, statuta pro Marulini initio quarta hora noctis; ex quo sequitur, ut solemnis Missa paulo ante noctis dimidium perfoliatur.

XV. Jam verò à designatione temporis, & horæ, ad jejunium progrediamur. Cæremoniarum Magistri nonnumquam in Diaristis referunt, Cardinalem, qui Sacrum obtulit, ad Missam celebrandam accessisse jejunium. Nostri ætate Cardinalis Leander Colloredus, qui per quamplures annos Missam nocte Nativitatis Domini solemniter obtulit, jejunium à præcedentis noctis dimidio accuratè servavit. Eadem jejunii lege sese obstrinxit recolente memorie Benedictus Papa XIII. quem præterea novimus, ad meridiem usque Festi Nativitatis Christi, jejunium protraxisse; siquidem, post Sacrum in privilegio hora consueta noctis solemniter peractum, alteram Missam in aurora recitabat; ac postremo Missarum solemniam aut in Pontificia Capella, aut in Vaticana Basilica perficiebat. Quia verò aut multa occurrunt eorum exempla, qui jejunii accesserint ad Altare; contra verò frequentius continet, ut Cardinalis, qui nocte Nativitatis Sacrum explet, die præcedenti à refectioe non abstinuerit, superest, ut rationem, quæ id licere solet, inquiramus.

XVI. Sunt qui credant, Roma-

Tom. I.

num Pontificem quotannis litteras in forma Brevis expedire, per quas Cardinalis nocte Nativitatis celebraturus eximatur à lege jejunii, quod alioquin à præcedentis noctis dimidio servare teneretur. Ita putat Pasquali, in *Dictionibus Moralibus deis. 311. & deis. 451. de jejun.* Id tamen gratis assentitur, & hujusmodi litteræ re ipsa minime conceduntur, ut appositè animadvertit Diaza in *edit. coord. tom. 2. tract. 3. resol. 12. num. 4.* Alii, ut à difficultate se expediant, aliam inveniunt viam. Cardinalis de Lugo de *Sacramentis disput. 15. de Eucharistia sect. 2. à num. 55.* affirmat, Cardinalem, qui in privilegio Nativitatis ante noctis dimidium Missam celebrat in Pontificia Capella, jejunium naturale non frangere, etsi mane cibum sumperit, & Saceri oblatio mediæ noctem antevertat, nec ullam à Pontifice obtineat dispensationem. Cum enim, expressè Pontificis voluntate, certum temporis spatium ad solemne Officium peragendum fuerit definitum, Pontifex ipse mediæ noctem antipasse censetur, non universim quidem, sed quoad solum Pontificæ Capellæ locum, & quoad personam dumtaxat Cardinalis, qui Missam canit, ac aliorum, qui ibidem Missarum solemniam adstant. Ad hanc opinionem confirmandam, advertere iuvat, hæc esse Romano Pontifici Ecclesiarum dierum limites statuisse, absque eo quod mediæ noctis, vel auroræ physica momenta accuratius inspicat. Emissoverò in regionibus, in quibus, ob sublimiorem post elevationem, punctum mediæ noctis statui vix potest, punctum verò inventus auroræ magis adhuc later, quia plerumquæ nullum est; Ecclesiasticorum dierum initia à moribus, & consuetudine petenda

Q

da



da sunt; nimirum ab eo tempore, quo regionum illarum incolæ aut laboribus sese exercere incipiunt, aut quieti indulgent; ut olim sub Pontifice Urbano VIII. in Congregatione habita die 2. Novembris 1624. definitum fuisse testantur memoratus Theodosius Rubens in *Horario universali cap. 26. num. 17.* in alio Opusculo ad *Rubricam Missalis de aurora*, Cardinalis Brancatus in Dissertatione de *privilegiis Capelle Cardinalium pag. 22. & seq.* Merati ad *Gavantum tom. 1. part. 2. pag. 767. & pag. 1378. Decreta 276. Romane editionis.*

XVII. Sententiam Cardinalis de Lugo amplectuntur Magri in *Hieroglyphico verb. Nativitas Domini Averca de Eucharistia quest. 8. sect. 8. & Diana loc. cit. resolut. 11. & resolut. 12.* Quia verò nunquam fortasse Romani Pontifices de noctis dimidio in Pontificia Capella anticipando cogitaverunt, proindeque fundamentum, cui Cardinalis de Lugo, ejusque sequentes annuuntur, satis firmum non est; hinc meliori consilio alii sentiunt, ac docent; in proposito casu, licet expressa Pontificis dispensatio non appareat, inesse tamen tacitam, ac rationi admodum consonam. Enimvero, cum nonnisi præhabito summi Pontificis assensu, stata ad Matutinum inchoandum hora deficiantur, profecto summus Pontifex hanc ignorat, quo tempore in pervigilio Nativitatis Capella incipiat, qua hora solemnissimæ Missæ, cui nonnumquam ipsemet Pontifex interesse solet, celebretur. Et quoniam præterea compertum perspexit illi est, eum, qui Sacramentum offert, non esse jejunum, & tamen ullius unquam Pontifex edidisse fertur, ut Cardinalis ea occasione ante noctis dimidium celebrans, à præcedenti media nocte je-

junium servaret; nihil ultra requirendum videtur ad tacitam Pontificis dispensationem inducendam, æquitate tamen, ac rationis legibus consentaneam. In hanc sententiam descendunt Dicastillus *tom. 1. de Sacramentis tract. 4. de Eucharistia disput. 11. 9. dubit. 17. quest. 7. num. 404.* Gabriel de Henao *part. 2. de Sacrificio Missæ disputat. 22. sect. 4. n. 44.* Martinius *tom. 5. disput. 35. num. 64.* Quartus ad *Rubricam Missalis part. 3. tit. 9. sect. 1. in dubiis conscientie dub. 6.*

XVIII. Hanc tacitam Pontificis dispensationem, æquitate ac rationi consentaneam diximus; non enim temere advertitur Officii nocturni hora in Pontificia Capella; cum & ejusmodi anticipatio modica sit, & Cardinalibus, ac Prelatis, qui ea nocte eidem Capellæ intersunt, non modo valde opportuna, sed sæpe necessaria dignoscatur. Nam idem sequenti die ad aliam Capellam accedere debent, in qua summus Pontifex solemniter ut plurimum exercet Pontificalia. Quare cum illi, qui Episcopi, aut Presbyteri sunt, mane tres Missas sint celebraturi, antequam ad tertiam solemnem Missam in Capella peragendam revertantur; aut tempus illis deficiat, aut angustum nimis supererit, nisi per anticipatum nocturni Officii initium angustia temporis laxetur.

XIX. Quodsi rationi & æquitate consonum est horam antevertere; non minore rationis & æquitatis jure innuitur tacita dispensatio, quæ celebrantem in Pontificia Capella ante noctis dimidium à naturali jejunio eximit. Si enim humani corporis imbecillitatem, quæ in dies gravior fit, expendamus; quodque caput est, si ad celebrantem ætatem, quæ ut plurimum senilis est, oculos convertamus; faci-

le apparebit, vix, ac ne vix quidem sperandum esse, ut possit tantum jejunium tolerare. Pontifex Julius III. die 15. Martii 1554. per litteras in forma Brevis concessit Imperatori Carolo V. ut, antequam sacram Eucharistiam sumeret, paululum cibi gustaret *ad necessarium tantum utinam neutralitatis*; ac insuper eundem Imperatorem absolvit, quod antea, citra Romanæ Pontificis dispensationem, *de Medicorum consilio*, ad sacram Eucharistiam accesserit non jejunus. Pius item IV. à Portugallia Rege certior factus, quod nonnulli Sacerdotes, qui Indicæ regiones, ejus dominio subjectas, inhabitabant, aut propria infirmitate, aut æris intemperie occasione quibusdam remediis comestibilibus, aut potabilibus nocte uti consueverant; per alias litteras datas die 10. Februarii 1563. benigne indulgit, ut, si ipsæ illis post mediam noctem uti contigerit, Missam die sequenti celebrare valeant, *si urgentissima fuerit celebrandi necessitas; & paululum inde dormierint.* Præterea, inter Innocentii XIII. litteras in forma Brevis, una occurrit sub die 5. Octobris 1721. in qua regnanti Ludovico Gallie Regi conceditur, ut die coronationis suæ medicum *jectaculum* sumeret, vacillante Communionem, habita nimirum ratione diuturnioris temporis, quod in eo solemniter peragendo impenditur, ac imbecillitatis valetudinis ipsius Regis, qui ætate adhuc recens, corporis habitudinem nondum satis firmaverat, ut in memoratis litteris expressum legitimus. Pari privilegio idem Pontifex donavit Imperatricem Elisabetham, datis litteris die 20. Augusti 1723; ut scilicet modica refectione uti posset, quamvis communicatura, quo die illius coronatio in Bohemiam Regnam, solemnè pompa, ac in

multas horas protrahenda, fieri debebat.

XX. Ex hæcenus dictis colligitur privilegium celebrandi Missam in Pontificia Capella ante noctis dimidium, non quidem per necessariam connexionem secum ferre aliud privilegium exemptionis à lege jejunii; imò verò posterius hocce privilegium esse repetendum à tacita Pontificis dispensatione, quam satis probant ex rerum, ac temporis circumstantiæ simul sumptæ, quas supra memorabimus. Hinc sequitur, sublati hæc circumstantiis, iam nullum tacite dispensationis esse locum; ideoque ad jejunium naturale servandum teneri, qui alibi Sacramentum offerat, etiamsi æx Apostolico Indulto, media noctis articulum in Missæ oblatione præveniat. Consulendi in rem hæc Andreas Piscara *Cataldo in Præf. Cærimon. lib. 3. sect. 2. cap. 1. num. 4. pag. 291. & cap. 3. num. 1. pag. 293.* necnon celeberrimus Gavantus *part. 4. tit. 3. num. 5.* ubi ita loquitur, „Celebraturus ante mediam noctem ex privilegio, vel legitima consuetudine, verè non dispensatur in jejunio, necessario ad Missam. Ideo à prædicatione media nocte jejunet, neque in Missa vigiliæ sumat purificationem.“ Consonat diligens Scripturæ P. Merati *tom. 1. part. 2. Romane editionis pag. 857. num. 12.*

XXI. Itaque ut rem hæc expediamus, Episcoporum partes erunt, duo hæc in Synodis opportunè secernerent; ut scilicet primo edicant, nulli fas esse citra Apostolicam dispensationem, in nocte Nativitatis Christi Missam celebrare ante noctis dimidium; & id quidem fieri prohibeant, indicata in contumacis poena suspensionis, quam etiam probant, ac laudant Polacis in suis *Aphorismis sacrar. Cærimoniar. Aphorism. 1. n. 4. Pax Jordan. Elu-*

*curat. tom. 1. lib. 4. tit. 1. de Sacrificio Missæ nam. 97.* secundo aperte declarant, eos, qui ex Apostolico privilegio Sacrum obtinent ante noctis primidium, adhuc tenent lege jejunii, idque à precedentis noctis dimidio servandum esse. In ordine quodam pro Divini Officii celebratione, Romæ edito anno 1745. cujus etiam meminit Diana in edito. *tom. 7. tract. 1. resolut. 55. num. 7.* hæc legimus: «Missæ hujus sacratissimæ noctis debet celebrari post mediam noctem, àlitæ Sacerdos non celebraret jejuniis. Celebraturus ante mediam noctem ex privilegio, vel legitima consuetudine, non dispensatur in jejuniis necessario ad Missam; id est à pridiana nocte jejuniis, neque in Missa vigilia sumat purificationem.» Eadem occurrit in ordinario Patriarchali, quod anno quolibet Venetiis evulgatur, ubi ad diem 24. Decembris hæc legitur adnotatio: «Celebrantes ante mediam noctem sicut jejuni à media nocte antecedenti, adque non sumant purificationem in Missa quotidiana.»

XXII. In Regnis, atque ditionibus Hispaniarum, & Portugallie Regibus subiectis, ad id privilegium celebrandi tres Missas in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, quod olim pro aliquibus ex dictis Regnis, & pro quibusdam personis ibidem dependentibus invecutum, à nobis ampliatum, & declaratum est sub ea forma, quæ legi poterit in decreto nostro, Apostolicis litteris firmato, quod extat *Bullarij nostri tom. 2. num. 61.* Sane pro recto hujus privilegii usu plura observanda, pluraque opportuno præscribenda proximis; eaque omnia eodem decreto complexi sumus. Proindeque Episcopi locales earum regionum, in quibus lo-

cum habet hujusmodi indulgentiam, si quid stat utendum habeant circa triplicem illam Missarum celebrationem, ut errandi pericula evitent, eidem decreto nostro in omnibus, & per omnia se conformare curabunt.

## CAPUT IX.

*De Communione sub utraque specie quoad Laicos, Clericos, & Sacerdotes non celebrantes; de qua etiam quibundam in Synodis actum fuerit, in aliis tamen non expedit sermone instituire.*

**D**e Communione sub utraque panis, & vini specie latè egimus in nostro *Tractatu de Sacrificio Missæ, editionis Latine §. 756. & pluribus sequentibus;* ubi ostendimus primò, Fidei dogma esse, totum ac integrum Christum sub unaquaque specie contineri; secundo, eos, qui sub una tantam specie Christum sumunt, nullam fructuari gratia, quæ propria sit Sacramenti, & ad æternam salutem necessaria; tertio, nullo Dei præcepto iis, qui Missam non celebrant, Communionis sub utraque specie necessitatem imponi; quarto, ad Ecclesiasticam disciplinam unice pertinuisse, quòd Calicis usus aliquandò permissus, & Communiò sub utraque specie Laicis, Clericis, & Sacerdotibus non celebrantibus concessa fuerit, prævia tamen protestatione, per quam agnosceret se protestantur, totum ac integrum Christum Dominum sub utraque specie contineri; sequè et omnia, quæ supra exposuimus; eamque Fidelium dogma ab Ecclesia definitum, tenere, & credere.

II. In eodem *Tractatu nostro de Sacrificio Missæ* narravimus, Archiepiscopum Pragensem, ut Hussitas asse-

ditionibus, ac exilibus, quas propter ipsi denegatum à Constantiensi Concilio Calicis usum passim instaurabant, tandem avocaret, in Synodo habita anno 1416. Eucharistia Sacramentum sub utraque specie illis concessisset; mox tamen Martinus Papa V. decreto hocce privilegium fuisse revocatum. Præterea memoravimus, Concilium Basileense, Bohemias, ac Moravia populis usum Calicis tribuisse, modo in cæteris omnibus cum Ecclesia Romana conveniret, ac crederent, non minus sub panis, quam sub vini specie, totum ac integrum Christum Jesum existere; sed hæc illudem concessionem, ob varios, qui invaderant, abusus, fuisse sublaram. Insuper addidimus, Romanos Pontifices Paulum III. ac Julium III. Apostolicis Nunciis auctoritatem delegasse, ut Calicis usum Laicis permitterent; eos autem satius dixisse ab hujusmodi privilegii largitione abstinere. Tandem auctoravimus, Concilium Tridentinum hæc ipsam de usu Calicis discussionem, Romani Pontificis arbitrio expellendam reliquisse; ac Pium IV. ut refractarios, ac rebelles, ad veritatis semitam revocaret, per litteras in forma Brevis ad Archiepiscopum Pragensem datas indulgisse, ut nonnulli Sacerdotes Catholici destinarentur, qui præhabitis necessariis de Fide protestationibus, posset Eucharistiam sub utraque specie Laicis ministrare; verum cum spes à Pio IV. concepta, irrita cecidisset, imò ex hac benigna Calicis concessionem non levia prodissent mala, oportuisse ut successores Pontifices S. Pius V. & Gregorius XIII. beneplacitum illud, quod in perniciem vertebatur, è medio tollerent.

III. Nihil igitur hæc in parte addendum superest, nisi hoc unum, mirum temporibus Sixti V. & Pauli V. *tom. I.*

iterum de Calicis concessionem actum fuisse à instantibus Apostolicæ Sedis Nunciis, qui cum indulgentiam, si tunc temporis in eam revocaretur, in magnum Catholicæ Religionis incrementum cesuram pollicebantur. Placuit tamen postulata rejicere, ut patet ex monumentis, quæ in Archivo sacrae universalis Inquisitionis servantur.

IV. In Synodo Dioecæana ab Vratislavia Episcopo habita, atque in *cap. sexto de Eucharistia*, quod Apostolicæ Sedis Nuncio, jussu Pauli V. fuit transmissum, post rejectas preces à Nunciis, ut modo narravimus, porrectas, hæc, quæ sequuntur, circa Calicis usum statuta fuerit. Ipso capitis initio declarat Synodus, præcepto Eucharistia Communionis solo Pascheatis tempore Fideles obstringi; addit tamen, monendos eos ac hortandos, ut etiam solemnioribus festis Nativitatis Christi, Pentecostæ, & Assumptionis B. Mariæ Virginis ad sacram Synaxim accedant. Mox docet, jam tum ab Ecclesiæ primordiis Eucharisticam Communionem aut sub una panis, aut sub utraque panis & vini specie ministrari consuevisse; Ecclesiam tamen successibus temporis, justis, validisque rationibus suis suadentibus, hæc, quoad Laicos, probasse consuetudinem, ut nonnulli sub una panis specie sacra Eucharistia recederent. *Licet verò* (verba sunt Synodali capite) *ad usum Christianæ Religionis aliquando usum, aliquando utriusque speciei usus fuerit; progressum tamen temporis Ecclesiæ, gravibus & iustis causis adducta, consuetudinem sub altera tantum specie communicandi approbavit.* Admittit etiam concessionem à Pio IV. Regno Bohemias factam; nec inficiatur, Dioecæsan Vratislaviensem sub Bohemice Regni ditione constituti; fatetur tamen, se nolle à cõmuni Ecclesiæ disciplina



recedere: *Ex concessione autem Apostolica Sedis sub Pio IV. Pontificis felicitis recordationis Regno Bohemio facta, cui Provincia hæc, & Diocesis Wratislaviensis incorporata est, Laticæ Calicis usus liber permittitur. Nihilominus Ecclesie universalis approbatam consuetudinem, quantum Dominio suffragante poterimus, rursus intrudere cupimus.* Postremò methodum suppediat, quam hæc in re sequantur magistri erga discipulos, Sacerdotes erga parentes, quorum inter cetera filios erudire, Confessarii erga penitentes; ut omnes studio pacis & charitatis incens, communem Ecclesie consuetudinem ultro amplectantur: *Quod obtinebitur facillimè, ubi illos accuratè erudierint, tantum sub una specie, quantum sub utraque specie contineri.*

V. Pietatis, prudentiæ, ac pastoralis sollicitudinis legibus consentanea profectò est memorata Synodalis constitutio, si temporalis circumstantiis, quibus edita fuit, inspiciamus. At vero pari digna laude fortasse non esset, aut saltem inutilis videri posset Episcoporum cura, si quæ olim in Wratislaviensi Synodo sancita fuisse, ad eas Dioceses, & loca trahere vellent, in quibus, citra ullam controversiam, laudabilis ac inviolatum vigeret usus dispensandi laticæ Eucharistiam sub unica panis specie.

VI. Quoad hocce Episcopos, in quorum Diocesi pacifica viger consuetudo Communionis laticæ ministrande sub sola panis specie, hoc unum notari dignum superest explicandum. Accidit non semel, ut Lutheranus aliquis, qui pravo imbutus errore Eucharistiam sub utraque specie sumere consuevit, Catholicam Religionem amplectatur. In hoc rerum statu solent aliquando Episcopi, pietate moti, ab Apostolica Sede supplices postulare, ut

is, qui, heresi ejurata, Catholicæ Fidei nomen dedit, valeat in posterum Eucharistia Sacramentum sub utraque specie recipere, veteri consuetudine, cui pridem assueverat, non immutata; præmissa tamen protestatione, per quam se credere fateatur, totum integrumque Christum tam sub panis, quam sub vini specie contineri, ac spondeat, se non nisi in privata domus Capella sacram Eucharistiam sub gemina specie sumpturum. In toties memorato Tractatu nostro de *Sacramto Missæ* multa numerantur exempla Romanorum Pontificum, qui privilegium pro Communionis sub utraque specie, Catholicis Principibus aliquando ministranda, concesserunt. Hæc tamen exempla ad hæc, quam tractamus, equam transferri non possunt, tum quia personarum conditio, que ad privilegia impetranda plurimum allquando valet, diversa est; tum etiam quia suspicari non licet, eum, qui in Catholica Fide educatus, ab ea nunquam recessit, affirmare, aut docere posse, Communionem sub utraque specie Divino præcepto cunctis Fidelibus fuisse propositam. Contra verò timendum, ne is, qui longo tempore hæresim professus est, in veteri errore adhuc permaneat, quantumvis eum solemnè protestatione ejuraverit, atque in hoc ipso articulo nominatim id omne, quod Romana credit Ecclesia, se crediturum spondederit, cum præsertim de sinceritate protestationis antea emissa ex hoc ipso dubitandum videatur, quod nihilominus sacram Eucharistiam sub utraque specie accipere, post factam hæresim abjuratorem, in votis habeat; qui enim ita se gerit, videtur adhuc in eadem versari opinione, quam ante abdicatam hæresim fovebat. Hæc autem, aut his similia rationum momenta, in causa fuisse putamus, cur Prædecessor nos-

ter Urbanus VIII. anno 1627. privilegium à Barone quopiam Bohemo petitarum, ut in privato domus suæ Oratorio Eucharistiam sub utraque specie acciperet, constanter denegaverit. Neque vero nos ipsi facilliores hæc in re fuimus erga nobilem mulierem, priorem Lutheranam, postea Catholicam, quam tamen moneri curavimus, ut quoniam singulari Dei beneficio ad Catholicam Fidem accesserat, æquo animo se submitteret legibus Romane Ecclesie, quæ mater omnium clementissima, ac de filiorum salute impensis sollicita, quid prosit illis, quid noceat, optimè intelligit. Hujusmodi sensus eruditus ex oratione, quam super usu Calicis habuit in Concilio Tridentino Villalpanensis Segovienis Theologus, quomque Harduinus retulit in sua Conciliorum Collectione tom. 10. col. 310. *Tanti enim ipsud non, modo pie Christianeque ritus institui, Ecclesie auctoritas, & charitati opinio valere debet, qua non illa semper tanquam præmissa mater libera remissimè prosequuta est, nostraque commoda procurat, ut possitabilis, atque absque procul quocumque affectu, quem fortasse nos erga Calicem hunc tenere admodum induimus, verimaque, illi uni non, atque omnia nostra submittere, illud velle nolum, quod illa vult, illud optatum putare, quod optimè illa dicit, suspectumque habere certitudinem nostram, qua non ex obedientia Ecclesie oritur, & ortam jam continuo deserre debeamus.* Sylvius in 3. part. D. Thomæ, quest. 80. art. 2. quest. 4. proposito dubio, *Utrum Calix sit ex dispensatione concedendus hæreticis, qui sanctæ Romane Ecclesie imperio, ac legibus se obtemperaturos promittunt,* respondet, posse quidem hoc privilegium concedi; addit tamen: *Videtur*

*est, ut ejusmodi dispensatio expedit respectu hæreticorum nostri temporis.* Haud equidem ignoramus, celeberrimè hunc Scriptorem ita sentire de his, qui, heresi nondum ejurata, Calicis usum postulant, quo fruantur post hæresim abjuratam. Si tamen rationes, quibus ille utitur, expendantur, unusquisque facillè negotio dignoscere poterit, eas sibi locum vindicare etiam quoad eos, qui pro usu Calicis orant post hæresim ejuratam; inquit enim Sylvius, quod instantes pro usu Calicis ante hæresim abjuratam, ut plurimum ita se gerant, pravo errore ducti, quod putant, Eucharistiam sub utraque specie ex vi Divini præcepti esse sumendam. Jam vero hujus erroris suspicione non careant, qui hoc ipsum postulant post hæresim ejuratam. Addit quod, privilegio semel concessio, in præconcepta opinione magis adhuc obfirmantur hæretici, quibus latius aperiretur campus, et Catholicis audaciores insultarent, & contra infirmiores ac pusillos acceptam dispensationem ostentarent, perinde ac si Romane Ecclesie corum dogmata tandem probaret. Ac denique subdit, Sedis Apostolicæ indulgentiam ceteris exemplis futuram, ut privilegium petentis, quod illis concessum scirent; et quo communis ac perniciosa paulatim inolesceret consuetudo. Tanti Scriptoris animadversiones, & validò non deturuntur fundamento, & si quis eas accurate perpendat, easdem videbit utrique casui maxime aptabiles, hoc est tam illi, in quo hæretici ante hæresim abjuratam Calicem petunt, ut eo post ejurationem utantur, quam aheni, in quo converti ad Fidem Catholicam, Calicis usum post hæresim ejuratam efflagitant.

## CAPUT X.

De vernacula divinarum scripturarum lectione alienis prohibenda Synodali decreto, si abusus irrepererit; si tamen nullas abusus locus sit, huc de re illere præstatib.

Spiritus Roterus, inter Dominicæ familie alumnos accuratus Scrip- tor, & contra hæreticam præhensam Inquisitor, cujus multa cum laude meminit P. Echarius tom. 2. *Scripturae Ordinis Prædicatorum* pag. 188. celebrem edidit Dissertationem, de non verenda Scriptura Sacra in vulgarem linguam, quam anno 1348. Henrico II. Francorum Regi nuncupavit. Hæc lucubratiõ communi plausu in Gallis recepta, anno 1661. publica Cleri Gallicani auctoritate iterum prelo subjecta fuit. Tres item egregii S. R. E. Cardinales hoc idem argumentum pertractarunt, eorum mentem reselentes, qui aut plene necessariam, aut saltem opportunitatem, ac valde utilem iocubant versionem sacrarum Scripturarum in vulgarem linguam, ut mirum cuique promiscua esset earum lectio. Hos inter primus occurrit Cardinalis Stanislaus Hosius, qui in Tridentino Concilio Legati munere prælatæ functus est, lib. 3. de auctoritate Scripturae sacre pag. 227. aliter vero Cardinalis Jacobus du Perron lib. 6. cap. 6. *Respons. ad Angliam Regem*; tertius Venerabilis Cardinalis Bellarmus tom. 1. *Controversiarum Fidei* lib. 2. de verbo Dei cap. 13. Si quis autem nosse cupiat Scripserunt alios, & quidem bene multos, qui varios Tractatus, ac Dissertationes ærudio clamore elucubravit, ut ostendant, lectionem sacrarum Bibliorum, vulgari lingua red- ditorum, non esse cuique permitten-

dam, consulat volumen iusum Cleri Gallicani Parisiis editum anno 1661. ita inscriptum: *Collectio quorundam gravium Auctorum, qui ex professo, vel ex occasione, sacre Scripturae, aut Divinorum Officiorum in vulgarem linguam translationem damnarunt*. Quibus addere possumus, præter Jostum Fontanum in Opere de *Ita- lica eloquentia verb. Romano, sive Romano*, etiam Pasavantium in *Speculo veræ Penitentia*, ubi solidis probat rationibus, quam ardua res sit sacrarum Scripturarum verba, & accurate in vulgarem linguam conversio. Non enim sufficit, ad opus ite perficendum, sola linguarum peritia, sed alia inopesciat necessaria sunt, que ab interpresibus ut plurimum ignorantur. Nolumus hic silentio prætere Fredericum Furium Coriolanum, virum eruditione clarum, & Carolo V. Imperatori, ac Philippo II. eius Filio satis acceptum. Illic Auctor scripsit, ac evulgavit *Opus de Consilio, & Consiliario*, communi suffragio comprehensum commendatumque. Mex tamen sobrietas linguæ prætergressus, postquam Dissertationem adornavit anno 1666. Basilicæ impressam, cui titulus: *Bonomi, de re de libris sacris in vernaculam linguam convertendis*; cunctiorum indignationem, ac censuram promeritis, in quamplura sese contulit discrimina, teste P. Michæle à S. Josephi, nunc Episcopo Guadixensi, tom. 2. *Bibliographia Critica* pag. 413.

II. Propositum nobis non est, hanc controversiam universim expendere, ac funditus exhaurire; ab illis tamen abstinerere nolimus, que reverè cogitata, plurimum proficere poterunt. Itaque prænotare juvat primo, nummum Pontificem Innocentium III. opportuna adhibuisse remedia, ut modum imponeret divinarum Scripturarum versionem, cum earum in lin-  
gram

quam Gallicam translatio Metis vulgata, non leve in Diocesi illa tumultus excitasset; quippe vernacula lectio in omnium etiam muliercularum manibus; & ore versabatur. Consulenda in rem hanc memorati Pontificis epist. 247. lib. 1. pag. 432. & 434. juxta Baluzii Collectionem. Consulendus item Raynaldus ad *Ann. Christi 1199. n. 27.* Secundo, Clementem XI. Prædecessorem nostrum, per celebrem Constitutionem *Unigenitus*, nonnullas propositiones, hoc est 79. cum aliis pluribus, que sequuntur, ideo proscripsisse, quod communem omnibus induceretur necessitatem legendi sacram Scripturam; quo semel posito, etiam ipsa Scripturam in linguam cuique obviam translatio stantem omnia esset. Errori hunc Pontificia auctoritate con- xim, alii etiam Catholici Scriptores impugnarunt; quos inter numerandi P. Jacobus Fontana Societatis Jesu, tom. 7. *Operis*, quod Romæ prodit anno 1721. contra Quenellii propositiones. P. Fulgentius Bellelli ex Ordine Eremitarum S. Augusti, tom. 2. *Operis*, quod contra eandem Quenellii propositiones scripsit, ac Romanis typis edidit ann. 1737. P. Viva item Societatis Jesu, in suis lucubrationibus, quos adversus hunc ipsum errorem persequit, ac evulgavit.

III. Nec desuere complures Egypci, qui de orium custodia solliciti, promiscuam sacrarum Bibliorum vulgari lingua lectionem per Synodales Constitutiones e medio sublata voluerunt. In Concilio Tolosano, habito anno 1229. atque ab Harduipo in Concilliorum Collectione relato tom. 7. col. 278. cavetur cap. 14. ne laici libros retineant veteres, aut novi Testamenti, exceptis Psalterio, & Bre-

viario; mox vero additur: *Sed, ne*

*præciosos libros habeant in vulgari translatos ardentius invidemus.* Pari economi Concilium Provinciale Oxo- niense anni 1480. cit. tom. 7. Collec- tionis Harduipi col. 129. instituit c. 7. *Periculosa res est, testante Beato Hieronymo, texum sacre Scripturae de uno in aliud idioma transferre, eo quod in ipsi translationibus non de facili idem in omnibus sensus retinetur.* Deici prohibet, ne quisquam illum Divinarum Scripturarum librum in Anglicum sermonem transferre præsumat; versionem à Wiclefo institutam damnat; ac tandem decernit, nullas translationes recipi, nisi primam Concilii Provincialis decreto probentur. In nevissimorum Concilliorum, que in Gallis celebrata sunt, Collectione, à Ludovico Odespuno concitata, occurrit Concilium Provinciale Bituricense, habitum anno 1484. in quo sub tit. 4. de *abusu Scripturarum tollendo*, hæc decernuntur can. 2. *Omnia Biblia sacra, & quicvis alii libri de Fide & Religione, vernacula lingua scripti, recipiantur, nisi quos Ecclesia Catholica, & Ordinarii auctoritas prohiberit.* Eadem statuuntur in Concilio Hierosolimitano, anno 1672. à Patriarcha Dositheo adversus Calvinistas coacto; cuius Concilii Acta prostant in memorata Harduipi Collectione tom. 11. col. 263. & 268. Aditpulanter alla inter Concilia in Belgii provinciis habita, nimirum Cameracense, ac Mechinienne, necnon Synodi Diocæsanæ Brugensis, Yprensi, Gandavensis, Namarcensis, ac Leisidensis, quarum sanctiones promiscuam Divinorum librorum lectionem vulgari idiomate expressam proscribunt; ut testatur P. Fontana cit. tom. 3. pag. 593. sub num. 4.

IV. Hæc tamen Concilliorum, & Synodorum decreta utilitati ac ne-



cessitati consentanea fuisse arbitramur, quod in provinciis, ac Diocesis in quibus promulgata fuerunt, jam inoleverit abusus promiscuae lectionis sacrarum librorum, in materiam linguam, pro cuiusque lectoris intelligentia, captusque transitorum. At vero in locis, in quibus ejusmodi abusus nondum in viciis est, tutius provido consilio fortasse vitentur. Episcopi, qui vestram lectionem insectarentur, ac propositis penis interdicerent. Ea quippe hominum conditio est, ut vitentur in viciis, ac statim semel interdicto, perniciosa quaedam cupidine illecti, quod prohibitum audiunt, curiosos inquirunt; atque hac una de causa vetantem legem infringant, ut quod legis jussu in concessum norunt, introspiciant. S. Carolus Borromeus, prudentia, ac vigili cura verè magnus, in primo Mediolanensi Concilio, cui praesuit anno 1565. hanc legem servandam decrevit: *Ut Episcopi regulas Indicii de libris vocatis, de his, quod illi negotio à sacrosancta Tridentina Synodo praescripti fuerunt, ac auctoritate Sanctissimi Domini nostri Pii IV. editas, ad omnia librorum impressorum, ac Bibliopolicæ, cunctisque omnibus laicis, & Ecclesiasticis personis servari jubent.* Quarta autem Indicii regula jussu Tridentini Concilii statuta, & Pii IV. Pontificis auctoritate firmata, haec est: *vernaculam sacrarum librorum lectionem servanda praecipit. Cum extempore manifestum sit, si sacra Biblia vulgaris lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis eriri, hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur, ut cum consilio Parochi, vel Confessarii, Bibliorum à Catholicis*

*Auctoribus veterum lectionem vulgari lingua in concedere possint, quos intellexerint ex hujusmodi lectione, non d. in unum, sed fides & pietatis augmentum capere posse, quam facultatem in scriptis habeant. Qui autem absque tali facultate ea legere, seu habere praesumpserit, nisi prius Biblii Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.*

V. Quia verò insequentibus annis experientia docuit, Episcopos, & Inquisitores, quorum iudicio vernacula sacrarum librorum lectio concedi poterat, vel denegari, indulgentiores hac in re se praebuisse; imò vero ipsos etiam Regularium Praesides eandem, quae Episcopis, & Inquisitoribus concessa fuerat, auctoritatem sibi arrogasse; hinc quarta Indicii regula haec, quae sequatur, jussu Clementis VIII. fuerit superaddita: *Aut modo advertendum est circa superadditam quartam regulam Indicii scilicet record. Pii Paps IV. nullam per hanc impressionem, & editionem de novo tribui facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium Superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgaris lingua edita, cum hactenus mandata, & usu sanctae Romanae, & universalis Inquisitionis revoluta esse facti facultas concessendi hujusmodi licentiam legendi, vel retinendi Biblia vulgaris, aut alias sacrae Scripturae tam novi, quam veteris Testamenti partes, quavis vulgaris lingua edita, ac tamper summaria, & compendiosa etiam historice compendiosa Bibliorum, seu librorum sacrae Scripturae, quaequaque vulgaris idiomate concepta; quod quidem invidiosè servandum est.*

VI. Itaque, ut rem coniciamus,

ubi

## CAPUT XI.

*Revera auctoritas in Diocesi abusus, modo reverè talis sit, & remediis canonice subverti valeat, necessarium inter dum reddidit Constitutionem, quae in alia fortè Synodo redacta foret; ubi de Confessariis, quos penitentes adstringeret ad se ibi aperientem nomen compliri in peccato; item de denuntiatione Confessariorum sollicitum ad turpia, & de sollicitudine ad illa illicita.*

*Ne improba usurpatione dissimulatio in deterius commutetur, & fiat de commutanda regula, quae non venit ab ipsa, quae litteris mandata est disciplina (uti ad Episcopos, in Teletana Synodo constitutum, apposite scripsit Innocentius I. epist. 23. n. 2. tom. 1. Collectionis Harduini col. 1027.) quantumvis sanè praedictus est abusus, qui sub specie severioris, & sanctioris disciplinae, tam labefacta, quae ab Ecclesia est tradita, vetantem Sacramentorum sanctitatem contaminat. Rem enarrabimus, quae non die antea contigit. Concilium Tridentinum sess. 14. can. 7. anathemate perstringit assentes, non esse in sacramentali Confessione necessarios apperientis circumstantias, mutantis speciem peccati; an autem sint etiam necessario aperienda; quae inter eandem speciem notabiliter aggravant peccatum, ligant quidem Theologi; sed Cathedricus S. Pii V. de conditionibus, & circumstantiis ad Confessionem requisitis, S. Carolus Borrom. in Instruct. Sacramentorum, Aetor. Eccles. Mediol. part. 4. pag. 756. pluresque Synodi Episcopales, quas profert Generus Theol. moral. tom. 4. tract. 6. de Sacram. Panti. c. 6. g. 5. etiam istas*

manifestandi gravem obligationem in penitente agnoscent: quod etiam inter Theologos docent Suarez de Penitent. disp. 22. sect. 3. Henriquez de Penit. lib. 2. cap. 7. num. 6. Thomas Sanchez in Summ. lib. 2. cap. 72. num. 29. & lib. 4. cap. 13. num. 24. Gonet. disp. 10. art. 3. Salmant. tom. 1. tract. 6. cap. 8. punct. 2. Barrio. contra Amad. disp. 2. sect. 3. alique ab his citati. Cavere ut nihilominus debet Confessarius, ne occasione, seu pretextu requirendi à penitente peccati, quod confitetur, circumstantias, eandem inducat ad pandendum nomen complicitis, hoc est persone, cum qua peccatum illud perpetravit; etenim, quidquid sit, quando liceat penitenti sui criminis socium libere & sponte Confessario revelare; periculum tamen est raris evenire posse, ut liceat Confessario complicitis nomen à penitente solicitari, multoque minus ad illud sibi patefaciendum eundem obligare. Et nihilominus haud ita pridem rumor ad nos pervenit, aliquos Sacramenti Penitentiae Ministros, suffultos quorundam Theologorum aut salta, aut male intellecti doctrinæ, crimine non solum à penitentibus complicitis nomen exquirere, sed ad illud sibi apericiendam, locumque insuper designandum, ubi is habitaret, eosdem adigere, denegata resistentibus alterutrum manifestare Sacramentali absolutione. Nuper vero periculosæ praxi hanc præferendam causam, videlicet, ut ipsi complicitem postea corripere, atque ita in ejus tantum utilitatem huiusmodi intererit revelatione. Verumnon graviter considerantes mala, quæ inde necessariè consequerentur, proximi enim læduntur fama, arcum sacramentalis Confessionis sigillum periclitantur; abscerentur Fideles à suis culpa Confessario

integre, prout ceteroquin opus est, manifestandis; rixæ & discordiæ disseminantur, & tota demum perturbatur communitas; idcirco, pro nostro supremi Apostolatus munere, prædictam tunc primo pullulantem abusum, priusquam inolesceret, prævocandum doctissimis nostris Apostolicis litteris, insipientibus Supremæ, quæ habentur nostri Bullarum tom. 1. num. 174. aliisque duabus posterioribus Constitutionibus; quæram iacta sunt Ubi primum, necnon Ad eradicationem, quæ insertæ sunt ejusdem Bullarum tom. 2. num. 8. & num. 20. super quibus bon. mem. Ludovicus Antoonius Muratorius peccularem Dissertationem conscripsit, ac typis vulgavit.

II. Quod autem sciendum fuit à nobis, qui omnium Ecclesiarum gerimus curam, non illico fieri docuerit à quolibet Antistite, eolius particularis Ecclesiæ commissum est regimen; ita signidem sollicitus esse debet de sua excolenda Diocesi, non de insectandis abutibus, quos audit in aliena inolescere, nisi prudenter prævidat, eosdem, si non statim retundantur, suam pariter esse moribus turburos; ubi enim abusus non est, quando novæ Constitutionis frono vitium cohibetur, quod nunquam Diocesim invadit, injuriam sibi fieri credunt Diocesani, putantes nimirum, se quodammodo intamari, quasi reos criminis, quod ipsi non admiserunt. Ad Præules vero, si forte eorum Dioceses cristianus ille morbus infunderet, spectabat sane opportunè rationibus eum quæstionibus propulsare, quod sanctissimo sacrum legimus in pluribus antiquis Synodo. In Synodo enim Bajocensi anni 1300. c. 82. r. 7. Collect. Haro. col. 1278. habetur: In Confessione sibi caveant Sacerdotes,

ne inquirent nomina personarum, cum quibus peccaverunt confitentes, sed circumstantias tantum, quæ possunt aggravare peccatum. In Synodo Lingoniensi anno 1404. Caveant Sacerdotes, ne in Confessione inquirent ab his, quorum audiant Confessiones, ut nominent eis expressè personam, cum quibus ipsi confitentes peccaverint, nisi esset tale peccatum, quod oporteat exprimi aliquid de persona; puta peccavi cum filia mea naturali, vel spirituali, vel nepte; & hoc casu non debet dici nomen proprium, aut cognomen persone. In Synodo Leodiensi anni 1405. Inhibemus Sacerdotibus, statuendo, & omnibus Confessoribus, ne à confitentibus nomina illorum, cum quibus peccaverunt, inquirent, vel circumstantias, per quas possint nomina eorum designari. Quod si fecerint, ob officio audiendi Confessiones noverint se ipso facto esse suspensos. In Synodo Senonensi anni 1524. In audientis Confessionibus caveant Sacerdotes, ne inquirent loca mansionum, & nomina personarum, cum quibus peccaverunt confitentes. His concinunt Synodus Carnotensis anni 1626. Synodus Parisiensis anni 1557. Statuta Synodalia Ecclesiæ Trecentis, & Sifridi Archiepiscopi Colonensis, quæ videri possunt in Tractatu historico, & dogmatico de Sacro innotabili Confessione, edito anno 1708. à Langlet du Fresnoy, pag. 227. & 229. In aliis autem innumeris Synodis, quamquam speciatim agatur de Sacramenti Penitentia, nulla tamen occurrit peculiaris Constitutio, quæ expressè prohibeatur Confessari, ne à penitentibus complicitum nomina exquirant; quia scilicet ejusmodi detestandus abusus, non in omnes irrepserat Dioceses, ac proinde non ab omnibus erat speciali Constitutione repellendus.

III. Quare iterum concludendum est, quod satis abundè demonstratum arbitramur, nimirum non omnes Synodales Constitutiones omni loco, & temporis convenire; sed prædictis Presulis esse, eas tantum in Synodo edere, quæ ad obtinendum serpentibus corruptelis, atque Ecclesiæ disciplinæ nitorem restituendum, pro locorum, & temporum diversitate, utiles reputaverit, & necessarias. Apostolicas vero Constitutiones, quamvis non omnes Episcopus Synodo intererere debeat, præsertim eas, quæ pertinent ad vitia, quæ in suam Diocesim minime invecta noverit, nec facile in eam introducenda propiciat expedit tamen, ut ipse eas probe calleat, quo ipsi in promptu sit ad earum præscriptum se gerere, eorumque executionem ab aliis exigere, quoties abusus, & crimina per eas damnata, aditum sibi in ejus Diocesim aperuerint, aut aperte moliantur. Præter superius adductum de Confessario, complicitis nomen à penitentibus indebite exquirere, aliud exemplum afferre juvat de matrimonii Imuichorum, & Spadonum, qui utroque teste carent. Ea postquam à Sixto V. per Constitutionem 19. quæ incipit *Com frequenter*, nulla & irrita declarata sunt; ita etiam communiter agnita fuerunt ab Auctoribus, Schmalgrueber ad lib. 4. decretal. tit. 15. §. 2. Anacleto ad eundem librum & titulum num. 7. Clerico de Matrimonio decti. 32. n. 48. Rosignolio Oper. Moral. part. 1. tom. 6. prælat. 17. contr. ac. 15. tom. 77. aliisque recentioribus. Itaque in his Diocesium, in quibus de hujusmodi matrimonii contrahendis neque cogitur, neque cogitatum fuisse constat, improvidum erit in Synodo prælatam Sixtinam Constitutionem inserere. Ut autem Episcopus, si quæ forsàn aliquando inter suos subdito



hac in te attentari contigerit, de his recte decernere valeat, opportunum ipsi, vel potius necessarium erit, huius quoque Sixtinae Constitutionis legem non ignorare.

IV. Inuimus autem in argumentis huius capituli non omnes semper ubiuis reuera tales esse, ut novis condendis legibus causam præbere possint. Quod quidem ex his, quæ mox dicturi sumus, probari poterit. Pervulgata sunt Romanorum Pontificum Constitutiones, altera Pii IV. & altera Gregorii XV. contra Confessarios, quæ sacramentalis Confessionis obtenta poenitentes ad turpia sollicitant. In hac ut postrema infingitur Confessario, qui persone sollicitate Confessionem audit, ut eam adiat ad denunciandum Confessarium sollicitantem apud competens Tribunal, nimirum aut sanctæ Inquisitionis Officio, aut Ordinario loci. Et nos quidem has omnes Constitutiones in novavimus, & declaravimus per nostram, quæ incipit *Sacramentum Pœnitentiæ*, quæque extat *tom. 1. Bullar. nostri n. 70.*

V. Cum itaque aliquando contingat, & alias contingisse constaret, ut persone sollicitationem passæ, adnotatæ à Confessario de obligatione ipsi imposita denunciati sollicitantem, huic antea rem communicarent, ut ipse quoque sibi consuleret, idem Tribunal adiendo; quomodo reatum sponte accusando; quidam Episcopi, corrigendorum criminum zelo flagrantes, huiusmodi communicatione in pro abusu valde pernitioso accipientes cogitaverant, aut peculiaribus Edictis, aut Synodaliibus Constitutionibus districtè inhibere, ne persone sollicitate sollicitantibus quidquam significare audent, quo hi ad sponte comparandum excitarentur.

VI. Favebant ipsis Edicta tum

ab Hispanica Inquisitione, tum ab ea, quæ per Siciliam constituta est, emanata, quibus injungitur sollicitatis, ut sollicitantem denunciet, hoc addito, ut nemini id antea significet; Bannez in 2. 2. *quest. 35. art. 8. dub. 2. in septimo argumento*; Sanchez in *selectis disputat. 11. num. 57. Diana additione coordin. tom. 5. tract. 9. resol. 68. num. 3. Felix Potestas tom. 2. part. 2. de denunciatione num. 157.*

VII. Cum verò huiusmodi clausula in Edictis supremae Romanae Inquisitionis minime appareat, non deerant tamen alia, quibus veluti fundamentis ianiteretur dictorum Presulium sollicitudo, ut ea, quæ meditabantur, re ipsa decernerent atque statuerent. S. Thomas 2. 2. *quest. 35. art. 7. in corp.* expresse docet in criminibus etiam oculis fraternam correctionem judiciali denunciationi minime præmittendam, quinimo illa confertim Judici deferenda esse, quoties eius generis sint, ut etiam in occulto ad spirituales tendant procliviorum perniciem, quemadmodum in hæresis crimine evenire non dubitatur. Præterea Sylvius ad *tit. art. 7. conclus. 3.* certas quorundam Regularium Ordinum Constitutiones, tamquam iustitiam consonas tuerit, quæ statuant, delicta quædam, absque prævia correctione fraterna, Superiori statim denunciari debere. Quod verò plurimum refert, illud est, Alexandrini VII. Pontificem Maximum, in Congregatione S. Officii coram ipso habita die 3. Julii anno 1666. illorum reprobasse opinionem, qui dicebant, crimina ad S. Officii jurisdictionem spectantia, denuncianda illi non esse, nisi correctio fraterna præcesserit. Quod quidem decretum in Opere Cardinalis Albini de *Inconstantiâ in Fide cap. 35. num. 44. & seq.* editum est.

VIII.

VIII. Nec silentio prætereundum, quod ex prævia admonitione, quæ à sollicitato ante denunciationem sollicitanti fit, iustitia vindicativa non leve patitur detrimentum. Fœnem, si reus ad se accusandum coram Tribunali compareat, antequam sollicitatus ad illum denunciandum accedat; ex consuetudine Tribunalis potestate, tamquam sponte comparens, salutaribus dimittitur impositis poenis, dimittitur. Nec aliter se res habet, ubi sollicitans iudicibus se sistat, semetipsum incutans, etiam postquam à persona sollicitata fuerit denunciatus; tunc enim, si ab unica tantum persona preventus fuerit, non amplius quidem uti sponte comparens, verum *ac si esset sponte comparens*, salutaribus solum mulctatus poenis, dimittitur.

IX. Dubitari nequit, quin allata rationum momenta aliquam vim præseferre videantur. Verum, cum nulla lege, aut decreto prohibitum sit, quominus sollicitantem sollicitatus admoneat, ut quoniam ab eo denunciatus est, interea temporis cavere sibi festinet; optimum factu visum est, Presulibus significare, ut à quocumque Edicto, vel Synodali Constitutione super hoc promulganda sese abstinerent, remque totam intactam relinquentes, non quidem approbarent eorum agendi rationem, qui delinquentem Confessarium ante denunciationem monendum ceniebant, sed neque eam improbarent; cum in quibusdam rerum circumstantiis huiusmodi admonitio perniciosa esse, & pravos effectus producere valeat; in aliis autem proficua esse possit; si quidem, ut sæpe experiendo dignoscitur, vix unquam sollicitatus adduceri posset, ut sollicitantem denuntiaret, nisi liberum illi esset eundem antea admonere. Ex quo sequitur, ut id,

non ab Edictis, aut Constitutionibus, verum à spiritualium directorum prudentia denari debeat.

X. Diximus autem nullam hæcenas legem, nullumque decretum adesse, quo interdictum sit, ne quis Confessarium à se denunciandum antea commonefaciat. Verum duos casus distinguimus oportet. Alter ad illum perinet, qui denunciare omnino recusat, quia secretam admonitionem satis superque esse censet; vel recusat ad tempus, propterea quod nondum fraternè reum denunciandum admoneat; idque ab Alexandro VII. damnatur, qui non ideo quomquam ab onere denunciationis immunem fore decernit, quia fraternam correctionem non antea præmiserit. Alter casus est de eo, qui reum quidem admonet, verum non idcirco ab eodem denunciando se abstinet. Hoc autem est, quod nulla adhuc lege, aut decreto vetatur; cum sic, & correctionis naturale præceptum, & simul denunciationis positivum adimpleatur. Ita dixerunt Sanchez in *selectis disp. 11. n. 68. Escobar in tract. de Confess. sollicit. part. 2. q. 4. §. 1. num. 46. Roccafulli in Praxis Theolog. Moral. part. 3. lib. 3. c. 6. n. 56. & 97. Thomas del Bene de officio Inquisitionis part. 2. dubit. 218. sect. 21. n. 20. Diana in *edict. coordin. tom. 5. tract. 9. resol. 68. Dandini in tract. de suspectis de hæresi c. 4. stat. 2. subsect. 1. n. 18. Pignatelli in novissimis Consultationibus tom. 2. consult. 143. n. 14.**

XI. Quod pertinet ad edictum aliquod, à Superioribus Regularibus promulgatum, de quibusdam criminibus religiose communitati noxiis, etiam absque prævia secreta correctione, patet faciendis; Suarez *tom. 4. de Religionem tract. 10. lib. 6. c. 10. num. 37.* rectè sapienterque animadvertit deas

cc-

esse questiones, quæ super hoc institui possunt; alteram scilicet, utrum prævia admonitio in huiusmodi casibus necessaria censeatur debeat, & ad hanc negativè responderet; alteram vero, utrum expedita admonitio præmitti possit; ad hanc autem responderet affirmativè; ubi potissimum non alio consilio id agatur, quam ut reus, se damnandum superiori non ignorans, & ad emendationem, & ad correctionem recipiendam se melius comparari possit. Hanc sententiam plane sectatur Antonius à Spirito S. in suo Directorio Regularium tract. 5. disp. 6. n. 614. & Castropalaus part. 3. tract. 16. disp. 5. par. 7. n. 17.

XII. Nec ob stare videtur supra indicarum justitiam vindicative detrimentum. Ecclesiastica enim Tribuna-lla misericordiam æquè, ac justitiam fovent, atque id præcipue spectant, ut delinquentes ad bonam frugem converterantur.

XIII. Illud præterea veluti significando indicavimus, non nisi canonicis remediis procedendum esse in extirpandis abusibus, etiam cum revera tales esse comprobentur. Ubiquæ à sollicitationis materia, quæ prædictarum Constitutionum obiectum est, minime recedamus, cum olim in quibusdam regionibus, quæ turbulentis & factiosis hominibus retortæ erant, evenisset, ut in ipsa sacramentali Confessione penitentes à Confessariis sollicitarentur ad tumultuandum, & rebelandum adversus legitimum dominum, qui huiusmodi locis, urbibus, aut regnis actu imperabat; non defuerunt Ecclesiastici Præsules, tanta impetate commoti, qui consentire, & affirmarent, ac etiam propositis Edictis, decernere velent penitentes ita sollicitatos teneri coram legitimo Ecclesiastico Iudice Confessarios ad præ-

dicta sollicitantes denunciare; non solum quia huiusmodi Sacerdotes in Fide suspecti habendi erant, propter Sacramenti abusum; verum etiam quia fundamentum prædictarum Constitutionum, quæ statuant sollicitos in Confessione ad veneræ, sollicitantem denunciare debere, cum sit irreverentia, & contemptus, quam hic erga Sacramentum ostendit, similis causa æquè militat adversus eos, qui in Confessione penitentes sollicitant ad aliorum generis crimina, adeoque etiam ad solutiones, atque tumultus: Ille quoque graviter peccat, nec leviorem cogitavit male credentis suspicionem, qui in sacramentali Confessione vel ad numerem, vel ad quaque flagitia, seu peccata, provocat confitentem; & propterea iure etiam optimo iudicio Inquisitorum subiectus est: verba sunt Penit. in Commentariis ad Directorium Emerici part. 2. comment. 81. ad quæst. 56. Qui pariter sententiæ suffragantur Rodericus à Cunha in tract. de Confessare, sollicit. quæst. 1. n. 20. & quæst. 8. n. 9. Sanchez in suis select. disp. 11. n. 25. Trimarcha de Confessare, abusi. sacram. Paris. disp. 14. sect. 3. num. 15. & seq.

XIV. Sed cum Pontificæ Constitutiones, superius laudatæ, de Confessariis dumtaxat, qui sollicitant ad inhonestæ, vel turpia, loquantur; cumque hoc delictum frequentius esset, & sæpius in Tribunali Penitentis committeretur, quam alia alterius generis (atque utinam adhuc identidem admitti non pergeret) ideoque Pontifices huiusmodi possimum occurrere voluerint; denique cum ageretur de extensione à casu ad casum in re penalit; hinc factum est, ut neque laudari, neque probari mereatur consilium dictorum Præsulum, qui Constitutiones Apostolicas ad alia crimina, præter

ca;

ea, quæ expressè in illis enantiatur, extendere cogitabant, atque decernere, ut, sicuti sollicitus ad veneræ in Confessione, Confessarium sollicitantem denunciare tenetur, nec nisi expleta huiusmodi denunciatione, aut saltem data fide de ea adimplenda, peccatorum suorum absolutione donari potest; & sicuti adversus Confessarios ad præmissa sollicitantes proceditur cum testium singularium depositionibus; ita pariter agendum esset in casibus, quibus penitentes à

Confessariis sollicitarentur ad crimina diversi generis, quæ ad carnis concupiscentiam non referuntur. His rationum fundamentis innititur sententia priori contraria, cui Doctores communiter suffragantur. Consulti possunt Carena, Diana, Bonacina, Homobonus, Bossius, Sanctarellus, & alii, quos allegat, & sequitur bon. mem. Card. Cozza in suis dubiis selectis de hac sollicitationis materia dub. 1.

## LIBER SEPTIMUS.

## DE HIS, QUÆ CAVENDA SUNT IN CONSTITUTIONIBUS SYNODALIBUS.

Ne factæ ab Episcopo Synodales Constitutiones viribus careant, aut interpositæ ab illis appellationes eorumdem executionem retardent, plurima detegimus vitia, quæ sæpius illas aut recessas, aut saltem impognatas vidimus, cum in minoribus constituti sacris Urbis Congregationibus studium, operamque nostram navavimus. Et quoniam hæc præcipua causa fuit, cur huic nostræ lucubrationi manus admoveamus; nimirum ut Episcopos de his monuerimus, à quibus in suis Constitutionibus cavere debeant, & iterò in hæc re elucidanda diutius immorabimur.

## CAPUT PRIMUM.

De cavendis quoad questiones nondum definitas; ubi de questione, an sit de Jure Divino residentia quoad habentes curam animarum.

Sapienter monet Fagnanus in cap. Sicut olim, num. 82. de accusat. ne in provincialibus Synodis facillè questiones decendantur, inter Catholicos Doctores controversæ, & à Sede Apostolica hæctenus non definitæ;

In rebus dubiis, & de iure controversis, non facile definitiones fiant, præsertim ubi grave aliquid præiudicium parari potest, velut in materia Sacramentorum evadenda, aut ex illicitis casibus usurarum, & aliarum villarum,

Tom. I.

R.

quid-



esse questiones, quæ super hoc institui possunt; alteram scilicet, utrum prævia admonitio in huiusmodi casibus necessaria censeri debeat, & ad hanc negativè responderet; alteram vero, utrum expedita admonitio præmitti possit; ad hanc autem responderet affirmativè; ubi potissimum non alio consilio id agatur, quam ut reus, se damnandum superiori non ignorans, & ad emendationem, & ad correctionem recipiendam se melius comparari possit. Hanc sententiam planè sectantur Antonius à Spirito S. in suo *Directorio Regularium tract. 5. disp. 6. n. 614.* & Castropalaus *part. 3. tract. 16. disp. 5. punct. 7. n. 17.*

XII. Næc ob stare videtur supra indicarum justitiam vindicative detrimentum. Ecclesiastica enim Tribuna-lla misericordiam æquè, ac justitiam fovent, atque id præcipue spectant, ut delinquentes ad bonam frugem converterantur.

XIII. Illud præterea veluti significando indicavimus, non nisi canonicis remediis procedendum esse in extirpandis abusibus, etiam cum revera tales esse comprobentur. Ubiq; à sollicitationis materia, quæ prædictarum Constitutionum obiectum est, minime recedamus, cum olim in quibusdam regionibus, quæ turbulentis & factiosis hominibus repleta erant, evenisset, ut in ipsa sacramentali Confessione penitentes à Confessariis sollicitarentur ad tumultuandum, & rebelandum adversus legitimum dominum, qui huiusmodi locis, urbibus, aut regnis actu imperabat; non defuerunt Ecclesiastici Præsules, tanta impetate commoti, qui consentire, & affirmarent, ac etiam propositis Edictis, decernere velent penitentes ita sollicitatos teneri coram legitimo Ecclesiastico Iudice Confessarios ad præ-

dicta sollicitantes denunciare; non solum quia huiusmodi Sacerdotes in Fide suspecti habendi erant, propter Sacramenti abusum; verum etiam quia fundamentum prædictarum Constitutionum, quæ statuant sollicitos in Confessione ad veneræ, sollicitantem denunciare debere, cum sit irreverentia, & contemptus, quam hic erga Sacramentum ostendit, similis causa æquè militat adversus eos, qui in Confessione penitentes sollicitant ad alterius generis crimina, adeoque etiam ad sollicitiones, atque tumultus: Ille quoque graviter peccat, nec leviorem cogitavit male credentis suspensionem, qui in sacramentali Confessione vel ad numerem, vel ad quæque flagitia, seu peccata, provocat confitentem; & propterea iure etiam optimo iudicio Inquisitorum subiectus est: verba sunt Penit. in Commentariis ad Directorium Emerici *part. 2. comment. 81. ad quest. 56.* Qui pariter sententiæ suffragantur Rodericus à Canha in *tract. de Confessare, sollicit. quest. 1. n. 20. & quest. 8. n. 9.* Sanchez in *suis select. disp. 11. n. 25.* Trimarcha de *Confessare, abusi. sacram. Paris. disp. 14. sect. 3. num. 13. & seq.*

XIV. Sed cum Pontificæ Constitutiones, superius laudatæ, de Confessariis dumtaxat, qui sollicitant ad inhonestæ, vel turpia, loquantur; cumque hoc delictum frequentius esset, & sæpius in Tribunali Penitentis committeretur, quam alia alterius generis (atque utinam adhuc identidem admitti non pergeret) ideoque Pontifices huiusmodi possimum occurrere voluerint; denique cum ageretur de extensione à casu ad casum in re penalit; hinc factum est, ut neque laudari, neque probari mereerit consilium dictorum Præsulum, qui Constitutiones Apostolicas ad alia crimina, præter

ea, quæ expressè in illis enantiatur, extendere cogitabant, atque decernere, ut, sicuti sollicitus ad veneræ in Confessione, Confessarium sollicitantem denunciare tenetur, nec nisi expleta huiusmodi denunciatione, aut saltem data fide de ea adimplenda, peccatorum suorum absolutione donari potest; & sicuti adversus Confessarios ad præmissa sollicitantes proceditur cum testium singularium depositionibus; ita pariter agendum esset in casibus, quibus penitentes à

Confessariis sollicitarentur ad crimina diveris generis, quæ ad carnis concupiscentiam non referuntur. His rationum fundamentis innititur sententia priori contraria, cui Doctores communiter suffragantur. Consulti possunt Carena, Diana, Bonacina, Homobonus, Bossius, Sanctarellus, & alii, quos allegat, & sequitur bon. mem. Card. Cozza in *suis dubiis selectis* de hac sollicitationis materia *dub. 1.*

## LIBER SEPTIMUS.

## DE HIS, QUÆ CAVENDA SUNT IN CONSTITUTIONIBUS SYNODALIBUS.

Næ factæ ab Episcopo Synodales Constitutiones viribus careant, aut interpositæ ab illis appellationes eorumdem executionem retardent, plurima detegimus vitia, quæ sæpius illas aut recessas, aut saltem impognatas vidimus, cum in minoribus constituti sacris Urbis Congregationibus studium, operamque nostram navavimus. Et quoniam hæc præcipua causa fuit, cur huic nostræ laburationi manus admoveamus; nimirum ut Episcopos de his monuerimus, à quibus in suis Constitutionibus cavere debeant; idcirco in hæc re elucidanda diutius immorabimur.

## CAPUT PRIMUM.

De cavendis quoad quæstiones nondum definitas; ubi de quæstione, an sit de Jure Divino residentia quoad habentes curam animarum.

Sapienter monet Fagnanus in cap. Sicut olim, num. 82. de accusat. ne in provincialibus Synodis facilè quæstiones decendantur, inter Catholicos Doctores controversæ, & à Sede Apostolica hactenus non definitæ;

In rebus dubiis, & de jure controversis, non facile definitiones fiant, præsertim ubi grave aliquid præjudicium parari potest, velut in materia Sacramentorum evadenda, aut ex illiusmodi casibus usurarium, & aliorum vitiorum,

quibus timorata conscientia irriteri possunt. Minus itaque erunt illæ definiende in Synodis Dioecesanis, aut quidquam in harum Constitutionibus dicendum, quo statui videatur, quid de illis sentiendum sit.

II. Cùm sacre Congregationis Concilii Secretarii munere fungamur, quidam Episcopus, prudentia ac doctrinâ præclarus, atque amicitie necessitudine nobis conjunctus, eas ad nos misit Constitutiones, quas paraverat, in sua futura Synodo max. promulgandas. In his animadvertimus, Parochis, aliisque animarum Rectoribus continuam inter suas oves residentiam præcipi, & commendari, utpotè que iis injuncta esset jure naturali, & Divino; quod insuper dicebatur, à Concilio Tridentino jam definitum. Præsulum amicè admonuimus, ut suos Parochos quidem ad avidum residentiam promovendum excitaret, sed abstinere à jure determinando, & quo residentie obligatio oriatur, quæ enim hoc sit, Divinum ne, an merè Ecclesiasticum, disputant Theologi, & adhuc sub Jædice hæc est. Nostris inoffensum morem gessit Episcopus, & sua Constitutivene verba expurgans, quæ nobis displicerant; sed simul nobis significavit, sibi innotuisse controversiam jam pridem inter Theologos exagitatam, sed eam existimasse à Concilio Tridentino dectam *sess. 22. cap. 1. de reformat. iis verbis: Cùm præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum Cura commissa est, oves suas agnoscere; pro his sacrificium offerat; verbiq; Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere... que omnia nequaquam ab his præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more desunt, &c.*

III. Ut amico Præsuli plenè satisficeremus, hæc nos illi reposuimus. Indubitatum est, assidue residentie onus cunctis animarum Pastoribus incumbere, illudque à Concilio, & Patribus frequenter inculcari, quod, longa contexta canonum serie, fuit ostendunt Bartholomæus Carranza *opuscul. de resid. Episcop. c. 7.* & Thomassinus *de ver. & nov. Eccles. discipl. part. 2. lib. 3. à c. 39. usque ad 36.* sed non ita certum est jus, à quo illud promanet, contententibus plerisque, residentiam à jure Divino esse Episcopis, & Parochis imperatam; aliis ex adverso ejus obligationem ad jus merè Ecclesiasticum referentibus. De hac controversia scribere disceptatum fuit in Concilio Tridentino ante *sess. 6.* sub Paulo III. sed ea vehementius recludit sub Pio IV. in conventibus habitis ante *sess. 19. & 23.* ac tanto studio in utramque partem versata est, ut plura pro utraque sententia exarata fuerint opuscula, quæ prodierunt Venetiis anno 1562. in pressa typis Jordani Zileti. Cumque dissidentes inter se Patres haudquam invicem conciliari poterint, tandem deliberatum est, ut novo quidem decreto cuncti animarum Pastores ad residentiam adigerentur, ac severè poenæ centumscibus infligerentur; nihil tamen definiretur de jure, quo solummodo continè inter suas oves versari tenentur; quinimò ita decretum concinnandum Patres dixerunt, ut nihil inde alterutrius sententia detrahatur; quæ omnia enarrantur à Cardinali Pallavicino *Histor. Concil. Trident. lib. 7. cap. 6. lib. 16. cap. 4. lib. 27. cap. 12.* Hanc Tridentini mentem cum perspectam habuerit Pius IV. in Allocutione habita ad Cardinales, & Episcopos Kalendis Martii 1564. quæ extat in Actis Consistorialibus; agens de residentia à Con-

Concilio Lateranensi sub Innocentio III. atque à Tridentino animarum Pastoribus, novis sanctionibus juncta, hæc ad rem subdidit: *Licet verò neque in isto Concilio clarè definitum sit, an residentia de jure Divino esse censetur, quod neque etiam nos nunc ex improviso definire audeamus.*

IV. Non ignoramus, quosdam præstantissimos Doctores contendere, questionem, de qua est sermo, etsi clarè, & expressè definita non fuerit, esse nihilominus virtualiter, & implicite, ut ajunt, à Concilio Tridentino decisam; quod hæc argumentationem manifestè confici arbitrantur: Quo quisque jure obligatur ad finem, ad ea pariter obligatur, quæ ad assequendum finem sunt necessaria; atqui Episcopi, cæterique animarum Rectores, juxta Tridentinum, jure Divino obligantur ad pascendum sibi commissum gregem, atque ad pascendum, uti decet & oportet, est necessaria residentia, quemadmodum idem Tridentinum declarat; igitur jure Divino solum ad residentiam obligantur. Sed difficultas est in altera parte secundæ propositionis, quam minorem vocant; etenim non dixit Tridentinum, non posse oves pascere, qui non resident, sed qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more desunt; hæc autem verba commode referri queunt ad animum, cùm verè intelligatur gregi suo invigilare, assistere, eumque non deserere, qui, etsi absens sit corpore, illius tamen regimini & tutelæ sedulo excubat animo, juxta illud Apostoli 2. ad Corinth. 11. *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum* Quamobrem alioquit ex Tridentini Patribus, qui prædictis decreti verbis obstitant, moventes, ne illis controversia decidi,

& residentie præceptum juri Divino adscribi videretur, eorumdem verborum sensu penitus inspecto, postea acquieverunt; quod pariter refert laudatus Pallavicinus *cit. lib. 27. c. 12. n. 5.* Ad hæc docet S. Thom. 2. 2. *quæst. 185. art. 2. in corp.* in qualibet obligatione præcipue spectandum esse obligationis finem; cùm autem finis, propter quem animarum Pastoribus residentia præcipitur, sit spirituale bonum animarum, quibus præstatur; exinde concludit Angelicus, quod si eandem finem assequi possint in absentia, tunc licite se à suis ovibus solum subducere queant. Et profectò, si residentie præceptum non satisfacit, qui ita inter suas oves versatur ut animo ab illis absit, nullam gerens earumdem curam, quia tali pacto finem contemnit, propter quem residentia ei imperatur, sicuti sapientissimè perpendere Patres Concilii Aquisgranensis anni 1566. *rubrica 5. Quod de Episcoporum residentia à sacro Concilio Tridentino, & summorum Pontificum Constitutionibus cautum est, hæc non est intelligendum, ut presentia assistant, nihil præterea agant, cùm ex sacris canonibus residentia sit accipienda in eum sensum, ut sit laboriosa, non otiosa; id, quod duobus præsertim Tridentinis Synodi verbis egregie exprimitur ut pascant, & regant, &c.* Collectionis Händlini tom. 10. col. 1886. ob oppositam rationem censetur residentie præceptum adimplere, qui etsi à suis ovibus corpus subducatur, animo tamen solumdem adest; finem obtinet illis pascendi & regendi, ad quem localis Pastoris presentia dirigitur.

V. Hanc eandem S. Thomæ rationem consequentes illi Tridentini Patres, qui residentia oras à solo jure Ecclesiastico impeditum affirmabant, adhuc clarissè eam exposiverunt,



runt, atque exemplo illustrant, apud eundem Pallavicinum *lib. 16. cap. 4. num. 13.* Contingit aliquando, sivebant, adeo exiguum esse Diocesim, cui Episcopus præest, tamque angustus limitibus coarctari, ut à loco suæ Diocesi finitimo melius ipse, & commodius suas oves pascere, & regere queat, quam possit alius residentis in amplissima Diocesi centro; si itaque in residentie obligatione, iuxta doctrinam Angelici spectandus est obligationis finis, non potest dici, quod residentie præcepto non obtemperet, qui in prædicto loco degit, unde pusillo suo gregi æquè imminere, ac prospicere potest, ac alter, qui in amplissima suæ Diocesis præcipua urbe commoratur.

VI. Hæc nos amico Præsuli scripsimus eo duntaxat consilio, ut sibi peritissimè haberet, non esse à Tridentino definitum questionem, de qua loquimur, sicuti ipse opinabatur, non autem, ut illum distraheremus à sententia, quæ residentie obligationem jure naturali, & Divino animarum Pastoribus injunctam defendit; ultro enim fatemur, hanc sententiam communiorem esse, etque terè omnes calculum adiecisse, qui post Tridentinum scripserunt, tam Theologos, quam Canonistas, inter quos Sotos *lib. 10. de iustitia, & jure quest. 7. art. 1.* Bellarminus *epist. ad Thomæ Episcopum nepotem suum*, post editionem Coloniensem anno 1619. aliasque, rursus vulgata post *Acta Legationis Helvetiæ Cardinalis Passionei, Vazquez opus. de Benefic. cap. 4. §. 2. n. 121.* Lessius *lib. 2. de just. & jur. cap. 24. num. 157.* Azorius *Instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quest. 1.* Caranza *sic. tract. de resid. Episcop. cap. 2.* Navarrus *manual. cap. 25. num. 221.* Gonzalez in *Cap. Relatum, de Cleric.*

*non resident. num. 6. & seq.* Fagnanus in *Cap. Ex parte, cod. tit. n. 21. & seq.* Zoccius *ad cumd. tit. num. 2.* Zypæus *num. 7.* Pitling. *num. 12.* alique innumeri.

VII. Quod autem accidere posse, numero præcedenti indicavimus, id re ipsa contingit in sex Episcopis Cardinalibus, Ostiensi, Portuensi, Sabiniensi, Albanensi, Prænestino, & Tuscolano, qui, ut omnibus notum est, in Collegio S. R. E. Cardinalium principem locum obtinent, supposito per Calixtum II. septimo Episcopatu suburbicario, sacrorum videlicet Rufinæ, & Secundæ, seu Sylvæ Candidæ olim nuncupato, cujus Cathedralis, & Diocesim idem Pontifex Portuensi Ecclesiæ perpetuo assignavit. Sex hujusmodi Episcoporum Dioceses urbi Romæ admodum proximæ sunt, ac penè contiguz; sed tamen à Diocesi Romana verè distinctæ, & separatæ, ut etiam colligere licet ex nostris Constitutione 115. §. 21. *Bullarum nostri tom. 1.* Cum verò prædicti Episcopi Cardinales in ipsis Diocesis non resident, sed Romæ moram ducant, summo Pontifici assistentes, & Apostolicæ Sedis servitiis addicti; licet aliquandò ad visitandas easdem Dioceses se conferant, ut alibi videbitur, siquæ à residentia in propriis Diocesisibus ex dispensatione Pontificia plerumquæ absint; hinc aliquis argumentum deumere posset, ut sustineret, residentie debitum, non à præcepto Divino, sed ab Ecclesiastica institutione provenire. Neque porro ullum nobis opus incurberet huic argumento respondendi; cum nos nec uni, nec alteri ex præmissis sententiis adherere professi simus. Sed quoniam diximus communiorem post Tridentinum esse opinionem illam, quæ residentie præceptum à jure Divino desumit, silentio minime præter

terendam censemus responsum, quæ dari possit ab hujus sententia propugnatoribus; nimirum, Cardinales Episcopos suburbicarios, dum in Urbe resident, ut Romano Pontifici, & Ecclesiæ universalis negotiis operam præstant, satisfacere debito residentie, si non materialis, ut talem formalis; quod quidem summa facilitate adimplent ob parvam Diocesium sibi commissarum ab Urbe distantiam; Romanum verò Pontificem, dum solem, & prudens id fieri patitur, & tacitam ipsis dispensationem à residentia materiali concedit, non eos quidem à legis Divinæ vinculo absolvere, sed interpretando definire, Divinam legem illos in casu, de quo agitur, ob adjunctas rerum circumstantias, nequaquam adstringere. Et hæc sanè responsio conformis est doctrinæ S. Thomæ in *quodlibet. 9. art. 15.* cui post Covarrubiam, Sotum, & Vazquez, plenissime adheret Fagnanus in *cap. Ex parte. num. 57. & seq. de Clericis non resident.* quomque etiam hæc exornat Hurtadus in suis *Resol. Moral. de Residentia tom. 1. resol. 9. n. 29. & seq.* Specialiter autem, pro eo quod pertinet ad prædictos sex Episcopos suburbicarios, plura habet Cardinalis Brancatius in sua dissertatione *de Optione sex Episcopatum.*

## CAPUT II.

*Itærum de cavendis, quoad questiones non dum definitas, ubi de ea, an Clerici Beneficarii sint Domini, vel administratores fructuum viciorum Beneficiorum.*

Minus nobis arsit, quod in alia offendimus Synodo, ubi illata mentione gravis obligationis, quam habent Clerici Beneficarii Beneficiorum.

Tom. I.

rum, quæ possident, fructus honestæ decentique sustentationi superfluos, erogandi in pauperes; aliasve piis causis, ejusmodi obligationis hæc ibidem asserebatur ratio, nimirum, *quia Clerici Beneficarii non sunt prædictorum fructuum Domini, sed meri dispensatores; quamquam enim commendaverimus consilium Episcopi, renovandi, seu verius inculcandi observationem præcepti, quo singuli obstringuntur Beneficarii, ne utique tamen visa est approbata adjuncta præcepti ratio, qua videbatur assumi, quasi decisa controversia, etiamnum inter Doctores agitata, de qua statim.*

II. Quidquid sit, an juxta program Ecclesiæ sæculorum disciplinam Ecclesiasticis Beneficiis gaudere possent, quibus opulentum suppetebat patrimonium, quod negare videtur Hieronymus *epist. ad Nepotianum*, Julianus Pomerius *de vit. contempt. lib. 2. cap. 9.* alique Patres congesti à Thomasio *de vit. & nov. Eccles. discipl. part. 3. lib. 3. c. 4.* certum est, hæc nostra temperata, etiam Clericis divitis affluentibus Ecclesiasticis Beneficiis concessis, neque est, qui dubitet, quin idem verum dominium habeant reddituum, quos ex proprio percipiunt patrimonio; in quorum proinde mala distributione, aut etiam pravo usu, possunt utique contra alias virtutes, perinde ac laici, non verò contra strictam justitiam peccare.

III. Certum patet est, ante factam divisionem honorum Ecclesiasticorum debuisse Episcopum, ad quem pertinebat eorundem administratio, partem singulis assignatam fideliter elargiri, nec potuisse, absque violatione justitiæ commutative, pauperes fraudare ea quarta parte proventuum, quæ juxta ejus ævi disciplinam, erat pauperum indigentis sublevandis desti-

R 3

ti-

tinata; quod quidem onus, ex eadem producus iustitiae virtute, in locis, in quibus nondum facta est praedicta divisio, etiamnum incumbit Episcopis, Abbatibus, aliisque Beneficiariis, quorum Ecclesiasticis redditibus sunt illi admixti pauperibus, ac Ecclesiae Liberae, iuxta praesentem institutionem, attribuit; ex quibus propterea si aliquid sibi usurpent, sunt iniusti rei alienae detentores, & tenentur ad restitutionem.

IV. Certum denique est, etiam posita Ecclesiasticorum bonorum divisione, & assignata iampridem pauperibus quarta parte fundorum ad Ecclesiam pertinentium, ex quibus putant Doctores, erecta, & dotata fuisse hospitalia, aliisque instituta opera pia, ad eorumdem pauperum commodum; adhuc nihilominus tenent Clericos Beneficiarios redditus, quos ultra sui honestam sustentationem ab Ecclesia percipiunt, distribuere in pauperes, aliave pia opera erogare, nec posse, absque veni peccato, in convivia, ludos, gratiationes, & similes profanos usus impendere, aut consanguineis elargiri, nisi tamquam pauperibus, si veis pauperes sint, & tunc, ut minus egeant, non ut distendant.

V. Hanc obligationem omnes Ecclesiae Canones aut imponunt, aut omnibus impositam agnoscunt, qui Ecclesiae militant stipendis. Canon. 37. tom. 1. Collectionis Harduini col. 18. inter Apostolicos, decernit: Omnium rerum Ecclesiasticarum Episcopus curam gerat, & eas administret, tamquam Deo intuitu. Non liceat autem ex eis aliquid sibi vendicare, vel propriis cogitare, quae Deo sunt, largiri. Sin autem sunt pauperes, ut pauperibus suppeditet: sed non eorum pretaxa vendat, quae sunt Ecclesiae.

Hae Innumeri consentiunt canones collecti à Gratiano *causa 12. quest. 1.* alique, quos profert Theophylus Raynaudus in *Opusculo*, cui titulus *mala & bona Ecclesiae*, lib. 2. sect. 5. cap. 3. num. 12. *Oper. tom. 12.* Et ne quis haec Ecclesiae sanctiones ad solum tempus referri credat, quo nondum facta erat praedictorum, aliorumque fundorum, ad Ecclesiam spectantium, divisio, audiat Tridentinum sess. 25. cap. 1. de reformat. ubi postquam Episcopus monuit, ut modesta suppellectili, mensa, ac frugaliter victu sint contenti, hinc interdicit: *Ne ex redditibus Ecclesiae consanguineos, familiarumque suorum augere student, cum & Apostolorum canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quae Dei sunt, consanguineis darent; sed si pauperes sint, illi, ut pauperibus, distribuunt; car autem non distrahant, nec dissipent illarum causa; immo, quam maxime potest, eas sancta Synodus monet, ut omnem humanum haec erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminatum extat, penitus deponant.* Quae verò de Episcopis dicta sunt, eadem non solum in quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis tam Secularibus, quam Regularibus obtinentibus, pro gradu sui conditione, observari, sed & ad S. R. E. Cardinales pertinere decernit. Scimus utique, Magistrum Lorcam hunc Tridentini locum intellexisse, non de Beneficiorum fructibus, sed eorumdem portione Ecclesiae Praelatis, aliisque Clericis attributa, sed de bonis immobilibus mensae Episcopalis, aliorumque Beneficiorum, quorum dominium est penes Ecclesiam. At ipsamet allegata Tridentini verba turpiter deceptum Lorcam evincunt; etenim Tridentinum loquitur de illis bonis, quibus fas est

Be-

Beneficioris sublevare suorum consanguineorum, si qua verò premantur, inopiam; nemo autem dicit unquam, posse in istos conferri bona immobilia Praebendarum, quemadmodum scire ponderat Sylvius in 2. 2. D. Thom. *quest. 185. art. 7. conclus. 5.* Quocirca nullus omnino Doctor, praeter unicum Lorcam, ausus fuit unquam eximere Beneficiarios à gravi obligatione distribuendi redditus Ecclesiasticos, suorum honeste sustentationi superfluos, in pauperes, aliave pia, & religiosa opera; quod eruditissimus Raynaudus, quo fortasse nullus accuratius Doctorum placita haec de re perquisierat, testatum reliquit, *cit. loc.* inquit: *Denique nemo plane Doctorum dissentit, sive inter Theologos scholasticos, sive in saecula, sive inter Jurisperitos, ita ut quavis iampridem licet, & dissidia offerberent inter Doctores quoad dominium fructuum superfluum, atque penes Beneficiarios, an penes alios, tamen quoad peccatum graue in dispensatione superfluum aliter, quam ad pios usus, nemo plane, plane inquam nemo, dissentiat.*

VI. Haec, ut diximus, certissima sunt. Verum, quod modò à Raynando audivimus, acriter decernatur de titulo, seu causa, & qua praedicta gravis oritur obligatio. Plerique, praecipue ex antiquioribus, eam oriri arbitrantur ex stricta iustitia; docent aliquem, Clericos meros esse administratores, non autem dominos Ecclesiasticorum proventuum, qui honeste ipsorum sustentationi impertunt; ac proinde eos impendentes in usus profanos, tamquam reos violatae iustitiae, obligant ad restitutionem aut Ecclesiae, aut propter facientes; itemque restitutionis onus imponunt laicis, consanguineis, ceterisque

pecuniam à Clericis recipientibus, quoniam certò sciunt ex Ecclesiastico Beneficio illis obvenisse. Ita, praeter antiquiores, sentiunt Navarrus de *Ecclesiasticis reddit. quest. 1. monit. 2. num. 1.* Azor. *Instit. part. 2. lib. 7. cap. 8. §. Prima igitur*, & 5. *Quod attinet*; Comitulus *Respon. moral. lib. 1. quest. 70. & 71.* Moneta de *distribut. part. 3. quest. 1. num. 14.* Natalis Alexander *Theolog. dogmat. & moral. de Sacram. Ord. lib. 2. cap. 5. reguli 9. & reguli 10.* Genetus *Theolog. moral. num. 2. tract. 1. de Benefic. cap. 11.* Continuator Praelectionum Honorati Tournely, *tract. de Benefic. cap. 4. art. 3. conclus. 1.* Cardinalis Capisaccus in *suis Contravers. theolog. contro. 30. per tot.* sed speciatim §. 5. & seq. quorum opinioni praecipuum fundamentum praebet cum Canones asserentes, bona Ecclesiastica esse Patrimonium Christi, sicuti habetur in *cap. Cum secundum, de praebend. & dignit. Res Ecclesiae, & patrimonium pauperum, ut dicitur in Can. final. 16. quest. 1.* tum Ecclesiae Patres, qui furri, & rapinae reos faciunt Clericos expendentes redditus Ecclesiasticos in profanos usus, inter quos Hieronymus in *cap. 3. Isata vers. 14. in fin.* ubi ait: *» Rapina pauperum in domibus eorum est, quando implent thesauros suos, & Ecclesiae inopibus abutuntur in deliciis, publicanisque sipes, quae ad sustentationem pauperum datae sunt, vel sibi reservant, & alienam inopiam, suas, visitorumque faciunt esse divitias.* » Bernardus in *epist. 2. ad Fulcon. Canon. Regul. n. 11.* *Quidquid propter necessarium victum, ac siu plicem vicium de altario retinet, tuum non est, rapina est, sacrilegium est;* alique testatur Thomasio de *vet. & nov. Eccl. lib. 4.*

R 4

dis-



discipl. part. 3. l. 3. à c. 26. usque ad 35.

VII. Alii ex adverso, attribuentes Clericis rerum dominium etiam superfluum redditum, quos ab Ecclesia percipiunt, existant gravem obligationem illos erogandi in pauperes, sicuti pars operibus applicandi, non autem ex videri iustitia, sed vel ex lege charitatis, & misericordie, Clericos Beneficiarios prae illis adtribuente, vel cum Cardinali de Lugo de iur. & iur. tom. 1. disp. 4. num. 16. ex virtute religionis; vel cum Lesio lib. 1. de iur. & iur. cap. 2. num. 47. & Hando de iur. & iur. tom. 1. tract. 4. num. 82. & 83. positivo prae episcopo Ecclesiae; quamobrem predictos redditus elargientes continguntis, allave ratione dissipantes, à gravi quidem culpa non excusant, sed à restitutionis onere absolvunt. Hinc sententiam inter caeteros, propagant Bonnes 2. 2. quest. 71. art. 6. Dominicus Soto de iur. & iur. lib. 10. quest. 4. art. 3. Sylvius in 2. 2. D. Thoma quest. 184. art. 7. conclus. 4. Molina tract. 2. de iur. & iur. disp. 147. Vazquez de reddit. cap. 1. §. 2. dub. 1. Covarr. in cap. cum in officio, de testam. num. 7. Sarmiento de reddit. Eccles. part. 4. cap. 6. num. 2. Marillius eod. tract. part. 2. cap. 1. §. 25. Gonzalez in cap. Si quis suus, de peculio Clericorum, à num. 6. usque ad fin. Fernandus in eod. cap. à num. 1. usque ad 6. Barbosa iur. Eccles. lib. 3. cap. 17. alique ab his allegati, qui suam opinionem duobus potissimum sustentant argumentis. Primum desumptum ex Beneficiorum origine, quod in hunc modum exponunt. Cum Ecclesiae proventus, inquit, in communia administrabuntur, & quarta illorum a pars, statim temporibus, in Clericos distribuebatur Ecclesiae obsequiis

adictis, nemo facile credit, alterum ex his evenisse; aliam vel singulos Clericos adeo exiguum reddituum portionem, ubique locorum, atque è qualibet Ecclesia participasse, quae tantum ad necessariam sustentationem illud sufficeret; vel si aliquid ultra sui honestam sustentationem perciperent istius portionis dominium non fuisse penes illos, quibus caeteroquin dabantur in pretium & mercedem laboris. Jam verò, pergunt, cum post factam honorum divisionem, quarta pars, inter Clericos olim dividenda, subrogatae sint Praebendae, & subrogatum induit naturam eius, cui subrogatur; necessariò inde consequi videretur, ut una cum possessione Praebendae, omnium ejusdem Praebendae fructuum dominium Beneficiarii consequantur.

VIII. Alteram argumentum eisdem opinioni suppeditat Tridentinum sess. 23. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform. quibus in locis decernit, ut Beneficiarii, qui à Beneficii loco sine legitima causa diu absunt, aut Fidei professionem intra praescriptum tempus emittere negligunt, suorum Beneficiorum fructus non faciant suos; hinc enim, per argumentum à contrario, inferitur, quod si in loco Beneficii resident, & Fidei professionem debito tempore emittant, eorundem fructus faciant suos. Facere autem fructus suos, idem omnino esse, ac eorundem dominium acquirere, patet ex cap. unie. de Clericis non residentibus in 6. ubi Bonifacius VIII. loquens de distributionibus quotidianis, his duntaxat erogandi, qui Divinis intersunt, ait: Qui verò aliter de distributionibus ipsi quidquam receperit.... rerum sic receptorum dominium non acquirat, nec faciat eas suas.

Ne-

IX. Neque huius sententiae patroni aliquid roboris inesse putant argumentum in contrarium allatis. Ad primum enim reponunt; bona Ecclesiastica recedenda à Património Christi, quia scilicet Christi intuitu, episcopus amore sunt in Ecclesiam collata; nuncupantur etiam *Res Ecclesiae*, quia Beneficialium laicorum dominium penes Ecclesiam est; ac denique appellantur *Patrimonium pauperum*, tum quia Clericis dantur, qui soli Ecclesiae stipendiis etiam victitant, eorumque plerique etiamnum, praeter id, quod ab Ecclesia percipiunt, aliud non habent, unde valeant sustentari; tum quia singuli Beneficiarii gravi obstringuntur precepto elargiendi pauperibus quidquid, ultra propriam sustentationem, ex Ecclesiae bonis acquirunt. Ad allegata autem Patrum testimonia, eos ita loquutos, respondent, oratoria quadam exaggeratione, qua etiam in divites laicos, pauperum indigentibus non subvenientes, interdum invectivi consueverunt. Hieronymus enim, reletus à Gratiano sub initium distinctionis 42. in 2. *Aliena rapere convicitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur*; & Ambrosius, seu quicumque sit Auctor *sermonis 81. qui inter Ambrosii Opera circumferuntur, reletus in Can. Sicut, dist. 47. omnes divites affluentibus ita alloquitur. Quis tam injustus, tam avidus, tam avarus, quam qui multorum alimenta, suam non usum, sed abundantiam, & delicias facit? Neque enim minus est criminis habentem tollere, quam cum possis, & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detinet; sudoriam indumentum est, quod tu recludis; & miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terra defudis.*

X. Porro tam Auctores primae, quam secundae sententiae, sibi suffragari contendunt Anglicum Doctorem. Duplici in loco S. Doctor habet versavit quaestionem, in Quodlibetis nimirum, & in Summo. In Quodlibetis, quae circa annum 1237. ab eo scripta, testatur Echarde de Scripserunt *Ordinis Praedicatorum tom. 1. pag. 272. & Toton in Vita S. Thoma pag. 153. aperte adhaerere posteriori sententiae; etiam quodlibet. 6. quest. 7. art. 12. ad 3. haec habet. Aliter dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, quae principaliter sunt attribuenta necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus Ministrorum, sicut sunt bona hospitalium, & aliorum huiusmodi; & aliter de illis bonis, quae sunt principaliter attributa utilibus Ministrorum, sicut sunt Praebendae Clericorum, & alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex inertia rerum conditione, cum aliquis in suis nisi assumit, quod est alterius; & ideo tenetur ad restitutionem, tamquam defraudator rei alienae. In secundis vero bonis non committitur peccatum, nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est, unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad penitentiam peragenda.*

XI. Post exarata Quodlibeta, suscitante Clemente IV. qui mente Februario 1265. fuerat Pontifex reuocatus, operam dare coepit Angelicus in conciliendo Summe Theologicae, & Secundam Secundae circa annum 1269. absolvit, uti prosequuntur Echarde loc. cit. & Toton pag. 203. In hoc autem postremo Opere nempe 2. 2. quest. 185. art. 7. sententiam retraxit, quam in Quodlibetis docuerat, contendunt plerique ex iis, qui primum

nam opinionem propugnant. Verum, ut ingenue loquamur, in hoc ipso Theologico Semine loco, quem isti Doctores sibi favere sicut, videtur Angelicam doctrinam confirmare, quam in cit. quodlibeto 6. tradiderat; proximam siquidem distinctione bonorum, & diversens de Ecclesiasticis proventibus, Episcopi sustentationi assignant, inquit: *De his autem, que sunt specialiter suo usui deputata, videtur esse eadem ratio, quod est de propriis bonis.* Nihilominus tamen, quia hic S. Thomas non ita perspicue, sicuti alias solet, mentem suam explicavit, ideam Genetivus, ne sibi contrarium fateatur Angelicum, cujus doctrinæ est addictissimus; de ejusdem, hæc in re, sententia ita cit. loc. concludit: *Ecce autem Angelicus Doctor singulari quadam peregrinitate mentem suam ne plurimum aperire soleat, nullamque relinquat de veritate opinionis, & mentis sue dubitandi locum; sitendum tamen, illam, in hac questione resoluenda, verbis ita in speciem ambiguis unum esse, ut etiam incognoscit illius discipuli rignificari, docuerintque, quod juxta eundem Sancti Doctoris mentem, Beneficiarii non possunt esse domini reddituum Beneficiorum suorum; atque nonnulli reperti sunt, qui contrario plane modo illius mentem interpretati sunt, & fundamentum sue sententiæ hauserunt ex quodlibeto sexto.*

XII. Aliam suæ opinionis presidium comparere studuit Natalis Alexander ab auctoritate S. Caroli Borromei, in cujus Concilio Mediolanensi I. definitum affirmat; Beneficiarios non esse dominos Ecclesiasticorum reddituum, qui suæ honeste sustentationi superent, eosque in profanos usus impendentes, ad restitutionem ab eodem adactor. Verum nos, qui nullius par-

tis studio abrepti sumus, nihil ejusmodi à S. Carolo decisum comperimus; etenim in primo Concilio Provinciali Mediolanensi, ad restitutionem obligantur Beneficiarii non satisfaciens oneribus, suis Beneficiis impositis, quique redditus ad certos usus, puta ad Temporum oratum, vel ad dotandas virgines, à fundatore designatos, sibi usurpant, aut propria auctoritate in alios vertunt usus, de quibus docetur Act. Eccles. Mediol. part. 1. pag. 39. *Quod si facere omiserint, sed eos fructus sibi vindicare, vel ad alios transferre ausi fuerint, vel in quem debent usum non impenderit, se ex sacris Canonibus, & sanctorum Patrum sententia, sacrilegii reos esse intelligant, & eorum omnium necessaria restitutione teneri, neque ulla omnino, etiam inmemorabili, consuetudine excusari.* Sermone postea instituit Concilium de Ecclesiasticis proventibus, quos interdum Beneficiarii uberius percipiunt, quam ad vitam honestè traducendam propria cujuslibet requirit conditio; & de hisce eosdem Beneficiarios in hunc modum alloquitur: *Dubitare non debent ad eum finem hæc copiam illis esse attributam, ut præter ea, quæ ad victum, & cultum voram satis essent, suppetere etiam, quibus Divini cultus ornatus, & splendor conservaretur, & pauperum solatia, & indigentia sublevareretur.* Monet deinde, ac per viscera misericordie Jesu Christi obtestatur Clericos quibus annui redditus redundant, ne hisce abitantur in augendis consanguineis, aut in nutrienda vanitate, & luxu fovendis; sed ut memores propriæ obligationis, illos pauperibus distribuunt, nulla tamen facta mentione justitiæ, immò potius sola indicata lege charitatis, qua ad id faciendum obstringantur.

ait quippe: *Et eo verò, quod supererit, à necessariis pauperibus alimenta denegari intelligant, se, quos non perveni, occidisse; atque ob violatam sanctissime charitatis legem, mortale peccatum commississe, quo sibi tram in die ira thesaurizaverunt.*

XIII. Quod tamen à S. Carolo decisum negamus, ultro concedimus, in nonnullis Diocesium aliorum Episcoporum Synodis affirmari, & veluti certum assumi; in Synodo quippe Nonantulina, anno 1688. habita à Cardinali de Angelis, legitur: *Superfluos Ecclesiæ redditus in pios usus expendunt, memores, illorum non esse dominos, sed tantum commendatarios, & admittunt; & in Synodo Velleterna, habita à Cardinali Cybo anno 1698. Quicumque redditus Ecclesiæ a parvulis, noverrint, res Ecclesiæ nihil aliud esse, quam vota Fidelium, præter peccatorum, & patrimonium pauperum, earumque propterea ministris se esse, non dominos, ut quod illis supererit, in pauperum necessitatibus erogent.* Licet autem nos ejusmodi Episcoporum effata haudquam reprehendamus, cum liberum illis licet sententiam amplecti, quam innumeri Theologi laudabiliter propugnant, & tutiore esse, atque in praxi consulendam, etiam illi, qui pro contraria stant, Doctores latentur, inter quos Lessius de just. & jur. lib. 2. cap. 2. num. 42. & Duvallius in 2. 2. D. Thom. part. 2. Tract. de charitate, & elemosinis quest. 8. art. 6. utamen consulunt existimamus, ut Episcopus in Synodo abstinere à questione decidenda, suoque calculo adiciendo alteri ex controversiis inter Catholicos opinionibus. In hoc autem proposito nos affirmant Patres Concilii Tridentini; scimus etenim, enunciatum decretum sess. 25. cap. 1. de reform. quo

interdicitur Episcopis, ne ex redditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresque suos augere studeant, ita prius fuisse effortatum, ut ejusmodi prohibitionis hæc ibidem adductoribus ratio, videlicet, quia Ecclesiasticorum proventuum dispensatores tantum sunt; & tamen hæc postrema verba in generali congregatione, habita die 25. Novembris 1563. visa sunt Patribus expungenda & re ipsa expuncta sunt; quemiam Cardinalis à Lotharinga Archiepiscopus Remensis, Petrus Guerrerus Archiepiscopus Granatensis, aliique Præsules illis intercessere, ne detrimentum afferent sententiæ, ut ipsi sibi, valde communi, quæ Ecclesiasticorum etiam superfluum proventuum dominium Beneficiariis attribuit. Rem totidem fere verbis narrat Cardinalis Pallavicinus hist. Concil. Trident. lib. 25. cap. 7. num. 4. neque inficitur Paulus Sarpi ejusdem Concil. hist. lib. 8. quomodo, ut indigneat suo genio aut impugnandi, aut saltem obscurandi veritatem, decreto obtinuisse asserat, non Cardinalium à Lotharinga, neque Archiepiscopum Guerrerum, sed Episcopum Salomonensem; quod tamen falsum esse, fâtetor etiam moderus Auctor, qui Sarpi historiam in Gallicam sermonem vertit, eodemque, quo Sarpi, infectus veneno, livida notis aspersit, uti legere est som. 2. pag. 724. n. 22. Quocirca, si Concilii Tridentini Patres noloerunt questionem attingere inter Catholicos exagitam, jure, meritoque nos consulendum duximus Episcopis, ne illam in suis Synodis definiant, aut tamquam definitam assument.

XIV. Urgeat ipsi, & inculcent suis Clericis, ex Ecclesiæ stipendiis vicitantibus, gravem obligationem, quam habent, elargiendi pauperibus, aliave piis usibus applicandi, sibi redun-



dandantes Ecclesiasticos reditus; sed adhuc lateorem hujus obligationis originem non investigent; ut enim sedit Cardinalis Bellarminus in epistola ad Theanensem Episcopum nepotem suum *contro. 8. & 9.* parum refert determinare, unde illud proveniat gravis obligationis vinculum, quo ceteroquin omnes Beneficentius obstringit, iudicialiter sciunt: *Non disputa*, inquit Bellarminus, *questionem illam, an Praelati sui verò domini reddituum Ecclesiasticorum; & an teneantur restituere, qua male expenderunt. Parum enim refert, utrum Praelatus damnetur ad inferos quia peccavit contra iustitiam, an quia peccavit contra charitatem, non bene distribuendo facultates suas. Solum quæro, in quos usus debeat expendere suas Ecclesiasticas facultates, ut non amittat vitam æternam.*

## CAPUT III.

*Regulam precedentibus capitibus tractatam limitat.*

**A**ccidit interdum, rem aliquam in questionem adduci nondum ab Ecclesia desinatam, & nihilominus integrum esse Episcopo, aliquid de illa decernere, citra violationem regule, quam modo tradidimus; etiam aliquando totius controversiæ cardo unice vertitur circa jus commune, quo solum inspecto, disputant Theologi, utrum aliquid fieri liceat, necne; cæterum nullus eorum abjudicat Episcopo potestatem, illud suo peculiari statuto inhibendi, quod plerique contendunt esse à jure communi permissum. Rem pandunt, que subnectimus, exempla. Percurrentem Dioecesanam Synodum Neapolitanam, celebratam à Cardinali Pignatello, poterit primo aspectu, decisa videri controversia,

magis animorum motibus inter Doctores agitata, de qua nos egimus in *nostra Institut. 15. n. 20. & seq. in ea quippè Synodo part. 1. c. 9. n. 4.* sanctum legitur, Ecclesiastici jejuniis sanctitatem ab iis quoque servandam, quibus, valetudinis causa, eius carniem in Quadragesima, aliisque temporalibus feriis indulgerit; quod tamen apud Theologos est in questione positum. Veram, re sedulo examinata, controversiæ decisionem ex ejusdem Synodi verbis minime inferri, animadvertimus; in ea siquidem non dicitur, Ecclesiasticum jejunium cum carniem esse ritè compari, quod plures negarunt Theologi, qui res morales per analogiam ad physicas explicantes, sibi animo fixerunt Ecclesiasticum jejunium instar compositi physici, quod destrui necesse est, si vel una corrumpat ex partibus, ejusdem essentiam constituentibus; sed abstrahendo ab hac questione jejunium, etsi non integrè, ac sicut ab Ecclesia præcipitur, suo tamen modo servare, in ea Synodo jubentur, quos à carnis abstinere agra valetudo non permittit; quod, ab aliis Dioecesanis Synodis, Lucana videlicet, Adjacenti, & Aleriani, sanctissime constitutum, ibidem asseritur; in quarum præsidium adduci etiam potuissent Acta Ecclesiæ Tarantasiensis, edita ab Anastasio Germano, ejusdem Urbis Archiepiscopo, in sua Dioecesana Synodo, ubi ad *tit. de observat. jejun. lib. 3. cap. 2.* hæc habentur. *Nos autem, qui dispensantem huc solum spectare intelligimus, ut, quantum fieri potest, à male affectu corporibus pericula ex rationum ciborum usu imminenti avertantur, non videmus, cur dispensatus (quavis carnes edere licetè possit) ab hoc tamen saluberrimo Ecclesiæ præcepto excusari possit; tunc, cum ex robustio-*

*re alimento valetior factus, facilius jejunaturus presumatur, nihil obstante putamus, quin, & ipse, sicut cæteri Christiani, tempore jejuniis, semel tantum in die, horaque ab Ecclesiæ præscripta, cibum sumere debeat; cum, & inter celeberrimos Theologos non desint, qui se idem sentire scriptis mandaverint. Neque verò quempiam inficari arbitramur, posse Episcopum ad unicam saltem comestionem præcepto obstringere, quos adversa valetudo ab illa jejunii parte, quæ est abstinentia à carnis, absolvit; præsertim cum summi Pontifices Clemens XI. Innocentius XIII. & Benedictus XIII. in Edictis, quæ tamquam Episcopi Romani per Cardinalem suum in Urbe Vicarium super observatione quadragesimalis jejuniis, singulis annis, ut moris est, promulgarunt, id ipsam Romæ fieri præceperint, ad quæ Edicta alludit laudatus Cardinalis Pignatello, prædictam Synodalem Constitutionem ita exorditus: *Quia verò Apostolicæ Sedis, magisterio Spiritus Sancti edocta, præceptionibus, & institutis saluberrimis admonemur, &c.* Sed supervacaneum est de hac re pluribus disserere; quoniam nos, postquam supremum Petri solum consendimus, sinentes, Theologos in suis speculationibus tempus terere, Ecclesiastici jejuniis, hominum intemperantia, fatiscentem disciplinam, quantum ferri conditio temporum, pro viribus sustentare curavimus, injungentes Episcopis, ne ulli permittant diebus Quadragesime, valetudinis causa, carnis vesci, nisi adjecta lege religiose servandi aliorum jejuniis partem, quæ consistit in unica comestione; quod patet ex nostris Apostolicis litteris, quæ extant in tom. 1. nostri Bullarii 19. 27. 55. 99.*

II. Simile judicium ferendum est

de aliis Synodalis Constitutionibus, quibus severe interdicitur, ne Dominicis, aliisque festis diebus, exerceantur negotiationes, neve fiant publicæ munditiæ, sive annuæ, sive hebdomadariæ, quemadmodum non solum cauto reperimus in Synodo Provinciali Cameracensi II. tit. 4. c. 2. & Mechliniensi I. tit. de festis, cap. 5. verum etiam, teste Van-Espen *Jur. Eccles. univers. part. 2. tit. 17. cap. 4. num. 15. & 16.* statutum legitur in aliis pluribus Synodis Dioecesanis Belgii, nimirum Boscuducensibus tit. 12. cap. 2. Tornacensibus anni 1643. tit. 5. cap. 7. & Yprensi anni 1669. tit. 6. cap. 1. quibus ex Italici addimus Synodum Laurentanam, habitam à Cardinali Romani anno 1626. Senogalliensem, habitam à Cardinali Antonio Barberini 1527. Sutrinam celebratam à Cardinali Julio Spinola 1671. Farsensem, coactam à Cardinali Carolo Barberini 1685. Casertensem, habitam à Cardinali Denhoff, 1693. aliasque non paucas. Item, quamquam plures reperiantur nimium fortasse benigni Theologi, qui negotiationem, etiam si publicè, & cum strepitu exerceretur, non accensendam opinentur operibus servilibus, festis diebus veris, atque aliquod præteres ex iis cum inficari nequeant, munditiæ, seu mercatus, ne Deo sacratis diebus fiant, expressè saltem prohiberi in *Cap. 1. de feriis*; huic tamen præcepto derogatum assertum pro contrariam contendimus; ut videre est apud Caletanum in *Sum. verb. In fusta prohibita.* Silvestrum in *Sum. verb. Negotium* §. 2. Navarum *manual. c. 13. num. 8.* & Layman *Theolog. moral. lib. 4. tract. 7. cap. 2. n. 6. versic. Dico octavo.* Nihilominus nullus unquam ausus fuit negare Episcopo potestatem, ejusmodi consuetudinem abrogandi, suasque peculiari sanctione interdiciendi,

ne prædicti profani actus, per quos certe Fideles summopere distrahuntur à Divinis, exercentur iustus festis; quod bene observant Ventrigr. in *prax. ter. Eccles. tom. 1. annot. 16. §. 1. num. 19. Zaul. ad Stat. Pavent. tom. 1. lib. 7. observat. ad rubric. 2. num. 24. Nicol. in prax. Canonie. tom. 1. litt. C. §. 1. num. 44.*

III. Quamobrem Episcopus removens à diebus, Dei cultui specialiter deputatis, aut solemnes nundinas, aut etiam hebdomadarias, nullam dehinc questionem inter Theologos controversam, sed suo muneri indubitanter adnoxam auctoritatem exerit, ad mendam diem festorum sanctitatem, quæ per prædictos actus profanatur. De hac materia aberrimè à nobis tractatum est in nostris Apotolice litteris, ad Ordinarios diocesis Ecclesie datis 5. Novembris 1645. impressis *tom. 1. nostri Bullarii 144. in ordine*, in quibus, præmissa distinctione nundinarum annuarum ab hebdomadariis, quas *mercatum* vocant, mercatum diebus festis haberi omnino prohibuimus, annos vero nundinas, non tam permittendas, quam ad evitanda populorum incommoda; ex quadam connivencia, tolerandas duximus, modo non exercentur his matutinis, & Vespertinis horis, quibus Divina Officia in Ecclesiis celebrantur, quod in iisdem litteris copiosius explicatur.

## CAPUT IV.

*Præcipue abstinendum à definiendis questionibus respicientibus Sacramenta; ubi de intentione Ministri requisiti ad validitatem Sacramenti.*

**A**Udivimus à Pagnano, illas potissimum questiones in particularibus Synodis esse relinquendas intactas, quæ circa Sacramenta versantur. Quoniam autem impossibile foret eas omnes hic recensere, nonnullas delibabimus, quæ frequentius occurrunt.

II. Utque id ordinatum conficiamus, à questione exordimur omnia Sacramenta complectente, alias subinde indicaturi ad singula pertinentes. Questio est inter Theologos, sæpius à Parochis reseruari solita, an, & qualis intentio sit necessaria in Ministro, ut validum Sacramentum conficiat. Aliquam intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, in eo requirit, Fidei dogma est; etenim Eugenius IV. in suo decreto post Concilium Florentinum, *tom. 9. Collectionis Harduini col. 438. septem nove* Legis Sacramentis singularem enumeratis, ait: „Hæc omnia Sacramenta tribus periculis, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & persona Ministri conferentis Sacramentum cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia:“ & Concilium Tridentinum *sess. 7. can. 11. de Sacramentis in genere*, contrarium sentientes anathemate pertrinxit: „Si quis dixerit, in Ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.“

Nec

III. Nec verò pauca, nec levissima rationum momenta, quibus hoc Fidei dogma fulcitur; nam in primis Christus Dominus, Sacramentorum novæ legis auctor, & institutor, eorundem administrationem esse voluit, actionem humanam; actio autem humana esse non potest, nisi sit libera; nec libera, nisi fiat ex rationis iudicio, & cum intentione voluntatis. Præterea actio Sacramentalis referri potest ad varios fines; infans quippe potest exemp. grat. aqua abluere, vel ad munditiam corporis, vel ad sanitatem; quamobrem, ut ablutio sit Sacramentalis, necesse est, ut ad finem Baptismi determinetur per intentionem abluentis. Demum, ut Sacramentum validè conferatur, qui illud administrat, gerere se debet ut Christi, & Ecclesie Ministri; ad quod profectò necessarium est, ut illud animo intendat, quod Christus instituit, aut facit Ecclesia.

IV. Ex his porro, quæ latè exornant Theologi, præcipuè Gregorius de Valentia *tom. 4. commentarior. Theologicor. disp. 3. quest. 5. punct. 3.* colligitur, cum, qui joco esse scurriliter Sacramenti ritum celebrat, Sacramentum non conficere, neque validè administrare. Is quippe animum illudendi sibi adesse ostendit, non verò ponendi religiosam actionem, à Christo Domino institutam, ejusque virtute sacram; quem Lutheri, & Calvinii error, Sacramenta, per jocum administrata, nihilominus rata esse asserentium, primò confixus est à Leone X. anno 1520. cum; inter cæteras, hanc quoque Lutheri propositionem proseripit: „Si per impossibile confessus non esset contritus, aut Sacerdos non serio, sed joco absoluteveret, si tamen credat se absolutum, verissimè est absolutus:“ &

deinde expressè damnatas à Concilio Tridentino, cum *cit. sess. 7. tunc sess. 14. cap. 6. & can. 9. de Sacram. Pœnitent.*

V. Nec quemquam movere debet, quod Socrates *lib. 1. hist. Eccles. cap. 15.* Sozomenus *lib. 2. c. 17.* alique ex Rufino scribunt de Alexandro Patriarcha Alexandrino; ei nempe, aliisque Episcopis ad Concilium congregatis, ratum visum fuisse, ac validum Baptisma, ab Athanasio nondum ex puerili ætate emerito, cum sociis ludente, collatum. Primò enim, uti nos animadvertimus *Institut. 8.* multi auctores factum illud non modo revocant in dubium, sed plane inficiant; quoniam, si Hieronymi Chronico fidem adhibeamus, Alexander ad sedem Alexandrinam non est erectus ante annum 321. & Athanasius, eodem Sozomeno referente, anno 325. Concilio Nicæno, jam Diaconus, interfuit, atque in sequenti anno Alexandro vita functo successit, quocirca explicari non potest, quomodo puer luserit, Ecclesiam Alexandrinam regente Alexandro; & quamvis Alexandrum anno 313. Episcopum inauguratum dicamus, uti tradunt Papius *ad ann. 311. num. 26.* & Patres Mauro Benedictini *in Vit. Athanas. tom. 1. Oper. part. 3.* tunc tamen Athanasium suæ ætatis annum duodevicesimum egisse oportuit, quoniam annorum saltem triginta prædicto anno 326. Alexandrinum Episcopum eundem renuntiavit, sedè communiter Eruditi consentiant; numquam enim ei ab Ariani objectum legimus, quod junior Episcopatum arripisset, ut de Paulino, Hieronymi fratre, narratur; ætas verò duodeviginti annorum ab illis puerilibus nugis jure abhorret, quibus Socrates, & Sozomenus Athanasium distentum scribunt. Deu-



Deinde, et si res ita se habuerit, nihil tamen exinde ad astruendum hereticorum errorem conficitur; Athanasium quippe, non irrisorie, sed serio Baptisma contulisse eo ritu, quem ab Alexandro Episcopo adhiberi viderat, ex eo colligitur, quod iidem Historici narant, eum scilicet, non omnes promissive socios, sed solum Cathacumenos baptizasse; cum autem Athanasium, tunc Iussisse idem asserrunt, nihil aliud sibi voluisse videntur, quam eundem, in re serio peracta oblectamentum animi, tanquam extrinsecum finem, sibi proposuisse.

VI. Verum, quamquam apud Catholicos certissimum sit, in Sacramenti Ministro aliquam intentionem requiri, saltem faciendi, quod facit Ecclesia; valde tamen inter eodem disputatur de huius intentionis obiecto, seu quid illud sit, ad quod ferri debeat ejusmodi intentio, quam omnes necessariam fidentur. Ambrosius Catharinus, & Dominicorum familia, Episcopus Minorensis, & postea Archiepiscopus Compasani in *Opus. de intentione Ministri* contendit, ad Sacramentum valide administrandum, satis esse, ut Minister intentionem habeat serio perficiendi ritum externam, qui ab Ecclesia adhibetur; atque ideo, etiamsi suam intentionem retineat, aut interius dicat, se nolle facere, quod facit Ecclesia, dummodo exterius serio agat, nulloque signo pravam suam voluntatem prodant, ratum perfectumque Sacramentum ab eo perfici Catharinus propugnat. Catharino praeiverunt Petrus Cantor, Robertus Cardinalis Pullus, Paludanus, Sylvester; eumque postea sunt secreti Salmeron lib. 1. continent. in *epist. D. Pauli 3. part. disp. 2.* Joannes Marius Scribonius in *Sum. Theolog. de Sacram. in genere quest. 6. & 7.* Vincentius

Contemporaneus in  *suo tract. de Sacram. in genere.* Hyacinthus Serry in *Vind. Catharin.* Natalis Alexander, Gaspar Juenin, alique recentiores.

VII. Hac tamen opinio vix est aliis coincidere cum Lutheri, & Calvini doctrina, à Concilio Tridentino expressè damnata; ac propterea non dubitarunt heresis notam eidem inurere. Verum hujusmodi censores Concilii Tridentini historiz se prorsus jejunos ostendunt; etenim sessio septima, ubi primo impium hereticorum dogma anathemate confossum fuit, habita est die 3. Maii 1547. & laudatum Catharini Opusculum, Romæ typis impressum prodit anno 1551. quin Opusculi auctor, ea occasione, in aliquam erroris suspicionem venerit; quapropter Cardinalis Pallavicinus, cui Tridentini canones, & decreta, eorumque genuinus sensus, ignota profectio non erant, in  *ejusdem Concilii historia lib. 9. cap. 6. num. 2.* loquens de sententia à Catharino in eodem Concilio propugnata, hæc habet: *Equidem existimo Catharini sententiam falsam esse, sed non ideo per Tridentinos canones diserte damnatam; quapropter fas illi fuit asserere, eam Concilio non contradicere; & lib. 12. c. 10.* exponens decreta Pœnitentiæ Sacramentum spectantia, à Concilio Patribus formata, num. 34. ait: *»Es hæc postremis verbis conjicere potest quisquis ea viderit, haud esse expunctam sententiam Catharini, aliorumque Theologorum, opinionum, Sacramentum, quo ratum sit, sufficere in Ministro voluntatem serio agendi, & vobesse tantummodo jocum, quem Sacramentum suscipiens cognoscere possit.»*

VIII. Quamobrem melioris iudicii Theologi, Catharini opinionem ab hæresi censura vindicant, latumque

inter illam, ac Lutheri & Calvini doctrinam, discrimen intercedere demonstrant, presertim Vazquez in *3. part. tom. 2. disp. 138. c. 2. & 3.* Cardinalis de Lugo de *Sacrament. disp. 8. sect. 2. n. 15.* Natalis Alexander *Theol. dogm. & moral. tom. 1. lib. 2. de Sacram. in genere cap. 7. art. 7. reg. 1.* Juenin de *Sacrament. dissert. 1. quest. 5. cap. 2. art. 3. §. 1.* Quisilone Marcus Antonius de Dominicis *lib. 5. de republic. Eccles. c. 12. §. 10. & 13.* ubi perversum hereticorum errorem astruit, Catharinum à sua sententia prorsus alienum agnoscit, & fatetur, Negari tamen haud potest, grave vulnus præfate opinioni inflictum ab Alexandro VIII. à quo die 7. Decembris 1690. hæc inter alias propositio damnata fuit: *»Valeat Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque rebaptizandi observat, intus vero in corde suo apud se resolvit; non intendendo facere, quod facit Ecclesia.»* Sed nihilominus, à damnationis telo illum defendere conatur Juenin *cit. loc. Serry in citatis Vindictis pag. 119.* Auctor *Oper. de re Sacram. pag. 113.* alique, confixam propositionem intelligendam rati, cum ritus externus aut non serio, sed joco, & mimicè peragitur, aut ab illo exercetur, qui aliunde, hoc est ab aliqua exteriori circumstantia, puta à Sacramenti postulatione, non determinatur ad agendum nomine Ecclesie, seu tanquam Ecclesie Minister: utro enim admittit Juenin, non valide baptizare, qui à nemine postularus domi infantum abluat cum expressa Sanctissimæ Trinitatis invocatione, si intra se deliberet id, quod fert propositio damnata: *non intendendo facere, quod facit Ecclesia.*

IX. Verum, ut hæc res coram Deo ac habeat, nulla usque adhuc de ea

emanavit expressa Apostolicæ Sedis definitio. Quamvis igitur communior sit sententia exigens in Ministro intentionem vel actualem, vel virtualem, facienda non solum ritum externum, sed id, quod Christus instituit, seu quod facit Ecclesia, & hæc, veluti censoria, sit omnino servanda in præd. Juenin est tamen Episcopi priorem opinionem reprobare; atque ad hanc posteriorem, etiam theorice tuendam, suos Diaconos adigere; causas quippe majores, difficultioresque questiones, Fidem, aut disciplinam spectantes ad Apostolicam Sedem deferendas, statuit perpetua Ecclesie consuetudo, ab Innocentio III. in *cap. Majoris, de Baptismo, confirmata.* Quare, si constet, quempiam aut Baptismum contulisse, aut aliud Sacramentum ex his, que iterari nequeunt, administrasse, omni adhibito externo ritu, sed intentione retema, aut cum deliberata voluntate non faciendi, quod facit Ecclesia, urgente quidem necessitate, erit Sacramentum iterum sub conditione perficiendum; si tamen sermorum pariter, sedis Apostolicæ oraculum erit exquirendum; quemadmodum ad Severum Scholasticum Constantinopolitanum faciendum scriptis Ferrandus, Ecclesie Chartistigenensis Diaconus, in difficili questione, qua tunc Ecclesia sagabatur, docet; in doctrinæ in varias partes scissis, inquisiens: *»Interroga, vir prudentissime, si quid veritatis cupis audire, ut principaliter Apostolicæ Sedis Antistitem, ejus sanctæ doctrinæ constanti iudicio veritatis, & fulturæ maxime auctoritatis.» tom. 9. Biblioth. Patr. pag. 509.* Quod semel monitum volumus, ut regulæ sit etiam pro aliis controversiis, quas mox commemorabimus.

## CAPUT V.

Nonnulla recententur quaestiones spectantes Sacramentum Baptismi, à quibus in Synodo definitendis est abstinendum; ubi de Baptismo collato infanti in matris utero latitante, necnon infanti qui aliquam sui partem ex utero matris emittit.

Nemo sit, qui putet, nos extra propositum vagari, cum singulis Sacramentis, atque interdu etiam prolixius, disserimus; etenim, quamquam nobis in animo non fuerit, tractatum de Sacramentis elucidare, attamen quia, plerumque Episcopi in suis Synodis de quolibet Sacramento specialem sermonem instituant, nostri institui esse arbitramur, difficultatum scopulos, in singulis latentes, si eadem detegere, per quos mediis incedere debeant, neque in unam, alteramve partem deflectere, ne secus in legem delinquant, quam à Fagnano didicimus, suamque Synodum euditorum hominum dicitur exponant.

II. Post indicatam igitur controversiam, omnibus Sacramentis communem, nonnullas statim ostendimus quaestiones, ad Sacramentum Baptismi peculiariter pertinentes, quas in Synodalibus Constitucionibus praestari potius proterive, quam enodare. Certum est, infantem in matris utero ita latitantem, ut nulla ejus pars aqua perfundi queat, baptizari non posse, nec ei quidquam prodesse, quod nonnulli haeretici olim sunt arbitrati, si ejus loco, matris corpus abluatur, quoniammodum sic. & contra. *Julianum cap. 4. disertè tradit Augustinus, solutus in Can. 134. de Consecrat. dist. 4. Sic ad matris corpus id, quod in ea concipitur, pertineret, ita ut ejus pars deputaretur, non baptizaretur infans, etque mater bap-*

zuta est aliquo mortis urgente periculo, cum eum gestaret in utero. Nunc vero, cum etiam ipse baptizatur, non utique his baptismus habebitur. Non itaque ad maternum corpus, cum esset in utero, pertinebat; & prosequitur D. Thomas 3. parti. quaest. 68. art. 11. At quaestio est, an reverto materni uteri ostio, quod puerperii initio contingit, validè baptizetur infans, cujus corpusculum, etsi nulla sui parte in lucem prodierit, aqua nihilominus, saltem per siphunculam tingi potest. Mirum est, quantum in hac quaestione variant Doctores. Validè eum baptizari affirmant Victoria in summi de Sacram. quaest. 32. Suarez in 3. parti. disp. 2. quaest. 68. sect. 6. art. 11. in comment. Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 4. quaest. 1. punct. 2. §. Tertio acquiritur Chapeville de casibus in peste cap. 2. quaest. 10. sub fin. quibus ex recentioribus adherent Pegnetius in tract. probabil. cap. 4. & seq. Pietre in elucidat. difficil. Theol. quaestionum part. 5. de Baptismo quaest. 8. Florentius Cocq de Baptismo sect. 7. Franciscus Heno disp. 3. quaest. 1. conclus. 1. Holmann Theol. moral. tom. 2. tract. 2. cap. 2. art. 2. §. 1. num. 137. Sbogaz in Theol. radicali tract. 13. de Baptismo cap. 4. n. 45. & Gabriel Gualdus in Opusculo de haere accuratè conscripto, Patavii impresso anno 1710. & denuò anno 1714. quorum sententiam Theophylus Raynaudus, etsi contrariam sequatur, citat communissimam. Negant ex adverso idem Raynaudus Opus. de actu infans ut per se septimum in casu ream. 6. num. 14. Oper. tom. 14. Cardinalis de Lauria in 2. sent. tom. 1. Baptism. disp. 14. art. 4. Martinus Orelli in peculiari de hoc argumento dissertatione. Nicolaus Herminicus de Baptismi. cap. 10. Natalis Alexander Theol. dogmat.

& moral. tom. 2. lib. 2. c. 7. prop. 2. in fin. Joenin ad Sacram. disticti. 2. quaest. 7. c. 1. art. 2. in fin. Gilberti consulti. Canonice. tom. 2. consult. 22. de Baptismo per tot. & praesertim pag. 242. & seq. Cardinalis Gotti tom. 13. pag. 260. & novissime Joannes Laurentius Berti in sua Theol. tom. 6. lib. 3. c. 18. Sed non omnes hujus posterioris sententiae Patroni eidem fidunt argumento. Theophylus Raynaudus validum fatetur Baptismum, collatum infanti in matris utero non dum egresso, si ad ejus corpus aqua quomodocumque peringat; sed hoc nequaquam evenire posse putat; nam (inquit) & ipse uterus est admodum aditus, ac exquisitè occultus à momento conceptionis usque ad tempus partus, & intra ipsius uteri latebras fatus tot unidique secundinis circumscriptus, ut neciam, qua ratione dici posse, nequam ita esse applicabilem, ut ad fatum immediate possit pertinere; neque ad rem facere aurtum Raynaudus, quod aqua maderiant secundina, quibus infans corpus involvitur; nemo quippe, ait, censabit, verè baptizatum tri puerum sacco cortiaceo inclusum, si aqua solli coreo affunderetur, per quod ad pueri corpus non pervaderet.

III. Sed ex duobus, quae Raynaudus tamquam certa sumit, primum est evidenter falsum; siquidem ex medicorum, & obstetricum testimonio satis constat, infantem, puerperii initio, secundinarum involucris jam spoliatum, posse intra matris uterum tangi, & tractari; alterum verò est in quaestione positum; quamvis enim serè communiter Doctores concedant, validum non fore Baptismum, si aqua sola perfunderentur vestes, quibus baptizandus obtegatur, non omnes tamen idem sentiunt de secundinis, quibus infans à natura circumvestitur; lux quippe cen-

sentur quodammodo pars infantis corporis, quod propterea videtur immerdè abluì, eòdem illa maderiant; uti praeter ceteris ratiocinatur Sylvester verb. Baptismus 4. quaest. 1. & Vazquez in 3. parti. tom. 2. disp. 145. cap. 4. num. 31.

IV. Quomobrem aliud aliud argumentum instaurat, ad evitendum Baptisma, de quo est sermo. Baptismus (inquunt illi) est Sacramentum regenerationis, & secundae naturalis spiritualis, cui necesse est, ut prima corporis nativitas praecedat; dixit enim Christus Dominus Joann. 3. Nisi quis renatus fuerit deò; & rursum: oportet vos nasci denuò; non potest iterum denuò nasci, qui nunquam antea natus fuit. Eo autem identius huic argumento insistunt, quia ab Augustino se illud accepisse gloriantur; eumverò non semel Sanctus Doctor hac ratiocinatione utitur ad probandum, naturam esse oportere, qui regenerationis lavacro ab originali culpa esse expandi; libro enim 2. de peccat. merit. & remission. c. 37. tom. 10. Oper. col. 63. inquit: "Sacramentum Baptismi protecto Sacramentum regenerationis est: quoniam sicut homo, qui non vixerit, non iterum potest, & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest, ita qui natus non fuerit, renasci non potest;" epist. 187. olim 37. ad Dardanium n. 35. tom. 1. Oper. col. 68. Nec renasci quicumque potest, antequam natus sit; & infra: Non video, quomodo adhaerentur homines in domum Dei, ad habitandum in se, si non autem Deum, nisi cum fuerint renati; quod non possunt esse, antequam nati; tandem n. 37. Si igitur homo regenerari, per gratiam Spiritus, in utero potest, quomodo restat illi adhuc nasci, renascitur ergo, antequam nascitur, quod fieri nullo modo potest. Idem quod



Augustinus, docet Isidorus lib. 1. *sentent. c. 24. relatus in Can. 115. de Consecrat. dist. 4.* "Qui in matrem uteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt, quia qui natus adhuc secundum Adam non est, remanescit secundum Christum non potest."

V. Vetim has, & similes Patrum locutiones facile evadunt Auctores primæ sententiæ, contententes, unicuique illarum scopum esse, improbare Baptisum collatum matri pro pueris, quem in utero gestat, quod quidem Baptisma Augustinus loco paulo ante producto contra Julianum rejecit. Neque urget se arbitrandum à ratione petita ex allegato Christi Domini verbo; verè enim, quantum ad rem attinet, natum aunt, qui ex abditioribus materis alvi penetrabilibus ad uteri ostium decidit, atque obstetricis manibus pertractatur. Hanc porro responsionem confirmant auctoritate D. Thomæ, qui cit. *quest. 68. art. 11. in corp.* nuper allatis Patrum testimoniis rite expensis, ideo duntaxat infantem intra matris uterum latentem baptizari posse inflicari, quia salutari aqua immediate illustrari nequit; ex quo apparet, oppositum ab Angelico statui, cum infans corpus potest aliquo modo immediate abluï. "Dicendum *(verbo sunt Angelici)* quod de necessitate Baptismi est, quod corpus baptizandum aliquo modo aqua abluatur, cum Baptismus sit quædam ablutio, ut supra dictum est; corpus autem infans, antequam nascatur ex utero, non potest aliquo modo abluï aqua, nisi fortè dicatur, quod ablutio baptismalis, qua corpus matris lavatur, vadit filium in ventre existentem pervernat, sed hoc esse non potest, &c."

VI. Hæc argumentum nimium confusus Gualdus in *tit. Opusc. cap. 12. n. 216.* Episcopus hortatur, ut parvulus

intra matris uterum adhuc oculos, cum in vitæ discrimine versatur, & obstetricis manibus tractari queat, omnino baptizari præcipiant, atque edicant. Verùm, quoniam ipsemet fatetur, ultimum controversiæ iudicium à Sede Apostolica esse proferendum; tutius erit, ut Episcopus istud expectet, nec interim quidquam suis Constitutionibus inserat, quod impletio istius questionis decisionem sibi arrogare videatur. Ad Parochos vero pertinebit obstetricis instruere, ut cum casus evenerit, in quo infantem ante producto contra Julianum rejecit, nulla adhuc sui parte editum, mox decessurum prudenter timeant, illum baptizent sub conditione, sub qua pariter erit iterum baptizandus, si periculum evadat, & foras prodeat, quemadmodum, post alios, faciendum monet Tournely in *sub prelectione de Sacrament. Baptism. quest. 3. art. 7.*

VII. Hæc de infante intra matris uterum totaliter abluo. Quid autem de illo dicendum, qui aliquam sui partem ex utero emisit? Huic, instante mortis periculo, in ea parte esse Baptisum conferendum, quæ ex utero emerit, statuit Rituale Romanum *tit. de baptizand. parvulis*; additque, non esse Baptisum ullo pacto repetendum, si salutari aqua infantis caput tinctum fuerit; reus verò faciendum decernit, cum non caput, sed alia quælibet corporis pars aqua perfunditur; tunc quod præsumitur, si vivus evaserit, iterum sub conditione baptizandum præcipit. Rituali Romano consentit Rituale Sacramentorum, à Cardinali Julio Antonio Sanctonio, jussu Gregorii XIII. Romæ divulgato anno 1684. atque utriusque respondent Instructiones S. Caroli Borromei, *Actior. Ecclesiæ Mediolanensis. part. 4. pag. 497. §. 3.* Si verò factus. Hanc eandem doctrinam disertè tradit D. Thom. *3. part. quest.*

*quest. 68. art. 11.* ubi hæc habet: Ad quartum dicendum, quod expectanda est totalis egressio quærit ex utero ad Baptisum, nisi matri imminere, si tamen primò caput egressum, in quo fundantur omnes venæ, debet baptizari, periculo imminente, & non est pariter rebaptizandus, si cum perfecte nati contigerit. Et videtur idem faciendum, quæcumque alia pars egressa fuerit, periculo imminente. Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitæ est constituta, sicut in capite, videtur quibusdam, quod propter ablutio, quæcumque alia parte corporis abluta, quæ post perfectam natiuitatem sit baptizandus sub hac forma: Si non es baptizatus, ego te baptizo.

VIII. At nihilominus, licet Doctores satis communiter admittant, sub conditione esse repetendum Baptisum, cum abluta fuit exigua pars corporis, puta digitus, & juxta alios etiam sola manus, aut pes, quæ ex matris utero erupit; attamen inter se disputant, an repetendus sit, cum abluta fuit alia pars æque principalis, ac caput, puta humeri, pedus, scapulae, brachia, &c. existimantes plerisque, tam à D. Thoma, quam à Rituali Romano, caput nominatum esse, non restrictivè, sed merè demonstrativè, ut ajunt, seu exempli causa, ad propterea idem iudicium esse ferendum de aliis partibus æque principalibus, sicut ratiocinantur Sotus in *4. distinet. 3. quest. ult. art. 7. circum adum.* Suarez tom. 3. in *3. part. dist. 20. quest. 66. art. 4. sect. 2.* ubi explicans mentem Div. Thomæ, ait: "Si Baptismus fieri potest in capite, illa est certissima et sufficientissima materia, quia illa pars præcipua est, & ab ea maximum potest totus homo denominari." Quod si hoc commode fieri non potest propter aliquod gravis occu-

menti periculum, si fiat ablutio in scapulis, aut in pectore, vel in humeris, erit satis certa & indubitata materia. Interdum vero solet occurrere necessitas baptizandi puerum in pede propter periculum mortis, & tunc etiam licita illi fit; tamen, quia res est dubia, si infans evadat periculum, & perfecte nascatur, iterum abluendus est sub conditione, prout in Ritualiibus Ecclesiasticis Parochi admonentur. Et hoc est communis doctrina Theologorum cum D. Thomæ; & prosequuntur Gregorius de Valentia tom. 4. *dist. 4. quest. 1. punct. 1. §. Quæcumque Recte Sotus, Coniunct. de Sacram. quest. 66. art. 2. dub. 2. n. 79.* Gonzalez in *cap. 4. de Baptismo n. 3.* & alii.

IX. Idem disidium, quod viget inter Theologos, viguisse olim deprehendimus inter Ecclesiasticos Antistites. Etenim statuta Synodalia Ecclesiæ Biterrensis, à Guillelmo Episcopo anno 1342. condita, n. 10. tom. 4. *Thesaur. nov. Auctorum. Martens col. 644. v. 2.* lidum statuunt Baptisum, quæcumque sit pars corporis, quæ aqua illustratur. Præcipuum moneri populum, quod si in ipso partu mulieris immittatur grande periculum, ipsa muliere, multo tempore laborante in editione partus, & caput, manus, vel alia pars infantis appareat, quod in illa baptizetur, & emaneatur baptizatus. At antiqua statuta Ecclesiæ Rotenensis in Aquitania, ratum duntaxat habent Baptisum in capite, non verò in alio quovis membro, collatum; cap. enim *6. tom. 4. Theor. Auctorum. Martens col. 636.* ita docerunt: "Si vero muliere in partu laborante, in ipsa exera ventrem matris caput tantum emiserit, & in tanto periculo infans positus, commode haberi nequeverit, infundat aliquis, vel alii-

qua de arantibus aquam super caput infantis, dicens: Creatura Dei nomen te baptizo &c. Et erit baptizatus. Si vero, non caput, sed aliquid membrum effundero, praedicto modo fuerit baptizatus, & postea vivens natus fuerit, non iudicandus, talem esse baptismum. Concilium vero Trevirense anni 1710, discrimen faciens iuxta membra principalia, & minus principalia, idem statuit, quod neper laudati Theologi opinantur; et enim ita haec habet. *cod. tom. 4. Thea. Antidolor. fol. 268.* „Si autem, muliere in partu laborante, infans in ventre matris tantum caput emiserit, & natus nequeat, mox aliqua de obstruendis aquam super caput infantis infundat, dicens: Ego baptizo te Re: & erit baptizatus. Idemque iudicandum est, prout quidam asserunt, si mayor pars corporis, praeter caput, appareat, baptizatus; reversus, si minor, solus pes, vel sola manus appareat, baptizari non debet, sed si nec, nihil agitur. Cum enim partus tunc non nascatur, nec tunc vitam renasci potest.“

X. Cum itaque haec controversia facienda iudicia remaneat, uti scilicet animadvertit Cardinalis de Rota in suo Rituali Argentiniensi ad tit. de Baptismo §. 5. inquirens: *Utrum ritus in Baptismo, non in capite, sed in aliqua alia corporis parte collatus, nihil non immerito dubitans; alicuius cavere debet Episcopus, ne in sua Synodo aliquid quoad eam decreverit; sed id solum curabit, ut Patris, caritative, quoniam interest, illud exerceat exequantur, quod in Romano Rituali praescribitur, sicuti optime animadvertit Giberus in consili. Canonice de Sacramento Baptismi consili. 21. ubi Synodos asserit*

Rituali Romano conformes, ejusque vestigiis inherentes.

## CAPUT VI.

*De forma conditionata Baptismatis, alteriusque Sacramenti characterem imprimentis; ubi de Baptismo collato infanti, qui jam indubitanter mortuus, per miraculum ad vitam creditur revocari.*

Quoniam in precedenti capite copius facta est in entio formae conditionatae Baptismatis, necessarium ducimus, de eadem sic ex professo agere, ne deinceps Episcopales Synodi, de illa loquentes, errant; si cui re ipsa non paucas haec in errorem comperimus. Eam à Scholasticis esse adinventam, & in Ecclesiam invecram, plerique viri eruditissimi existimant; sed eos toto cuncto aberrasse ait Martene de antiquis Eccles. ritib. tom. 1. lib. 1. cap. 1. art. 16. num. 10. Siquidem, longe ante Scholasticos, S. Bonifacius, Archiepiscopus Moguntinus, in sua oratione, circa annum 745. occidit, & tom. 1. Spicilegii à Luca Daclerio editis, cap. 28. haec habet: *Si de aliquibus dubium sit, utrum sint baptizati, absque ullo scrupulo baptizentur, his tamen verbis praemissis: non te baptizo, sed si nondum es baptizatus, ego te baptizo.* Idemque, ac totidem reverbis, statutum legitimus Capitulum. lib. 6. cap. 181. apud Balozium tom. 1. pag. 954. de quibus idem decretum excerptis, ac iuxta Canonum Collectioni sub tit. 23. cap. 17. inseruit Isaac Episcopus Lingonensis, apud Hardinum Collect. Concil. tom. 5. col. 447. Licet porro, ante saeculum VIII. praedictae conditionatae formulae expressam mentionem in Concilio, & Patribus non invenimus, quemadmodum

dum praeter laudatum Martene, observant Juvenio de Sacram. dissert. 1. quest. 3. cap. 5. art. 1. & Tournely, select. tom. 6. de Sacram. in genere quod 1. art. 4. consilium 3. non rectè tamen inde intrudit Natalis Alexander hist. Eccles. saecul. 18. cap. 4. art. 13. illam non fuisse in usu; quinimo, ex antiqua, & constanti Ecclesiae praxi oppositum colligere putamus; quod haec ratiocinatione ostendimus. Perpetuum Catholicæ Fidei dogma fuit, unicum esse Baptisma, juxta illud Apostoli ad Ephes. 4. *Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma;* quod propterea semel ritè collatum, sine gravi piaculo iterari posse, semper Ecclesia negavit, uti constat ex can. 47. Apostolorum, juxta versionem Dionysii, ex can. 3. Concilii Valentini anni 754. & ex can. 38. Concilii Carthaginiensis III. anni 397. quibus in locis temerè rebaptizantes gravibus subduntur poenis, & Ecclesiastica communione privantur. At eadem Ecclesia, quæ ita docuit, eos nihilominus, de quibus dubitabatur, an essent in Christo regenerati, incunctanter baptizandos praecipit, quod innumeris testimoniis comprobatur. Saeculo III. disputatum fuit de Baptismo Sacerdotum, num scilicet validum esset Baptisma per aspersionem datum ægròtis in lecto decumbentibus; consultitur Cyprianus; respondet Sanctus Doctor epist. 76. ad Magnam, validum quidem sibi illud videri; his autem, qui dubitabant auctorem se esse, ut illud iterum conferrent: *Si aliquis existimat [ait Cyprianus] eos nihil consequutos, eo quod aqua adulari tantum profusi sunt, sed inanes, & vacui sunt; non descriptantur, ut, si incommodum languoris evaserint, & convalescerint, baptizentur.* Saeculo v.

Legatus Maurorum interrogatus, inter Concilii Carthaginiensis V. (saecul. VI.) anni 251. quid agendum foret de pueris, qui ab baptizati essent, nemo certo sciret; ad quod responderunt Patres can. 6. Collectionis Hardini tom. 1. col. 937. *Placuit de sanctibus, quales non locubuntur certissimos testes, qui eos baptizatos esse, sine dubitatione testentur, neque ipsi nisi per statum id eorum tradidit sibi Sacramentis responderent, atque nullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio est facta Sacramentorum purgati ne praeferri; emulgentque cautionem renovarent Synodus Africana anno 401. & illa Synodus Carthaginiensis sub Bonifacio Episcopo anno 723. Idem ad Rusticum Narbonensem Episcopum, atque iterum ad Neoman Episcopum Ravennatensem rescripsit Leo Magnus. Ad hæc autem decreta alludit Gregorius II. cum de eadem re interrogatus à Bonifacio Episcopo, epist. 2. n. 9. tom. 3. Collectionis Hardini col. 1829. respondit: *De parvulis, qui à parentibus intructi sunt, & ab baptizati, an non, ignorant, quia interrogati; his ut baptizare debeas, secundum Patrum traditionem, si non fuerit, qui testificetur, ratio patet.* Jam verò, cum ex his, aliisque similibus testimoniis, à laudato Martene prolatis, inspicere patet, antiquam, atque ipsi Ecclesie coævum usum fuisse, eos baptizare, de quibus dubitabatur, num per regenerationis lavacrum ab originali culpa essent expiati, ne dicamus, Ecclesiam in eadem incidisse rebaptizantium errorem, quem toties detestata erat, & damnaverat, necesse est existimare, non aliter in ea dubietate Baptismum conferri voluisse, quam sub tacita, & mente concepta condi-*



qua de arantibus aquam super caput infantis, dicens: Creatura Dei nomen te baptizo &c. Et erit baptizatus. Si vero, non caput, sed aliud membrum emiserit, & super illud membrum aquam effundero, praedicto modo fuerit baptizatus, & postea vivens natus fuerit, non iudicandus, talem esse baptismum. Concilium vero Trevirense anni 1710, discrimen faciens inter membra principalia, & minus principalia, idem statuit, quod neper laudati Theologi opinantur; et enim ita haec habet. *cod. tom. 4. Theol. Antidolor. fol. 268.* „Si autem, muliere in partu laborante, infans in ventre matris tantum caput emiserit, & natus nequeat, mox aliqua de obstruendis aquam super caput infantis infundat, dicens: Ego baptizo te Re, & erit baptizatus. Idemque iudicandum est, prout quidam asserunt, si mayor pars corporis, praeter caput, appareat, baptizatus; reversus, si minor, solus pes, vel sola manus appareat, baptizari non debet, sed si nec, nihil agitur. Cum enim spatium tunc non nascatur, nec tunc vitam renasci potest.“

X. Cum itaque haec controversia facienda iudicia remaneat, uti scilicet animadvertit Cardinalis de Rota in suo Rituali Argentiniensi ad tit. de Baptismo §. 5. inquit: *Utrum ritus in Baptismo, non in capite, sed in aliqua alia corporis parte collatus, nihil non immerito dubitans; alicuius cavere debet Episcopus, ne in sua Synodo aliquid quoad eam decreverit; sed id solum curabit, ut Patris, caritative, quoniam interest, illud exerceat exequantur, quod in Romano Rituali praescribitur, sicuti optime animadvertit citatus Gibertus in consili. Canonice de Sacramento Baptismi consili. 21. ubi Synodos asserit*

Rituali Romano conformes, ejusque vestigiis inherentes.

## CAPUT VI.

*De forma conditionata Baptismatis, alteriusque Sacramenti characterem imprimentis; ubi de Baptismo collato infanti, qui jam indubitanter mortuus, per miraculum ad vitam creditur revocari.*

Quoniam in precedenti capite copiosius facta est in entio forma conditionatae Baptismatis, necessarium ducimus, de eadem sic ex professo agere, ne deinceps Episcopales Synodi, de illa loquentes, errant; si cui re ipsa non paucas haec in errorem comperimus. Eam à Scholasticis esse adinventam, & in Ecclesiam invecram, plerique viri eruditissimi existimant; sed eos toto cuncto aberrasse ait Martene de antiquis Eccles. ritib. tom. 1. lib. 1. cap. 1. art. 16. num. 10. Siquidem, longe ante Scholasticos, S. Bonifacius, Archiepiscopus Moguntinus, in sua matris, circa annum 745, occidit, & tom. 1. Spicilegii à Luca Ducherio editi, cap. 28. haec habet: *Si de aliquibus dubium sit, utrum sint baptizati, absque ullo scrupulo baptizentur, his tamen verbis praemissis, non te baptizo, sed si nondum es baptizatus, ego te baptizo. Idemque, ac totidem reverbis, statutum legitimus Capitulum. lib. 6. cap. 181. apud Balozium tom. 1. pag. 954. & quibus idem decretum excerptis, ac iuxta Canonum Collectioni sub tit. 23. cap. 17. inseruit Isaac Episcopus Lingonensis, apud Hardinum Collect. Concil. tom. 5. col. 447. Licet porro, ante saeculum VIII. praedictae conditionatae formulae expressam mentionem in Concilio, & Patribus non invenimus, quemadmodum*

dum praeter laudatum Martene, observant Juvenis de Sacram. dissert. 1. quest. 3. cap. 5. art. 1. & Tournely, select. tom. 6. de Sacram. in genere quod 1. art. 4. consil. 3. non rectè tamen inde intrudit Natalis Alexander hist. Eccles. saecul. 18. cap. 4. art. 13. illam non fuisse in usu; quinimo, ex antiqua, & constanti Ecclesiae praxi oppositum colligi putamus; quod haec ratiocinatione ostendimus. Perpetuum Catholicæ Fidei dogma fuit, unicum esse Baptisma, juxta illud Apostoli ad Ephes. 4. Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma; quod propterea semel ritè collatum, sine gravi piaculo iterari posse, semper Ecclesia negavit, uti constat ex can. 47. Apostolorum, juxta versionem Dionysii, ex can. 3. Concilii Valentini anni 754. & ex can. 38. Concilii Carthaginiensis III. anni 397. quibus in locis temerè rebaptizantes gravibus subduntur poenis, & Ecclesiastica communione privantur. At eadem Ecclesia, quæ ita docuit, eos nihilominus, de quibus dubitabatur, an essent in Christo regenerati, incunctanter baptizandos praecipit, quod innumeris testimoniis comprobatur. Saeculo III. disputatum fuit de Baptismo Sacerdotum, num scilicet validum esset Baptisma per aspersionem datum ægròtis in lecto decubentibus; consultitur Cyprianus; respondet Sanctus Doctor epist. 76. ad Magnian, validum quidem sibi illud videri; his autem, qui dubitabant auctorem se esse, ut illud iterum conferrent: *Si aliquis existimat [ait Cyprianus] eos nihil consequutos, eo quod aqua adulari tantum profusi sunt, sed inanes, & vacui sunt; non descriptantur, ut, si incommodum languoris evaserint, & convalescerint, baptizentur.* Saeculo v.

à Legatus Maurorum interrogatus, inter Concilii Carthaginiensis V. (saecul. VI.) anni 251. quid agendum foret de pueris, qui ab baptizati essent, nemo certo sciret; ad quod responderunt Patres can. 6. Collectionis Hardini tom. 1. col. 937. *Placuit de sanctibus, quales non locubuntur certissimis testes, qui eos baptizatos esse, sine dubitatione testentur, neque ipsi nisi per statum id eorum tradidit sibi Sacramentis responderent, atque nullo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio est facta Sacramentorum purgati ne praeferri; emendique cautionem renovarent Synodus Africana anno 401. & illa Synodus Carthaginiensis sub Bonifacio Episcopo anno 723. Idem ad Rusticum Narbonensem Episcopum, atque iterum ad Neoman Episcopum Ravennatensem rescripsit Leo Magnus. Ad hæc autem decreta alludit Gregorius II. cum de eadem re interrogatus à Bonifacio Episcopo, epist. 2. n. 9. tom. 3. Collectionis Hardini col. 1829. respondit: *De parvulis, qui à parentibus intractati sunt, & ab baptizati, an non, ignorant, quia interrogati; his ut baptizare debeas, secundum Patrum traditionem, si non fuerit, qui testificetur, ratio patet. Jam verò, cum ex his, aliisque similibus testimoniis, à laudato Martene prolatis, inconclutè patet, antiquam, atque ipsi Ecclesie coævum usum fuisse, eos baptizare, de quibus dubitabatur, num per regenerationis lavacrum ab originali culpa essent expiati, ne dicamus, Ecclesiam in eodem incidisse rebaptizantium errorem, quem toties detecta erat, & damnaverat, necesse est existimare, non aliter in ea dubietate Baptisma conferri voluisse, quam sub tacita, & mente concepta condi-**

tionem: *Si nondum ea legitime baptizatus.* Hæc autem conditio, quæ prius mente tantum concipiebatur, coepit sæculo VIII. in ipsa Baptismi forma exprimi, & pronuntiari; quam quidem disciplinam, nullis iam in locis receptam, Alexander III. sæculi XII. non solum approbavit, sed ubique servandam edixit in *cap. 2. de Baptismo*, inquit: *De quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmissis, Si baptizatus es, non te baptizo; sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo &c.* eandemque sanctionem confirmavit Joannes XXII. apud Odericum Raynaldum ad annum 1317. numer. 42.

II. Non ideo tamen, quod per præfatam conditionem periculum evitet rebaptizandi eum, qui jam semel fuerit legitime baptizatus, est illa passim, & temere adhibenda; sed tunc solum ea uti licebit, cum prudens, & probabilis subest dubitatio, an quis fuerit rite baptizatus, nec diligenti præmissa indagatione, potius vel veritas innoscere; quemadmodum scite perpendit Sotus in 4. dist. 7. quæst. ult. art. 9. §. *Cetera hæc igitur solationem*, ubi à sacrilegio non excusat, neque ab irregularitate absolvit Sacerdotem sub conditione rebaptizantem, quæm scit domi baptizatum, & nihil est, quod collatum ei Baptisma rationaliter suspectum reddat. Quare minimè secretanda sunt exemplæ, quæ congresserunt Gobat tom. 1. tract. 2. sect. 9. Marin. Theolog. tom. 2. tract. 19. disput. 1. sect. 8. num. 140. ubi plures sub conditione baptizatos narrat, qui ob merum scrupulum non tam dubitabant, quam imprudenter suspicabantur, se non esse rite baptizatos; quam quidem conditionatam Sacramenti iterationem,

ob consequutos, seu potius apprehensos effectus quietis conscientiarum, iidem Auctores videntur approbare; sed potius aures præbende sunt Escrio in 4. dist. 4. §. 15. hæc ad rem adnotant: „Sciendum est, non quamcumque levem in contrarium suspensionem, vel scrupulum debere sufficere ad hoc, ut sub conditione, quis hoc pacto baptizetur; sed requiritur dubitationem probabilem... Hæc autem probabilis dubitatio est, quæ facta etiam diligenti indagine, discuti non potest, ita ut nec moralis certitudo fieri habeat, quæat:” Imò veritas obtemperandum est Catechismo Romano part. 2. de Sacram. Baptism. num. 57. ubi de forma conditionata ait: „Hæc Baptismi forma ex Alexandri Papa auctoritate in illis tantum permittitur, de quibus, et diligenter perquisita, dubium relinquatur, an Baptismus rite susceptus; aliter vero nunquam fas est, etiam cum adjunctione, Baptismum alicui iterum administrare.

III. Quæ hucusque diximus, copiosius adhuc, & clarius à nobis exposita, pluribusque sacre Congregationis Concilii responsis confirmata fuerit in nostra Justit. 84. ubi non solum ex ejusdem sacre Congregationis sententia ostendimus, non esse Baptismum, ne sub conditione quidem, iterandum, cum nulla occurrat prædicens ratio dubitandi de prioris Baptismi validitate, sed etiam ab irregularitate iterantibus Baptisma illicita ab Alexandro III. in *cap. Ex litterarum, de apostatis, & reventibus Baptisma*, non eximi probavimus, qui ob solum apprehensum prioris Baptismi vitium, nullaque præmissa veritatis indagatione, illud denud sub conditione conferunt, quibus certo sciunt jam semel

antea fuisse collatum; etenim, quamquam plures Doctores istummodi sub conditione rebaptizantes à gravi culpa, atque ab irregularitate absolvant, eo quod per adjectam conditionem satis consultum existiment reverentia debite Sacramento, ad quod conficiendum non aliter fertur intentio Ministri, nisi si rite confectum non fuerit aliud antea administratum; hæc tamen sententia rejicitur à Catechismo Romano *cit. loc.* ubi reprobandur asserentes, nullum scilicet admitti, si quis sine delectatione cum adjunctione illa (videlicet conditionis) baptizetur; eidemque opinioni refragatur auctoritas S. Caroli, in ejus instructionibus, *Act. Ecclesie Mediolanensis part. 4. pag. 297.* hæc de forma conditionata habentur: *Qua forma utitur, cum infans aliusve, qui Baptisma offertur, re diligenter perquisita, dubium relinquatur, aut certe non appareat, cum baptizatum esse, ut de expositis, in venturisque parvulis dubitari, atque ignorari sæpenumero solet. Quod si re accurate investigata, exploratum habuerit, illum, forma servata, baptizatum esse, caveat omnino, ne hæc sub conditione baptizandi formam adhibeat, cum sacrilegium committat, si contra fecerit, & illud impedimentum contrahat, quod sacri canonæ irregularitatem vocant.*

IV. In aliâ eisdem nostra Just. 8. habet eandem materiam tractantes, diximus cum Cardinali Albitio de *inconstancia in Fide cap. 33. à num. 14. usque ad 16.* improbandas esse Synodos, in quibus generatim, atque indistinctè, iterum sub conditione in Ecclesia baptizari jubentur, quicumque privatim fuerit ab obstrictibus domi baptizati. De hisce Synodis, ac Ritualibus idem decretis, agit Holzmannus in *sua Theologia moral.*

tom. 2. tract. 2. cap. 3. art. 2. qui licet eorumdem Auctores hoc nomine excuset, quod scilicet dubium illis visum fuerit Baptisma ab obstricto collatum, foret nihilominus, minus caute, ac nimium indebitè eos loquutos, cum deberint potius reverentiam circumstantias distinguere, easque determinare, quæ incertam reddunt validitatem collati Baptismi, quem propterea tunc oportet sub conditione iterari. Enimvero, si obstrictes de Sacramenti materia, forma, & necessitate in Ministro intentione, sint legitime edoctæ, sicut nos in *cit. Inst. 8.* eas per Parochos solenter edoceri jussumus, piusquam ad obstrictum officium exercendum admittantur, eaque in specialibus eventibus, quo Baptisma periclitanti infanti privatim committitur, ab eodem Parocho interrogatæ, omnia rite à se adhibita, testentur, quæ ad Sacramentum validè conficiendum requiruntur, nulla sane subest probabilis ratio, cur Baptismus debeat, aut licite possit sub conditione repeti. Scimus utique, in aliis Synodis relatis à Gilberto *cit. tom. 2. consult. Canonizar. consult. 16.* cautum reperiri, ne plena fides habeatur solius obstricti testimonio, nisi comprobetur assertione aliorum, qui Baptismo presentes fuerint. Verum, quamquam ex plurium attestazione major profecto luxuriatur rei geste certitudo, attamen sacri canonum sufficienter probatum habent collationem Baptismatis per unicum testem, præcipue si is testificetur de facto proprio, hoc est si affirmet, illud fuisse à se legitime administratum, nequaquidquam in contrarium occurrat, quod illius testimonio fidem detrahat; uti discrete decernitur in *Can. 110. & 112. de consecration. dist. 4. cap. Nuper, de testibus*, ubi Interpretes omnes.



VI. Aliud est, cum collati Baptismi testimonium præbetur à persona incerta; etenim cum iuxta scripturam Imperatoris Hadriani ad Junium Rustinum, Proconsulem Macedoniam, reletum à Callistrato in *l. Tertium §. ff. de Testib. Testibus, non testimonio*, sit credendum, non debemus rem adeo gravem committere fidei perone ignota, cujus qualitates, uti Callistratus in *tit. leg. faciendum* monet, explorare non possumus. Quare sacra Congregatio Concilii interrogata, an iterum baptizandi essent infantes, vincto *expositis*, ad hospitale S. Spiritus in Saxia de Urbe delati, etiam si habeant collo appensa schedulam attestantem, eos fuisse Baptismate ablutos, ille 15. Januarii 1724. respondit, esse denovo baptizandos sub conditione, nisi certa habeatur certitudo persæpe, à qua schedula sit evitata, aut aliunde indubitatum demonstratur indicium Baptismatis rite eisdem collati; quod nos in *tit. nostra Titul. 8. animadvertimus*, & videre est in *Theodoro Resolut. tom. 2. pag. 412. & tom. 3. pag. 2.*

VI. In eadem sententia fuerant Patres Concilii Provincialis Tolosanensis, habita Cardinali Francisco de Joyosa anno 1595. in cuius *part. 2. cap. 2. decessit*; *Cum profecti, expositique puerulis, licet affixa reperitur scheda, quæ eos baptizatos esse testetur, in id tamen, an verum, hinc inde diligenter inquirent; si certis nihil compereant in scripto chartula nomine, eos sub conditione baptizabant; tom. 10. Collectionis Harduini col. 1798.* Cumque minoresem eisdem collati Baptismatis, quam schedula incerti auctoris, faciant alia signa exposito infanti apposita, puta sal; ideo recisissime à Richardo Poor, Episcopo Sarum, curatum legitur: *Si verò pueros cum*

*sale, vel sine sale expositos continet inveniri, baptizentur, sub conditione tamen, ut statim libidem explicentur; tom. 2. Concilior. Britan. Henric. Spelman. pag. 127.*

VII. Itaque si Episcopus in sua Synodo loqui velit de Sacramentorum forma conditionata, quod profecto nedum utile, sed quandoque etiam necessarium reputamus, omnia pre oculis habeat, quæ hæcenus enarravimus, atque ad eorum normam, congruam formet instructionem, ad quam Parochi, in illa adhibenda, se debeant conformare: Quod si Diocesi proxi, in qua sæpe contingat, baptizatos ab hæreticis, ejurata hæresi, quæ erant imbuti, in Catholica Ecclesia gremium sese recipere, & dubitetur, uti alicubi dubitatum scimus, an iterum sint sub conditione baptizandi, antequam in re admodum sanè gravi & ardua quidquam doceatur, diligenter investiget, oportet, num in illa hæreticorum secta, de qua agitur, aliquid innovatum fuerit circa Baptismi materiam, & formam à Christo Domino instituta. Si enim utramque ab ejusdem sectæ pseudodominariis rite adhiberi deprehenderit, non potest permittere, ut Baptismus ullo pacto iteretur, quin veniat in suspicionem erroris rebaptizantium, à S. Stephano I. atque, uti affirmat Augustinus *lib. 2. cap. 8. de Baptismo contra Donatistas, Oper. tom. 9. col. 109.* à Concilio plenario proscripti, sive ejusmodi Concilium fuerit Arelatense I. sive magnum Nicænum, de quo litigant Eroditi. Si autem certo compereat, aut baptizandi corpus ab illis non perfundi aqua naturalis; aut formam pronuntiarum sine expressa invocatione Sanctissimæ Trinitatis, sive alia ratione, ab illa diversa, quam Christus instituit, Baptismum absolute renovari jubeat; ob non adhibitam quippe le-

gismam formam, canen 8. Concilii Laodiceni, *tom. 1. Collectionis Harduini col. 781.* rebaptizandos decrevit hæreticos Montanistas; & Gregorius Magnus *lib. 11. in dicit. 4. epis. 67. tom. 2. Oper. col. 1367.* scribens ad Episcopos Hiberiæ, universim statuit: *Hi vero hæretici, qui in Trinitatis nomine baptizantur... cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur, quia Baptisma non fuit, quod in errore positi, Sancta Trinitatis nomine minime perciperant.* Hac sapienter respexit Cardinalis de Rohan in suo Rituali Argeniensi *ad tit. de Baptismo nomi. 6.* cum ait: *Baptizati ab his hæreticis, qui receptam baptismi formam non retinent, denovo absolute baptizari debent.* Quod si denique diligenti præmissa perquisitione, rei veritatem certo assequi nequiverit, & dubia sibi atque incerta remaneat validitas Baptismatis, ab hæretico ministro suscepti, illud utique erit sub conditione recipiendum, quod in *tit. nostra Instit. 84.* declaratum diximus à Sacra Congregatione Concilii, quæ interrogata: *An, & in quibus casibus hæretici delecti sub conditione rebaptizari, si ad Fidem Catholicam convertantur, die 27. Martii 1682.* respondit, non esse rebaptizandos, nisi dubium acat *probabile invaliditatis Baptismi.*

VIII. Rationaliter potest Patribus Concilii Provincialis Mechliniensis anni 1606. incertum saltem, & dubium visum est Baptisma collatum ab hæreticis Hollandiæ, finitimarumque regionum, apud quos mos invaluerat, ut uno aquam fundente, alter Sacramenti formam pronuntiares; ac propterea justè illud iterandum decreverit *tit. 3. cap. 6. Et quia frequens experientia docet, modernos hæreticos sæpe contra receptam Ecclesiæ consuetudinem, & antiquissimam tra-*

*ditionem, baptizare, uno aquam fundente, alia formam ipsam pronuntiares; ab hæreticis (qui non sunt ad baptizandum admittendi, ubi aliquid Catholicis præsto est) baptizati, admittitur sub conditione baptizantur; Collectionis Harduini tom. 10. col. 1943.* cupis quidem Concilii sanctionem tuto sectari possunt, & debent aliarum Ecclesiarum Præules, à quibus sint Ecclesiæ reconciliandi hæretici, si in locis baptizati, ubi eundem errorem Baptismi ritum plerumque adhiberi, non ex incerto rumore, sed ex hodie dignis testimoniis acceperint, atque ideo merito suspicentur, eodem modo fuisse etiam illos baptizatos, qui in Catholicorum numero petunt aggregari, quæ eam ob causam cum hæreticis Anglicis facendum, docere Sylvius *in 3. part. quest. 66. art. 9. Cardinalis de Lugo in Respons. moral. lib. 1. dub. 2. nom. 3. Gebat tract. 2. n. 292. Laurentius Neesen tract. 2. de Baptismo dub. 5. Ludovicus Michon in verbis de Sacram. cas. 8. & Lacroix lib. 6. part. 1. n. 522. Idem vero Sylvius in cor. Resolut. verb. Baptismus III. Operum tom. 5. agens de quodam Britanno, baptizato ab hæretico Puritano, de quo valde dubitabatur, non in Baptismatis collatione orthodoxa forma usus fuisset, ait quod cum rationaliter de hoc dubitari posset, sub conditione rebaptizandus erat. Quia justa præterea est ratio dubitandi de valore Baptismi collati, atque hæreticorum nostri temporis, (qui ut testatur Molanus, & Synodus Mechliniensis Provincialis secunda, frequenter deprehendunt furtim vel formam corruptam, vel intentionem necessariam non habuisse, vel alter male baptizasse) milita... quoniam saluti considerare oportet; quandoquidem est probabili ratio dubitandi de remedio, quod conat est esse*

necessarium; id quod fieri hic potest, citam expedit, ut fiat.

IX. Caveat tamen Episcopus, ne incertam & dubiam pronuntiet Baptismi validitatem hoc tantum nomine, quod hæreticus minister, à quo fuit collatus, cum non credat, per regenerationis lavacrum deleri peccata, illud non contulit in remissionem peccatorum, atque ideo non habuerit intentionem illud conferendi, propterea Christo D. est institutum; siquidem, cum in Gallis disputatum olim fuerit, an ob prædicationem rationem rebaptizandi essent baptizandi à Calvinistis, S. Pius V. ad quem controversia delata est, minime rebaptizandos definiit. Sacramenti enim validitatem non officii privatus ministri error, cui prævallet generalis ejusdem ministri intentio faciendi, quod Christus instituit, seu quod fit in vera Christi Ecclesia; quemadmodum tenentur Acta Concilii Ebroicensis anni 1576. ubi hæc ad rem adiutorum: *Ante decisionem Apostolicæ Sedis Romane, licuit fortassis culpe in suis sensu abundare. Verum, quantum, post habitam de hac facultate disputationem, Jelle. record. Pius V. definiit, verum esse Baptisma, quo uteretur Calvinistæ adhibentes formam, & materiam institutam à Christo, cum intentione generali faciendi, quod Christus instituit, licet errarent in particulari interpretatione, & singulari intentione, ut alii fere omnes hæretici errarent, vel circa intelligentiam formæ baptismalis, vel circa aliquem ejus effectum; ab id baptizatos ab ipsis Calvinistis, non iterum tingendos sub conditione, &c.* Hinc interdictio omnibus Curatis, & Presbyteris, sub pena suspensionis ipso facto à Divinis, ne allator ad se queros, jam baptizatos à Calvinis-

tis, audiant iterum tingere sub illa conditione. Alia similia Synodorum statuta legi possunt apud Grancolas in antiquo Sacramentario Ecclesie, part. 2. pag. 153. & 154.

X. Quædam extant in Orbe Catholico Sanctuaria, ad quæ deferuntur infantes sine Baptismate vitæ functi. Eorum cadavera autem aliquam Imaginem Salvatoris nostri Jesu Christi prodigis celebratam, quæ ibidem veneratur, à pils parentibus collocantur, ibique aliquantisper relinquuntur; quo interim spatio emixæ preces Omnipotentis Deo porriguntur, ut hujusmodi infantes de mortuis ad vitam revocare velit, quo possint Baptismatis Sacramentum accipere. Quod si deinde aliquod in eis vitæ signum appareat, salutari lavacro sub conditione abluuntur; cumque deinde ut plurimum morti reddantur, tamquam baptizati, in loco sacro sepeliuntur.

XI. De his Sanctuariis, quæ in Germania potissimum existunt, ad de hujusmodi miraculosis eventibus agunt P. Bagatta in suo Opere de admirandis Orbis Christiani, P. Gobat in sua Theologia Morali tom. 1. & recentius omnibus P. Amort. tom. 3. in Theologia intract. de Sacramento Baptismi. In Synodis Dioecesis Lingonensis, anno 1472. & 1475. habitis, item in statutis Synodalibus Ecclesie Lugdunensis, à Cardinali Tournonio Archiepiscopo promulgatis ad in aliis etiam Synodalibus Bisuntina Ecclesie statutis, an. 1472. & 1656. editis, præmissa omnia verita fuerunt sub gravium poenarum interminatione; ductæque Synodales sanctiones repetite sunt à Thiers in tractatu de superstitione tom. 2. tert. edit. Paris. an. 1712. cap. 7. de Superstitiosis, quæ ad Baptismum pertinent, & à Natali Alexandro in sua Theologia Dogmatica, & Morali, lib. 2. de Sacram. Baptismi cap.

cap. 7. regul. 7. Fundamentum, quo prædictæ Synodales Constitutiones innituntur, in eo potissimum constituitur, quod nimis ambigua sunt signa, ex quibus ejusmodi infantium resurrectio erui contenditur; quodque levis plerumque fidei, & ætenuitatis sunt testes, qui de eisdem testimonium perhibent; cum pro certis reviviscentiæ signis habeantur aut pallidi coloris in rubicundum mutatio, aut membrorum, quæ antea rigebant, flexibilitas, aut sanguis à naribus fluens, aut aliqua sudoris gutta, quæ in fronte, vel in stomacho appareat, comque de his ipsis rudes mulierculæ testes ut plurimum sint; quæ propter sapientes illi Episcopi Ecclesiasticæ disciplinæ gravitati convenire existimant, à suis Dioecibus hæc omnia removere, ac interdiceri, ne Baptismus prædictis infantibus conferatur, neve in locis sacris eorum cadavera tumulentur; idque eo magis, quod supradicti physici effectus facile adscribi possunt calori, qui ex sicchibus circum infantium cadavera accensis oritur, aliisque ignibus, quibus ista Sanctuaria tepescunt.

XII. Inter hujusmodi Sanctuaria, quod ad rem præsentem attinet, omnium fortasse celeberrimum est illud Uspergæ in Suevia, intra fines Dioecesis Augustanæ, sub cæsare Canonicorum Regularium Præmonstratensium; ad quod nimirum ex remotis etiam regionibus infantium absque Baptismate mortuorum cadavera deferuntur, ut, aliquo in eis vitæ indicio comparente, sacra Baptisma is unda abluantur. Sed cum ad Congregationem S. Officii delata fuisset recitatus adversus hujusmodi morem baptizandi prædictos infantes sub conditione, & quæstio diligenter coram ea examinata fuisset,

ipsis etiam Canonicis Præmonstratensibus auditis; die tandem 27. Aprilis anni 1720. decretum fuit, ut hujusmodi consuetudo de medio tolleretur; idemque confirmatum fuit die 19. Decembris ejusdem anni, item Februarii die 20. an. 1737. 30. Januarii 1738. 3. & 6. Junii. 1744. ac denique die 11. Maii 1751. Porro qui consuetudinem hanc tuebantur, ac pro illius approbatione instabant, hæc maxime asserbant; quod scilicet, quamvis oculis aperire, colorem mutare, aliquam sudoris guttam emittere, & alia hujusmodi signa resurrectionis hanc evidentiæ essent, probabilia tamen censeri debebant; cumque proinde dubium subsistet, an infans revivisset, necne, id satis superque erat, ut baptizari posset, vel potius deberet, sub conditione, si vivus et. Verum prædicta Congregatio rectè, sapienterque animadvertit, quod minime agebatur de infantibus, de quorum vita, aut morte ambigebat in utranque pariem concurrentibus indicibus disputaretur; sed de infantibus procul dubio vitæ functis, quique saltem tanto jam tempore vita caruerant, quantum in libere plurimum quærendo diem, nullo proptus alimentum ipsis dato, inpenitum fuerat; ac proinde rem esse de vero miraculo resurrectionis; quod sane admitti non debet, nisi perspicue, & plane conclusentibus probationibus evidenter demonstretur; quemadmodum verò, deficientibus hujusmodi probationibus, nec resurrectio admitti, nec Baptismus sub conditione conferri debet, ita si resurrectio pro certa habeatur, (quod tamen ex ipsis superioribus enunciatis, aliisque similibus nequaquam inferri potest) jam non conditionata, sed absoluta Baptismi forma adhibenda erit.



que majorum institutis utuntur, periculis dubitantur de ejusmodi Confirmationis robore. Hanc autem questionem potissimum movere, & retrahere solent in eorum Synodis, in quibus, juxta salutarem monitum Paganini in *cit. cap. Sicut olim, num. 91. de accusat.* ea sunt accuratius enucleanda, quæ in singulis Sacramentis, ut rata sint, dignoscuntur necessaria. Quapropter in hac nostra lucubratione, quam ad omnium Ecclesiarum Antistitem utilitatem & commodum exaramus, operæ pretium est, præfata mixti ritus Diocesani Præsulis viam sternere, quam tuto calcare queant, quin impediantur innumeris molibus difficultatum, quæ à Doctoribus exortantur circa legitimam Sacramenti Confirmationis Ministrum, nullique inerte, & controversæ inter Catholicos opinionis adhaerentes, veram secreturæ Doctrinam, ab Apostolica Sede approbatam, quidquid de Confirmatione à simplici Sacerdote administrata sentiendum sit, pro locorum diversitate, absque errandi periculo, in suis Synodis statuam. Quo verò clarius id fiat, nonnulla sunt præmittenda.

## CAPUT VII.

*De Sacramento Confirmationis relative ad Presbyteros Græcos, qui illud pueris post Baptismum administrant, & primo de Ministro hujus Sacramenti.*

Cum vetusta apud Græcos consuetudo obtineat, ut simplices Sacerdotes Sacramentum Confirmationis administrant; puerosque statim post Baptismum sacro Chrismate linitant; Episcopi Latini, in quorum Diocesis Græci habitant, suorum-

que majorum institutis utuntur, periculis dubitantur de ejusmodi Confirmationis robore. Hanc autem questionem potissimum movere, & retrahere solent in eorum Synodis, in quibus, juxta salutarem monitum Paganini in *cit. cap. Sicut olim, num. 91. de accusat.* ea sunt accuratius enucleanda, quæ in singulis Sacramentis, ut rata sint, dignoscuntur necessaria. Quapropter in hac nostra lucubratione, quam ad omnium Ecclesiarum Antistitem utilitatem & commodum exaramus, operæ pretium est, præfata mixti ritus Diocesani Præsulis viam sternere, quam tuto calcare queant, quin impediantur innumeris molibus difficultatum, quæ à Doctoribus exortantur circa legitimam Sacramenti Confirmationis Ministrum, nullique inerte, & controversæ inter Catholicos opinionis adhaerentes, veram secreturæ Doctrinam, ab Apostolica Sede approbatam, quidquid de Confirmatione à simplici Sacerdote administrata sentiendum sit, pro locorum diversitate, absque errandi periculo, in suis Synodis statuam. Quo verò clarius id fiat, nonnulla sunt præmittenda.

II. Ordinarium Ministrum Sacramenti Confirmationis esse solum Episcopum, definitum est à Concilio Constantiensi in damnatione errorum Wiclei, ab Eugenio IV. in decreto instructionis ad Armenos, atque à Tridentino *sess. 7. de Confirmatione can. 7.* Si quis dixerit, auctore Confirmationis ordinarium Ministrum non esse solum Episcopum; sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit. Hanc veritatem didicit Catholica Ecclesia ab Apostolis, qui cum *Act. 8.* audivissent, Samaritanam recepisse verbum Dei, miserunt illuc Petrum, & Joannem Apostolos, ideo-

ideoque Episcopali characterē insignitatis, qui recēdit à Philippo Diacono baptizatis manus imponeret, ac Spiritum Sanctum traderent. Hinc Innocentius I. epistola ad Decentium Eugubitanum Episcopum *cap. 7. n. 6* ex recensione Petri Constantii *tom. 7. epist. Romanæ Pontif. col. 888.* scripsit: *De Consecrandis verbis insuitibus manifestum est, non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere. Nam Presbyteri, licet secundi sint Sacerdotes, Pontificatus tamen episcopi non habent. Hoc autem Pontificium solis debet Episcopis, ut vel consignent, vel Paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio Actuum Apostolorum, quæ asserti, Petrum, & Joannem esse directos, qui jam baptizatis traderent Spiritum Sanctum; nam Presbyteris, si ve extra Episcopum, si ve præter Episcopum, cum baptizant, Chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem eorum eodem oleo signare, quod solis debet Episcopis, cum tradant Spiritum Paracletum.*

III. Neque huc catholicæ dogmæ illud contrariatur, quod adiuvat Lucas Holstenius in *dissert. 1. de Ministris Confirmationis c. 1.* nimirum ab Anania non utique Apostolo, sed Discipulo, manus fuisse impositas Saulo, ut legitur *Act. 9. vers. 17.* Etenim ea manu impositio, utpote quæ Baptismum præcessit, non fuit confirmatoria, sed curatoria, hoc est adhibita ad restituendam, Paulo viuis sanitatem; quod ex *eiusdem capituli vers. 18.* liquet. De simili manu impositione à adhibenda nimirum ad eundem emergentes loquitur Innocentius I. in *cit. epist. ad Decentium c. 6. n. 9.* ubi eam, ex Episcopi delegatione, fieri permisit etiam à Diacono, im-

quiem *De his verbis baptizatis, qui postea demonio, vitio aliquo, aut peccato interveniente, arripuntur, est sollicita sollicitudo tua, si à Presbytero, vel Diacono possint, aut debeant designari.* Quod hoc, nisi Episcopis præceperit, non licet. Nam si manus imponenda omnibus non est, nisi Episcopis auctoritatem dederit id efficiendi. Quem Innocentius locum non recte considerant Morinus in *dissert. de Sacramentis Confirmationis cap. 16.* & citatus Lucas Holstenius, qui inde erui affirmant, potestatem confirmandi quondam fuisse Diaconis delegatam; nam, ut melius observavit Morini Editor Morinus, & pluribus confirmat Petrus Constantii *ad cit. epist.* nullus est sermo de Sacramento Confirmationis, quod tunc temporis statim post Baptismum conferebatur, quemadmodum in sequenti capite ostendimus; & edditur, quo eis succurrebat, quia demonio, post susceptum Baptismum, essent atcepti.

IV. At ravis olim exarsit inter Doctores controversia, an specialis delegatione Romani Pontificis potest simplex Sacerdos, saltem Chrismate ab Episcopo jam consecrato, Sacramentum Confirmationis administrare. Negabant quamplurimi non infamæ notæ Theologi, inter quos Robertus Cardinalis Pollus *part. 1. sentent. cap. 23.* Hugo Victorinus *lib. 9. de Sacram. part. 7. cap. 2.* Hadrianus in *4. dist. 7. art. 3.* Durandus *libidem quest. 3. & 4.* quibus ex recentioribus adhaerent Estius in *4. dist. 7. §. 21. & 22.* Sambovius *tract. de Sacram. Confirmat. Dohanieli tom. 6. Theolog. tract. 2. lib. 8. dissert. 3. cap. 4.* Herminius *ead. tract. cap. 7.* Affirmant ex admodum emergentes loquitur Innocentius I. in *cit. epist. ad Decentium c. 6. n. 9.* ubi eam, ex Episcopi delegatione, fieri permisit etiam à Diacono, im-

q. 1. art. 11. Bellarminus de Sacram. Confirm. cap. 12. Oper. tom. 9. Suarez tom. 5. in 3. part. disp. 36. sect. 2. Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 5. quest. 2. punct. 1. Covarrub. lib. 1. var. cap. 10. Navarrus manual. cap. 22. num. 8. Cardinalis de Lugo in Respons. moral. lib. 1. dub. 6. Cardinalis de Laurica in 4. tom. 5. disp. 2. art. 2. Cardinalis Grotius tom. 2. in 3. part. quest. 2. de Ministro Confirm. m. d. d. 1. §. 1. Juvenin de Sacram. distinct. 3. quest. 5. cap. 2. art. 5. §. 3. Tournely de Sacram. Confirm. quest. 3. art. 2. Doviex de sacra- mentario lib. 3. q. 7. Boucat dist. 2. de Confirm. art. 4. sect. 2. tom. 5. Simonet. tract. 17. disp. 1. art. 2. Becii Theolog. tom. 7. lib. 37. cap. 7. quorum sententia, nisi neque à Concilio Florentino, neque à Tridentino fuerit demissa, sicut contra Gregorium de Valentia observant Tournely cit. loc. & Vuitasse de Minist. extra- ord. Sacram. Confirm. tom. 2. q. 2. art. 5. sect. 1. attamen non videtur posse amplius in controversiam & dubitationem revocari.

V. Etenim S. Gregorius Magnus, cum epist. 9. lib. 4. in dicit. 12. tom. 2. Oper. col. 689. Presbyteris Calaritanis interdixisset: Ne baptizatos infantes signare in fronte præsumerent, sed eos ungerent in pectore, ut Episcopi postmodum ungerere debent in fronte; audicos postmodum, hac sua prohibitione multos offensos, epist. 26. ead. in dicit. col. 705. tom. 2. relata in Can. Perovis, dist. 95. facultatem, quam illis denegaverat, concessit, hac ad Januarium, Calaritanum Episcopum, scribens: Pervenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod, Presbyteros Chrismate tangere in fronte eos, qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum vetorem Ecclesie nostre fo-

nicimus; sed, si omnino hac de re nahuqui contristantur, ubi Episcopi nderunt, aut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos Chrismate tangere debeant, concedimus. Sunt quidem, qui Gregorium loquentum putant, non de unctioe Confirmationis, sed de mera cerimonia, seu Sacramentali quadam unctioe, illi simili, quæ fit in vertice baptizati, quam Presbyteri Calaritani, contra usum ceteroquin Romanæ Ecclesie, aut ante, aut post Baptismum, faciebant in fronte. Ita Gregorium intelligendum affirmat Hadrianus cit. loc. cuius interpretationem approbat etiam Petrus de Marca dissent. ad can. 28. Concilii Claromontani anni 1095. licet enim hic Auctor non neget, posse à summo Pontifice potestatem confirmandi delegari simplici Sacerdoti, illi tamen ex eo Gregorii loco, & facto, minime confici autumat. Verum hanc interpretationem validissimis argumentis refellit Suarez cit. sect. 2. Quoniam iam primis Gregorius Magnus epist. 26. eam ipsam facultatem Episcopo Calaritanis largitur, quæ epist. 9. denegaverat; in hac autem de Sacramento Confirmationis sermonem fuisse, videtur manifestum; solius enim ceremonie abolende tantam curam, & sollicitudinem Pontifex non suscepisset; deinde, si de mera cerimonia quæsitio fuisset, illius usum non limitasset Gregorius ad solam circumstantiam temporis, quo Episcopus abest; ac tandem Eugenius IV. in laudato decreto, prælatam sanè respiciens Gregorii epistolam, certum ponit in ea potestatem fieri simplici Sacerdoti, non solius ritus exercendi, sed verum Sacramentum Confirmationis administrandi, inquit: Legitur tamen aliquando per Sedis Apostolicæ dispensationem, ex ratio-

na-

nobilis & urgenti admodum causa, simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.

VI. Idem privilegium, quod Calaritanis Gregorius Magnus, plures posteriores Pontifices aliis Presbyteris sunt elargiti. Refert siquidem Lucas Wadingus in Annal. Minorum tom. 11. ad ann. 1444. & 1447. & tom. 16. ad ann. 1521. & 1522. nonnullis Fratres Minores hoc privilegio donatos fuisse à Nicolao IV. Joanne XXII. Urbano V. Eugenio IV. Leone X. arque Hadriano VI. cuius diploma in Cœnobio Franciscanorum Hispani asservari, idem Wadingus as-

seruit; ex quo colligere licet, Hadrianum, ad Petri Sedem evectum, è sententia recessisse, quam antea doouerat. Narrat pariter Arcudius Concord. lib. 2. cap. 15. se accepisse à Patre Ludovico Fonseca, Societatis Jesu, paucis quibusdam ejusdem Societatis Religiosis à Sede Apostolica indultum, ut Christianos Brasiliæ sacro Chrismate inungerent. Eandem facultatem Abbas Montis Casini concessit Sixtus V. confirmavitque Benedictus XIII. in sua Constitut. 8. post Concilium Romanum. Recens pariter est exemplum san. mem. Clementis XI. qui eodem ann. 1721. quo summum diem obiit, P. Custodi Terræ sanctæ, Ordinis Minorum, permisit Confirmationis Sacramentum, Chrismate ab Episcopo confecto, conferre. Hæc, aliaque ejusdem generis exempla nos congressimus in quadam causa Americana, sacre Congregationi Concilii, cui tam oramus à secretis, proposita die 13. Junii 1722. tom. 2. Theaur. Resolut. pag. 187. eademque repetita fuere à bon. mem. Cardinali Lanfredino, idem munus obeunte, in alia causa pariter Americana, eidem Congregationi proposita die 24. Januarii

1733. tom. 6. Theaur. pag. 12. Breveque ad Petri Cathedram, etiam nos potestatem fecimus Patri Custodi, & Guardiani sancti Sepulchri D. N. Jesu Christi, Ordinis Minorum de Observantia, idem conferendi Sacramentum Confirmationis in locis Terræ sanctæ, in quibus actu non degant Episcopi Latini, & quoad Fideles Græci ritus, ubi deist Episcopus Græcus Catholicus, qui in propria residentis Diocesis, aut ibi ibidem residentis accesserit consensus, tui habetur in nostra Constit. 10. atque in Constit. 87. §. 14. nostri Bullar. tom. 1. pag. 28. & pag. 294.

VII. Quare non videtur hodie fas esse, potestatem, de qua olim dicebatur, summo Pontifici abjudicare. Quoniam, ut ait Veractux in specul. part. 2. art. 27. De Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare instar sacrilegii est. Etenim enim Christus quasi exprobraret, quod non satis Ecclesie sue providisset; & magis ad rem Sotus cit. dist. 7. quest. unic. art. 13. Non est dubitandum, quin simplex Sacerdos ex commissione Papæ potest Sacramentum Confirmationis exhibere. Et qui de hoc jam modo hæretur, Ecclesiasticis sanctionibus adverteatur. Etenim, quævis hæc conclusio ex sacris litteris non plane colligatur, sufficere tamen debet oribus, quod Gregorius (addimus nos, & alii Pontifices) illam fecerit dispensationem.



## CAPUT VIII.

De adhibendo Chrismate ab Episcopo benedicto, si Presbyter, ut minister extraordinarius, confirmationis, Sacramentum admittitur; & an ad solum Pontificem, excluso Episcopo, pertineat, ius delegandi simpliciter Sacerdoti huius Sacramenti administrationem.

Hactenus exposita quaestio, quam Romanorum Pontificum facta enodatur, alia succedit nonnullum discrepantia controversia. Privilegium, à laudatis Pontificibus inferius ordinis Presbyteris concessum Chrimate consignandi baptizatos, semper limitatum abiolvimus hac lege, modo scilicet Chrimate intereunt ab Episcopo sacro. Quorum autem Doctores, et potuisset iisdem fieri etiam potestas concipiendi Chrima in sacra unctione adhibendum. Nemo est, qui dubitet, Chrimatis benedictionem annumeratam semper fuisse inter propria, & praecipua Episcopalis Ordinis munera. In Concilio enim Carthaginensi II. anni 380. tom. 1. Collecta. Hard. col. 952. cap. 3. Ab universis Episcopis dictum est: Chrimatis confectio, & Paellarum consecratio à Presbyteris non fiant. Carthaginense III. anni 397. cap. 36. lib. col. 961. editi: Ut Presbyter, inconsulto Episcopo, virginem non consecret; Chrima vero nunquam conficiat. Concilium Bracarum anni 561. cap. 19. num. 2. Collecta. Hard. col. 252. deponit iussu Presbyteros, Chrima conferre possunt. In Actis patris Concilii Toletani II. anni 529. editis à Cardinali de Aguirre tom. 2. p. 12. 27. referitur epistola Montani Episcopi Toletani ad Theophilum, in qua Montanus sacrilegam increparit.

quorundam Presbyterorum audaciam, qui contra antiquissimum, ipsique religioni Christiana coarctum morem, ius sibi arrogabant, consecrandi Chrima: Quidam, (alii) ut ad nos speratum est, Presbyteri, ausu temerario, res sacras non tam conseruare, quam violare praesumunt; & ueneris ab initio Fidei Catholicae seculo usuratum summis sui Ordinis hominibus, nisi tantum Pontificibus debitum, ius consecrationis Chrimae, nescio quo typho, an idem sententia deam, indubitanter assumunt; quod quam sacrilegum sit, epissimam conscientiam tuam latere unco credo. At cum isti, alique similes canones de sola loquantur potestate ordinari, quam nullus unquam simpliciter Presbytero asseruit, non admittunt quaestiones, quae veniunt circa potestatem extraordinariam; solum enim disputatur, an, sicuti nuncius Pontifex potest simpliciter Sacerdoti facultatem impertiri administrandi Sacramentum Confirmationis, ita eisdem committere etiam valeat potestatem & concipiendi Chrima. Affirmant Cajetanus in 7. part. quest. 72. art. 5. Gregorius de Valenza tom. 4. disp. 5. punct. 2. 5. Ad hoc in prima, Cardinalis de Lauria in 4. tom. 2. disp. 2. art. 7. Berti in sua Theologia tom. 7. lib. 32. c. 5. prope 4. quorum sententiam valde probabilem existimant Soares, Jan. 7. in 1. part. quest. 72. disp. 33. sect. 2. 5. Tertius sententia, Bonacina de Sacram. disp. 7. quest. ult. punct. 2. n. 2. Rituum, si summus Pontifex suprema sua auctoritate potest simpliciter Sacerdoti manus demanare & concipiendi Sacramentum Confirmationis, de se ex eo qui annexum Ordini Episcopali, eo magis poterit facultatem eidem eligendi praeparandi eiusdem Sacramenti materiam. Neque desideratur.

tur ejusmodi concessa facultatis exemplum. Nam, si qua fides Wadingo in An. d. Mure, tom. 11. ad ann. 1444. Eugenius IV. Fabiano de Barchin. Ordinis Minorum, ad Indos proficere, veniam dedit non solum Chrimate consignandi Fideles, sed etiam ipsam Chrima concipiendi. Apud Mabillonian. Itidem tom. 1. part. 2. Auct. Italici, extat epistola Joannis Diaconi, haec ad Senarium scribens, n. 8. p. 15. 77. Sed nec illud tangat naminum, quod sibi aliquando quendam vis necessitatis assumit, veluti (quod nunc per Africam fieri dicitur) ut Presbyteri sanctum Chrima concipiant; quod merito moveret, si istam Pontificali auctoritas licentiam non dedisset. Unde constat, nectiam nunc à Pontificibus quodammodo fieri, quod in tanta rerum necessitate, ut à Presbyteris ulla nposuit, superior Ordo consuevit.

II. Ulterio tamen fatemur, ejusmodi exempla, si vera sint, paucissima tamen esse, atque ut plurimum non aliter conuenisse à summis Pontificibus simpliciter Sacerdotes insigniri potestate administrandi Sacramentum Confirmationis, nisi sub expressa conditione adhibendi Chrima, non à se, sed ab Episcopo consecratur; quemadmodum perpenderit Auctor Theologiae moralis ad usum Seminarum Petrocoronensium tom. 3. lib. 1. tract. 7. cap. 2. quest. 6. quare insuetum foret, haec etiam prerogativa, Episcopalis Ordinis propria, inferiorum Presbyterum extorreat. Accedit, nullam adesse necessitatem, hanc potestatem faciendi simpliciter Presbytero, is quippe, quocumque se conferat, potest secum deferre Chrima ab Episcopo acceptum; & si quidem à sacris Canonibus, praecipue Can. Litteris, de Consec. dist. 3. & Can. Si quis de alio, de Consec.

dist. 4. verius est quod Chrima ante annum benedicti, satis erit, ut ab hinc positivo Ecclesiae praepcepto, summi Pontifici auctoritate, extimator; sicuti nos in cit. auct. Constant. 10. ab eodem abiolvimus praedictum Custodem sancti Sepulchri, si in loco degat, ubi novi Chrimatis ei non suppetat copia.

III. Sed omnino in hac materia gravissima controversia verratur circa auctoritatem Episcoporum; adeo enim diversa sunt hominum ingenia, ut eam ipsam potestatem, quam plerique summo Pontifici adjudicant, alii cullibet Episcopo asserere non dubitent. Cardinalis Pallavicinus hist. Concil. Trident. lib. 9. cap. 7. n. 16. Christianus Lupus 71. notis ad canones octavae Synodi cap. 5. tom. 2. pag. 143. 7. & 119. Thomasinus de rell. 6. nov. Eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 25. n. 6. Franciscus Farvacquius de Sacramento Confirm. c. 4. & 5. Van-Espen Jur. Eccles. Hist. part. 2. lib. 7. cap. 2. n. 5. & 129. Juenin cit. dist. 7. quest. 2. cap. 2. art. 1. 5. 7. in fin. Petrus Constant in epistola Rom. Pontifici. 1. col. 877. atque recentiores opinantur, sola inspecta institutione Divina, & auctoritate Ecclesiae prohibitionem, posse Episcopum simpliciter Sacerdoti committere; ut Chrimate à se confectio Fideles consignet, ne secus degentes in locis, ad quae ipse accedere inequit, Sacramentum Confirmationis perpetuo canteat. Nec verò paucos, nec levius rationum momenta, quibus haec opinio innititur. Nam, ceteris premissis, quae videri possunt apud laudatum Lupum, Concilium Toletanum I. celebratum anno 460. cui Patres undeviginti subscripserunt, can. 30. Collect. Hard. tom. 1. col. 589. ita statuit: Quamvis penè ubique custodiat, ut abique Episcopo Chrima nemo

conficit; tamen, quia in aliquibus locis, vel Provinciis Presbyteri dicuntur *Chrisma conficere, placuit ex hac die nullum alium, nisi Episcopum Chrisma facere, & per Diocæsimum destinare.... Statutum est, & Diocæsimum non chrismate; sed Presbyterum, absente Episcopo; præsentem vero, si ab ipso fuerit præceptum. Toletano concinit Concilium Arausicanum l. anni 441. & Epaonense anni 447. tom. 7. Collect. Hard. col. 1787. & tom. 2. col. 1049. quorum primum can. 1. ait: «Hæreticus in mortis discrimine positus, si Catholici esse desiderant, si desit Episcopus, à Presbyteris cum Chrismate, & benedictione consignari placuit; aliterum autem can. 16. inquit: Presbyteros, propter salutem animarum, quam in neccis optamus, desperatis, & de-nunciantibus hæreticis, si conversionem subitam petant, Chrismate non permittimus subvenire. Quod omnes conversi, si sani sunt, ab Episcopo noverint expectandum.» Ad hæc, Martinus Archiepiscopus Bracarenensis in sua canonum Collect. cap. 51. non de hac, aut illa regione, sed veluti de consuetudine ubique recepta, ait: *Presbyter, præsentem Episcopo, non signat infantes, nisi forte illi ab Episcopo fuerit præceptum.**

IV. Sed licet hæc momentosa sint, non tamen leviora sunt, quæ in contrarium proferuntur. Etiam Innocentius I. qui statim post allegatum Synodum Toletanum, hoc est anno 402. fuit Pontifex re-natus, etc. epist. ad Decentium Eugubianum Episcopum, ex actis Apostolorum colligi asseruit, solius Episcopi esse, baptizatorum frontem inungere, eaque unctione Spiritum Paracletum trahere. Non potuisset autem Pontifex, sine ulla hæsitacione, hæc affirmare, si eadem eta-

re vigisset alicubi consuetudo, ut baptizati infantes à simplicibus Presbyteris confirmarentur; quare etiam Thomastinus dixerit, se non videre, nec suspicari posse, quidnam aliud, quam sacramentum Confirmationis, Patres Toletani simplici sacerdoti permisissent; atamen alii ex hac ipsa Innocentii I. Decretali manifestè consuevit arbitratur, eos de sola loquutos unctione, fieri solita post Baptismum ex mera caremonia, à qua faciendâ iusserunt Presbyterum abstinere, si Episcopus adstaret. Ita Toletanum concilium interpretatur Binius in notis ad eundem, apud Cardinalem de Aguirre tom. 2. Concilior. Hispanie. p. 248. inquit: *Hæc verba canonis intelligenda sunt, non de sacramentali unctione Chrismatis in fronte, sed de unctione caremoniali, quæ in solemnitate Baptismo in vertice baptizandi adhibetur. Hanc caremonialem unctionem, olim Presbyteris interdictam, nonnisi cum licentia Episcopi ab illis usurpatam fuisse, recensimus.* Hanc vero fuisse mentem præfati Concilii Toletani, suadet etiam Acta Concilii Hispanensis II. habiti anno 619. adversum Agapium, Cordubensem quondam Episcopum cui, inter cætera, crimini datum est, quod meritis Sacerdotibus potestatem delegasset conficiendi *Chrisma, & Chrismate baptizatorum frontem signandi. Hæc enim omnia* (dixerunt Hispanenses Patres c. 7.) *illicite esse Presbyteris, vel Chorepiscopis, quia Pontificis apicem non habent, quem solis debent Episcopis, auctoritate canonum præcipitur; tom. 7. Collect. Hard. col. 160. Minus autem reprehendendus fuisset Agapius, si rem gevisset à Patribus Toletanis Episcoporum arbitrio permittam.*

V. Minus porro huius sententiaæ patroni se urgeri opinantur ab allegatis Arau-

Arau-

Arausicani, & Epaonensis Conciliorum locis, incertum quippe esse ajunt, num in illis sermo sit de Confirmatione, an potius de unctione, per quam hæretici ad Ecclesiam redeuntes, ritu valde simili rituali Confirmationis, olim recipiebantur, & verosimiliter credunt ad hæc solam illa referri; ea siquidem tempestate, qua Confirmatio statim post Baptismum conferebatur; vix evenire poterat, ut hæretici in Ecclesiæ Catholice gremium se recipi expectantes nondum essent confirmati, ac propterea in mortis articulo sacro Chrismate signandi forent. At hæc Theodulfus Aurelianensis Episcopus, cui certis canones Conciliorum Gallie ignoti non erant, lib. de ordine Baptismi, c. 17. tom. 14. Biblioth. Patr. pag. 17. absolute ait: *Quod ergo Presbyteris baptizatos Chrismate unguere licet, Spiritum vero Sanctum per manus impositionem tradere non licet, antiquus iste mos ab Apostolica Ecclesia est traditus. Nulla autem ratione potuisset Theodulfus id ab Apostolis traditum asserere, si oppositum scivisset Gallie moribus olim usitatum.*

VI. Ita ratiocinantur Doctores, jus, de quo agimus, uni vindicantes Romano Pontifici, quorum longum catalogum continet Vericellus de Apostolicis Missionibus quest. 190. sect. 1. & dandus sog. eorumque agmen ducit D. Thomas 3. part. quest. 72. art. 1. r. ad primum, ubi hæc habet: *«Dicens, quod Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quædam, quæ sunt superiorum ordinum, committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam Presbyteris concedit conferre minores Ordines, quod pertinet ad potestatem Episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit Beatus Gregorius Papa, quod simplices Sacerdotes hoc*

Tom. I.

«sacramentum conferrent, quamvis scandalum tolleretur.»

VII. Cæterum, quidquid sit de hæc difficulte & valde perplexa controversia, omnibus in confesso est, arduum nunc fore Confirmationem à simplicibus Presbytero Latino, ex sola Episcopi delegatione collatam, quæ Sedes Apostolica id juris sibi unquam reservavit, quam quidem reservationem non tantum à conventibus in tota Ecclesia Latina jamdiu receptis tacite inducram arbitrantur, sicuti opinantur Juvenis cit. loc. & Tournel de Sacram. Confir. quest. 3. art. 2. sed jam ante ix. sæculi finem expresse factam colligimus ex epist. 70. Nicolai I. ad Hincmarum, & cæteris Archiepiscopis, atque Episcopis, in Regno Caroli constitutos, in qua legitur, Græcorum Imperatores, eosque qui illis parebant, calumniari sanctam Romanam Ecclesiam, imò omnem Ecclesiam, quæ Latina utitur lingua, quia Presbyteris sortiri conjuges prohibemus, & quoniam eisdem Presbyteris Chrismate unguere baptizatorum frontem inhibemus; tom. 3. Collect. Hard. col. 309. Posita autem reservatione facultatis, de qua est sermo, à summo Pontifice sibi facta, nec licitè, nec valde potest Episcopos Latinos illa uti; nam, quavis confirmare sit actus Ordinis Episcopalis, cuius firmitas & validitas à Pontifice num non pendet, delegare tamen simplicibus Presbytero potestatem exercendi eiusmodi actum, potius ad jurisdictionem, quam ad Ordinem, pertinet; Episcoporum vero jurisdictionis, sive sit immediatè à Christo Domino, sive à summo Pontifice, ita semper huic subesse, ut consentientibus omnibus Catholicis, ejusdem auctoritate & imperio limitari, atque ex legitima causa, omnino auferri possit. Illud etiam ad rem facit,

T 3

cit.



est, quod modo audivimus à D. Thoma, nempe delegationem, de qua est sermo, esse actum potestatis & jurisdictionis supremæ, à Christo Domino soli suo in terris Vicario commissæ. Quamobrem Clemeus VI. priusquam ad catholicam communionem reciperet Consolatorem, Armenorum Patriarcham, certior fieri voluit, an eum Ecclesia Romana sentiet etiam in hisce articulis, expressis in Apostolici litteris ad eundem Patriarcham data; quæ habentur apud Raynaudum ad ann. 1241. num. 19. nimirum: "Primo de consecratione Chramatis, si credis, quod per nullum Sacerdotem, qui non est Episcopus, Chramis potest rite & debite consecrari. Secundo, si credis, quod Sacramentum Confirmationis per alium, quam per Episcopum, non potest ex officio ordinari ministrari. Terrio, si credis, quod solum per Romanum Pontificem, plenitudinem potestatis habentem, possit dispensatio Sacramenti Confirmationis Presbyteris, qui non sunt Episcopi, committi. Quarto, si credis, quod chramati per quoscumque Sacerdotes, qui non sunt Episcopi, neque à Romano Pontifice super hoc commissionem seu concessionem aliquam receperunt, iterum per Episcopum, vel Episcopus sint chramandi." Quæ verba perpendant oportet, qui potestatem, de qua disserimus, Episcopis attribuant.

## CAPUT IX.

In quo fitis imponitur proposita quaestioni de puris, qui post Baptismum à Presbyteris baptizante confirmantur.

Dicendum nunc restat de Græcorum consuetudine, quæ nos ad hanc materiam tractandam induxit. Longè ante Photianum schisma fuisse Græcorum moribus receptum, ut simplices Sacerdotes baptizatos infantes statim sacro Chramate iungerent, demonstrant Morinus *eti. dissert. 2. de Sacram. Confirm. & Lucas Holstenius dissert. 1. de Ministro Confirm. apud Græcos*; eundemque usum invaluisse apud alias Orientales Ecclesias, testantur Ambrosiaster in comment. in *epist. Pauli, ad c. 4. epist. ad Ephes. vers. 12. tom. 2. Oper. edit. Paris. ann. 1690. col. 247. in Append. inquit: Apud Ægyptum Presbyteri consignant, si presens non sit Episcopus; & Auctor Quaest. vet. & nov. Testam. quaest. 101. in Append. ad 1. part. tom. 3. Oper. S. August. col. 97. in Alexandria, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consignat Presbyter; quibus in locis verbum consignat, non merum ritum, sed veram confirmationem denotare, tanquam indubitatam posuit Christianus Lupus *eti. tom. 2. pag. 1424.* Sunt qui hanc Græcorum consuetudinem semper ab Ecclesia Latina improbatam affirmant. Etenim, inquit, Nicolaus I. vix exorto Photiano schismate, cum audierit, Græcos Presbyteros, auctoritate & suasionibus Photii, Sacramentum Confirmationis per Bulgariam administrasse, misit illic Paulum Porpuliensem, & Formosum Portuensem Episcopos, Legatos suos, qui om-*

nes Bulgarios à prædictis Presbyteris inanimè confirmatos, iterum sacro Chramate rite signarent; quod constat tum ex epistola Photii ad omnes Episcopos Orientales, ubi de hoc facto acerbè conqueritur, tum ex epistola Metrophanis, Metropolitis Smyrnenis ad Manuelem Patricium, *tom. 5. Collect. Hard. col. 1174.* testanturque Patres octavae Synodi in sua epistola Synodali ad Hadrianum II. *ibidem*, ac ipsemet Nicolaus I. scribit Hincmarum, apud Baronium *ad ann. 867. n. 50.* Adhuc etiam expressis præfatum consuetudinem damnatam avertit ab Innocentio III. *in c. Quanto, 4. de consuet. ubi* Lucio Vicario suo, in Constantiopolitana urbe constituto, scripsit: *Pervenit ad audentiam vestram, quod quidam simplices Sacerdotes apud Constantinopolim ea Sacramenta præsumunt Fidelibus exhibere, quæ ab Apostolorum temporibus, fuerunt solum Pontificibus reservata, id est Sacramentum Confirmationis . . . conferre; ad excusandas executiones in peccatis solum consuetudinem prætendentes, &c.* Quam quidem Innocentii III. Decretalem corroboratam dicunt ab Innocentio IV. qui de pluribus interrogatus questionibus inter Archiepiscopum Nicosiensem, ejusque Suffraganeos Latinos ex una parte, atque Episcopos Græcos regni Cypri ex altera, subortus, hæc ad Othonem Cardinalem Tusulanum, Apostolicæ Sedis Legatum, inter alia rescripsit: "Soll autem Episcopi consignent Chramate in vfrontibus baptizatos; quia hujus onctio non debet, nisi per Episcopos, exhiberi;" *Collect. Hard. tom. 7. c. 364.*

II. At si Doctoribus hæc nobis ebtrudentibus assentiremur, cogemur quoque cum fisdem admittete; vacuam, inanem, atque irritam esse

Confirmationem Græcorum; hæc enim à simplici Presbytero administrata, non potest aliunde vires sortiri, quam à delegatione, sive expressè, sive tacite, eidem Sacerdoti facta à Romano Pontifice; hujus autem delegationis nullum haberebimus indicium, si Græcorum consuetudini, de qua est sermo, semper Romani Pontifices obstitissent. Asserere verò cum præfatis Doctoribus, quos citant, & sequuntur Samborius *dis. 7. de Sacram. Confirm. & Dohamel cit. tom. 6. tract. de Sacram. Confirm. cap. 4. in fin.* Sacramentum Confirmationis ab Ecclesia Græca nunc penitus exulare, multis nominibus absurdissimum, rectè ostendit Goaricus in suis notis ad Euchologium Græcorum *pag. 367.* Equidem ex Concilio Florentino certò concludimus, Græcorum Confirmationem, etsi à simplici Sacerdote administratam, à Latinis Patribus ratam habitam; cum enim Græci, inter undecim quaestiones sibi à Latinis post unionem propositas, ad hanc quoque jussunt respondere: *Quare Episcopi non invingunt sacro Chramate, sed Sacerdotes, cum hoc Pontificibus sit datum? tom. 9. Collect. Hard. col. 430.* plene, quoad hanc, per Mitylenensem Præsumm Latinis satisfecisse, ex eadem historia colligimus, in qua, post undecim illas quaestiones, habetur: *Hæc à Latinis objecta Mitylenensis canonice omnia legitimeque dissolvi, præter quam duo, de quibus Papa significavit Imperatori; cur scilicet matrimonia dirimantur, & Patriarcha non eligatur.* Magis autem disertè ejusdem rei testimonium nobis præbet Gregorius Protosynecllus, qui eidem Concilio interfuit tanquam Legatus Patriarchæ Alexandrini, postea creatus est Patriarcha Constantinopolitanus; in quibus scribens adversum epistolam Mar-

ci Epheſini, apud Harduinum tom. 9. col. 62. ait: "Verum Latini etiam inſtratos conſignabant, & chriſtianos appellabant. Sed hec non fuſſe in ſuo ſpectu, & bono facta, conſtat ex ſuo, quod in noſtra unione nihil obſiſcerent: ſed cum eſſemus orthodoxi, habiti ſumus ab orthodoxis orthodoxi."

III. Neque Confirmationem Græcorum irritam evincunt facta Romanorum Pontificum in contrarium adſerta. Eſtephani Nicolai I. iterum Bulgares conſignari viderunt quia Confirmationem receperant à Sacerdotibus, qui Photii errore imbuti, eam conſulerant jure ordinario, exſtimantes nimirum, potentiam eam conferendi & Episcopis, & Sacerdotibus pari jure competere; ſed quia idem Sacerdotes delegati fuerant à Photio *incho*, & *invitato*, ut loquebantur Apoſtoli Legati, hoc eſt pseudo Patriarcha, cui propterea legitimi Patriarchæ jura non conveniebant, tum denique, & præcipue quia Bulgaria pertinebat ad Patriarchatum Occidentalem, quod plaribus oſtendit Chriſtianus Lupus cit. tom. 2. pag. 1404. & 1417. atque ideo delegato, de qua eſt ſermo, à Romano Pontifice Græcis Preſbyteris ſive expreſſe, ſive tacite facta, miniſtrandi Confirmationem in Patriarchalibus Orientis, nequaquam iſdem Preſbyteris id ipſum in Bulgaria peragere permittebat. Decretalis autem Innocentii III. ſolos reſpicit Sacerdotes Latinos; etenim cum tunc temporis urbs Conſtantinopolitana ſubjecta eſſet imperio Francorum, ejuſque Patriarcha eſſet Venetus, ex Francis, & Venetis incolis magna ex parte conſtabatur; cum autem audivit Innocentius, Sacerdotes Latinos inibi degenere, Græcorum ritus adoptaſſe, Græcorumque more Confirmationem

auſus conferre, hunc Latinorum abuſum compoſuit, ſcribens ad Lucium: *Volentes igitur hæc, & alia, quæ oculis Divinæ majeſtatis oſpiciunt, de agro Dominico extirpari, diſcretioni tuæ per Apoſtolicæ ſcriptæ præcipiendo mandavimus, quatenus omnibus Latiniſ Preſbyteris, apud Conſtantinopolim conſtitutis, diſcretiè prohibeas, ne talia de cætero tua temeritate præſentant. Ita quippe habet integra Decretalis apud Baluzium tom. 1. epist. Innocent. III. pag. 480. & Gonzalez. Sed quia in compilatione Decretalium, qua in ſchallis, & foro utitur, omiſſum eſt verbum illud *Latinis*, hinc Auctores contrarij anſam acceperunt aſcendi, Innocentium irritam pronunſiaſe Confirmationem à Græcis etiam Sacerdotibus collatam; ſicuti ſcitè animadvertunt Moſius cit. diſſert. cap. 82. & Van-Eſpen Jur. Eccl.æ. univerſ. part. 2. tit. 3. cap. 2. num. 4. Innocentius IV. viribus carete voluit Confirmationem adminiſtrantem à ſimplici Sacerdote, ſed unico quoad regnum Cypri, in quo prævalere inceperat ritus Latinus ob multitudinem Latinorum: Antiquum libelle dentium; ut enim idem ritus per totum regnum propagaretur, & foret perpetuus, neceſſarium duxit Innocentius IV. revocare delegationem à Romano Pontificibus tacite ſaltem factam Sacerdotibus Græcis conſentendi Sacramentum Chriſmate. Cæterum in aliis locis, in quibus Chriſmatum data à Sacerdotibus Græcis, non eſt à Sede Apoſtolica expreſſe improbatæ, ea pro valida eſt habenda, ob tacitum ſaltem privilegium à Sede Apoſtolica illis conceſſum; cujus quidem privilegii præſumptionem inducit ipſamet convenientia, & tolerantia Romanorum Pontificum, qui prædictum Græcorum morem ſcientes, non contra-*

ſerant, neque umquam illum damnarunt; ſicuti poſt Goarium, & alios, rectè ratiocinatur Arcadius de Concord. Eccl.æ. Occident. & Orient. lib. de Confirm. cap. 15. pag. 69. inquit: *Tutiffimum eſt dicere, Græcorum Preſbyteros, per ſuos Patriarchas, & Antiquos, ejusmodi facultatem à ſummo Pontifice obtinuiſſe, à quo omnis jurisdictio, quaſi à Capite, in alios, veluti membra, immediate, vel mediata derivatur & diſſuaditur.*

IV. Sed, quoniam omnis præſumptio cedit veritati, eadem Confirmatio eſt irrita reputanda in locis, in quibus certo novimus talem facultatem Græcis, alteriusve Orientalis ritus Sacerdotibus eſſe ab Apoſtolica Sede expreſſe ademtam. Præter autem Sacerdotes in Bulgaria, quibus eam ademptam audivimus à Nicolao I. & Sacerdotes in regno Cypri, quibus eandem abſtulit Innocentius IV. ſcilicet, à Clemente VIII. reverè interdictum Sacerdotibus Italo-Græcis, ne baptizatos Chriſmate conſignare præſument, cujus decretum nos confirmavimus in noſtra Conſtitutione 57. Bullar. noſtri tom. 1. pag. 167. in cujus §. 3. hæc ad rem edimus: *Episcopi Latini, infantes, seu alios in ſiſis Dioeciſibus baptizatos à Preſbyteris Græcis abſolutè Chriſmate in fronte conſignatos conferent; cum neque per Prædeceſſores noſtros, neque per nos Græcis Preſbyteris in Italia, & Inſulis adſcribitibus, ut infans baptizatus Sacramentum Confirmationis conferant, facultas conceſſa ſit, aut concedatur; quinimò ſuſque ab anno 1595. à ſel. rec. Clemente VIII. Prædeceſſore noſtro fuiſſe Preſbyteris Italo-Græcis expreſſe interdictum, ne baptizatos Chriſmate conſignent. Sectis ſub conditione, & cum cautela eos confirmare debent, de quibus verſimiliter dubitari po-*

*teſt, utrum ab Episcopis Græcis, ordinem Baptismi iuxta eorum Euchologium ſervantibus, fuerint baptizati. In alia parte noſtra Conſtitutione 129. §. 4. cit. tom. ejuſdem Bullar. pag. 517. illata mentione ejuſdem Græcorum conſuetudinis, hæc addidimus: "Quemadmodum enim Græcis incolis Italiæ expreſſe veritas eſt adminiſtratio utriuſque Sacramentum, ab eodem Miniſtro conſimultaneæ faciendæ, ut patientia æquidam, & facilitate Sedis Apoſtolicæ factum eſt, ut unum, & alterum Sacramentum ab eodem Sacerdote in Oriente Græcis conferretur, & §. 5. permittendum diximus Coptis perſeverare in eodem ritu, jamdiu ab ipſis recepto, atque ab Apoſtolica Sede tolerato."*

V. Hæc non locaſſum ſunt prænotata; ex omnibus quippe ſimul conſideratis optima, & ſecura conſultatur regula, ad quam dirigi debet iudicium Episcopum, in cujus Synodo accidit diſputari de robore Confirmationis, à ſimplici Sacerdote Græci ritus adminiſtrate. Antequam ſi quiddam definiat, diligenter inquirat oportet, tum in tali loco, ejusmodi Græcorum more fuerit umquam ab Apoſtolica Sede expreſſe improbatum; an poſſius ejuſdem Sedis conſuetudine, & lenitate toleratus. Si primum, Confirmationem irritam pronunſiabit, atque à Sacerdote Græco inſuper confirmatos, abſque ſcrupulo iterandi Sacramentum, iterum ſacro Chriſmate inunget ſi alterum, Confirmationem ratam habeat. Quod ſi res dubia ſit, non poſſit certo diſſidari, nunc ejuſ regionis Sacerdotibus aut expreſſe, aut ſaltem tacite data ſit ab Apoſtolica Sede facultas conferendi Sacramentum Confirmationis, ſe abſtinebit à præferenda ſententia, eamque expectabit à Romano Pontifice, cui deſert



adeo græve negotium significari. Omnes ejusmodi circumstantias prudenter examinatas invenimus à pluribus Synodis, & pro eorumdem diversitate diversam ab illis prolatam deprehendimus de Confirmatione, Græco ritu administrata, sententiam. In Synodo Maronitarum, habita tempore Gregorii XIII. eodem Pontifice iubente, Synodi Præces, liberum esse declaravit confirmatis à simplicibus Sacerdotibus, deinde idem Sacramentum recipere ab Episcopo; quia non satis constabat, an Presbyteris Ecclesiæ Hierosolymitanæ, cui subdantur Maronitæ, concessum fuerit utquam ab Apostolica Sede tacitum saltem privilegium, Sacramentum illud administrandi, quemadmodum referunt Verriolius de *Apostol. Mission. tit. 7. de Confirmat. quest. 131. n. 1.* & Thomas à Jesu de *conversione omnium Gentium lib. 5. cap. 5. pag. 284. & pag. 508.* In Synodo Provinciali, seu Nationali Albana, habita anno 1703. atque à summo Pontifice confirmata, decisum videtur, solum Episcopis esse, baptizatorum frontes Chrismate linere; *cap. enim 3. ubi de Confirmatione est sermo, hæc habentur: Tantum porrò Sacramenti, quod sola Episcopalis persona sua vindicat dignitatem &c.* Contra in Synodo Provinciali Ruthenorum, celebrata Zamoscia anno 1710. cuius Acta à nobis, qui Congregationis Concilii Secretarii munere tunc fungebamur, diligenter antea recognita, fuisse pariter ab Apostolica Sede approbata, sanctum est, validam habendam fore, neque ideoque sine sacrilegio posse iterari Confirmationem receptam à simplicibus Sacerdotibus, quia scilicet compertum est, ad ea quoque loca extendi tacitam delegationem, Græcis Sacerdotibus factam à Romano Pontifice: *Sacramentum Confirmationis (ve-*

*ba sunt præfixa Synodi) à Christo Domino institutum, quod Parochii in Orientali Ecclesia extraordinario jure, & delegata ab Episcopo facultate, ex Apostolica Sedis dispensatione, statim post Baptismum administrare solent, in genere distictum signaculorum, sacrosanctum est, ut ipse Baptismus, illudque nefas est iterare, propterea quod indelebilem characterem imprimi. Denique in nuperâ Synodo Nationali Maronitarum, coacta in Monte Libano ann. 1746. atque à nobis confirmata ann. 1747. ut in nostra Constitutione 31. *Bullar. tom. 1. pag. 74.* hæc ad rem edita sunt decreta videlicet *c. 2. de Sacramento Baptismi can. 15.* Majoribus nostri sicut & ceteri Orientalium Ecclesiarum filii, statim post Baptismum tam infantes, quam adultos consecraverunt sacro Chrismate perungere, atque adeo Sacramentum Confirmationis illis conferre; idque per simplices etiam Sacerdotes, quibus Patriarchæ, & Episcopi hæc facultatem concesserant, quemadmodum ex Ritualibus apparet. Quia verò Patriarchæ nostri, ut eo, quo par est obsequio Romanis Pontificibus, qui frequentes ad illos hæc de litteras dederant, morem gererent, Latino ritui consentientes, deservere, ut deinceps nemo, nisi Episcopali dignitate præditus, Sacramentum Confirmationis administraret; ideo mandamus, ac precipimus omnibus Parochiis, Archiepiscopis, Chortepiscopis, ceterisque dignitate Episcopali carentibus, ne audeant in posterum baptizati frontem sacro Chrismate perungere, & verba illa, quæ ad Confirmationis Sacramentum, adeoque ad Episcopum tamquam ordinarium illius Ministrum spectant, recitare; sed illis emissis, instingant pollicem*

in sacro Chrismate, & ungant baptismatum in summitate capitis in modo Crucis, dicentes Orationem, ex rituali Romano desumptam, quæ sequitur; Deus omnipotens, Patris Domini nostri Jesu Christi &c. qui verò adfuerit Episcopus, & ipse vel simplex Presbyter, adultum quempiam baptizaverit, poterit eundem Episcopus post baptismum, si velit (ac præcipue cum contigerit ab illo baptizari adultum, seu infantem in mortis periculo constitutum) prosequi cetera, quæ ad collationem Sacramenti Confirmationis in Rituali pertinent, ita tamen, ut patrinus, vel matrina adhibeatur, & nomen confirmati in libro ad id destinato à Parocho, vel Episcopo adnotetur. Hinc in Rituali, quod auctoritate Reverendissimi Domini Patriarchæ propediem est edendum, ante illa verba, quibus juxta ritum nostrum, Confirmationis Sacramentum confertur, apponenda est admonitio ad simplices Sacerdotes, cum supra dicta oratione; Deus omnipotens &c. & altera admonitio ad Episcopos cum ritu conferendi Sacramentum Confirmationis, quem omnino à ritu Baptismi distingui, & separari precipimus.

VI. Et *cap. 3. de Sacram. Confirmationis §. 2.* Quia verò tam in nostra, quam in reliquis Orientalibus Ecclesiis, antiquus mos obtinuerat, ut statim post Baptismum etiam Sacramentum Confirmationis conferreretur, quemadmodum & in Ritualibus continetur, & à Concilio Laodiceno, his verbis præscribitur, quod oportet eos, qui illuminantur, post baptismum inungi super celestis Chrismate, & esse regni Christi particeps; hæc tamen in re servandum, precipimus, ac mandamus, quod du-

rum à Reverendissimis Dominis Patriarchis injunctum est, nosque sub præ de Baptismo monimus, ne simplices Sacerdotes de cætero præsumant hoc Sacramentum administrare; sed illud Episcopi dumtaxat conferant, illum sacrosanctæ Tridentinæ Synodi canonem præ oculis habentes: Si quis dixerit, sanctæ Confirmationis ordinarius Ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem; anathema sit.

## CAPUT X.

*Ritus de Sacramento Confirmationis, de quo in quadam constitutione Synodali cautum est, ut pueris mox decreturi administraretur.*

Non multis antea annis dubitatum, & discipratum fuit, an suscineretur quoddam Synodalis Constitutio, in qua Episcopus declararet, paratum se esse ad Sacramentum Confirmationis administrandum pueris mox accersitis, ne privarentur incremento gratiæ, & gloriæ, quod certò forent ab eodem consequuturi; quapropter operæ pretium erit, hæc controversiam, utpote quæ ad Synodum pertinet, hic elucidare.

II. Catechismus Concilii Tridentini, juxta S. Pii V. editus, *part. 2. de Confirm. n. 15.* observandum statuit, ut omnibus, post Baptismum, Confirmationis Sacramentum administraretur; sed minus expedire, addit, hoc fieri, priusquam pueri usque rationis adepti fuerint; atque idem decere, ut sacro Chrismate non inungatur, nisi cum ad septimum suæ ætatis annum pervenerint. Contra, Pontificale Romanum, Clementis VIII. primum, deinde Urbani VIII. auctoritate recogni-

firmum, tit. de confirmandis, tamquam certum ponit, Sacramentum Confirmationis etiam infantibus ab Episcopo administrari; ait enim: *Infantes per patrem ante Pontificem, confirmate valentem, tenentur in brachiis dextris.* Pugnare proinde inter se videntur Catechismus, & Pontificalis, sed omnis cessabit animonia, si res accuratius, uti decet, expendatur.

III. Extra omnem controversiam est, Sacramentum Confirmationis valide conferri omnibus baptizatis, absque ulla ætatis differentia, quod colligitur ex *Can. de his, de Consecr. dist. 5.* notatque Sorus in 4. dist. 7. *quæst. vnde. art. 8.* Certum insuper est, olim tam adultis, quam pueris, statim post Baptismum fuisse confirmatos. Dixerit id testatur Tertullianus: *lib. de Baptismo c. 7. & 8.* ubi ait: *Exerit de lacero perungitur benedicta unctio. . . dehinc manus imponitur per benedictionem, ad vocant, & incantant Spiritum Sanctum; Cyprianus episc. 73. ad Subianum: Quia nunc quousque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizatur, Presbiteri Ecclesie offerantur, & per nostram orationem, ac manus impositionem Spiritum Sanctum consequantur, & Ignaculo Dominico confirmantur; Cyrillus Hierosolymitanus catech. 2. mystag. 3. n. 1. Vos quoque similitè, postquam ex sacrorum laticum pinguis absconditis, datum est Christum; Crenadius de dignitat. Eccles. cap. 52. Si parvuli sunt, vel habent, respondeant pro illis, qui vos offerunt, iuxta morem baptizandi, & in manus impositione & Christum communiti, Eucharistia mystericè admittantur.* Baluvinus in suis notis ad Regnum lib. 1. cap. 69. duos exhibet antiquos codices manuscriptorum Pontificales ex sæcul. ix. & x. in quibus ordo confirmandi in-

fantes statim post Baptismum continetur; in eorum enim altero sic legitur: *Statim autem confirmatur infans;* in altero vero: *Si Episcopus adiat, statim confirmat eum oportet Christianitate.* Hæc eadem disciplina sæculo xiii. sicut in Ecclesia nonnulli remitti cepisset, nondum tamen penitus oboleverat; quod pluribus monumentis demonstrat Martene de antiq. Eccles. ritib. tom. 1. lib. 1. cap. 2. art. 1. n. 9. sed subsequenti ætate congruentius visum est, expectare, ut confirmandus rationis utrum adeptus fuerit. Concilium Provinciale Mediolanense l. 2. S. Carolo Borromeo anno 1561. celebratum part. 2. Actor. Mediol. Eccles. part. 1. pag. 7. decrevit: *Minori septennio Confirmationis Sacramentum nemini præbeatur.* Concilium Turonense anni 1483. cap. 7. tom. 10. Collectionis Harduini col. 1407. loquens de eodem Sacramento: *Quod si deventus conferatur, statim, ne ad illud facile minores septennio. . . admittantur.* Concilium Cameracense an. 1386. tit. 7. c. 2. tom. 9. ejusdem Collectionis col. 2160. *Non infra septimum, aut octavum annum pueri confirmantur.* Concilium Tolosanum anni 1190. part. 2. cap. 3. num. 4. tom. 10. Collectionis ejusdem col. 1799. *Ne summa quædam impetus necessitas, septimo minores pueri nequam veniant ad Confirmationem admittendi.* Tandem Catechismus Romanus lac. cit. hæc habet: *Illud observandum est, omnibus quidem, post Baptismum, Confirmationis Sacramentum postea administrari, sed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint. Quare si duodecim annis non expectandus videatur, usque ad septimum ætatis hoc Sacramentum differri convenit.*

IV. Hanc tamen disciplinam mutationem; jussu de causis in Ecclesia

La-

Latinam inveciam, non est amplexa Ecclesia Orientalis; quippe retinet etiam nunc veterem morem Sacramentum confirmationis statim post Baptismum ministrandi, sicut ex his colligitur, quæ in precedenti capite diximus, testanturque Allatus de perpet. contens. Eccles. Occid. & Orient. lib. 3. cap. 18. Thomas à Jesu de conversion. Græc. lib. 7. cap. 7. ac Joseph Vicecomes in observat. Ecclesiast. de antiquis Baptisti ritibus bib. 5. c. 72. atque de Maronitis, & Syris asserit Naironis in Evagelia Fidei Catholica part. 2. cap. 3. Diversam utriusque Ecclesie hæc in re consuetudinem considerans Pater Drovet tom. 2. de re Sacramentaria quæst. 9. inquit: *» Habent suæ consuetudinis Idoneas causas Græci, habent & suæ Latini. Illi subjecti magis quam Sacramentum, respectum habentes, voluerunt, » Confirmationem statim post Baptismum conferri; ac nimirum, quidquid gratiæ poterant, promptius sineophyis procurarent: isti decori nimis, ac dignitati Sacramenti, quam exigentia Fidelium, consulentes, eousque differendum statuerunt, donec instructionis capaces nescerent, & possent Divini beneficii premium pro meritis æstimare.* Hanc eandem rationem respexerunt Patres Concilii Colonienis anni 1536. part. 7. cap. 6. agentes: *» Cum enim hoc Sacramentum Confirmationis non sit necessitatis absolute, conveniens, & utilis dabitur, si maddtur admonitione. At antequam infans supra septimum ætatis annum progressus fuerit, parum, vult nihil horum, que aguntur, intelligit, ne dicamus, meminert;* tom. 9. Collectionis Harduini col. 2004. Prædictas diversas utriusque Ecclesie diversi ritus causas nos præ-

oculis habuimus, cum in cit. nostris Constat. 129. relinquendo diximus Coptos in sua antiqua consuetudine recipiendi Confirmationem statim post Baptismum; sed simul summo preprehendendos, quod à Baptismo, ritu Latino collato, hoc potissimum nomine abhorreant, quod scilicet eorum à Confirmatione administratur, quod in quædam Constat. 5. 6. & 6. legitur.

V. Verum, ut ad propositum redeamus, quamvis Catechismus Romanus non expedire dicat, ut Sacramentum Confirmationis pueris ante septennium conferatur, non tamen prohibet, ne ullo umquam in eorum fideem conferri queat; quod scite perpendentes Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 35. sect. 2. Sylvius in 3. part. Divi Thomæ quæst. 72. art. 8. Layman Theolog. moral. lib. 5. tractat. 3. c. 5. num. 2. Diana part. 7. tract. 4. resol. 19. Cotonius lib. 2. de Sacram. contr. 3. cap. 3. Juenin de Sacram. dicitur. 3. quæst. 8. cap. 1. Sylvester Maurus tom. 3. Theolog. lib. 11. quæst. 129. num. 4. Roncaglia de Sacram. tract. 3. cap. 3. num. 3. bon. mem. Cardinalis Grotius tom. 13. Theolog. pag. 336. num. 6. alique plurimi affirmant, sanctè ac licitè, etiam juxta præsentem disciplinam, sacro Chriamate iungi pueros ante septennium, cum aut præviderit futura diutina absentia Episcopi, ut si hinc versatur in discrimine vitæ, aut alia urget necessitas, seu iusta causa.

VI. Et profectò, quod Confirmationi non sit deneganda pueris ante septennium, si tali morbo laboret, ut decessuri prævideantur, aptè deducitur ex D. Thoma 3. part. quæst. 73. art. 8. ad 4. ubi docet, etiam pueris morituris hoc Sacramentum dandum esse: *Ut confirmati decedentes, major-*

rem



rem gloriam consequantur, sicut & hic majorem obtinent gratiam, quod nos ipsi advertimus, & cum eodem Angelico Preceptorum tradidimus in nostra Inst. 6. ac pluribus praesulibus recessus Auctor Cathalanus tom. 7. in Pontificale Romanum pag. 227. num. 22. Licet enim Confirmatio non sit pueris ante usum rationis necessaria ad pugnam tunc subendam pro Fide Christi, non est tamen inutilis: cum quia auget illis gratiam, tum quia eis jus tribuit ad accipiendam gratiam usque, quibus suo tempore raborentur ad sustinendam pugnam pro eam, quo ex morbo convalescunt, qui nobiscum Duhamel tom. 5. Theolog. tract. de Sacram. Alciat. 3. c. 1. postquam docuit, expedit, ut Sacramentum Confirmationis conferatur habentibus usum rationis, id limitat in infantibus constitutum in mortis articulo, quibus laudabiliter conferri affirmat.

VII. Quod vero, praeter periculum mortis, alia insuper adesse possit iuxta causam, ob quam confirmatio pueris ante usum rationis ministraretur, asserunt Patres Concilii Mediolanensis V. part. 1. Acto. Eccl. Mediol. part. 1. pag. 229. ubi explicantes decretum editum in Concilio L. Mediolanensi, quod nos supra retulimus, haec habent *Alio decreto, quod in Concilio Provinciali primo sanctissimum, cautum est, ne Confirmationis Sacramentum his praebere, qui ante usum rationis nati sunt; si tamen Episcopus, ob aliquam causam iustam, sique adeo necessariam, parvulis, & infantibus, non modo eam etatem expleat, sed ne attingat quidem, ministrandum aliquando censuerit; ne sit verum.* Idemque ab alia Synodo sancitum esse, refert Vitrasso de Sacrament. Confirmation. tom. 2. quest. 2. art. 1.

VIII. Ex his porro plano concluditur,

nam nullam esse contrarietatem, nullam antilogiam inter Catholicum, & Pontificale Romanum. Catechismus prohibet, ne regulariter Sacramentum Confirmationis conferatur pueris ante septimum; Pontificale expostulat, quod in aliquo extraordinario casu, iustaque urgente causa possit idem conferri. Quae traduntur in Catechismo, constitunt regulam, quae adnotatur in Ponticali, consistunt in limitatione regulae. Quibus positus, si Episcopus in suis constitutionibus diceret, paratum se esse ad conferendum Sacramentum Confirmationis pueris, & infantibus baptizatis, seu constituis in mortis periculo; aut suberet, ut sibi Sacramentum Confirmationis ministrato, in hoc, aut illo loco suae Diocesis, exhiberetur pueris, & infantibus, cum facili ad eos in posterum sibi non sit futurus accessus, vel propter sui ingravescentem aetatem, vel propter eorum distantiam à civitate, aut propter itineris difficultatem, nihil profecto in huiusmodi Constitutionibus Synodalibus videretur reprehendendum; cum in praefatis circumstantiis non sit locus regulae traditae in Catechismo, sed potius limitationi ejusdem regulae, de qua in Ponticali. Cuius quidem limitationis exemplum praebuit Concilium Parisiense anni 129. cap. 37. tom. 4. Collectionis Harduini col. 1718. ubi à lege decernente, ut Baptismus, & Confirmatio duntaxat conferantur tempore Paschatis, & Pentecostes, excepit infirmos, & periclitantes, qui bus ait, sicut Baptismus gratia succurritur, ita duntaxat donum Spiritus Sancti est tradendum; de qua re plura Gibert consult. Canon. tom. 2. consult. 2. de Sacrament. Confirmationis.

IX. Tria tamen advertere debet Episcopus,

Episcopus: primo, ne in sua Constitutione quidquam dicat, quo insinuetur illicitate necessitate, seu praepertum accipiendi Sacramentum Confirmationis in ea aetate, & statu; secundo, ut Sacramentum administret ea dignitate, cui consulere voluit Ecclesia, cum illud negavit infantibus ante adeptum usum rationis, quemadmodum supra audivimus à Drover; tertio tandem, ne postquam paratum se dixit ad Confirmationem conferendam omnibus pueris, positus in vita discrimine, libenter accurrat ad nobiliores, sibique bene visos, & irretractat ad pauperes, aliosve de infima plebe; hoc siquidem fieret cum acceptione personarum, & multorum scandalo; à qua quidem personarum acceptione quantum sit abhorrendum, praecipue in Sacramentorum administratione, ex his colligitur, quae habentur in nostra Constitut. 107. p. 420. & pag. 417. Bullar. tom. 1.

## CAPUT XI.

De relictis in Synodo questionibus Theologicis circa Sacrosanctum Eucharisticum Sacramentum; ubi de Violentia exhibendo, necne his, qui eandem de Eucharistiam suscipiunt, item de Communionis danda relictis capit. damnatis, & deroganda peccatoribus publicis & manifestis.

Neminem Episcoporum adeo desipere putamus, ut velit in sua Synodo ne leviter quidem quaestiones attingere, quae de sanctissimae Eucharistiae effectibus moventur à Scholasticis, atque in utramque partem verentur. Eiusmodi esset illa ex gratum Eucharistia aequalem conferat gratiam, ex opere operato, eam summentibus sub utraque specie, quan-

sub una tantum accipientibus. Haec quippe controversiam teste Francisco Bianco, Archiepiscopo Compostellano, qui Concilio Tridentino interfuit, & cuius, tacito nomine, meminit Henricus de Sacram. lib. 8. cap. 44. §. 5. in margine, declinare volvere Patres Tridentini, cum sess. 21. de Communione c. 6. cap. 7. discentes de fructu, quem Fideles è sanctissima Eucharistia percipiunt, eantē dixerunt: *Nulla gratia, nec necessaria ad salutem, eos delectandi, qui unam speciem solum accipiunt; noluerunt siquidem definire, an isti tota ubertate participes fierent gratiae, quae donatur illam sub utraque specie degustantes. Non totum autem huiusmodi, sed incongruum esset, in Diocessana Synodo quaestione tractari, quam Tridentini Patres reliquerunt intactam. Similis naturae, & admodum opinione posita est alia controversia, quam Theologi examinant: num scilicet sanctissima Eucharistia conferat per accipiens primam gratiam, etiam ad Fideles praedenter existimas, se esse in gratia, si ad Eucharistiam salutem artitus accedat, consequatur remissionem verbum, quorum est invincibiliter obfus. Enimvero Irresolubiles se exponeret Episcopus, qui inter haec Scholasticorum ritas se impleret, praesertim cum de rebus agatur, quae unice pendunt à Divina institutione, nobis hactenus per Ecclesiam non manifestata. Satis igitur erit, ejusmodi inutilibus quaestionibus praetermissis, unice insistere, ut Patrochi, ceterique animarum Rectores crebro in Fidei memoriam reverent praepertum Apostoli 1. ad Corinth. 11. Probat autem se ipsum homo, & sic de Pane illo edat, & de Calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non discernens Corpus Domini.*

rem gloriam consequantur, sicut & hic majorem obtinent gratiam, quod nos ipsi advertimus, & cum eodem Angelico Preceptorum tradimus in nostra Inst. 6. ac pluribus praesulatur recessus Auctor Cathalanus tom. 7. in Pontificale Romanum pag. 227. num. 22. Licet enim Confirmatio non sit pueris ante usum rationis necessaria ad pugnam tunc subendam pro Fide Christi, non est tamen inutilis: cum quia auget illis gratiam, tum quia eis jus tribuit ad accipiendam gratiam usque, quibus suo tempore raborentur ad sustinendam pugnam pro causa, qua ex morbo convalescunt, quia nobiscum Duhamel tom. 5. Theolog. tract. de Sacram. Alciat. 3. c. 1. postquam docuit, expedit, ut Sacramentum Confirmationis conferatur habentibus usum rationis, id limitat in infantibus constitutum in mortis articulo, quibus laudabiliter conferri affirmat.

VII. Quod vero, praeter periculum mortis, alia insuper adesse possit iuxta causam, ob quam confirmatio pueri ante usum rationis ministraretur, asserunt Patres Concilii Mediolanensis V. part. 1. Acto. Eccl. Mediol. part. 1. pag. 229. ubi explicantes decreverunt editum in Concilio L. Mediolanensi, quod nos supra retulimus, hanc habente Alio decreto, quod in Concilio Provinciali primo sanctissimum, cautum est, ne Confirmationis Sacramentum his praebere, qui ante usum rationis nati sunt; si tamen Episcopus, ob aliquam causam iustam, sique adeo necessariam, parvulis, & infantibus, non in mortis tantum etatem expleat, sed ne attingat quidem, ministrandum aliquando censuerit; ne sit vitium. Idemque ab alia Synodo sancitum esse, refert Vitrasso de Sacrament. Confirmation. tom. 2. quest. 2. art. 1.

VIII. Ex his porro plano concluditur,

tur, nullam esse contrarietatem, nullam antilogiam inter Catholicum, & Pontificale Romanum. Catechismus prohibet, ne regulariter Sacramentum Confirmationis conferatur pueris ante septimum; Pontificale expostulat, quod in aliquo extraordinario casu, iustaque urgente causa possit idem conferri. Quae traduntur in Catechismo, constitunt regulam, quae adnotatur in Pontificali, consubstantiunt limitationem regulae. Quibus positus, si Episcopus in suis constitutionibus diceret, paratum se esse ad conferendum Sacramentum Confirmationis pueris, & infantibus baptizatis, seu constituis in mortis periculo; aut suberet, ut sibi Sacramentum Confirmationis ministrato, in hoc, aut illo loco suae Diocesis, exhiberetur pueris, & infantibus, cum facili ad eos in posterum sibi non sit futurus accessus, vel propter sui ingravescentem etatem, vel propter eorum distantiam à civitate, aut propter itineris difficultatem, nihil profecto in huiusmodi Constitutionibus Synodalibus videretur reprehendendum; cum in praefatis circumscriptionibus non sit locus regulae traditae in Catechismo, sed potius limitationis ejusdem regulae, de qua in Pontificali. Cuius quidem limitationis exemplum praebuit Concilium Parisiense anni 129. can. 37. tom. 4. Collectionis Harduini col. 1718. ubi à lege decernente, ut Baptismus, & Confirmatio duntaxat conferantur tempore Paschatis, & Pentecostes, excepit infirmos, & periclitantes, qui bus ait, sicut Baptismus gratia succurritur, ita duntaxat non duntaxat Spiritus Sancti est tradendum; de qua re plura Gibert consult. Canon. tom. 2. consult. 2. de Sacrament. Confirmationis.

IX. Tria tamen advertere debet Episcopus,

Episcopus: primo, ne in sua Constitutione quidquam dicat, quo insinuetur vitiositas necessitatem, seu praepceptum accipiendi Sacramentum Confirmationis in ea etate, & statu; secundo, ut Sacramentum administret ea dignitate, cui consulere voluit Ecclesia, cum illud negavit infantibus ante adeptum usum rationis, quemadmodum supra audivimus à Drover; tertio tandem, ne postquam paratum se dixit ad Confirmationem conferendam omnibus pueris, positus in vita discrimine, libenter accurrat ad nobiliores, sibique bene visos, & irretractat ad pauperes, aliosve de infima plebe; hoc siquidem fieret cum acceptione personarum, & multorum scandalo; à qua quidem personarum acceptione quantum sit abhorrendum, praecipue in Sacramentorum administratione, ex his colligitur, quae habentur in nostra Constitut. 107. p. 420. & pag. 417. Bullar. tom. 1.

## CAPUT XI.

De relictis in Synodo questionibus Theologicis circa Sacrosanctum Eucharisticum Sacramentum; ubi de Viatico exhibendo, necne his, qui eandem de Eucharistiam susceperunt; item de Communionis danda relictis capit. damnatis, & deroganda peccatoribus publicis & manifestis.

Neminem Episcoporum adeo desipere putamus, ut velit in sua Synodo ne leviter quidem quaestiones attingere, quae de sanctissimae Eucharistiae effectibus moventur à Scholasticis, atque in utramque partem vertantur. Eiusmodi esset illa ex gratum Eucharistia aequalem conferat gratiam, ex opere operato, eam summentibus sub utraque specie, quan-

sub una tantum accipientibus. Haec quippe controversiam teste Francisco Bianco, Archiepiscopo Compostellano, qui Concilio Tridentino interfuit, & cuius, tacito nomine, meminit Henricus de Sacram. lib. 8. cap. 44. §. 5. in margine, declinare volvere Patres Tridentini, cum sess. 21. de Communione c. 6. cap. 7. disserentes de fructu, quem Fideles è sanctissima Eucharistia percipiunt, eantē dixerunt: Nulla gratia, nec necessaria ad salutem, eos delectandi, qui unam speciem solum accipiunt; noluerunt siquidem definire, an isti tota ubertate participes fierent gratiae, quae donatur illam sub utraque specie degustantes. Non tolum autem hianle, sed incongruum esset, in Discretissima Synodo quaestione tractari, quam Tridentini Patres reliquerunt intactam. Similis naturae, & admodum opinione posita est alia controversia, quam Theologi examinant: num scilicet sanctissima Eucharistia conferat per accipiendam primam gratiam, aut an Fidelis praedenter existimas, se esse in gratia, si ad Eucharistiam salutem artitus accedat, consequatur remissionem verbum, quorum est invincibiliter obfus. Enimvero Irresolubiles se exponeret Episcopus, qui inter haec Scholasticorum ritas seia impleret, praesertim cum de rebus agatur, quae unice pendunt à Divina institutione, nobis hactenus per Ecclesiam non manifestata. Satis igitur erit, ejusmodi inutilibus quaestionibus praetermissis, unice insistere, ut Patrochi, ceterique animarum Rectores crebro in Fidei memoriam reverent praepceptum Apostoli 1. ad Corinth. 11. Probat autem se ipsum homo, & sic de Pane illo edat, & de Calice bibat: Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non discernens Corpus Domini.



minui; simulque declarent, *casu probationem necessariam esse, ut nullus sibi convictus peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absumptis sacramentali Confessione ad sacram Eucharistiam accedere debeat*; quemadmodum delinuit Tridentinum *sess. 13. cap. 7. de Eucharistia.*

II. Veram aliquam interdum occurrunt de administratione sanctissimæ Eucharistiæ, in Synodo statuenda, quæ cæteroque summam exigunt circumspectionem; ne secus Synodale statutum ad difficultatis scopulum allidat, quem in præsens studemus evitandum. Rom. ne ab instituto defleeramus, quod hucusque servavimus, exemplis patefacimus. Recte, ac sancte in plerisque Synodis communitos legitur Parochos, ut solliciti sint de sanctissimo Viatico his statim porrigendo, quos vita periclitari deprehenderint; in aliis gravem insuper peccatam isdem inflicta invenimus, si ipsorum inertia evenierit, ut aliquis, sine sanctissimi Christi Corporis Viatico, ex hac vita decesserit. At singulis, Sacerdotem, corpore sanum, mane Missam celebrasse, sur licium, ex mera devotione, sanctissimum Eucharistiam percipisse; corripitur eadem die subito morbo, sur lethali percussor vulnere, ita ut, medicorum iudicio, prudenter timeatur, ne ea ipsa die intereat; cupit ægrotus renui sanctissimo Viatico, illudque à Parocho instanter exposit, quod tamen Parochus ad eum deferre renuit; non tamen idcirco damnandus erit Parochus, tamquam transgressor Synodalis statuti; nec quidquam de hac re, quæ fortè sæpius in Diocesi acciderit, erit in Synodo deliberanda, nisi maxima adhibita circumspectione, & cautela. Item, licet communitur Theologi cum S. Thoma 3. part. quest. 80.

art. 11. in illis Christi Domini verbis Joann. 6. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*; contineri existimant præceptum obligans omnes Fideles ad Eucharistiam percipiendam aliquoties in vita, atque imminente mortis periculo, neque ulli fas sit, sine temerariis nota, contrarium opinari, ut probant Valentia *disp. 6. quest. 8. punct. 4.* & Vincentius Baronius 2. part. *manducationis pag. 258.* atque ex his liquet, quæ ad prædictum præceptum comprobandum adducunt Suarez *de Eucharistia. disp. 69. sect. 1.* Vazquez *disp. 253. cap. 2.* & Cardinalis de Lugo *de Eucharistia. disp. 16. sect. 1. & sect. 2. num. 17. & num. 33.* nihilominus tamen idem Theologi dissident inter se, nunquam, adveniente repentino mortis periculo, sanctissimi Christi Corporis Viatico sit etiam illi succurrendum, qui eadem die, cum cæteroque nondum ulla laboraret corporis infirmitate, Eucharistiam accepit. Docent plerique, etiam hunc, inopinatum incidentem in mortis periculum, tenent denud se reficere Eucharistico cibo, quo fiat validior ad ultimam sustentandam cum demone luctam; neque enim inquirunt, per Communionem ante vulnus, vel morbum peractam, potuit satisfieri præcepto, quod nonnumquam urgebat, Eucharistiam sumendi in mortis articulo. Ita Hurtado *de Eucharistia. disp. 11. diff. 2.* Pellicanius, Dicastillo, Quintanadueñas, aliquo relati à Diana *part. 10. tract. 11. resol. 40.* Alii ex adverso cum Suarez *cit. disp. 69. sect. 3. §. Rogebis, Coninck quest. 80. art. 11. sub. 3. num. 100.* Cardinalis de Lugo *cit. loc. num. 52.* aliisque à nobis allegatis in nostro Opere *de Canonizat. Sanctor. lib. 5. cap. 38. num. 22.* ubi aliquid de hac questione delibavimus, sen-

sentiant, in prædicto rebus eventu non solum non urgete præceptum sumendi Viaticum, sed recipi non posse sine piaculo; siquidem ex una parte, Divinæ Legi, quæ jubentur Fideles sanctissimam Eucharistiam percipere, cum in ultimo versantur vite discrimine, veluti prævia quadam solutione, iam satisfactum autamant per Communionem mane peractam; ex alia verò parte, nemini licet his eadem die Christi Corporis participare mysteria; solumque id permittitur Parocho, in aliquo extraordinario eventu, de quo nos pariter egimus *cit. cap. 38.* cum scilicet duas administrat parochias, & in utraque debeat eadem die celebrare. Inter has duas, è diametro oppositas opiniones, mediam viam incoentes alii, quos tacito nomine citat de Lugo *rod. cit. loc. num. 50.* & sequuntur Gobit *Theolog. experim. tract. 8. num. 175.* & Macin. *tom. 3. disp. 9. sect. 1. num. 13.* dicunt, prædictum hominem, qui mane bene valens ad Eucharistiam accessit, & deinde in periculosum incidit morbum, posse, si velit, denud Eucharistiam sumere per modum Viatici, nullo tamen præcepto ad id faciendum obstringi, atque huic sententiæ ad stipulatur prævia quorundam Religiosorum, à quibus, ut referunt Diana *part. 8. tract. 2. resol. 87.* Hurtado *de Sacram. disp. 10. de Eucharistia. diffinit. 2.* & Cardinalis de Lugo *cit. loc. num. 51.* in prædicto eventu sanctissimum Viaticum porrigi convenit Sacerdotibus, qui ea ipsa die celebraverunt. In tanta opinionum varietate, Doctrinæ discrepantia, integrum erit Parocho, eam sententiam amplecti, quæ sibi magis arriserit, quin fiat reus violati statuti Synodalis, quod certe non potuit casum istum extraordinarium respicere; neque fas erit Episco-

po, aut in Parochum animadvertere, qui præfatio ægrotanti Viaticum denegavit, aut quidquam de ejusmodi controversia in sua Synodo decernere, ne videatur sibi arrogare partes Judicis inter gravissimos hac super re inter se contententes Theologos.

III. In hac eadem materia, nimirum administrationis sanctissimæ Eucharistiæ, non abs re erit aliquid dicere de eo, quod alicubi in dubium revocatur, an scilicet concedenda, vel deneganda sit Communio Corporis Christi his, qui ob grave delictum ultimo supplicio damnati sunt. De hac questione ludo egimus in nostro Tractatu *de Sacrificio Missæ sect. 2. §. 175.* ubi, indicatis variis locorum consuetudinibus, eam sequendam esse inopinavimus, quæ in quoquoque loco respectu obtineri dignoscitur; tametsi innuere non omisimus, Christianæ pietati magis conforme esse, ut vivifici Sacramenti participatio his etiam, qui ob grave delictum sententiæ capitali damnati sunt, penitentibus, & alioquin rectè dispositis, non denegetur. Nunc autem addendum merito censemus, Episcoporum partes esse, hunc disciplinam in suis Diocesis invehendum curare, ut delinquentibus ultimo supplicio efficiendis Eucharistia præbatur, idque in Synodalibus Constitutionibus inserere; auctore nimirum immortalis memorie Pontifice S. Pio V. qui in epistola ad Archiepiscopum Rossanensem, sum in Hispaniis Nuncium, quam videre licet inter collectas à Francisco Goubaus *lib. 2. num. 2.* id ipsum ab eo cum Catholico Regem agendum, eisque tuendum mandatum. Quodque earum regionum Judices prohibere solebant, ne graviorum criminum reus capite damnatis Communio ministraretur, id aperte improbat sequentibus verbis:

Id nos Sacramentum nempe Eucharistia, minime esse denegandum certum; cum Christiana charitati magis conveniat, est, ad resistendum tali tempore fortibus diabolicis tentationibus, sacra Communionis muneri, ut perituro corpore, saluti antea, quantum fieri poterit, subveniat.

IV. In eodem Tractatu nostro de Sacrificio Missae editi. Latini. sect. 2. §. 174. discriminum etiam de sacra Communionis peccatoribus deneganda. Quoniam vero deinceps super hac materia gravissimè in quibusdam regionibus agitata sunt controversia, haud inopportunitum duximus quosdam hic velati canones à praestantioribus Theologis prolatis atque receptos inserere, quos prae oculis habere poterunt Episcopi, si forte, pro recto Dioecesium suarum regimine, necessarium putaverint regulas in hoc rerum genere sequendas Synodali Constitutione praescribere. Porro Salvator noster, *Matth. cap. 7.* aperitis verbis edixit: *Nolite dare sanctum canibus.* Peccatores autem eorum nomine designari, satis est exploratum. Ex his vero aliqui occulti sunt, alii autem publici & manifesti. Itaque, cum peccator occultus est, & publice Eucharistiam petit, poterit quidem Sacerdos, si occulte id facere valeat, illum monere, ut à sacra mensa se abstinere; poterit etiam, Eucharistiam publice ministratam, omnibus in communi edicere, ne quis peccati labe inquinatus, nec antea Ecclesiae reconciliatus, ad sacram mensam accedat; verum si nihilominus peccator ejusmodi ad Sacramentum percipiendum sese offerat, minime licebit illum repellere, & sacri doni participationem ei denegare. Ita docet S. Thomas 3. part. *quæst. 80. art. 6. per tot.* Atque ita apud eundem demonstravit exemplo suo Dominus noster Jesus Christus

dum Judæ, oculo adhuc peccatoris, Sacramentum Corporis sui dare non recusavit; ut idem S. Doctor advertit *ibid. quæst. 81. art. 2. in corpore, & in respons. ad secundum.* Quamvis enim peccator oculus eorum Deo jus non habeat filiorum pane vendendi; jure tamen contendere potest, se publica infamia afflicendum non esse; prout eveniret, si publice ipsi denegaretur Eucharistia, cum ad eam percipiendam se comparasset; ut recte dixerit Sylvius in suis *Comment. in 3. part. S. Thomæ quæst. 80. art. 6. quæst. 2.* & proseguitur bon. mem. Cardinalis Gotti *tom. 3. in 3. part. ejusdem S. Thomæ, de ministro, subiecto, & ubi Eucharistia dub. 3. §. 4. num. 22.*

V. Hæc pertinent ad peccatorem occultum, qui Eucharistiam publice petit. Videndum nunc est de peccatore occulto, qui in occulto postulat eam sibi ministrari. Quo quidem caso, si illius peccatum Sacerdoti compertum certumque sit, cum præterea cæset infamiae eidem irrogandæ metus, regula est, ut Communioni ei denegentur. *Oculos vero peccatores, si occulte petant, & non eos emendatos renovari, repellat; non autem, si publice petant, & sine scandalo ipsos præterire nequeat;* verba sunt Rituali Romani; cui sententiæ non modo consentiens docet S. Thomas in 4. *sent. dist. 9. art. 6. in respons. ad quintam quæstionem;* sed etiam addit, occulto peccatori, Eucharistiam in occulto petenti, denegandam eam esse, licet Sacerdos de Communionis administratione requiritur, requiritur peccatum ex illius Confessione Sacramentali cognoverit: *Si Sacerdos sciat peccatum alicujus, qui Eucharistiam petit, per Confessionem, vel alio quolibet modo; distinguendum est: quia aut peccatum est occultum; aut*

manifestum. Si est occultum, aut existit in occulto, aut in manifesto. Si in occulto, debet ei denegare, & monere, ne in publico petat. Si autem manifestum petiit, debet ei dari. Verum, cum Sanctus Doctor in 7. part. Summæ, loco superius cit. minime repetente dignoscatur id, quod in 4. l. sent. scribens posuerat, quomvis ibi opportuna illius doctrine repetendæ occasio fuisse videatur; oritur hinc questio inter illius sectatores, utrum id, quod in 4. sententiarum dixerat, in posteriore Summa confirmasse, non retractando, an revocasse, præmittendo, censendus sit.

VI. Nos quidem hujusce controversiæ pelagum ingredi notamus. Sed eam procul dubio sententiam cauterem, & magis tutam esse, ac merito sequendam existimamus, ut scilicet, quoniam omni ratione vitari oportet ea, quæ Pœnitentiæ Sacramentum alicuius Fidelibus reddere possunt, & adeo districta est lex sigilli Confessionis sacramentalis, ut Confessarius ne cum ipso quidem pœnitente extra Confessionem loqui possit de illius delicto, quod per Confessionem unice novit, nisi ipse pœnitens expressam ei licentiam tribuerit; ut inquam doceat Sacerdos Eucharistiam ministrare peccatori occulto, eandem in occulto petenti, quoties illius peccatum ex audita dumtaxat ejusdem Confessione sacramentali cognoverit; quod si præterea delictum illud aliunde, quam ex ipsa delinquentis Confessione, compertum habeat, & præterea eidem delinquenti, licet occulto, & Communionem in occulto petenti, denegandam hanc esse duxerit; non omitteat eidem significare, salvo semper notitiæ auctore, cognitum sibi esse illius statum alia ratione, quæ nihil commune habeat cum Sacramento Pœnitentiæ. Hæc sententiâ deducitur

ex cap. *Si Sacerdos, de officio, tradit Ordinaris;* eamque insinuat Sylvius *loc. cit. §. Singularis tamen difficultas;* pluribus autem illustrat & firmat Cabassutius in *Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 3. c. 7. num. 4.* Denique quod P. Maurus Societatis Jesu Theologus, qui plures annos in Romano Societatis Lyceo, magno cum plausu, Theologiae Cathedræ moderatus est, *tom. 3. lib. 12. quæst. 170. n. 11.* post relatam opinionem ab Angelico Doctore prolata in 4. sententia, quam etiam magni nominis Theologi, Suarez, & Vazquez amplexi sunt, eam quidem speculativè sustineri posse, dicit; sed in eadem ad proximam deducenda non parum periculi fore, ait, ne forte in aliquem scopulum incidatur ex illis, quos supra innuimus.

VII. Hactenus de peccatore occulto, qui vel publice, vel occulte Eucharistiam petit. Jam vero dicendum est de publico peccatore, qui Sacramenti Communionem possidet sive in publico, sive in occulto. De hoc autem tutissima & generalis regula est, ut à sacra mensa repellatur. *Si peccatum esse manifestum, debet denegari Eucharistia, sive in occulto, sive in manifesto petat.* Ita S. Thomas *loc. cit. in 4. sent. qui etiam alibi in 3. part. quæst. 80. art. 6. ad primum, Salvatoris sententiam repetens, ait: Sancta præstentur dari canibus, id est peccatoribus.* Idem sentit S. Bonaventura, & aliique Theologi communiter docent, post S. Cyprianum, cujus sententiæ refula est in *Can. Pro dilectione, de Consecrat. dist. 3.* Plena sunt autem hujusmodi prohibitionum Synodalia Episcoporum statuta; ut videre est in illis, quæ S. Carolus Borromeus edidit, & in aliis, quæ indifferenter à Genesio Theobaldus *lib. 1. m. 3. tract. 4. de Sacram. Eucharist. c. 9. quæst. 3.* Quare nihil aliud



in hac materia querendum superest, nisi ut statuatur, quantum sint publici & manifesti peccatores, quibus deneganda est Eucharistia, sive eam publice, sive in occulto petant.

VIII. Questionem tractat Angelicus Doctor in tit. art. 6. ubi in corpore luxa habet. Quidam sunt occulti peccatores; quidam vero manifesti, scilicet per evidenciam facti, sicut publici usurarii, aut publici raptores, vel etiam per aliquod iudicium Ecclesiasticum, vel seculare. Cumque deinde in quest. 82. art. 9. in responsis, ad tertium statuit, assistendum non esse Missæ concubinarij Sacerdotis, ita subdit: Sed hoc intelligendum est de notorio vel per sententiam, quæ fertur in convictum, vel per confessionem in iure factam, vel per evidenciam facti, quantum non potest factum aliqua re-giveratione celari. Itaque hoc modo asserendum videtur cum Sylvio loc. cit. ad art. 6. dicitur q. 80. quest. 1. manifestos peccatores ad effectum, de quo agitur, censeri non, quorum peccata nesciuntur nisi per iudicia seculentium, aut per propriam confessionem in iudicio factam, aut per evidenciam facti, quæ nulla potest re-giveratione celari; quod etiam ante illum statuerat Sotus in 4. sentent. dist. 12. q. 1. art. 6. §. Ambiguitas, & recte deducitur ex cap. Tua nos, & ex cap. Quæritum, de celebrat. Clericorum. Eorum autem opinio est rejicienda, qui asserunt, neminem publici peccatoris censuram notandum, aut ab Eucharistice mensa segregandum esse, præter eum, quem iudicia sententia talem esse declaraverit, cum ex præmissis constat, manifesti quoque peccatoris nomine, ad hunc effectum, censeri eum, qui notorie talis est, quamvis nec ipse in publico delictum confessus sit, nec super eo iudex Ecclesiasticus, aut Laicus sententiam ru-

licit; ut probè etiam animadvertit Iuennin de Sacrament. dist. 4. quest. 6. cap. 7. art. 1. Continuator Operæ Tournely, tract. 7. de Censuris part. 1. cap. 4. Gener. tom. 3. de Sacram. Euchar. pag. 182. quest. 8. editionis Latine; Gamachus tom. 3. quest. 79. c. 2. pag. 445. quibus consonant decisiones relate in Collationibus Andegavensibus anni 1716. tom. 2. pag. 236. & in Rhotomagensibus de Sacrament. Eucharistie. Ita denique intelligenda esse Synodorum decreta, & Ritualium præscripta, quibus, ut supra innuimus, publici peccatores à Communionis ascensu, sine dubitatione censuit Van-Espen Jur. Eccles. Univers. part. 2. tit. 4. cap. 2. n. 20. sic scribens: Cum ergo Ritualia atque Synodalia decreta velint universim publicos & notorios peccatores à Communionis repellere, manifestum est, à verbis, & mente Ecclesie omnino deviare, qui huiusmodi peccatores non prius volunt esse repellendos, quam per sententiam iudicis sint ut notorii peccatores declarati; quæsi non possent per notorietatem facti esse verè notorii, & publici peccatores, autem quam per sententiam tales essent declarati. Nam forsàn scandalum non cretet, aut Sacramentum non daretur canibus, si notorius peccatoribus notorietate facti administraretur publicè Eucharistia, quamvis necdum per sententiam homini Officialis ut tales condemnati essent?

## CAPUT XII.

In quo agitur de Viatico pueris exhibendo; item de iis, qui perseverant eodem morbi periculo, instant, Viaticum sibi exhiberi; & aliqua de frequentis, aut quotidiana Communionis.

Rectè tamen, & sine reprehensione poterit Episcopus Synodali Constitutione Parochos compellere ad administrandum sanctissimum Viaticum pueris max decessuris, si eos compererint tantam assequos iudicii mitaritate, ut cibum istum coelestem, & supernum à communi, & materiali discernat; hæc enim leviter delinquere credimus, qui pueros etiam duodennes, & perspicacis ingenii, sinunt ex hac vita migrare sine Viatico, hanc unam ob causam, quia scilicet antequam antea, Parochorum certè incuria & oscitantia, Eucharisticum panem degustarent. Ad eiusmodi autem gravem abusum radicebus extirpandum, quem nulla profectò cohonestatio valet probabilis Theologorum opinio, ad quam Parochi confugiant, ut suam aut propterea excusent, aut ad minus elevent culpam, nonnulla sunt breviter præmittenda. Collibet antiquitatis studio notissimum est, antiquam Ecclesie consuetudinem obtinuisse, ut sanctissime Eucharistice participes fierent infantes statim post Baptismum; quod pluribus monumentis demonstrat Martene de antiq. Eccles. ritib. tom. 1. lib. 1. cap. 1. art. 15. §. 11. fidesque Infantibus, perinde ac adultis, consuevisse frequenter sacra Mysteria ministrari, testantur Cyprinus tract. de lapsis, Auctor Constit. Apostol. lib. 8. cap. 12. & 13. Dionysius, seu quicumque sit

Auctor Eccles. Hierarch. cap. 2. & 7. Augustinus serm. 8. de verbis Apostoli, & epist. 106. ad Bonifac. & constat ex Sacramentario, quod inscribitur nomine Sancti Gregorii, tit. de Sabbato Sancto, aliisque testimoniis adductis à Cardinali Bona Rer. liturg. lib. 2. c. 19. n. 11. à Marteno cit. lib. 1. cap. 4. art. 10. §. 4. à Joennin de Sacram. dist. 4. quest. 6. cap. 2. atque etiam ab hæretico Binghamo Origin. Eccles. tom. 4. lib. 12. cap. 1. §. 3. & tom. 6. lib. 11. cap. 4. §. 7. & cap. 7. §. 4. Hic mos, quem à Grecis, sua ætate retentum observat D. Thomas 3. part. quest. 80. art. 9. ad 3. & etiamnum apud eosdem perseverare, tradit Arcodius lib. 3. de Sacram. Euchar. cap. 11. quandonam in Ecclesia Latina obsolescit, incertum est; hoc enim certò scimus, ejusdem ritus vestigia inveniri apud Hægonem à Sancto Vitate, qui sæculo XII. scriptis, de Sacram. lib. 1. cap. 20. & apud Guibertum Abbatem, Auctorem XII. sæculi, lib. 1. de Pignoribus Sanctorum cap. 2. §. 1. Sed subsequenti ætate ea depræhendimus omnino deleta, nec quadragesimæ abhinc annis usquam legitimos fuisse Infantibus sanctissimam Eucharistiam in Ecclesia Latina administratam. Utramque disciplinam, habita ratione diversitatis temporum, commendavit Tridentinum sess. 21. de Communionis cap. 4. ubi hæc habentur: Denique sancta Synodus docet, parentes, nisi rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistie Communionem. . . Neque idcirco tamen damnanda est antiquitas si eum morem in quibusdam locis, aliquando servavit; ut enim sanctissimi illi Patris sui facti probabilem causam, pro illius temporis ratione, habuerunt; ita certè, eos nulla salutis necessitate

ad fecisse, sine controversia credendum est.

II. Facta porro predicta disciplina mutatione, Innocentius III. in cap. *Omnia utriusque sexus*, de *penit.* & *remis.* omnes Christi-fideles, postquam ad annos discretionis pervenerint, obligavit ad Eucharistiam, ad minus in Paschate, rev. revert. percipiendam. Hinc verò orta est inter Scholasticos discussio in determinando tempore, quo ejusmodi præcepto impetu incipiunt parvi. Perique Doctores non improbabiler docent omnes pueros, statim ac sunt à se capaces, sicuti obstringantur sacramentali Confessione præcepto, ita obligari ad communendum in Paschate, nisi forte, ut decernitur in *cl. cap. Omnia utriusque sexus*, de *proprietate Sacerdotis consilio*, ob aliquam rationabilem causam, ad tempus ab hujusmodi perceptione abstrahendum. Allegata enim Decretalis Innocentii III. utrumque præceptum conjungit, & absque illo inter unum, & alterum discrimine, utrumque onus imponit omnibus utriusque sexus Fidelibus, postquam ad annos discretionis pervenerint. In Paludanus, S. Antoninus, Tabiena, quos refert, & sequitur Joannes Sanchez in *selectis disp. 16.* quibus adde Castropalatum tract. 27. *disp. ult. punct. 10. num. 11.* & Philippum de Lacroix in *Theaur. Eccles. tract. 1. §. 11. num. 3.* atque hinc sententia patrocinatur Manuale Henrici Episcopi Sitaricensis, in Synodo Sitaricensi, approbatum, in *ejus can. 16.* habetur: *Moneant autem Sacerdotes parochianos suos, ut pueros à septennio, & supra, Pater noster, & Credo doceant, ac in die sancto Paschate ad Ecclesiam adducant ad osculandum Crucem & in die sancto Paschæ, in Corpore Christi, prius tamen confessi, re-*

*cipiam; tom. 4. Anecdos.* Martene, & Durand. col. 1082. At illi, quos citant, & sequuntur Suarez tom. 3. in 3. part. *quest. 80. disp. 70. sect. 3.* Vazquez *disp. 214. cap. 2.* Decanillo tract. 4. *disp. 10. dub. 5. num. 110.* perfectiorem usum rationis expectandum censent, et pueri ad annum Communionem constringuntur; non omnis quippe discretio, quæ sufficienter habetur ad se expandendum sacramentali Confessione, satis est ad rite percipiendam Eucharistiam, cujus excellentia majorem exigit in susceptione iudicii maturitatem, ut debita religione ac reverentia ad eam accedat. Quo verò ætatis anno eam maturitatem advenisse, sit presumendum, non potest certa regula definiti; cum alii tardius, alii citius perfectum rationis usum, serèque spirituum imelligentiam assequantur; id autem intra decimum, & decimum quartum statum annum communitur evenire, notat citatus Suarez.

III. Venim etiam Doctores ita inter se dissentiant, scyè tamen communitur fatentur, tantum non desiderari ætatem, et quis in mortis articulo & possit, & debeat sanctissimo Viatico muniri; quinimò laudatus Suarez expressè docet, cumulus, qui sunt doli capaces, possit in viâ discrimine, illud esse, ex Divino præcepto, porrigendum; citatum quippe sectionem in hunc modum absolvit: *At verò de Communionis servanda in articulo mortis non est eadem ratio. Unde existimo, in illo articulo dandum esse Communionem ceterisque hunc habentibus rationis ad peccandum, & capaci Confessione, & extrema Unctionis.* Quod Navarrus quidem fatetur esse omnibus consulendum; ego verò existimo, esse obligatorem tam ex parte parentis, quàm dispensantium &c. Suarezii sententiam pluribus comprobatur Cardinalis de Lugo

de *Euch. disp. 13. sect. 4. n. 37.* eademque suffragatur Auctor Anonymus in *Germine Ms. prologo à Martene de antiq. Eccl. ritib. cl. tom. 1. lib. 1. cap. 4. art. 10. §. 14.* inquit: *Non pueris infra his quinque manentibus annos*

*Des corpus Domini, quamvis sint corpore puri:*

*Quid sumant, cum ignorent, ergo prohibentur.*

*Excipit quos urget fera mors, aucti licet hi sint*

*Octo, sive novem, vel septem, dum sibi comitet*

*Scire Pater noster, & eorum vitæ probata.*

Quare nulli controversæ opinionis calculam adjicit Episcopus, qui in sua Synodo Parochas serò adstrerit, & monent, ne patiantur, omnes pueros indiscriminatim interire sine Christi Corporis Viatico, illudque eis præbendum præcipit, quos idem Parochi, diligenti præmissio examine, tanta compererint pollere ingenii perspicacia, ut latentem sub speciebus sacramentalibus Christum, & firmiter credant, & reverenter adocent; tunc verò securus id in Synodo decernitur, cum non determinatur certa ætas, in qua decedurus puer sit Christi Corpore reficiendus, circa quam quæritur Theologorum dissensio, sed ipsismet prudens Parochi iudicio permissitur definire, an moriturus puer, spectata ejus indole, sit tanti Sacramenti capax; hoc siquidem adhibito temperamento, nemo facile contradicit Synodali Constitutioni, cui per omnes Theologi suffragantur.

IV. Similiter absque formidine se aliqua involvendi controversia, & potest, & interdum debet Episcopus constanter, ne Parochi recuunt incoestimam Eucharistiam iteratò deferre

ad ægrotos, qui, etiam perverteante eodem morbi periculo, illam sæpius, per modum Viatici, cum naturale jejunium servare nequeant, percipere capiunt. Quamvis enim Vazquez in 3. part. *disp. 214. cap. 2. in fin. docet*, Divino præcepto satisfieri per unicum perceptionem sanctissimi Viatici in eadem ægitudine; nullum tamen invenimus aliquis nominis Theologum, qui neget, & licitum, & pium, ac laudabile esse, illud sæpius repetere. Ita quippe expressè tradunt Sylvester verb. *Eucharistia 3. §. 6.* Tabiena verb. *Communicare num. 48.* Sotus in 4. dist. 12. *quest. 1. art. 8.* Toletus in *Summa lib. 10. cap. 15.* Henriquez *lib. 8. cap. 4. num. 1.* & *cap. 50. num. 1.* Suarez *disp. 68. sect. 5.* Layman *lib. 5. Summ. tract. 4. c. 6. quest. 6. num. 20.* Diana *tom. 1. tract. 7. resolut. 37.* Cardinalis de Lugo *disp. 35. sect. 3. num. 64.* qui malè traducit Vazquez, quasi Autorem contrariæ sententiæ, cum hic de sola loquatur obligatione, ut diximus, & legendi patet.

V. Aliqua dumtaxat dissensio est in præfixione temporis spatio, quod debeat intercedere, ut, infra eandem infirmitatem, possit iterum non jejunio dari Eucharistia. Aliqui enim cum Navarro, multam temporis interfluere debere existimant inter unam, & alteram Communionem; quam insistentiam Navarri assertionem, de spatio triginta dierum, explicat Villalobos in *Summ. 1. part. tract. 5. dub. 38.* Alii cum Suarez *cl. loc. decem*, aut octo dies exposcunt. Alii cum Ludovico à Sancto Joanne in *summa Hispano sermone edita tom. 1. quest. 7. art. 10. difficult. 4. de Sacram. Euc.* post elapsos tres dies, Viaticum iteratò concedunt. Alii demum cum Layman *cl. cap. 6. num. 20.* etiam insequen-



quanti die illud repeti permitunt, si videatur instare mortis periculum, & agrotus, qui, cum sanus esset, frequentat consueverat Eucharisticum panem degustare, eo denud iugiter, & roborari capit. Abstrahit igitur Episcopus ab hac questione, solumque Parochis in-venit, posse, & debere sanctissimum Viaticum in eadem infirmitate iterum, & tertio administrare, prout in se ipse agitantes iterum coelestem illum panem curant; & si veli, prout etiam in Parochis decernat, qui, post plurimum temporis, Eucharistiam ad eumdem infirmum, eam devote efflagitantem, falsis quibusdam, & emendicatis pretextibus, denud desistere obstinate detrectant; nihil quippe in hac saluberrima Constitutione invenietur eorum, & castigatio dignum.

VI. Quod si in Synodo aliquid etiam dicendum occurrat de sacramentali Communionis frequentia, caveat Episcopus, ne aut universim impetret, aut omnibus indiscriminatim suadeat quotidianam ad sacramentum accessum. Eius enim precei Fideles consueverint quotidie Eucharisticum panem degustare, quod discimus ex S. Justino in *apologia* 1. quam pro Christianis obtulit Imperator Antonino, ex S. Cyrillio in *expositione Orationis Dominicæ*, ex S. Hieronymo *epist.* 50. ex *Can. Omnes Fideles*, de *Consecrat. dist.* 1. & *Can. Perfecta* *libid. dist.* 2. quidquid sit, an ad quotidianam Communionem ex Ecclesie precepto adigantur, quemadmodum opinatur Vazquez 3. *part. disp.* 214. an potius ex mera devotione, & charitatis ardore quotidianus ejusdem usus fuerit à Fidelibus receptus, quod existimant Suarez *eth. disp.* 69. *sect.* 8. & Joann. de *Sacram. dissert.* 4. *quest.* 9. *cap.* 3. *art.* 1. in fin. indubitatum est,

posterioribus sæculis, postquam scilicet elanguit Fidelium charitas, non solum intermissam fuisse Communionis frequentiam, sed jam dudum, hoc est à sæculo XIII. inter pios, & doctos vehementer dubitatum, an consulendus esset Fidelibus quotidianus Christi Corporis usus; huiusmodi apud Innocentium III. de *Myster. Miss. lib.* 4. c. 41. legimus: *Dixerit ergo quispiam, communicandum esse quotidie; dixerit alius, quotidie communicandum non esse; quæ certè verba indicant rem positam in questione, quam Innocentius non solvit, subiungens: Faciat unusquisque, quod sibi crediderit faciendum; atque ad id comprobandum affert Augustinum relatum in *Can. Quotidie, de Consecrat. dist.* 2. ubi ait: «Dixerit quispiam, non quotidie accipiendam Eucharistiam; alius affirmet quotidie; faciat unusquisque, quod, secundum hanc legem, pie credit esse faciendum.» Eandem questionem distinctè & perspicuè, suo more, pertectavit D. Thomas 3. *part. quest.* 80. *art.* 10. in qua docet, eum quidem Eucharisticum panem, in se spectatum, semper esse salutarem, & nihilominus non semper cuiusque expedire illum sumere; quia non semper reperitur in sumente dispositio requisita ad dignam illius commestione; ex quo concludit: «Et video, si aliquis se quotidie ad hoc preparatum inveniat, laudabile est, quod quotidie sumat. Unde Augustinus, cum dixisset: Accipe quotidie, ad quotidianam tibi prosit; subiungit: Sic vive, ut quotidie merearis accipere. Sed, quia multoties in pluribus hominum multa impedimenta hujus devotionis occurrunt propter corporis indispositionem, vel animæ, non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere.»*

VII. Hæc pendentes sapientissimi Tridentini Patres, duobus à se editis decretis, Fideles hortati sunt ad sanctissimæ Communionis frequentiam, sibi que in votis esse demonstrant, ut quilibet tanta emineat morum integritate, ut dignè possit etiam quotidie Christi carnibus pasci; consilio tamen abstinuerunt ab universali regula hæc de se tradenda, cum in se exploratum habuerint, eam unice desumi posse à cujuslibet peculiari statu, devotione, & charitate. Primum decretum habetur *sess.* 13. de *Eucharistia cap.* 8. estque huiusmodi: «Paterno affectu admonet sancta Synodus, hortatur, rogat, & obsecrat per viscera misericordie Dei nostri, ut omnes, & singuli, qui Christiano nomine censentur... hæc sacra Mysteria Corporis, & Sanguinis ejus, ea Fidei constantia, & sinceritate, ea animi devotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, ut panem illum supernaturalem frequenter suscipere possint. Alterum est *sess.* 22. *cap.* 6. de *Sacris. Miss.* Optaret quingulis sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistia perceptione communicarent, quod ad eos sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberius proveniret.

VIII. Sed nihilominus hæc saluberrima Tridentini decreta non extinxerunt antiquam, quam invenimus, contrariam; quinimò hæc, sæculo elapso, actus inter Theologos recruduit; plures quippe quotidianam Communionem plus æquo patrocinantes, eam omnibus, sine ullo personarum delicto, suadendam dicebant; de quorum numero fuit, qui hæc etiam propositionem non est veritas asserere, quum die 2. Martii 1679. Apostolica dam-

nationis telo confisit Innocentius XI. *Frequens Confessio, & Communionem etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis*; alii contra frequentiores, multoque magis quotidianam ad sacramentum accessum, nimium impenderent, universis damnarunt. Utriusque classis Auctores referunt Rhodus *disp.* 1. *q.* 4. *sect.* 1. & 2. & 3. Joannes Sanchez *disp.* 27. Cardinalis de Logo de *Euch. disp.* 12. & Cardenas *Critici Theolog. tom.* 3. *disp.* Ad hæc verò item præcedendam, jubente, atque approbante Innocentio XI. die 12. Februarii 1679. promulgatum est decretum, quod integrum legitur apud citatum Cardenas *cap.* 1. & Lacroix *lib.* 6. *part.* 1. *num.* 66. de quo hæc verba, ad Episcopos maxime pertinentia, transcribam. «In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non sicut à frequentia, aut quotidiana sacre Communionis sumptione, unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter necessitantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet, illudque omnino provideat, ut nemo à sacro convivio, nec frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur; & nihilominus det operam, ut unusquisque dignè, pro devotionis, & preparatoris modo, rarius, aut crebrius Dominicæ Corporis suavitatem degustet... Proderit etiam, præter Parochorum, & Confessoriarum diligentiam, opera quoque Concionatorum suæ & cum eis constitutorum herborum, cum Fideles ad sanctissimi Sacramentum frequentiam (quod facere debent) accederint, statim de omnia ad illud sumendum præparatione orationem habeant; generalitatem ostendant, eos, qui ad

srequentiores, aut quotidianam sibi sumptionem, devoto studio excitantur, debere, sive laici negotiatores sint, sive conjugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini iudicii formidine, discent caelestem mensam, in qua Christus est, revereri; & si quando se minus paratos sentierint, ab ea abstinere, sequi ad majorem preparationem accingere.

IX. Si itaque in Synodo instituitur sermo de frequentari, aut etiam quotidiano sanctissimae Eucharistiae usu, non est deviantium ab huius decreti sentia; sed, si qua Parochi tradenda sit instructio, curandum est, ut haec illi ad amicum respondeat; praecipue vero monendi sunt Confessarii, ne frequentem ad Eucharistiam accessum illis aut suadent, aut permittant; qui in gravia peccata saepe labuntur, nec de penitentia peragenda, suaque vita emendanda sunt solliciti, sicut nec illi, qui, etsi gravia evitent crimina, voluntatem tamen habent venialibus inhaerentem; quae de re legendi sunt S. Franciscus Salesius *Philosophia part. 2. cap. 20.* Joannes Tholletus *serm. 4. in festo Ven. Sacramenti.*

## CAPUT XIII.

De pertinentibus ad Sacramentum Penitentiae, & signanter de Questionibus, ejusque usu in Synodalibus constitutionibus, quoad necessitatem aliquamque dilectionis Dei in attritione ex metu gehennae concepta, aut dicta necessitatis exclusionem.

Sancta Tridentina Synodus *sess. 14. cap. 4. de Penit.* duplicem distinguens Constitutionem, utriusque virtutem, & efficaciam in hunc modum ex-

plicat: *Docet praeterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliari, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sive Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. Illam vero Contritionem imperfectam, quae Attritio dicitur, quoniam, vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae, & poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae, declarat, non solum non ferri hominem hypocrisim, & magis peccatorem, verum etiam animum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsam, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, qui poenitens aditum, quam sibi ad iustitiam parat. Et quamvis sine Sacramento Penitentiae per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Penitentiae impetrandam disponit.*

II. Ex his Concilii Tridentini verbis celebris orta est questio, qualis sit illa Attritio, quae ad Dei gratiam, in Sacramento Poenitentiae impetrandam, disponit. Atque, ut in primis de ipso Attritionis vocabulo aliquid dicamus, illud non esse antiquissimum, neque ante annum 1220. in scholis vulgari ceptum, Eruditi omnes optime norunt, cum Morino *de Penit. lib. 8. cap. 2. num. 14.* Quod tamen per nomen significatur, & Patribus, & Theologis semper perspectum fuisse, nemo dubitatur, omnes quippe duplicem semper agnovissent Contritionem; unam perfectam, quae ex se iustitiam & sanctitatem affert; alteram imperfectam, quae sola homini iustificando impar est. Hanc vero Contritionem imperfectam, visum est Scholasticis, congruo vocabulo, appellare Attritionem. Sicut enim

(in-

(inquit Estius in 4. distinct. 16. §. 9.) in corporalibus attritum dicitur, quod aliqui modo, neque fortissimum tantum laetum est aut comminutum; contritum vero, quod totum intus & foris fessione in minima resolutum est; ita in spiritualibus Attritio ab illis dicta est imperfecta quadam, & aliquo vage tantum progressu poenitentia: Contritio vero poenitentia intima, & perfecta.

III. Porro ex multiplici capite potest haec Contritionis imperfectio dinari; & primo loco valde imperfecta est Contritio, quae non est supernaturalis, sed sive movetur ab objecto naturali, aut non elicitur viribus gratiae. Hanc sufficientem non esse ad iustificationis gratiam, tam extra, quam intra Sacramentum consequendam, omnes fatentur; est enim similis poenitentiae Antiochi, qui peccatum desiderat, non quod esset offensae Dei, sed propter gravissimum morbum, quo cruciatur; qui de causa veniat a Deo non est conquisitus, & *Machab. cap. 9.* & quamvis aliquot ex veteribus Scholasticis videri sint huic naturali Attritioni vires tribuere ad hominem Deo reconciliandum; eorum tamen opinio proscripta est ab Innocentio XI. qui anno 1679. hanc propositionem num. 57. demovit: *Probabile est, sufficere Attritionem naturalem, vobis habentem.* Advertendum tamen, ne quis confundat motum poenitentiae, cum occasione, quae ad poenitentiam excitatur; etiam multi, morbo, aliove temporali malo vexati, perpetrata crimine mente revolvunt, & Dei gratiam implent, illa ex motivo superno, sed dicitur, sicuti accelesti Ninivitis, qui timore mortis temporalis, ac subversionis urbis, quam Jonis praenuntiabat, commoti, per veram, sinceram, & supernaturalem Contritionem ad Deum conversi sunt.

IV. Imperfecta pariter est Contritio, quae ab aliquo dimitatur peccatorum genere, non ab omnibus, voluntatem avertit; evadere enim potest, ut quis ex speciali affectione erga aliquam virtutem, peccata eidem opposita detestetur, quin tamen propositum habeat cetera praevadendi, quae alius virtutibus advenitur. Ac de eum imperfectissima erit, nec Contritionis nomen esse merebitur, quae non procedit ex deliberata voluntate, sed potius sit quaedam velleitas, seu sterilitas, atque inefficax dispenctia de peccato, siveque absolute proposito in posterum non peccandi. Evidens porro est, neutram ex his posterioribus Contritionibus ad iustificationem prodere, quia neutra excludit voluntatem peccandi, sicuti Tridentinum exposcit, neque ad illam pertinet poenitentiam, quae a nobis exigit Dominus, *Ezechielis cap. 18. Convertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas, & non erit vobis omnis praeparatio vestra, in quibus praeparati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum.*

V. Alia est Contritio supernaturalis, & efficacis, omnem excludens voluntatem peccandi, quae nihilominus, aliis nominibus, dicitur imperfecta, & in quam unicus cadit controversia, quam proposuimus. Haec primo quidem potest Contritio esse imperfecta, imperfectioe merè negativa; quia scilicet, etsi concipitur, ex eodem motivo caritatis, sed amoris Dei super omnia, ex quo concipitur, Contritio perfecta, ad istius tamen intentionis gradum non pergit, sed est debilis, tenuis, & remissa. Secundo dicitur imperfecta, quia peccata detestatur propter Deum dilectum, non tamen amore amicitiae, sed concupiscentiae, hoc est dilectum

non



satis esse Attritionem merè servilem, sed quatenus est in re summè bonus, non quatenus est bonus nobis, seu quatenus nostra felicitas, beatitudo, & finis ultimus. Tertio, & plerumquæ, nomine Contritionis imperfectæ intelligitur dolor de peccatis, unde dicitur, quod atque elicitus propter eorum tantum turpitudinem, aut solam metum penarum, & gehennæ, absque ulla Dei dilectione. Verùm hæc eadem Contritio imperfecta potest ita moveri ex timore gehennæ, ut simul conjungatur cum aliquo Dei amore initiali, quatenus scilicet voluntas, quæ peccata odit propter supplicia, simul fertur quodammodo in Deum, ut obiectum diligibile, eamque incipit amare, quævis nondum amet amare perfectò charitatis. Dicitur tamen est explicare hanc amorem initialis, nisi dicamus, eam esse verum actum amoris, sed debilem, tenuissimam, atque in minimo gradum; ac proinde hæc quarta species Contritionis imperfectæ videtur ferè coinciderè cum prima ex nuper enumeratis, neque in alio ab ea differre, nisi quod illa sit ex solo charitatis motivo, hæc verò admixtum etiam habeat timorem penarum.

VI. His positis, quævis ante Tridentinum communiter Theologi docuerunt, ad Dei gratiam in Sacramento Penitentia obtinendam, satis esse Contritionem imperfectam, quam jam tum *Attritionem* nuncupabant; Attritionis tamen nomine, nunquam dolorem intellexerunt de peccatis, aliunde excitatum, quam ex motivo charitatis, seu omnino sequebatur ab aliquo saltem remissio, tenui, debili, seu initiali amore benevolæ Dei; sicut testatur doctissimus Morinus *cit. lib. 3. cap. 4. num. 2.* Omnium autem primi Franciscus Victoria, & Dominicus Soto, ambo ex Ordine Dominicorum docuerunt, ad peccatorum remissionem, virtute Clavium assequendam,

satis esse Attritionem merè servilem, seu conceptam ex solo metu gehennæ, modo tamen hæc à penitente bona fide reputatur Contritio, ad quam ceteroquin eliciendam eum pro viribus conari debere affirmant. At Melchior Canus, Victoria, & Soti sententiam sequor, eam præterea extendit ad Attritionem merè servilem, sic cognitam, hoc est, quæ à penitente non existimetur vera Contritio, sed talis esse cognoscatur, qualis reverà est. Reimverò si materia proxima Sacramenti Penitentia esset vera Contritio, error penitentis, bona fide se contritum reputantis, cum reverà contritus non sit, eum quidem excusaret à culpa, sed non disponeret ad gratiam assequendam in Sacramento, quod ex defectu materie proxime esset irritum; eo pacto, quo, qui, solo elicto actu doloris merè naturalis, quem tamen crederet supernaturali, ad Sacramentum Penitentia accedit, non fit utique sacrilegus reus, sed Sacramenti effectus privatur; quemadmodum rectè ratiocinatur Suarez *tom. 4. in 3. part. disp. 20. sect. 4. n. 15. & seq.* Quamobrem, si ad Sacramentum Penitentia sufficit Attritio servilis, quæ reputetur Contritio, ut voluit Sotus, necessario inde consequitur, sufficientem etiam esse Attritionem merè servilem, ut docuit Melchior Canus.

VII. Melchioris Gani sententia, vix nata, scholas omnes pervasit, & tanto plurius excepta est, ut plurimos, ac magni nominis statim inveniret patronos: Sed præ cæteris inquit Morinus *cit. loc.* hæc opinio celeberrimè reddidit duo Theologi scholasticæ clarissimi & summatissimi lumina, Franciscus Suarez, & Gabriel Vazquez, quos innumeri nunc sequuntur Theologi. Verùm, qui inter istos do-

ctores & sapientiores habentur, prævidi quodammodo, & meticolosi, ac magna cum cautela, illi recentiori opinioni subscripserunt, quum ipsemet Canus nonnisi dubitanter extraxerat *part. 3. select. de Penit. inquiri:* «Contritio ponitur pars Sacramenti, quia est certa & indubitata materia. Quod autem Attritio sufficiat, nunquam verum sit, non est adeo incertum & indubitatum; & ideo Concilium Florentinum, communisque sententia, tenens certum, relinquens incertum, ponit Contritionem partem esse hujus Sacramenti.» Hoc eadem moderatione loquitur Suarez *tom. 4. in 3. part. quest. 90. art. 4. disp. 13. sect. 4. num. 17.* ubi obliquis Fideles, qui lethalem culpam admiserunt, ad habendam Contritionem charitate perfectam in articulo mortis, hanc offert rationem: «Nam, sive sit probabilis opinio, Attritionem cognitam cum Sacramento sufficere ad justificationem, tamen non est certa, & potest esse falsa. Quod nisi fortasse in re ita est, probabilis opinio existimatio non sufficit, ut homo salvetur. Ergo qui sciens, & videns ita se mori permittit, voluntariè exponit se periculo mortis æternæ damnationis. Nam, ubi est morale dubium, est morale periculum, præsertim in re tam gravi.» Hæc autem est morale dubium, cum nulla opinio nec valde antiqua, nec multum communis sit. Suarez movitum confirmat Philippus Gamachus *Summ. Theolog. cap. 8. de Penit. inquiri:* «Etiam agnoscendum, Sacramentum Penitentia reverè facere ex attritu contritus, non tamen id omnino indubitatum... Ergo debet tunc conari ad veram Contritionem, ut hoc modo Attritio salutem evadat certior. Et Paulus Comitulus *Respons. moral. lib. 1. q. 32.*

licet absolvi posse doceat, qui ex sola formidine æternæ pœnæ, de peccatis dolet, hæc tamen pendenter addit: «Plures, magnique Theologi, in penitente, antequam absolvantur, Contritionem veram, charitate formatam, requirunt, neque ideo adeo incertum est, Attritionem penitentis esse satis. Quocirca Sacerdotis partes præcipue esse debent, verè Contritionis motum in corde penitentis, auxiliante Deo, elicere, authentice neum cohortatione impere, ut propter Deum peccata admittat excusetur: «moria.» Sed, quod isti, tanta sollicitudine circumspectione, affirmant, posteriores Decretes, ob auctum sibi conscientium numerum, animosiores facti, non solum absque ulla dubitatione, & limitatione assererunt, sed contrariam sententiam, requirentem in penitente aliquem charitatis amorem, saltem initialem, carpere, & censura afficere non dubitarunt, eam omnino imprehensibilem, periculosa, Tridentini menti contrariam, atque implicite, & virtualiter quodammodo ab eodem Tridentino præscriptam, dicitur. Verum istos redarguit Cardinalis Palavicinus, dicens affirmans, unicum Tridentini scriptum fuisse, damnare hereticos improbandos timorem servilem, tanquam inhonestum, nequam verò deficiente controversiam, jam tum inter Decretes Catholicos agitam; *lib. enim 13. hist. Tridentinæ cap. 30. n. 25.* hæc ad rem appetit scribit: «Quantum ex actis conjicio, Theologorum mens erat, ut error hæresicorum damnaretur, tanquam inhonestum improbandum pœnæ incertum; non item, ut ferretur sententiam inde scholastica questione, an hujusmodi timor non solum absque Contritione animi perfecta (de quo controversia vix fuit, sicut patet) sed netiam

notiam sibi eo quod illis excusetur  
namque imperfectus, sufficit ad peccato-  
rum remissionem in Sacramento.  
Id vero clarè liquet ex ipsa proba-  
tione Concilii, quæ hujus articuli  
doctrinam firmat *cap. 4.* nimirum Ni-  
sivitarum poenitentiam ex timore pro-  
fectam ipsis profuisse, eum certum  
necesse, eo tempore, quo Sacramentum  
Poenitentiae adhuc non extrahit, eam  
infirmos poenitentiam minime  
sufficere, per se ipsam, ad peccatum  
solvendum, sed vim tantummodo ha-  
buisse ad impetrandam novam gra-  
tiam, cujus ope adjuccretur charitas.  
Testator deinde idem probabilissimus  
Historicus, supra citatum decretum  
*cap. 4. sess. 14.* fuisse prius ita con-  
cinnatum, ut in eo diceretur, Attritionem  
ex metu gehennæ, & poenitentiam  
sufficere ad Dei gratiam Sacramento  
impetrandam, sed, intercedente Jo-  
anne Emilianio, Tudeano Episcopo,  
ablatum fuisse verbum illud *sufficere*,  
ejusque loco subrogatum verbum *dis-  
ponit*, quod profecto æquivoquum est,  
& referri potest tum ad dispositionem  
proximam, tum ad remotam, sicuti  
opportune observant Petrus Lambertus  
le Drou in *Tract. de Contrit. & Attrit.*  
*dissert. 1. §. 1. & seq.* Natalis Alex-  
ander Theolog. dogmat. & moral.  
*lib. 2. de Sacram. Pœnit. art. 3. pro-  
posit. 5.* Joenio de Sacram. *dis-  
sert. 6. quest. 4. §. 3.* Tournely  
*de Pœnit. quest. 5. art. 2.* Vultasse  
*eod. tract. quest. 3.*

VIII. Ad hæc, ut observat Lau-  
nojus disertè de mente Concilii Tri-  
dentini circa Contritionem, & Attritionem  
*part. 2. cap. 2.* & citans le Drou  
*§. 3.* ex ipsismet Patribus, &  
Theologis, qui Concilio Tridentino in-  
terfuerant, eodem Concilio absoluto,  
aliqui propugnare necessitatem in-  
choatæ Contritionis, seu amoris initia-  
lis, ad Sacramentum Poenitentiae, in-

ter quos Fredericus Neusea, Episcopus  
Viennensis in Austria, in suo Cate-  
chismo, & Franciscus Soanuis Episco-  
pus Antuerpiensis *tract. 4. de Pœnit.*  
*cap. 6.* alii pro sufficientia Attritionis  
merè servilis dimicaverunt, uti Andreas  
Vega, & citati Dominicus Soto, &  
Melchior Canus. Non autem fuisse  
Præsoles, & Theologi in hæc opposita  
sententia distracti, si quid à Concilio  
Tridentino de hac re definitum scri-  
bitur.

IX. Cum itaque versemur in ques-  
tione ab Ecclesia hæcenus non desi-  
nita, jure ad merito Alexander VII.  
*die 5. Maji 1667.* sub poena excom-  
municationis læx sententiæ, Sedi A-  
postolicæ reservatæ, præcepit recu-  
santis, & singulis Fidelibus... ut, si  
pœnitet de materia Attritionis scri-  
bant, vel libros, aut scripturas e-  
dicant, vel doceant, vel prædica-  
bunt, vel alio quovis modo poe-  
nitentis, aut scholares, ceterosve  
studientis, non audeant alicujus theo-  
logice censure, alteriusve injuriæ,  
aut contumeliæ nota, taxare alter-  
utram sententiæ, sive negantem ne-  
cessitatem aliquis dilectionis Dei in  
præfata Attritione, ex metu gehennæ  
concepta, quæ hodie inter Scho-  
lasticos communior videtur, sive as-  
serentem dicte dilectionis neces-  
sitatem; donec ab hæc sacra Sede fuerit  
aliquid hæc in re definitum. Ca-  
veant proinde Episcopi, ne in suis  
Synodis, aut in instructione Sacerdotum,  
quam Synodis quandoquod atre-  
xunt, aliquid decernant aut de Attritio-  
nis merè servilis ad Sacramentum  
Poenitentiae sufficientia, aut de amoris  
saltem initialis necessitate. Adhuc quip-  
pe sub Judice lis est; adhuc impu-  
na per una, & altera sententiæ di-  
micantur. Pœnitens antea annis Cardina-  
lis Gotus Theolog. *tom. 3. in 2. part.*  
*D. Thoma, quest. 4. de Contritione*  
*sub.*

*sub. 4. §. 1.* sententiæ propugnavit  
non requirerem in poenitente amorem  
Dei, ne initialem quidem, ad justifi-  
cationis gratiam in Sacramento Poeni-  
tentiae assequendum. Hæc ipsa in Ur-  
be, & cura P. Caroll Jacobi  
Romilli, Ordinis Minorum Conven-  
tualium Generalis Ministri, typis re-  
cursum est Opus Claudii Frassen inscrip-  
tum *titulus Academicus*; cujus  
Auctor *tom. 10. pag. 563.* strenuè de-  
fendit, Attritionem ex solo metu  
poenarum, & gehennæ, atque ex  
amore concupiscentiæ, seu affectu spei,  
conceptam, modò supernaturalis sit,  
cunemque excludat voluntatem peccandi,  
esse sufficientem dispositionem ad  
Sacramentum Poenitentiae fructum in  
se derivandum. Contrà verò Cardina-  
lis Denhoff, Episcopus Casertensis,  
In sua *Instructione Pastoralis de Pœ-  
nitent. Sacram.* *pag. 33.* æqualem  
amorem in Attritione requirit, ut sit  
sufficiens Sacramenti Poenitentiae ma-  
teria. Franciscus Maria Campioni an-  
no 1698. doctam elucubravit Disser-  
tationem Theologico-Scholasticam, in  
qua toris viribus conatus est demon-  
strare necessitatem aliquis amoris Dei,  
saltem imperfecti, & initialis, ad im-  
petrandam gratiam in Sacramento,  
quæ dicitur *Mortuorum*. Et laudat  
Petrus Lambertus le Drou, Episco-  
pus Porphyriensis, Apostolici Sa-  
crarii Præfatus, cum per Urbem  
evulgatam vidisset Dissertationem, à  
Bartholomæo Rivo, ejusdem tui Au-  
gustiniani Instituti Theologo, exar-  
tatum, in qua Auctor decertat pro  
sufficientia Attritionis, omnis chari-  
tatis expertis, ad validè, & cum fruc-  
tu recipienda Sacramenta Baptismi,  
& Poenitentiae, eidem statim contra-  
dictorem se præbuit, aliisque editis  
Dissertationibus, ssm. mem. Clementi  
XI. nuncupatis, nullum non adhibuit  
argumentum, quod aptum putaverit

ad prædictam opinionem refellendam;  
contentens, Attritionem merè servi-  
lem, ne à Sacramento quidem proxi-  
mè sortiri, quibus valeat hominem proxi-  
mè disponere ad Dei gratiam vel primò  
obtinendam, vel amissam recuperan-  
dam. Hinc rectè intulit Berri Theolog.  
*tom. 7. lib. 54. cap. 5.* nihil hæcenus  
à Sede Apostolica de hac questione  
decisum, sed libertatem cuique datum,  
ex præfatis opinionibus eam eligendi,  
& docendi, quam maluerit.

X. Sed non ideo prohibentur Episco-  
pi à Conventibus metere, ut poenitentiam  
ad veram & perfectam Constitu-  
tionem horrentur & excitent; id liqui-  
dem sciendum suadet etiam præcipui  
Antores, qui pro sufficientia dederit,  
ex solo metu gehennæ, steterunt, uti  
Sorez, Gamichæus, Comitulus, quo-  
rum testimonio supra retulimus. Eo  
quod magis est, ita fieri præcipit Ri-  
tuale Romanum, jussu Pauli V. edi-  
tum, *tit. 18.* Confessario injungens, ut  
audita poenitentis sacramentali Confes-  
satione, ejusque peccatis diligenter ex-  
pansis, opportunas correctiones, ac  
monitiones, prout opus esse viderit,  
paterna charitate adhibeat, & ad dolo-  
rem, & Contritionem efficacius ver-  
bis adducere conetur, cui consonat Ri-  
tuale Argentinense, editum à Cardina-  
li de Rehan, *tit. de Pœnit. §. 1.* ubi  
hæc habentur: *Ceterum poenitentes suos  
admonere non cessent Confessarii, nec se-  
quentes reprobos in Sacramento Poenitenti-  
æ peregrinatione, si præter fidem, & spem  
actus, non incipiunt diligere Deum,  
tamquam omnis justitia fontem, ut lo-  
quitur sacrosancta Synodus Tridentina.*



## CAPUT XIV.

*De Confessione, quam nonnulli Synodi excipiendam prohibent Confessario, qui est in opere carnalis complex criminis cum Penitente peracti.*

Ut iam, post dispositionem requisitam in penitente, aliquid de Confessarii jurisdictione, quod ad propositum pertinet, dicemus, tum animadversione dignum censeamus. Quamvis Sacramentum Penitentiae sit à Christo Domino institutum per modum iudicii, & namo esse queat iudex in causa propria; nihilominus communiter existimant Theologi, ducere D. Thomam, soli spectata natura Sacramenti, posse Confessarium, sui criminis sociam, à secum perpetrato peccato, cuiuscumque speciei illud sit, in foro Sacramentali absolvere; siquidem tunc, non de propria, sed de aliena culpa iudicium profert; neque, seclatim legum prohibitionem, repugnat, ut quis iudicis personam assumens, de commissis ab alio delicto sententiam dicat, licet ejusdem delicti ipse, tamquam privatus, participet. Ita D. Thomas in *suppl.* 3. *part. quest.* 26. *art. 2.* «Ad primum ergo dicendum, quod in tali casu nec Sacerdos debet audire Confessionem, maioris, cum qui peccavit, de illo peccato, sed debet ad alium mittere, nec illa debet ei confiteri, sed debere petere licentiam ad alium eandem, vel ad Superiorem recurrere, si ille licentiam doneget, tum propter periculum, tum quia est minor verecundia. Si tamen absolvetur, absoluta esset. Quod enim Augustinus dicit, quod non debeat esse in eodem criminis, intelligendum est, secundum congruitatem, non se-

condum necessitatem Sacramenti. An vero non solum valide, sed etiam licite id fiat, non consentiunt Augustini. Aliquam certe libem in ea Confessione D. Thomam ignorasse, ex citatis ejusdem verbis palam est. Et S. Petrus Damianus *opusc. 7. cap. 7.* adeo vehementer in eandem Confessionem invectus, ut certe videatur, illum non solum illicitam reputare, sed tamquam irritam rejicere; ait enim: «Legis preceptum est, ut, cum quis lepra percussus, funditur, Sacerdotibus ostendatur; tunc autem, non Sacerdotibus, sed leproso potius ostenditur, cum immundus immundo peractam communionem nequitiam confitetur. Sed cum Confessio utique manifestatio sit, quid, obsecro, manifestat, qui audienti cognitum narrat? Aut quo peccato Confessio illa dicenda est, ubi nihil à confitente manifestatur, nisi quod jam pridem ab audiente cognoscitur? Et qui sociali vinculo pertracte iniquitatis adstringitur, qua lege, quo iure, alterum poterit ligare, vel solvere? Frustra enim quis alium solvere nititur, qui se ipse vinculis irretit. Hic ex Theologis moralibus assentit Stephanus Fagundes in *secundum præceptum Ecclesiae lib. 4. cap. 3. n. 36.* ubi gravis culpæ reum licet Sacerdotem, excipientem Confessionem suæ concubinae. At ex adverso Sylvester in *Summ. part. 1. verb. Confessio 1. n. 17.* Joannes Sanchez *disp. 10. select. n. 16.* Theophilus Raynaudus *tom. 16. in Opere, cui titulus Heteroclitia spiritualis, pag. 128.* La-Croix *tom. 3. pag. 227.* alique affirmant, Confessionem factam complicit, tam ex parte penitentis, quam ex parte Confessarii, culpa vacare, modo uterque à perpetrato crimine abhorreat, & longè absit periculum auri consensus in illud.

II. Et tamen in multis Synodis

decretum est, nodum illicitum, sed inane pariter, nullam, atque irritam fore absolutionem, à Sacerdote datam socio sui criminis adversus sextum Decalogi præceptum. Ita quippe statutum legitur in Synodo Leodicensi anno 1662. *pag. 74.* in Veliterna sub Cardinali Cybo anno 1698. *pag. 36.* in Synodo Falginatensi sub Episcopo Baptistellino anno 1722. *pag. 76.* in Bononiensi sub Cardinali Jacobo Boncompagni *lib. 2. cap. 6.* in Anconitana sub Cardinali Masseo anno 1738. *pag. 11.* atque in Synodo Lucana, quam refert Roncaglia in *sua Morali Theolog. tom. 2. tract. 19. cap. 5.* Nunquid igitur prædicti Episcopi peccarunt contra regulam, quam hucusque inculcavimus, & elucidavimus, nihil in Synodo decernendi de rebus dabis, atque inter Theologos controversis, materiam præcipue Sacramentorum respicientibus?

III. Nihil illos peccasse ex eorundem statuti deprehendimus; illi tamen non deciderunt questionem, an Confessarius, generali ceteroquin jurisdictione instructus, valide, & licite penitentem absolvat à crimine secum perpetrato; sed eundem privandi jurisdictionem, seu facultate absolvendi socium sui, seu complicem in peccato impudicitia. Quam verò sapienter, & sancte id præstitierint, ex his factis est iudicare, quæ Doctores, de hac re agentes, maturè ponderarunt. Atque, ut ea prætermittamus, quæ à S. Petro Damiano, & Thoma nuper audivimus, Basilium Pontius de *matrim. lib. 7. cap. 38. num. 3.* illata mentione Confessionis, de qua agimus, gravia mala describit, atque exaggerat, quæ ex ea proveniunt, præcipue cum Confessarius in sacramentali foro feminam audit, cum qua, non semel tantum, & diu antea peccavit, sed in turpi con-

Tom. I.

tubernio perseverat. Verjus *tom. 9. art. 5.* affirmat, longa experientia comprobatum, ejusmodi Confessiones plerumque scismas esse, novisque peccatis foetatas. Theophilus Raynaudus, quamvis cit. loc. eandem Confessionem in se licitam dixerit, periculosam tamen tatur. Et Natalis Alexander *Theolog. dogmat. & moral. 1. 1. lib. 2. de Penit. c. 4. art. 10. reg. 66.* hæc ad rem annotavit: *Vix contingit, ut peccatores, qui apud ipsos hujusmodi crimines deponunt, sinceram illius penitentiam agant, vix contingit, ut criminosis illi Sacerdotes salutaria deo consilia, & convenientem satisfactionis modum præstent; & si peccata sint impudicitia, periculum est, ne nova cum penitenti, tum Sacerdori, in ipsa Confessione peccati nascatur occasio. Quare S. Carolus Borromeus, ne sordidis hæc maculis illud fœdaretur Sacramentum, quo Christi Sanguine perfunditur, ut à peccatorum lepra mundetur, in sua Synodo Dioecæsanæ XI. Act. Eccl. Mediol. part. 2. pag. 409. Confessarius generatim, atque universim facultatem interdixit sui cujuscumque criminis socium; sed eundem modo participem, absolvendi. Confessario inquit, qui cujuscumque criminis, etiam minimi, socius, participesve, illo modo fuit, movere interdictionem, sit Confessionis eorum audienda, quos illius socios habuerit. Nec vero absoluto, quam imperierit, ullius notoribus sit, sed irrita plane, ac rescissa, nullaque omnino, tanquam ab ipso imperitia, qui jurisdictionis, & facultatis expert est. Et verò, si quis Confessarius culpe socius, participesve, ve aliquid contra ausus erit, excommunicationis sententiam statim subeat; cujus vinculo irretitus, ab alio Sacerdote, nisi à nobis, absolvi non possit.*

X

Quam

IV. Quamquam autem hæc sanctissimi Præsulis statuta, etiam generaliter, uti sonant, sint, summopere commendanda, & quilibet Antistitem tantæ queat eorumdem vestigiis insistere; negari tamen haud potest, majorem quamdam, & graviores inhonestatem in eo adesse, ut Sacrosdos illius personæ Confessionem excipiat, cum qua impudicitia scelus admittit; ac proinde, statim ac nos ad Petri Cathedram evecti, totius Domini gregis curam suscepimus, universali lege ediximus, ne ullus Confessarius, extra casum extreme necessitatis, nimirum, in ipsius mortis articulo; & deficienti tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem sacramentalem personæ complicitæ in peccato turpi, atque inhonesto, contra tenentem Decalogi præceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi, ipso jure, quacumque auctoritate, & jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendum; ut legi potest in nostris Apostolicis Litteris, datis Kalendis Junii 1741. quæ extant Bullar. nostrar. tom. 1. Constit. 20. §. 4. Ut porro conscientiarum tranquillitati consulamus, aliis similibus litteris, datis die 8. Februarii 1741. quæ habentur cit. tom. Bullar. Constit. 120. declaravimus, ad rem, de qua agimus, pertinere esse, nullum adesse Sacerdotem, præter illum, qui cum poenitens inhonestè peccavit, aut eum tantum adesse, quem idem poenitens, constitutus in mortis articulo, eligere nequit sine periculo se ipsum infamandi, aliterque malam sui suspensionem ingerendi; atque ideo, in eo rerum statu, non prohiberi, diximus, Sacerdotem suæ impudicitie compliceum absolvere; eundem tamen simul monuimus, ne prædictæ infamæ, aut scandalii peri-

cula sibi configat, que reverè absint quinimo voluimus, ut ea, cum potest, anteveret, & removeat; secus enim penas non effugiet, in nostra prima Constitutione inobedientibus inflatas.

## CAPUT XV.

## De forma conditionata in Sacramento Penitentia.

Cum in superiore capite sexto hujus libri, de Sacramento Baptismatis, quod in anima characterem imprimat, ageremus; plura disseruimus de forma conditionata, quæ in ejus administratione adhibetur, deque ejusdem veritate, necnon de circumstantiis necessariis, ut quis ea licitè uti possit; queque ibi tradidimus, congrua congruis referendo, cæteris etiam Sacramentis, quæ characterem imprimunt, facile aptari possunt. Ut autem aliqua dicamus de his, quæ non imprimunt characterem, cum in his Poenitentia Sacramentum adnumeretur, disputant Theologi, an absolutio sub conditione in illo impertiri possit; quod idem est, ac dicere, an in hoc Sacramento, quod non imprimat characterem, quodque idcirco reterari potest, quibusdam concurrentibus circumstantiis, conditionata forma admitti, & adhiberi valeat.

II. Qui eam nullatenus admittendam existimant, asserere solent, hujusmodi formam conditionatam in Sacramento Poenitentia numquam in Ecclesia adhibitam fuisse longo xvi. sæculorum spatio, quibus nec Concilium ullum, nec ullus ex Patribus eam commemorasse dignoscitur, nec ulla iuramento reperitur in Ritualibus Latinis, aut Græcis, esse etiam in Rituali Romano, quod à Paulo V. confirmatum fuit, licet in his de forma conditionata

ta agatur, que in Baptismi, ac extreme Unctionis administratione adhibetur; præterea S. Carolus Borromæum accuratissimam Instructionem pro Confessariis composuisse, in qua loquitur de modo, quo teneriores pueri, atque puellæ ad Confessionem admitti debent, quin ullum de conditionata forma verbum faciat; item Albertum Castellanum, Ordinis Prædicatorum, ann. 1497. quoddam edidisse Opus, *Sacerdotale Romanum* inscriptum, à summis Pontificibus approbatum (quod idcirco dici potest auctoritatem legis habere) ubi pag. 11. à tergo cap. 4. edicit. Venet. 1585. postquam egit de conditionata Baptismi forma, & eamdem circumstantias indicavit, quibus ea adhiberi potest, sequentia verba in margine adnotavit: *Secus in Sacramento Penitentia, quod non licet.* Contra conditionatam sacramentalis Poenitentia formam clamat Cardinalis Cajetanus in sua *Summa verb. Absolutio*; primò sequentibus verbis: *Errat Sacerdos sic faciens, quia præsumit sub forma dubia tradere, quod Christus mandavit sub forma certa ministrari; ac paulò infra: De nullo magis debet curare absolvens, quàm de conversione, & satisfactione poenitentis; & tamen Ecclesia, absque conditione aliqua, credit poenitentem dicenti, se contritum, & habere propositum satisfaciendi, & absolutio beneficii cum impeditur absque conditionali nota. Unde determinanda est hujusmodi impeditio ab Ecclesia Dei.*

III. Utque eò magis sententiam suam confirmet, qua usum conditionate formæ in Sacramento Poenitentia rejiciunt, casum proponunt de Confessario, qui ita absolveret: *Te absolvo, si hæc potestatem absolvendis vel hoc modo: Si tu es verè poenitens; vel hoc alio: Si restitueris alienum, aut tale aliquid feceris; & absolutio nem*

quidem duobus prioribus modis impertitam validam esse affirmant; at conditionem inutilem prosum, atque superfluum esse, utpotè que nihil aliud efficiat, nisi ut Minister incertus remaneat, utrum Sacramentum administraverit, poenitens verò, num illud susceperit; absolutio nem autem tertio modo impertitam, nimirum sub conditione de futuro, nullam omnino, ac irritam esse; cum Ministri voluntas, absoluta, & efficax de presenti esse debeat, quo tempore ponitur materia & forma Sacramenti. Sicut enim propositio conditionata nihil ponit in re; ita conditionata voluntas, quamvis talis est, in suspensio remanet, & nihil prosum operatur. Ita disserunt Genet. tom. 4. sua *Theologie Moralis tract. 6. de Sacramento Penitentia cap. 10. quest. 6.* Tourney in *Prælectionibus Theologicis de Sacramento Penitentia tom. 2. art. 3. quest. 8. pag. 200. edit. Paris. 1728.* Gilbert tom. 2. *Consultationum Canoniarum de Penitentia, consult. 1. & tom. 3. consult. 39. sine ultio.*

IV. Alii tamen, qui formæ conditionate in Sacramento Poenitentia favent, præmissis rationibus nihil moventur; eamque licitè, & rectè adhiberi posse statuunt, dummodo necessitate adsint circumstantia, ac de conditionibus de presentio, vel de presentio agatur, minime verò de futuro. Animadvertunt aliquidem, nihil esse in forma conditionata, quod Sacramentum irritum faciat. Si enim conditiones illæ de præterito, vel de presentio, adsunt, dum forma adhibetur, Sacramentum non secus perficitur, ac si forma absoluta adhibita fuisset; si verò desunt, tunc, licet ob earum defectum absolutio irrita sit, id tamen formæ conditionate, quæ Sacerdos usus est, adscribi non debet; quoniam



IV. Quamquam autem hæc sanctissimi Præsulis statuta, etiam generaliter, uti sonant, sint, summopere commendanda, & quilibet Antiquum tantæ queat eorumdem vestigiis insistere; negari tamen haud potest, majorem quamdam, & graviores inhonestatem in eo adesse, ut Sacrosdos illius personæ Confessionem excipiat, cum qua impudicitia scelus admittit; ac proinde, statim ac nos ad Petri Cathedram evecti, totius Domini gregis curam suscepimus, universali lege ediximus, ne ullus Confessarius, extra casum extreme necessitatis, nimirum, in ipsius mortis articulo; & deficienti tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem sacramentalem personæ complicitæ in peccato turpi, atque inhonesto, contra tentum Decalogi præceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi, ipso jure, quacumque auctoritate, & jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendum; ut legi potest in nostris Apostolicis Litteris, datis Kalendis Junii 1741. quæ extant Bullar. nostrar. tom. 1. Constit. 20. §. 4. Ut porro conscientiarum tranquillitati consulamus, aliis similibus litteris, datis die 8. Februarii 1741. quæ habentur cit. tom. Bullar. Constit. 120. declaravimus, ad rem, de qua agimus, pertinere esse, nullum adesse Sacerdotem, præter illum, qui cum poenitens inhonestè peccavit, aut eum tantum adesse, quem idem poenitens, constitutus in mortis articulo, eligere nequit sine periculo se ipsum infamandi, aliterque malam sui suspensionem ingerendi; atque ideo, in eo rerum statu, non prohiberi, diximus, Sacerdotem suæ impudicitia compliceum absolvere; eundem tamen simul monuimus, ne prædictæ infamæ, aut scandalæ peri-

cula sibi configat, que reverè absint quinimo voluimus, ut ea, cum potest, anteveret, & removeat; secus enim penas non effugiet, in nostra prima Constitutione inobedientibus inflicta.

## CAPUT XV.

## De forma conditionata in Sacramento Pœnitentiæ.

Cum in superiore capite sexto hujus libri, de Sacramento Baptismatis, quod in anima characterem imprimat, ageremus; plura disseruimus de forma conditionata, quæ in ejus administratione adhibetur, deque ejusdem veritate, necnon de circumstantiis necessariis, ut quis ea licitè uti possit; queque ibi tradidimus, congrua congruis referendo, cæteris etiam Sacramentis, quæ characterem imprimunt, facile aptari possunt. Ut autem aliqua dicamus de his, quæ non imprimunt characterem, cum in his Pœnitentiæ Sacramentum adnumeretur, disputant Theologi, an absolutio sub conditione in illo impertiri possit; quod idem est, ac dicere, an in hoc Sacramento, quod non imprimat characterem, quodque idcirco reterari potest, quibusdam concurrentibus circumstantiis, conditionata forma admitti, & adhiberi valeat.

II. Qui eam nullatenus admittendam existimant, asserere solent, hujusmodi formam conditionatam in Sacramento Pœnitentiæ numquam in Ecclesia adhibitam fuisse longo xvi. sæculorum spatio, quibus nec Concilium ullum, nec ullus ex Patribus eam commemorasse dignoscitur, nec ulli ius in mentio reperitur in Ritualibus Latinis, aut Græcis, nec etiam in Rituali Romano, quod à Paulo V. confirmatum fuit, licet in his de forma conditionata

ta agatur, que in Baptismi, ac extreme Unctionis administratione adhibetur; præterea S. Carolus Borromæum accuratissimam Instructionem pro Confessariis composuisse, in qua loquitur de modo, quo teneriores pueri, atque puellæ ad Confessionem admitti debent, quin ullum de conditionata forma verbum faciat; item Albertum Castellanum, Ordinis Prædicatorum, ann. 1497. quoddam edidisse Opus, *Sacerdotale Romanum* inscriptum, à summis Pontificibus approbatum (quod idcirco dici potest auctoritatem legis habere) ubi pag. 11. à tergo cap. 4. edicit. Venet. 1585. postquam egit de conditionata Baptismi forma, & eamdem circumstantias indicavit, quibus ea adhiberi potest, sequentia verba in margine adnotavit: *Secus in Sacramento Pœnitentiæ, quod non licet.* Contra conditionatam sacramentalis Pœnitentiæ formam clamat Cardinalis Cajetanus in sua *Summa verb. Absolutio*; primò sequentibus verbis: *Errat Sacerdos sic faciens, quia præsumit sub forma dubia trahere, quod Christus mandavit sub forma certa ministrari; ac paulò infra: De nullo magis debet curare absolvens, quàm de conversione, & satisfactione poenitentis; & tamen Ecclesia, absque conditione aliqua, credit poenitentem dicenti, se contritum, & habere propositum satisfaciendi, & absolutiois beneficium impertitur absque conditionali nota.* Unde exterminanda est hujusmodi impertitio ab Ecclesia Dei.

III. Utque eò magis sententiam suam confirmet, qua usum conditionate formæ in Sacramento Pœnitentiæ rejiciunt, casum proponunt de Confessario, qui ita absolveret: *Te absolvo, si hæc potestatem absolvendis vel hoc modo: Si tu es verè poenitens; vel hoc alio: Si restitueris alienum, aut tale aliquid feceris; & absolutioem*

quidem duobus prioribus modis impertitam validam esse affirmant; at conditionem inutilem prosum, atque superfluum esse, utpotè quæ nihil aliud efficiat, nisi ut Minister incertus remaneat, utrum Sacramentum administraverit, poenitens verò, num illud susceperit; absolutioem autem tertio modo impertitam, nimirum sub conditione de futuro, nullam omnino, ac irritam esse; cum Ministri voluntas, absoluta, & efficax de presenti esse debeat, quo tempore ponitur materia & forma Sacramenti. Sicut enim propositio conditionata nihil ponit in re; ita conditionata voluntas, quamvis talis est, in suspensio remanet, & nihil prosum operatur. Ita disserunt Genet. tom. 4. *sua Theologiæ Morali tract. 6. de Sacramento Pœnitentiæ cap. 12. quest. 6. Tournely in Prælectionibus Theologicis de Sacramento Pœnitentiæ tom. 2. art. 3. quest. 8. pag. 200. edit. Paris. 1728. Gibert tom. 2. Consultationum Canoniarum de Pœnitentiæ, consult. 1. & tom. 3. consult. 39. sine ultio.*

IV. Alii tamen, qui formæ conditionate in Sacramento Pœnitentiæ favent, præmissis rationibus nihil moventur; eamque licitè, & rectè adhiberi posse statuunt, dummodo necessitate adsint circumstantiæ, ac de conditionibus de presentio, vel de presentio agatur, minime verò de futuro. Animadvertunt aliquidem, nihil esse in forma conditionata, quod Sacramentum irritum faciat. Si enim conditiones illæ de præterito, vel de presentio, adsunt, dum forma adhibetur, Sacramentum non secus perficitur, ac si forma absoluta adhibita fuisset; si verò desunt, tunc, licet ob earum defectum absolutio irrita sit, id tamen formæ conditionate, quæ Sacerdos usus est, adscribi non debet; quoniam

nia si idem omnino contingeret, si forma absoluta, dum impetretur absolvere, adhibita fuisset. His addunt, per hujusmodi conditionata formam, reverentiam Sacramenti debitam maxime consuli, dum per eam prestatatur Minister, si aliquid interit obstaculum, & nolle Sacramentum perficere, & simul eundem Ministram a gravibus angustiis se expedire, quibus abquando vexatur, dum ex una parte venerationi erga Sacramentum deesse nollet, ex altera vero necessarium peccatibus animam auxilium denegare veretur. Ita disserunt Theologi Scholastici, ac etiam Morales, qui formam conditionatam recte adhiberi timentur, dummodo tamen necessaria, ut supra dictum est, adsint circumstantia, ad quos nimirum, dum agitur de illius usu in Pœnitentiæ Sacramento, veram resigii difficultatem affirmant.

V. Et quantum hæc eorum opinio tamquam XVI. seculis incognita traductur, & nulla in Conciliis, ac Ritualibus mentio de ipsa reperiri dicitur, quinimo in Sacerdotali prædicti Alberti Castellani expressè reprobatâ appareat; aliqui ex ipsis non deest, qui formam conditionatam in Sacramento Pœnitentiæ ab Henrico Gandavensi, qui seculo XII. floruit, in suo *Quodlibet de Pœnitentiâ*, admittam esse contendat. Sed quia Henrici textus non satis clarus, nec ad rem conficiendam idoneus videri potest; ad Joannem Gersonium confugiunt, qui scriptis in fine seculo XV. quique de absolute conditionata in Sacramento Pœnitentiæ pluries in suis Operibus verba facit, nimirum in *Resolutionibus ad Charistianorum interrogatones* tom. 2. pag. 461. *littera A. in Tractatu de unitate Ecclesie*, *red. tom. 2. pag. 118. littera A. in Tractatu de Schismate*, l. 2. pag. 79.

*litt. C. Tenendum est hic pro certissima conclusione Theologiae, quod nec potest fieri Confessio in nullis casibus dubiis, vel scrupulosis, sub conditione, tum in eis, quæ sunt de jure, quam quæ sunt de facto; sic potest dari absolutio conditionalis; ubi tamen docet, opus non esse, ut quibus conditionem verbis exprimat (id quod aliquibus in more positum erat) red satis esse, ut eam dumtaxat mente concipiat; quod etiam de Baptismi forma conditionata assernerat eodem. l. 2. pag. 206. B. juxta ejus Operum editionem Amstelodami causam, qua nos usi sumus.*

VI. Idem verò, qui forme conditionatæ in Pœnitentiæ Sacramento favent, fatentur quidem, nullam illius mentionem in aliquo Rituali, aut Concilio, vel Canone factam reperiri; verùm advertunt, in nullo quoque Rituali, Concilio, vel Canonice illam damnari: quod quidem præterminatum non esset, si prædictam conditionatam formam adhibere, minus rectum, aut illicitum visum esset; siquidem complures occurrunt libri, in quibus legitur sententia conditionata forme favens. Albertus dumtaxat Castellanus in suo *Sacerdotali Romano*, quod à Summis Pontificibus approbatum fuisse asseritur, eam expressè in Pœnitentiæ Sacramento condemnat. Verum egregius hic Ordinis Prædicatorum Professor, qui exierit seculo XV. ac in fine XVI. floruit, eximius quidem doctus conspiciendus fuit, idemque *Sacerdotale Romanum* concinnavit, quod ab ipso dicatur Leoni X. Pontifici Maximo, deinde Pii IV. Pontificis jussu emendatum fuisse dicitur; juxta etiam, quæ leguntur tom. 2. *Scriptorum Ordinis Prædicatorum* P. Jacobi Echard, pag. 48. Sed hujusmodi Opus legis auctoritatem, & vim obtinere, ad-

admisso etiam quod Pii IV. auctoritate correctum fuerit, admodum ad probandum difficile judicatur. Gratiani enim Decretum, quantumvis pluries Romanorum Pontificum cura emendatum fuisse non ignoretur, vim ac pondus legis non habet; quinimo inter omnes receptum est, quicquid in ipso continetur, tantum auctoritatis habere, quantum ex se habuisset, si nunquam in Gratiani Collectione insertum foret; ut videre est in nostro Opere de *Canonizatione Sanctorum* lib. 4. part. 2. cap. 17. num. 10. Et hæc quidem respondentis ratio prudentibus viris facile ardebit; cum & firmo rationis fundamentum innotuit, & magnam præseferat modestiam, dum asserat Operis receptionem, de mandato Pii IV. factam, nullo modo attingit; cujus tamen Pontifici mandati probatio valde difficilis esset. Consultatur Berti tom. 8. *Theolog. lib. 34. cap. 8. §. ultimo.*

VII. Nos quidem in hac, atque in aliis hujusmodi controversiis, neutri ex partibus nos addicimus, atque ita ab Episcopis in Synodis agendum existimamus; quinimo de illa ne verbum quidem a nobis factum esset, nisi, præter connexionem materie cum conditionata Baptismi forma, de qua super sermonem habuimus, hujus controversiæ notio necessario præmittenda nobis visa fuisset, antequam de quibusdam casibus practicis in hoc capite ageremus, de quibus aliqui Episcopi in suis Synodis decreta, & statuta edere, opportunum duxerunt.

VIII. Accidit sæpe, ut aliquis, gravi morbo se opprimi sentiens, Confessarium accessit jubeat; verùm interea temporis, antequam Confessarius adveniat, loquelam & cognitionem amittit; at tamen etiam sine verbis, aliqua dat pœnitentiæ signa tum

Tom. I.

ante adventum Confessarii, tunc in illius conspectu; aliquando etiam vulnibus coram Confessario pœnitentiæ signum ostendit, quamvis antea nonnulla ipsius indicia dederit. Hæc porò quotidie contingunt; sicut etiam quoties fit, ut postquam agrotus duo, vel tria peccata confessus fuerit, Confessionem prosequi amplius non possit. In his omnibus casibus impetiri absolutio debet. Ita enim in antiquo Carthaginensi Concilio decretum fuit, relato in *Can. Is qui, 26. quasi. 6. Is, qui pœnitentiam in infirmitate petit; si casu; dum ad eum Sacerdos involutus venit, oppressus infirmitate obmuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui cum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Item in epistola S. Leonis, à Gratiano pariter relata in *Can. Multiplex, de pœnitentiâ dist. 1. Quod si aegritudine aliqua ita fuerit aggravati, ut quod paulo ante peccabant, sub presentia Sacerdoti significare non valeant; testimonia eis Fidelium circumstantium prodere debent, ut simul & Pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur. Et ut ad recentiora tempora descendimus, addenda est constitutio Synodi Nemansensis, anno 1284. habitæ, relata à Grancolas tom. 3. veterum Liturgiarum pag. 772. *Si infirmus petierit Sacramentum pro pœnitentiâ recipiendâ, vel aliqua signa pœnitentiæ fecerit, & interim, dum Sacerdos ventret, obmuerit infirmus, vel factus est amens, aut phreneticus; Sacerdos veniens, sive ad nutum infirmi, sive ad testimonium eorum, qui audierunt ipsum petentem pœnitentiam, vel Presbyterum, vel aliqua signa pœnitentiæ facientem, debet ei, quicquid humilitatis, vel consolationis po-***

X 3

16-



terit, impendere, absolvens eum, & reconciliando, & orationes dicendo, & Crucis osculum, si praesens Cruc fuerit, sibi dando. Cum his concordat Rituale Romanum tit. 18. ubi de infirmo loquens, ait: *Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela aegro deficiat, nutibus & signis conetur loquatur de Confessario) quoad ejus fieri poterit, precata penitentia cognoscere, quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam confitendi desiderium sicut per se, sive per alios ostenderit, absolvens est.* Cumque nonnulli existimarent, aegrotum illum absolvendum non esse, qui coram Confessario nullum penitentiae signum dedit, quantumvis antea dederit coram aliis, qui id ipsi Confessario testimoniarunt, suamque opinionem ea ratione fulcebat, quod Clemens VIII. Pontifex Maximus anno 1602. sequentem propositionem, veluti scandalosam, ac temerariam damnavit: *Licere per litteras, seu instrumentum, Confessario absentem precata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; uti videtur est in Constitutione 87. ejusdem Pontificis Bullar. tom. 5. eorum tamen error ab aliis facile deprehensus est. Longe enim discrepat unus casus ab alio. Consultantur Cardinalis de Lugo de Sacramento Penitentiae disp. 17. sect. 5. §. 2. Cardinalis Gotti tom. 14. Theologiae, de Sacramento Penitentiae quest. 8. dub. 3. §. 2. n. 9. Diana edit. coord. tom. 1. tract. 3. resolut. 74. Elsel Theolog. Moral. part. 2. de Sacramento Penitentiae, conferent. §. 5. i. num. 207. Narrat hic Auctor, praedictum Clementem VIII. interrogatum fuisse, an prohibendo Confessionem in absentia, sive per litteras, sive*

per nuncium factam, in animo habuerit, hanc quoque Confessionis speciem, de qua loquimur, prohibere, & consequenter absolutionem, quam Sacerdos impertitur aegroti jamjam morituro, & nullum penitentiae signum, aut Confessionis desiderium in sui praesentia demonstranti, de quibus tamen signis antea editis certior sit per testes; eundemque Pontificem negativè respondisse, asserit. Et quamvis ipse nullum hujusmodi responsionis documentum afferat; nihilominus, ita se rem habuisse, constat ex testimonio Petri Lombardi, Archiepiscopi Armacani, qui hoc idem audivisse se affirmat ex ore ipsius Pontificis, cum quo de hac quaestione tractaverat. Et autem responsum non solum relatum legitur in Operibus P. Conick de absolutione morituro, in fin. verum etiam in laudato Opere Cardinalis de Lugo sect. 4. num. 76. & 77. Quare cum olim Major Lusitanus Inquisitor supremus Inquisitioni Romanae hanc proposuisset quaestionem: *An censuram, & quam, mereatur haec propositio: valide impenditur absolutio, quando aegrotus coram uno, vel altero teste signa contritionis exhibet, dicens, superveniente Confessore, nullo externo signo confitendi voluntatem ostendit; & misit tamen ex relato inter-nuncii, aegrotum ostendisse signa contritionis, & confitendi voluntatem;* Summus Pontifex Urbanus VIII. in Congregatione coram ipso habita die 24. Februarii 1672. non solum absolutionem impertiri posse, respondit: *Santissimus dixit, huic aegroti potest impertiri absolutionem; verum etiam, ne laudarium decretum Clementis Papae VIII. negotium ullum facere posset, addidit: nec id repugnare decreto Clementis VIII. cum dicitur: sam continet rationem.* Uno verbo, in

casu de quo agimus, poenitens per alios ostendit votum confitendi propositum; idque satis est, ut in eo statu, in quo positus est, absolutionem consequi possit, ut in supra citato Rituali statuitur. Nec disputandi locus est, utrum in hoc casu absolutio conditionata, an simplex, & absoluta esse debeat. Haec enim controversia locum non habet, nisi cum signa ab infirmo edita, seu quae Confessario à testibus referuntur, dubia prorsus, ac aequivoqua per se ipsa sint, aut fuerint. In his namque circumstantiis, sunt qui putant, absolutionem sub conditione impertiendam esse. Ita legitur in Instructione pro Sacerdotibus ad Confessarii ministerium recens deputatis, Romae edita per quemdam Presbyterum Congregationis Missionis, ac pluries etiam alibi typis expressa, & praesertim Papae anno 1720. part. 2. cap. 12. §. 1. num. 19. t. 6. seq. Et Cardinalis de Lugo, supra laudatus, explicans modum impertiendi absolutionem conditionatam, quando dubia sunt signa, quae ab infirmo ostenduntur, aut ostensa sunt, ita prosequitur in dicto Tractatu de Sacramento Penitentiae disp. 17. sect. 5. §. 2. num. 91. „Si dubitat Sacerdos, an signa ab infirmo exhibita, fuerint ad significandum dolorem de peccatis, & voluntatem absolutionis, an verò ex dolore morbi; item, an, quando dixit, se velle confiteri, esset compos sui, an impos, & sine rationis usu; in his enim & similibus casibus, propter reverentiam Sacramenti, absolutio impendi debet sub conditione explicita, interius concepta.”

IX Quae haecenus dicta sunt, ad eos pertinent, qui in mortis articulo constituti, poenitentiae signa, aut confitendi votum ostenderunt, vel coram Confessario, vel coram aliis sibi

adstantibus, qui hoc ipsum Confessario testimoniarunt. Nunc agendum est de absolutione illorum, qui gravi aliquo, & repentino casu oppressi, vel morbo correpti, extremum agunt spiritum, absque eo quod illa dederint, vel dare valeant poenitentiae signa. Quod cum & illi contingere possit, qui vitam ex Christianae legis praescripto semper duxerunt, & Sacramenta frequenter suscipere consueverunt, atque illis etiam, qui de aeterna salute sua plerumque nihil cogitantes, flagitiosè saepe se contaminaisse noscuntur; de prioribus potissimum intelligenda sunt ea, quae subjicimus. Antiquorum Theologorum communis opinio fuit, quam multi adhuc teneant, quod, nullis editis à poenitente actibus, absolutioni Sacramentali impertienda locus esse non possit; ita Natalis Alexander in Theologia Dogmatico-Morali lib. 2. de Sacramento Penitentiae art. 7. regula 17. & Pontas in verb. Absolutio casu 4. ob eam nempe rationem nuper indicatam, quod scilicet, cum poenitens actus non adsumit, deest materia necessaria Sacramenti Poenitentiae; cumque praeterea Sacerdoti notus non sit praesens poenitentis status, ejusdemque voluntas, non potest is, iudicans in modum, absolutorem sententiam proferre. Afferunt etiam in huius sententiae confirmationem, quod Sorbonae facultas Theologica anno 1667, propositionem damnavit ex quodam libro excerptam, quae sequentibus verbis concepta legitur: „Qui amiserit loquelam, vel usum rationis, si bene vivebat, ut bonus & fidelis, & frequentabat Confessionem, & Communionem, quamvis non petierit Sacramenta, quia ex insperato talia acciderunt, debet praesupponi confessus, & faciente aliquo confessio-

nem pro eo sicut fit in populo, Sacrosanctus factus absolutioem ab omni sententia & peccato; quam quidem predicta Parisiensis facultas sequenti censura notavit: *Doctrina hujus propositionis, invidiam, & abolutio sumpta, est in praxi periculosa.*

X. Adversus hanc, quæ communis appellari poterat opinio, insurgit celebris Auctor Joannes Morinus in suo *Tractatu de Sacramento Penitentiae lib. 10. cap. 10.* hac infirmitate ratione, quod si jam receptum, & ratum est, ut qui loquelæ usu destituitur, nullumque poenitentiae signum coram Sacerdote exhibet, absolutioe donetur, quoties adstantes Sacerdoti testificantur, eundem, antequam adventum, vel confessionem suam audiri postulasse, vel dolorem de peccatis significandis, absolutioem consequi expetivisse; eo fortius absolutio poterit, vel potius debet is, qui licet nemo testimonium reddat, quod ante adventum Confessarii poenitentiae signa dederit, tot tamen testes sunt de ejus proposito recipiendi Sacramenta in supremo vitæ discrimine, quot sunt actus Christianorum virtutum, quot Confessiones sacramentales, & Communiones Corporis Christi, quot demum religionis, & pietatis opera, quibus in universo suæ vitæ cursu manifestum probitatis specimen præbuit. Ad hanc verò opinionem roborandam, Morinus ipse quoddam Clementis VIII. Pontificis sacrum refert, qui fabro murario à Vaticano Basilicæ fastigio fortè decidenti, ita absolutioem impetratus fuisse dicitur: *Si es cupax, absolvo te à peccatis tuis; ut legitur apud Homobonum in ex. am. Eccles. part. 1. tract. 7. cap. 18. quest. 84.* Præterea affert Gregorii Pape XV. auctoritatem, qui dum Bononiensem Archiepiscopatum obtinebat,

in suo *Memoriali Confess. c. 1. de forma Sacram. Penitentiae num. 16.* S. Antonini doctrinæ adhaerens, docuit, posse etiam absolvi moribundum assuetum frequentate Confessionem, quamvis repentino casu oppressus Sacramentum non petierit. Ac denique in medium profert Ecclesie Lemovicensis Constitutiones editas anno 1620. in Synodo, cui undecim Abbates, Decani tres, Præpositi septem, ac decem Priores, totidemque Archiepiscopi interfuissent; Posuerit quoque idem applicari remedium, videlicet Sacramentale absolutioem, ei qui iudicio, omniumque sensuum usu statim captus est, non petita poenitentia, nulloque signo contritionis edito, cum violentia morbi judicatur de repente & ex improviso præventus, & oppressus, & Christianè vixit; ferrique potest iudicium ex actionibus vitæ, & moribus; eum libenter Poenitentiae Sacramentum petiturum fore, si tempus, & morbi violentia permiserint; licet hoc in casu nihil de absolutioem effectu promittere possimus; sed animarum salvandam causa, nullum remedium omittere debemus, quod Deus potestati nostræ commisit, Deum orantes, ut immensa bonitate, & misericordia, quod deest ægrotorum dispositioem suppleat, cætera inscrutabilibus Dei iudicis commendantes.

XI. Morini opinio complures recitatores invenit ex his, qui post eum scripserunt; quos inter numerandi sunt Merbesius *diss. 4. de Penitent. quest. 85.* item Juvenin de *Sacram. ut dicitur. 6. de Penitent. quest. 7. §. 3.* qui observat, hoc idem in Rituali Ecclesie Tullensis, jussu Cardinalis de Bissy, olim Tullensis Episcopi, edito præscriptum fuisse; cui nos addimus etiam illud bon. mem. Cardina-

lis de Rohan Argentinensis Episcopi, in ejus Proœmio *num. 4.* ita legitur: „Si qui Fidelem subito obmutescerent, vel omni rationis usu destituerent; in ultimo casu correptis, non neganda absolutio, & extrema Unctio; modo cum sani essent, vitam duxerint homine Christiano dignam. Tunc enim præsumi debet habere sufficientem ad illa Sacramenta recipiendam intentionem.“ *Gener. tom. 4. Theologia Moralis tract. 6. de Sacram. Penitent. cap. 12. quest. 5.* Tournely in *Prælectionibus Theologicis de Sacram. Penitent. tom. 2. pag. 172. & 179. edit. Parisiens. an. 1728.* Vanroy in *Theologia Morali part. 4. tom. 5. cap. 9. quest. 13.* Vuitasse de *Sacram. Penit. part. 2. pag. 876.* Henricus à S. Ignatio *tom. 3. lib. 5. c. 196. & 197.* Neesen *tom. 1. tract. 5. de Sacram. Penitent. dub. 14.* Auctor verò, qui Opus citati Pontas, Latine reddidit, additionibus locupletavit, præd. casu 4. animadvertit, non tanti quidem faciendam esse rationem illam ab adversariis celebratam, quod scilicet, cum Poenitentiae acris non adsunt, materia desit Sacramenti Poenitentiae. Nec enim certum est, materiam Sacramenti esse hujusmodi Poenitentis actus, cum Tridentinum Concilium illos, haud præcisè materiam, sed quasi materiam Sacramenti appellaverit; uti videre est *sess. 14. de Penitentia cap. 7.* Quod si etiam necessaria Sacramenti materia in hujusmodi actibus constitui deberet, ipsi jam antea præcessisse dicendi essent, & tunc pro presentibus haberi possent; non secus ac petito absolutioem, quam Poenitentis ante Confessarii adventum emisit, sed coram eo amplius exprimeret, ut repetere non potest, pro presenti habetur ad eundem effectum, ut scilicet Confessarius ejusmodi Poenitentem,

jam sensibus, & loquelæ destitutum, absolvere non dubitet.

XII. Et hæc quidem sententia inter Theologos novissimis temporibus tantum invaluit, ut Auctor Theologiae Moralis ad usum Seminariorum Petrocorensis, dum eam sibi nequaquam probari dignam, ad ultimum tamen admittat, ejusmodi moribundis absolutioem dari posse sub conditionis; ut videre est in illius *tom. 4. lib. 2. tract. 1. quest. 10.* Similiter P. Berti loco superius citato apertè docens, quod, juxta scholæ rigorem, ejusmodi infirmis minime dici possent absolutioem capaces (id quod etiam fuscocompanti Cabassut in *Theor. & Prax. Jur. Can. lib. 3. cap. 11. num. 10.* cum tamen tot esse videt doctissimos viros, qui eorum capacitatem admittunt, eamque constituunt in retroacta illorum vitæ probitate, ac pietate, conditionatam absolutioem formam cum ipsis adhiberi posse, non inficiatur. Hanc verò licet aliqui nec reiendam putent, ubi agitur de hominibus in mortis articulo constitutis, qui neque recenter poenitentiae significationes edidissent, & dissolutam, flagitiosamque vitam, sceleribus semper inquinatam, egisse palam dignoscuntur, quive etiam in actuali peccato moriuntur, dummodo Catholicam Fidem retinuerint, & pro Catholicis se gererint; ut videre licet in supra dicta Instructione pro Confessariis Tyrionibus *part. 2. cap. 10. §. 1. num. 193.* id tamen nullo pacto probatur illis, qui jam antea peccatis, rectam & religiosam vitæ rationem, & Sacramentorum frequentiam, qua ægrotus ipse in omni vita fidem suam ex operibus comprobavit, justam præbere causam; ut, quamvis idem in mortis articulo, morbi vi oppressus, nullum poenitentiae signum dederit, aut dare valeat, nihilominus sacramen-



mentali absolute vel sub absoluta, vel sub conditionata forma donari possit.

XIII. Hec sunt, quæ circa utrum forma conditionata in Sacramento Pœnitentiæ eâ, qua fieri poterat, brevitate ac diligentia colligere nobis datum est. Et quoniam hæc omnia, quemadmodum hucusque narravimus, in utramque partem à Theologis disputantur; optimum facti judicaremus, ut Episcopi in suis Synodis intra Ritualis Romani terminos se continerent; relinquentes nimirum scholis, & Conferentiis, seu Collationibus, quæ de Casibus Moralibus haberi solent, rotam hæc questionem de conditionata absolute vel sub absoluta forma, & de peculiaribus casibus; quibus adhiberi illa possit, aut debeat. Porro in Synodo Montis Falisci, quæ anno 1710. habitata fuit, cap. 6. de Pœnitentiâ n. 6. decernitur, ut absolute valtem sub conditione moribus donetur, quamvis nullus adit, aut illius pœnitentiæ vota signis aut verbis prædita testetur. In Synodo Isclana habita anno 1716. part. 2. de Sacram. Pœnit. cap. 1. num. 19. legitur etiam de eo, qui in mortis articulo reperitur, si nulla signa præstiterit, saltem sub conditione absolvatur, modo in actuali peccato non decedat. In Synodo Feltrix celebrata anno 1627. tit. 10. decernitur, ut etiam adstantes Sacerdoti asserant, infirmum suorum peccatorum pœnitentiam demonstrasse, & confitendi propositum ostendisse, absolvatur in Domino sub conditione; hoc tamen addito: cognitis eiusdem moribus, ac vita, vel si in Deum, à Fide discedendo, non peccaverit. Si hæc Synodalia statuta cum Theologorum nuper indicatis opinionibus comparentur, facile erit agnoscere, aliqua ex ipsis alteram ab altera circumstantia non rectè secerne; alia

verò rem totam nimis ampliare, alia denique eandem nimis in arcum contrahere. Quod sanè propositum à nobis agendi rationem magis magisque confirmat; ut nempe, controversiarum decisione Theologorum disputationibus relicta, prudens Episcopus ea dumtaxat Synodalibus statutis inserere studeat, quæ in Ritualibus Libris, ab Ecclesia Romana propositis, indicantur & præscribuntur.

## CAPUT XVI.

*De reprohatione doctrinæ, quæ in nonnullis Synodis legitur, Confessione illicitæ factæ in mortis articulo Laico, aut etiam mulieri, deficienti Sacerdote, aut Diacono, vel Subdiacono.*

Bernardus Lemoviensis anno 1374. factus Bononiensis Episcopus, suam Synodum coegit, pluresque edidit Constitutiones, quas etiam Bernardi Successores religiose ac sanctè custodiri & servari iusserunt; ut testatur Sigonius lib. 3. de Episcopis Bononiensibus, in dicto Bernardo. Illas easdem Constitutiones, in posterioribus Bononiensibus Synodis iterum, iterumque publicatas, Augustinus Zanetus Episcopus Sebastianus, Laurentii Cardinalis Campegi, Episcopi Bononiensis, Vicarii Generalis, & Suffraganeus, anno 1535. typis editas vulgavit. In harum Constitutionum rub. 4. de Pœnitent. hæc habentur: „Nullus alieno Sacerdoti peccata sua „confiteatur, nisi prius à proprio pei- „ta licentia, & obienta, quam nullus, „requisitus, dolose vel malitiose dene- „gare præsumat. In quibusdam tamen „casibus potest quis alieno Sacerdoti „confiteri, à suo non petita licentia „primò, si Episcopus aliis specialiter „delegaverit; secundò, si peccans in „alio-

aliena parochia, iterum vult de peccato illo Sacerdoti illius parochiæ confiteri; tertio, si suum domicilium ad aliam transtulit parochiam; quarto, quando quis est vagabundus; quinto, si periculum mortis sibi imminet, nec habere potest proprium Sacerdotem, quo casu, deficiente alieno Sacerdote confiteri possit laico, & etiam mulieri." Id ipsum die- tario comperimus in Diocesana Synodo Sabinensi, habita anno 1312. ab Arnaldo de Faugeris S. R. E. Cardinali, Episcopo Sabinensi, quam ex codice bibliothecæ Othobonizæ, publicè juris fecit Hannibal Cardinalis Albanus in Appendice ad suam Synodum pariter Sabinensem, habitam anno 1736. Andreas quoque Minorita, Episcopus Megarensis, in lumine Confessorum, quod anno 1429. obtulit Jordano Ursino, Episcopo Albanensi, S. R. E. Cardinali Pœnitentiario, eandem tradidit doctrinam, ut videtur potest in Dissertatione, quam Constantinus Ruggerius attexit citatæ Synodo Sabinensi Cardinalis Albani, pag. 324. In Commentariis Pii II. lib. 6. pag. 151. editionis Francofurtensis anni 1674. referitur concio, quam habuit Henricus Angliæ Rex ad milites suos, dum eos ad confingendum cum Gallorum exercitu cohortaretur; ubi, inter alia, sic eos admonet: Verùm non tam vestris ex manibus, quàm Dei dextera salutem sperate; quæ ut vobis secunda sit, peccata nostra confiteamur, humilique corde Divinam misericordiam imploremus. Sed in antiquioribus hæc alia verba leguntur: Alter alteri peccata nostra confiteamur, & Eucharistia loco, cuius copiam non habemus, terram trimitis.

II. De Confessione, hoc est de doctrina illa, sen consuetudine, ut laici cum laici confiterentur, mox age-

mus. Ad illud autem, quod ibidem de Eucharistia dicitur, breviter observasse juvat, teneri non Jure Divino Eucharistiæ Sacramentum in mortis periculo sumere, juxta communionem Theologorum sententiam, quam aliis compluribus allegatis, referunt, & tenetur Sylvius tom. 4. in 3. part. S. Thomæ disp. 80. art. 1. quest. 1. Cardinalis de Lugo de Sacram. Eucharistiæ dispug. 16. sect. 3. num. 25. & seq. Cumque duobus modis Sacramentum hoc percipiatur, vel scilicet re ipsa & facto, vel spiritualiter & in voto, hoc est, vel ipsum Eucharisticum panem ore manducando & deglutendo, vel, si hoc fieri nequeat, id ipsum enixis votis desiderando, forte evenit, ut ad hujusmodi desiderium externa aliqua actione significandum, simplices aliqui, & rudes terram ore sumendam excogitaverint; quod tamen aliorum iudicio subsistentes, id unum addimus, quod in Libello Benedicti XI. alias XII. de erroribus Armenorum, quem edidit Raynaldus ad annum Christi 1241. n. 48. inter alios Armenorum errores, hic, etiam sub n. 107. referuntur: Item Armeni tenent, quod, si aliquis sit in periculo morientis, & non habeat tempus recipiendi Communionem, quod faciunt Crucem cum manu in terra, & de qualibet brachia alia Crucis accipiant modicum de terra, & comedunt; & hæc comestio terra habetur per eos pro Communionem. Interim ad propositam materiam Confessionis à laico cum alio laico peragende regrediamur.

III. Plerique ex hæreticis dixerunt, non solum Sacerdotem, sed quemcumque Fidelem, etiam laicum, potest esse Ministrum Sacramenti Pœnitentiæ, præsertim si probus sit & iustus. Hoc errore imbuti fuerunt Flagellantes, qui, spreto Sacerdotum tribunal, peccata

solva laicis consistebantur, & ab eis absolvantur; uti videtur est in lib. 3. de genis *Baldewini de Luczemburg cap. Miscellanor.* Balluzi tom. 1. eundemque docuit Wiclefus, teste Waldensi tom. 2. cap. 155. & 145. à quibus illam hausit, iterumque excitavit Lutherus, apud Rolensem art. 17. Quare Henricus VIII. Anglie Rex, in suo Opere de septem Sacramentis adversus Lutherum, de Confessione, postquam necessitatem adstruxit peccata sua aperiendi Sacerdotibus, quam non solum ex pluribus sacre Scripturæ testimoniis, sanctorumque Patrum testimoniis, sed ex ipsa Fidelium antiqua & constanti praxi evidenter ostendit, inquit: 1. Verum de Confessione, si verbum nullum neque nominatum, neque in figura legeretur, neque quidquam à sanctis Patribus diceretur, tamen, cum videam totum populum tot sæculis peccata sua patefacere Sacerdotibus, cum ex ea re tam assidue videam tantum boni proventum, tam nihil sanatum mali, aliud neque credere, neque cogitare posseim, quam eam rem, non humano consilio, sed Divino planè mandato, & constitutam esse, & conservatam. Neque enim ulla humana auctoritate populum unquam potuisset adducit, ut occultissima scelera, quorum tacitam conscientiam horrebant, quæ ne prodirent in lucem, tanti referebant ipsorum, in alienas aures (qui postest cum vellet, prodere) tanto cum pudore, tanto cum periculo, tam nunciantur effunderent, neque fieri potuisse, cum tam numerosis Presbyteri, boni malique, qui promissæ Confessiones audiant, ut audita continent etiam hi, qui alias nihil continent, nisi Deus ipse, qui Sacramentum instituit, rem tam salubrem speciali gratia defenderet.

„Mihî ergo, quidquid ait Lutherus, non ex aliqua populî consuetudine, nec ex institutione Patrum, sed ab ipso Deo videtur instituta, & prætervata Confessio: postquam, inquam de sacramentalis Confessionis institutione hæc contra Lutherum scriperat, eundem alio etiam nomine exagitat, quod nimirum Confessionem cuiuscumque laico, imò etiam feminæ fieri permulteret, addens: Nunc igitur iudicet quisque, quam vere sentit Lutherus, qui contra Sanctorum omnium sententiam, Claves Ecclesiæ trahit ad laicos, et hinc ad mulieres, & ait, verba Christi, Quicumque ligaveritis, &c. non Sacerdotibus tantum, sed omnibus dicta Fidelibus.

IV. Ecclesiæ itaque Catholice certissimum dogma est, solos Sacerdotes posse Pœnitentiæ Sacramentum administrare, & à peccatis absolvere; quoniam ad sacramentalem absolutionem, qua anima solvatur à culpæ nexu, necessaria est potestas Clavium, quam Christus Dominus solis contulit Sacerdotibus, cum Joan. 20. solis Apostolis, eorundem successoribus, ritque ab his ordinatis, dixerit: Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quamobrem S. Ambrosius lib. 1. de Pœnit. cap. 2. n. 7. tom. 2. Oper. col. 292. loquens de potestate absolvendi à peccatis: Jus hoc (inquit) solis permittitur Sacerdotibus est; & S. Basilius in Regulis breviter tractatis, Oper. tom. 2. pag. 516. ad interrogat. 288. Qui confiteri vult peccata tua, debetis confiteri omnibus, & quibuslibet, aut quibus respondet: Peccata tu confiteri omnibus, & quibuslibet, aut quibus respondet, quibus mysteriorum Dei concedita dispensatio est; ac S. Leo Magnus epist. olim 91. nunc 82. cap. 2. ait, Divinitus esse ordinatum, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus Sacer-

cerdotum, nequeat obtineri. Atque, ut missa faciamus alia plurima sanctorum Patrum testimonia, quæ congerunt Suarez tom. 4. in 7. part. disp. 2. 1. sect. 1. Vazquez tom. 4. in 3. part. quest. 93. art. 1. Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 7. quest. 10. punct. 1. Natalis Alexander hist. Eccl. tom. 3. ad sæcul. III. dis. 4. Juenin de Sacram. diss. 6. q. 5. art. 2. & alii; Eugenius IV. in decreto unionis Armenorum, tom. 9. Collectionis Harduini col. 440. definiit: Minister hujus Sacramenti est Sacerdos, habens auctoritatem ad absolvendum vel ordinariam, vel ex commissione Superioris. Et in Constit. 44. Leonis Papæ X. Bullar. tom. 3. part. 7. pag. 489. inter cæteros errores Lutheri, hic etiam proseribitur, quod videlicet: In Sacramento Pœnitentiæ, ac remissione culpæ, non plus facit Papa, aut Episcopus, quam infimus Sacerdos; imò, ubi non est Sacerdos, æque tantum quilibet Christianus, etiamsi mulier, aut puer esset. Ad demum sancta Tridentina Synodus sess. 14. de Pœnit. cap. 6. hæc habet: Declarat sancta Synodus, falsas esse, & à veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines, præter Episcopos, & Sacerdotes, Clavium ministerium perniciose extendunt, putantes, verba illa Domini, Quicumque alligaveritis, &c. & eorum renoveritis, &c. ad omnes Christi fideles indifferenter, hujus Sacramenti, ita fuisse dicta, ut æquius potestatem habeat remittendi peccata; & cap. 10. ejusdem sessionis, anathema proferri adversus eum, qui asserit, non solos Sacerdotes, sed omnes Christianos esse Ministros absolutionis.

V. At, primo aspectu, oppositum sensisse videtur S. Cyrilianus epist. 12.

ubi permittit, Confessionem fieri Diacono, cum Sacerdos abest; ait enim, Occurrendum puto fratribus nostris, ut qui libellos à Martyribus acceperunt, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari possunt, si incommo- do aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud Presbyterum quemcumque præsentem, vel, si Presbyter repertus non fuerit, & urgente exitu coeperit, apud Diaconum quoque Exomologesin facere delicti sui possint, ut, manu eis in poenitentiam imposita, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Dominus, res literis ad nos factis desideraverunt. Cypriano ad stipulantur tum antiquissima Synodus Elberitana can. 72. Collectionis Harduini tom. 1. col. 247. inquit: Apud Presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis incidit, placuit agere pœnitentiam non debere, sed potius apud Episcopum; cogente tamen infirmitate, necesse est, Presbyterum communionem creatur debere, & Diaconum, si ei interit Sacerdos; tum Concilium Triburienſe anni 894. reatum in Cap. Fara, de furtis, ubi sic legitur: Aures, & latrones, si infurando, vel depradando occidunt, visum est pro eis non esse orandum; sed, si comprehensi, aut vulnerati, Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus; tum demum alia plurima veterum testimonia, congesta à Martene de antiquis Eccles. ritib. tom. 1. lib. 1. c. 6. art. 6. n. 7.

VI. Attamen hæc, quæ licum faciunt, rite expenta minime pugnant cum veritate Catholica. Etenim, prætermisiss cæteris responsionibus, quæ videri possunt apud nuper laudatos Doctores, & Duhamel tom. 7. Theolog. tract. 7. de Pœnit. hæc sola, quam sub-



necimus, sufficere posse videtur ad omnem eluendam difficultatem. Nomen *Exomologesis* non semper apud Patres significat Confessionem arcanam, auricularem, & sacramentalem, sed frequenter usurpatur pro ultimo illo ritu, seu actu externo, qui totius publicę poenitentię clausula eras & complementum; cum omnium publicę poenitentium, humi substrati, flentes, atque ingemiscientes, se ipsos incubabat, ventrem exposebant, & Ecclesię tandem reconciliari, atque iterum ad Sacramenta admitti, petebant; quemadmodum fute demonstrant Albaspinus lib. 2. *observationum & observat.* 26. Moctus lib. de *Pœnit.* cap. 2. n. 4. & 107. Petavius *in* in Sanctum Epiphanius *animadversionibus*, ad *heresim* 59. quæ est Novatianorum; & plane constat eum ex Tertulliano lib. de *Pœnit.* cap. 9. ubi ait: *Exomologesis prosternendi, & humiliandi hominis disciplina est; & lib. de Oratione* cap. 7. *Exomologesis est petitio veniæ, quia qui petit veniam, delictum confititur; tum ex eodem laudato Cypriano epist. 55. ad Cornelium Papam, ubi de lapsis agens, qui publicam poenitentiam subire detrectabant, hæc patriter Exomologesin appellat, inquit: Sublata poenitentia, nec Exomologesis criminis facta, despectu Episcopis, atque calcatis, pax à Presbyteris verbis fallacibus prædicatur; atque in eodem sensu epist. 11. ait: Cum in minoribus delictis, quæ non in Deum committuntur, poenitentia agatur iusto tempore, & Exomologesis fiat. Hanc porro publicam Exomologesin, deficienti Sacerdote, & urgente necessitate, excipere poterat Diaconus, si quæ potestatem habebat publicam poenitentem Ecclesie reconciliandi eo pacto, quod etiam nunc possit, facultate ab Episcopo accepta, excommunicationem absolvere, & Ecclesie communionem restituere.*

VII. De hac Exomologesi loquitur Cyprianus *in cit. epist. 12.* & de ea intelliguntur ceteri Patres, & Concilia, cum idem, quod Cyprianus, affirmant. Quodque hic sit proprius & genuinus Cypriani, aliorumque Patrum sensus, aperte insinuant posteriores Ecclesiasticæ constitutiones, quæ eandem potestatem faciunt Diacono, excipienti scilicet poenitentium Confessiones, absente Sacerdote, sed simul aperte denegant eisdem potestatem Clavium, & auctoritatem absolvendi à peccatis. Concilium Eboracense apud 1195. *decret.* 4. tom. 6. part. 2. Collectionis Harduini col. 19. 31. *Dixerimus* (ait) etiam, ut, non nisi summo & gravi urgente necessitate, Diaconus poenitentiam confitentium imponat, ut iuxta patrum tenorem canonum huic Ordini Sacerdotali propriè convenit decerni antiquitas. Constitutiones Odonis Parisiensis Episcopi circa annum 1198. cap. 56. tom. 6. part. 2. Collectionis Harduini col. 19. 49. inquit: *Prohibetur districtè, ne Diaconi ullo modo audiant Confessiones, nisi in arctissima necessitate; Clavos enim non habent, nec possunt absolovere.* Constitutiones Walteri Episcopi Dunelmensis, anni 1255. tom. 7. Collectionis ejusdem col. 49. 2. ajunt: *Et quia solis Sacerdotibus est potestas ligandi, & solvendi commissæ, prohibemus, ne Diaconi Confessiones audiant, aut admittant, poenitentias imponant, nisi necessitas urgeat, aut compellat, ut in casu mortis, per absentiam Sacerdotis. Videri poterunt de hac re discentes Histius in 4. *distinct.* 17. §. 15. in *fin.* Natalis Alexandri *cit. disert.* 4. ad. 107. III. & Cardinalis de Aguirre tom. 1. *Concilior. Hispaniæ* pag. 729. ubi loquitur, quæ in contrarium obijci possunt, ita explicanda consert, ut sensus sit *Absente Sacerdote, & urgente extrema necessitate, Diaconus, olim interdum,**

*dem, & aliquibus locis solitus, ex delegatione Episcoporum, audire Confessiones lapsorum poenitentium, non quidem ad absolvendam illos (non enim unquam id facere poterant, aut possunt adhuc per delegationem Episcopi, imò nec Romani Pontificis) sed ad explorandum illorum statum, & veram contritionem, sive plenam conversionem ad Deum.*

VII. Quod autem specialiter attinet ad Concilium Eliberitanum, illud, nomine *communione*, vel intellexit Communionem Eucharisticam, vel Canonice reconciliationem cum Ecclesia; uti prossequitur Cardinalis de Aguirre loc. cit. Similiter, & textum in *cap. Fures*, nonnulli intelligendum existimant de absolute ab excommunicatione, quæ heretici erant publici latrones; alii vero eum interpretantes de Eucharistia, dicunt, allegatum textum id unice permittere, nimirum, ut Diaconus præbeat furi vulnèrato Eucharistiam, si ei constet de illius contritione; eum inter ceteros casus, in quibus sufficit contritio, sine sacramentali Confessione, ad percipiendam Eucharistiam, enumeretur etiam ille hominis constituti in mortis articulo, cui deest Sacerdos, à quo sacramentalem absolute obtineat. At Antonius Augustinus in notis ad primam collectionem Decretalium ad *Cap. Fures*, de *furtis*, contredit, verba illa, *vel Diaconus*, non esse autentica, & reverè in antiquis manuscriptis codicibus illo-rum loco, legitur: *vel Deo*. Quod si hoc secundo modo legendum sit, tunc allatus textus Concilii Triburiensis concordat cum Capitularibus Theodori Cantuariensis *cap. 35. Spicilegii tom. 1.* cum *can. 7.* inter eos, quos Gregorius III. ex variis Patrum sententiis excerptis, apud Harduinum tom. 3. col. 1876. quibus in locis, dicitur, in casu necessitatis, eam scilicet Sa-

cerdos deest, Confessionem faciendam esse soli Deo.

IX. Majorem difficultatem faciunt, quæ apud antiquos Patres, & Theologos legitimus de Confessione faciendâ laico, urgente necessitate: *Tanta itaque vis Confessionis est, ut, si deest Sacerdos, confiteatur proximo, verba sunt textus in Can. Qui vult, de Pœnit. dist. 6.* excerpto ex libro de *vera & falsa Pœnitentiâ*, inter Opera Augustini; ex quibus Petrus Cantor *in Summa de Sacram.* fol. 207. concludit: *Ecce ex hac auctoritate habemus, quod in necessitate confitentium sit laico, si Sacerdos deest, & non solum venialia, sed etiam mortalia.* Idem docere antiquiores Theologi, inter quos D. Thomas in 4. *dist. 17. quest. 3. art. 7. q. 2.* ubi ait: *Minister Pœnitentiæ, cui Confessio est faciendâ ex officio, est Sacerdos; sed in necessitate etiam laicus vicem Sacerdotis supplet, ut ei Confessio fieri possit.* Hæc, aliorumque testimonia collecta sunt à Morino de *Pœnit. lib. 8. cap. 24. Juvenis de Sacram. dist. 6. quest. 5. art. 2.* Martene *cit. lib. 1. c. 6. art. 6. n. 8.* quibus addi potest, ex Canonistis, Ostiensis lib. 5. *Summa tit. de Pœnit. & remis. n. 14.* ubi casus explicans, in quibus licet alieno, & non proprio Sacerdoti, seu Parocho, peccata sua sacramentali Confessione aperire, ait: *Tanta est vis Confessionis, quod, et tumidæ necessitatis articulis, ut quia infirmatur ad mortem, qui vult confiteri, vel oportet eum intrare eccliam, & deest Sacerdos, non alium proprium, sed & quilibet, in tali articulo potest etiam laico, vel etiam mulieri, si non adit alius, confiteri.*

X. Verum hæc omnia facile explicentur. Duobus modis Confessio fieri potest homini laico: primo, ut ab eo tamquam à Judice, & Christi Ministro, habente potestatem Clavium; ob-

lineatur sacramentali absolutio; & sic esset inutilis, pernicioſa; & conjuncta cum errore contra fidem; altero modo poſſet contra confiteri laico, ut ipſi animi demissione, ſeu humilitate, atque erubescencia Confessionis, magis ſecratur Deus ad ei largiendam liberam gratiam, qua exiſcitur ad perfectam contritionem, & juſtificetur, atque ejuſmodi Confessio eſſet in se proficua, eaque multo tempore in usu fuit. De hac loquuntur textus: & Doctores supra allegati, quemadmodum, ut aliosque explicando, tradit D. Thomas, qui, postquam dixerat, poſſe, deficiente Sacerdote, Confessionem fieri laico, statim addit ejuſmodi Confessionem esse quidem aliquo modo sacramentalis, quia est conjuncta cum voto Sacramenti; non tamen esse perfectum sacramentum, nec gratiam causare ex opere operato, ac propterea reſtituendam docet coram Sacerdote. In Angelici verba in responsione ad primum: „Confessio laico ex desiderio Sacerdotis facta, sacramentalis est quodammodo, maneat non sit Sacramentum perfectum, quia deest ei id, quod est ex parte Sacerdotis. Et clariss in responsione ad tertium: Quamvis ille, qui laico confessus est in articulo necessitatis, consequatur si vivit a Deo; ea quod propositum, concedendi, secundum mandatum Dei, quod concepit, sicut potuit, implevit; non tamen adhuc Ecclesie reconciliatus est, ut ad Sacramenta Ecclesie admitti debeat, nisi spiritus a Sacerdote absolvatur; sicut ille, qui Baptismo flammis baptizatus est, qui Bucharistiam non admittitur; & ideo oportet, quod iterum confiteatur Sacerdoti, cum copiam habere poterit; & precipue quia, sicut dictum est; Sacramentum Penitentis perfectum non fuit. Hanc D.

Thomas explanationem confirmat, ac preterea quanam fuerit ea in re Ecclesie doctrina, nobis pateſcit D. Thomae coevis, ejuſdemque condiscipulis, Thomas Cantuariensis: hic siquidem lib. 2. de apibus cap. 7. postquam narravit, Ludovicum Comitem Leodiensem, in extremis constitutum, Christum virginem accessivisse, etque omnia peccata sua maximis cum lacrymis recitasse, statim addit: „*Et hoc quidem, non pro indulgentia, quam dare non potuit, sed ut magis ad orandum pro se, tali periculo moveretur.* Morem istum pandendi peccata sua laico, cum instabat mortis periculum, & deerat Sacerdos, percurſe usque ad saeculi xv. initium, discimus ex Guillelmo Lyndewode, qui per idem fere tempus, uti ex Operis praefatione desumitur, glossamata adiecti ad Constitutiones Angliae; is quippe Glossator ad tit. de Sacramentis iterum dicit, vel non, vel si Penitentis pag. 32. haec habet: „*Laico poſſet quis confiteri in necessitate, ut per hoc appareat Ecclesie de sua contritione. Non potest tamen laicus absolvere, vel ligare, cum non habeat Claves Ecclesie.*“

XI. Sed posteriori aetate ea consuetudo iustis de causis cepit potenter remitti, donec tandem penitus absolverit. In supra citato Sacerdotali Romano Alberti Castellani c. 26. de Paenitentia inſerens, sequentia verba leguntur: „*Si autem haberi non possit copia Sacerdotis, quavis bonum sit in huiusmodi periculis, in mari videlicet, bello, vel in infirmitate, vel morte violenta, laico confiteri, tamen non est necessarium. Quod si fiat, & coadit, tenetur tolli iterum de illis peccatis confiteri, quia non habebat ille Claves Ecclesie.*“ Dominicus Soto, celeberrimus Theologus Ordinis Praedicatorum, in sua Praelectione de ratione legendi, & detegendi re-

dictum est, a summo Pontifice Clemente VIII. nedum illiſſima, sed inviolabiliter declarata fuit Confessio facta Sacerdoti per internum. Merito propterea Navarrus manual. cap. 12. num. 41. Gregorius de Valentia supra cit. disp. 7. quest. 10. parit. 1. alique ad hoc allegati, concludunt, nisi existeret ab ignorantia, in praesenti rerum statu, graviter eum peccare, qui etiam in casu necessitatis peccata sua confitetur laico; quia sine ulla causa semetipsam infamat, & fortasse praeberet occasum de se suspicandi, quod adhaeret Lutheranorum haeresi.

XIII. Quibus statibus, ut illic redeamus, unde digressi sumus, erit in supra relatis Constitutionibus Synodicalibus tam Bononiensibus, quam Sabiniensibus, insinuatam fuisse Confessionem faciendam laico, deficienti Sacerdote, quia nondum haec consuetudo extincta erat tempore, quo illae conditae sunt, atque merito in subsequentibus utriusque Ecclesie Constitutionibus, neque ad titulum de Penitentia, neque in ullo alio loco, facta est mentio necessitatis, aut utilitatis praedictae Confessionis; sed communis doctrina tradita est de actu contritionis in eo rerum eventu eligendo.



## LIBER OCTAVUS.

DE PERTINENTIS AD SACRAMENTA EXTREMÆ UNCTIONIS,  
ORDINIS, ET MATRIMONII.

## CAPUT PRIMUM.

De Sacramento Extremæ Unctionis; ubi de materia hujus Sacramenti, de olei benedictione ab Episcopo peragenda, nulla tamen in Synodo facta prohibitione Presbyteris Græcis illud benedicens, & Catholicos Græci ritus inungendi, si in Latinorum Diocesisibus Græci inhabitent.

Quamvis immemores haud sumus nostri propositi, quod jam semel, atque iterum significavimus, neutiquam scilicet nobis in animo esse, tractatum de Sacramento hic exhibere; at tamen innumeræ difficultates, quibus hoc Sacramentum reat, nos vel nolentes cogunt aliquantulum prolixius de eo disserere; quo securius possit Episcopus & tot sacerdotis pedem subducere, suamque de Sacramento administrandi Synodalem Instructionem ita adorare, ut communem, receptamque ab universa Ecclesia doctrinam contineat, nullamque adoptet inter Catholicos controversam opinionem.

II. Extremam Unctionem verum esse nova Legis Sacramentum, à Christo Domino institutum, apud Marcum quidem insinuat, sed per Apostolum Jacobum Fidelibus commendatum, & promulgatum, definit Tridentinum sess. 14. de Ex-

trema Unctione cap. 1. inquit: *Instituta est autem sacra hæc Unctio infirmorum, tamquam verè & propriè Sacramentum novi Testamenti, à Christo Domino nostro apud Marcum quidem insinuat, per Jacobum autem Apostolum, ac Domini Fratrem, Fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur, inquit (epist. cap. 5.) qui in vobis Inductus Presbyteros Ecclesie, & orant super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fides salvabit infirmum; & allevabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei. Consulto autem dixerit Tridentini Patres, ejusmodi Sacramentum fuisse apud Marcum insinuat, quavis enim Marci cap. 6. de Apostolo à Christo ad prædicandum missis dicitur: Et euntes prædicant, ut pontentiam agerent, & demonia multa eieciant; & ungebant oleo multos aegros,*

ægros, & sanabant; secum tamen contendunt Theologi, num talis unctio esset illa sacramentalis, de qua est sermo, an potius tantum adhibita ad restituendam corporum sanitatem; quod posterius, non sine gravi fundamento, poit Hugonem à S. Victore, Alensem, & Bonaventuram, aliosque antiquiores, opinantur Dominicus Soto in 4. dist. 27. quest. 1. art. 1. & Bellarminus de Sacram. Extrem. Unctio. lib. unic. cap. 2. Controv. tom. 3. tum quippe Apostoli nondum erant Sacerdotes, omnesque ægros promiscuè inungebant, qui caeteroquin, cum nondum Baptismum suscepissent, non erant aliorum Sacramentorum capaces. Quia verò Tridentini Patres tanta semper circumspectione sua concinnarunt decreta, ut nullam vulserant Catholicorum opinionem, ideo adhibuerunt verbum illud *insinuat*, quod sane referri potest tam ad institutionem, quam ad figuram, typum, & symbolum Sacramenti Extremæ Unctionis, quod Christus Dominus in ea unctioe, de qua Marcus loquitur, voluerit præmonstrare, quemadmodum ex his constat, que Pallavicinus narrat hist. Concil. Trident. lib. 12. cap. 12. ac rectè expendunt Bellarminus cit. loc. Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 39. sect. 2. num. 4. & 5. Estius in loca difficultiora sacre Scripture ad cap. 6. S. Marci, & in 4. sent. dist. 23. §. 2. Tournely de Sacram. Extrem. Unct. quest. 1. art. 2.

III. Pergunt deinde Tridentini Patres, atque ex allegatis S. Jacobi verbis colligunt, nobisque pandunt hujus Sacramenti materiam, formam, Ministrum, & effectum, agentes: *Quibus verbis, ut ex Apostolo, ut additioe, per manus acceptæ, Ecclesia didicit, docet materiam, formam, pro-*

*primi Ministrum, & effectum hujus salutaris Sacramenti; intellexit enim Ecclesia, materiam esse oleum ab Episcopo benedictum; nam unctio aptissime Spiritus Sancti gratiam, qua invisibiliter anima ægroantis inungitur, repræsentat; formam deinde esse illa verba: Per istam Unctionem &c. Quibus Tridentini vestigiis inhærentes, singula dissertis explicabimus. Itaque Sacramenti Extremæ Unctionis materia remota est oleum, liquor videlicet ex bacis olivarum expressus, qui solum in communi modo loquendi, absolute, & sine addito, oleum nuncupatur; quemadmodum cum communi ponderat Suarez t. 4. in 3. part. disp. 40. sect. 1. num. 1. Debet autem præcepto oleum, saltem, ex Ecclesie præcepto, esse simplex, hoc est absque ulla alterius liquoris admixtione. Diximus, saltem, ex Ecclesie præcepto; quoniam Suarez cit. loc. n. 10. defendit non solum non esse contra Christi Domini institutionem, alium liquorem huic oleo admiscere, sed in super opinatur, aliquando fuisse illi balsamum admixtum; siquidem Innocentius I. epist. ad Decentium, allegata exponens Apostoli Jacobi verba, infirmorum oleo Chrismati nomen attribuit, inquit: *Quod non est dubium de Fidelibus ægrostantibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo Chrismati perungi possunt; ac sub eadem Chrismati nomenclatura idem infirmorum oleum à pluribus designatur Conciliis, Wormatiensi præsertim, atque Aquigranensi, ex quibus conflat Suarez, aliquid balsami tunc consuevisse illi admisceri. At melius alii quos sequuntur Junon de Sacramen. dist. 7. quest. 7. cap. 1. & Tournely cit. quest. 1. art. 3. hanc admixtionem, ex Chrismati nomenclatura nequam colligi arbitrantur; Chrisma**

quippe frequenter appellatum, advenit; omne unguentum, seu liquorem; quo corpus inauguratur. Omnes tamen Soares concedunt, nihil contractum in Sacramento validitatis, si contra commune ceteroquin; & perpetuum Ecclesie praxim, in infirmorum oleo admixtio tanta non sit, ut destruat exteriorem olei speciem, ita ut non amplius oleum, sed potius unguentum, aut alterius generis mixtum artificiale censetur.

IV. Debet præterea oleum in Extrema Unctione adhibendum, esse Episcopi benedictione antea sacramtum; quod ab antiquissima Patrum traditione acceptimus; etenim Innocentius I. in *cit. epist. ad Decentium*, agros inopendos dixit oleo *Chrismatis* ab Episcopo confecto. Beda quoque in *Comment. ad cap. 6. Marc. lib. 2. cap. 24. in fin. Oper. tom. 3.* affirmat, ab ipso Apostolis hunc sanctus Ecclesie morem tradidit, ut... *agroti unguantur oleo, Pontificali benedictione consecrato.* Et Concilium Cabilonense II. anni 817. *cap. 28. ait: secundum beati Apostoli Jacobi documentum, cui eorum documenta Patrum continent, infirmi oleo, quod ab Episcopo benedicitur, à Presbyteris ungi debent; tom. 4. Collectionis Harduini col. 1040.* ac denique, ut cætera prætermissimus antiquorum Patrum testimonia, ita nos docuerunt Eugenius IV. in *decreto pro instructione Armenorum, & Tridentinum cit. loc.* Sed questio est, num Episcopi benedictio sit necessaria ex Christi Domini institutione, in totam ex Ecclesie præcepto. Diverse sunt hæc in re Theologorum sententia. Victoria in *Sum. de Sacram. usm. 216.* Emanuel Sa verb. *Extrema Unctio*, Sambovius *tract. de Extrem. Unct.* Juenin de Sa-

*eram. dist. 7. quest. 3. c. 1. conclus. 3.* putant, benedictionem fuisse oleo superadditam ab Ecclesia, non vero institutam à Christo Domino; ac proinde illicitum quidem, sed validum pronuntiant Sacramentum, oleo non consecrato administratum, quoniam, urgente necessitate, etiam absque culpa ita administrati posse, tradit citatur Victoria. Istis è diametris opponuntur Soares *cit. disp. 40. sect. 1. num. 3. & 4.* Estius in *4. dist. 23. §. 6. docentes*, olei consecrationem, non tantum præcepti, sed etiam Sacramenti necessitate requiri; eamque præterea consecrationem ita à Christo Domino Ordini Episcopali annexam agunt, ut simul asserverent, nec à summo Pontifice quidem eam posse secundi Ordinis Presbyteris delegari. Inter hæc duas extremas sententias, mediè quodammodo incedentes Cajetanus *3. part. quest. 72. art. 5.* Sotus in *4. dist. 23. quest. 1. art. 3. §. 4.* De oleo ergo, alique, quos citant, & sequuntur Gregorius de Valencia *tom. 4. disp. 8. quest. 1. punct. 2.* & Tauerus *tom. 4. disp. 8. quest. 1. dub. 1. num. 10.* tria statuunt; nimirum primum, aliquam consecrationem, ex Christi institutione, requiri; ut oleum fiat apta materia Sacramenti Extremæ Unctionis; secundo, inquam in Ecclesia Latina fuisse ægotantes oleo unctos, ab Episcopo antea non consecratos; tertio denique ad Sacramenti validitatem satis esse affirmant, oleum à simplici Sacerdote benedictum. Et profecto posse, saltem ex commissione sive expressa, sive tacita Romani Pontificis, à simplici Sacerdote preparari materiam aptam ad coniciendum Sacramentum Extremæ Unctionis, res videtur exploratissima, quam nemini licet in questionem adducere; siquidem in Ec-

Ecclesia Orientali mos viget, à mille & amplius annis in ea receptus, ut ipsi Presbyteri, cum se accingunt ad infirmum inungendum, oleum, in ea sacramentali Unctione adhibendum, benediciant; ut testantur Joannes Nathanael in *epist. ad Episcopum Anagninum*, apud Arcudium, Arcudius *lib. 5. c. 2.* Allatus de consensu *veriusque Ecclesie cap. 16.* & legitur in Græcorum Euchologio, à Goario notis illustrato, *pag. 436.* Eundemque morem ab Armenis retineri, asserit Joannes XXII. epistola ad Ossiniam Armenorum Regem scribens, in hæc verba: *Ipsi etiam Sacerdotes oleum, quod infirmorum dicitur, consecrunt pro Sacramento Unctionis Extremæ; cum tamen id apud nos, ad Episcopos solos spectet.* Hanc autem Orientalium consuetudinem Ecclesia Latina non solum non improbat, sed ratam habuit; referi quippe citatus Goarius, à sacra Congregatione de Propaganda Fide approbatum, ejusque impensis Romæ editam *Synopsis vernaculam Neophyfi Rhodini*, in qua hæc habentur: *Materia Sacramenti Extremæ Unctionis est oleum olivæ expressum, à Pontifice, vel Sacerdotibus, qui præterite fuerint, juxta Ecclesie morem, benedictum.* Consulto aut, à Pontifice, vel à Sacerdotibus; quia, uti narrat Arcudius, etiam Episcopi Græci, penin-de ac Latini, feria quinta majoris hebdomadæ solemnè pompa, & apparatus oleum infirmorum consecrant, quamvis postea suis Sacerdotibus non distribuunt, sed ipsæ curam relinquunt illud consecrandi, quo mox in Sacramenti administratione utantur; de qua re juro miratur laudatus Auctor *Theolog. moral. ad usum Sem. Petrocorrens.* Sed quod adhuc clarius ostendit, ab Ecclesia Latina validum haberi Sacramentum Extremæ Un-

tionis, à Sacerdotibus Græcis, oleo tunc à semetipsis benedicto, administratum, est Decretum editum à Clemente VIII. in quo permittuntur Italo-Græci in prædicto ritu perseverare; benediciant; ut testantur Joannes Nathanael in *epist. ad Episcopos Latini Diæcesantis accipere; cum ejusmodi olea ab eis, in ipsa oleorum, & Sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu conficiantur, ac benedicantur; quod Clementis Decretum fuit à nobis totidem feri verbis renovatum, & confirmatum in nostra Constit. 37. §. 4. nostri Bullar. tom. 1. pag. 172.* Neutiquam autem id tolerandum fuisse, si oleum, simplici Sacerdotis benedictione sacramtum, ne per protestatum quidem à Romano Pontifice sive expresse, sive tacite eidem Sacerdoti factam, esset materia idonea ad coniciendum Sacramentum Extremæ Unctionis. Quare Episcopi Latini, partem populi Græci ritus sibi subiectam habentes, etsi teneantur feria quinta sacerdotioris hebdomadæ, una cum cæteris sacris oleis, etiam illud infirmorum Latino ritu consecrare, Latinis-que Parochis distribuere, ceteraque implere, que nos edimus in *nostra Instit. 87.* ubi de infirmorum oleo, ejusque benedictione ex professo egimus; quod Sacerdotes Græci ritus nihil innovent, sed ea exequantur, quæ à Clemente VIII. iterumque à nobis decreta sunt. Legi etiam potest *Disseratio Benedicti de Gaetani de suprema Unctione*, post hæc jam scripta, à nobis visa, *cap. 7.*



## CAPUT II.

De forma Sacramenti Extreme Unctionis, de qua multa in Synodis, & instructionibus Episcopalibus.

In Dissertatione Benedicti de Gaetanis super citata, plura erant collecta legi possunt de forma hujus Sacramenti, desumpta ex variis Ecclesiarum Ritualibus tam Latinis, tum Græcis. Lectorem ad eum adlegamus, & nunc tantum animus est ea subdere, quæ Episcopi in suas Synodos inserere possunt, si in eis de forma Sacramenti loqui velint.

II. Formam Sacramenti Extreme Unctionis non esse à Christo Domino institutam in specie infirma, ut apud, hoc est certis verbis prescriptam, Theologi omnes admittunt; atque ex mox referendis diversis formalis, etiam in Ecclesia Latina in illius administratione usurpatis, evidenter demonstratur. Quæ nunc in Ecclesia Latina sit adhibenda, jam à Tridentino acceptimus, & clarus in Rituali Romano explicatur; neque est, qui non intelligat, eam esse deprecativam; quemadmodum deprecativam pariter esse, quæ adhibetur à Græcis, liquet ex eorumdem Euchologio in *Officio Olæ Sanctæ*, testimonio Gabriel Philadelphæ Metropolitæ in *suo de Sacramenti Opera*. Arcudius lib. 5. cap. 5. & Neophytus Rhodinus in *cit. Synopsi vernacula*. Sed questio est, an necessarium debeat esse deprecativa; ita ut indicativo modo pronuntiata, irritum reddat Sacramentum. Deprecationem, etiam ad Sacramentum essentiam, docent S. Thomas in 4. dist. 23. quest. 1. art. 4. questio. 2. & in *suppl. quest. 29. art. 8.* S. Bonaventura *eod. dist.*

art. 1. quasi. 4. Suarez *cit. disp. 40. sect. 7.* Valenta *cit. disp. 8. quest. 2. punct. 2.* Henriquez de *Sacram. lib. 5. cap. 8.* alique plurimi, præsertim ex antiquioribus id manifeste confici existimantes ex allegatis S. Jacobi verbis: *Infirmatur quis in vobis inducat Presbyterus Ecclesiam, & ornet super eum... & oratio fidei salvabit infirmum &c.* quibus certe tota Sacramenti efficacia Sacerdotis orationi tribuitur. Nilominus Albertus Magnus *eod. dist. 2. 7. art. 4.* atque ibidem Richardus, Durandus, Paludanus, quibus ex recentioribus adhaerent Tannerus *cit. disp. 7. dub. 1. n. 22.* Eschivius in 4. dist. 23. §. 10. Menardus in *notis ad lib. Sacramentorum S. Gregorii*, Juvenin *cit. diss. 7. quest. 2.* Journely de *Sacrament. extrem. Unction. quest. 2. art. 2.* Martene de *antiq. Eccles. ritib. lib. 1. cap. 7. art. 7. §. 9.* nihil Sacramenti substantiam detrahi arbitrantur per formam modo absolutam, non deprecativo prolata, dummodo per eam significetur Unctionem fieri in nomine Domini. Ad hanc autem sententiam comprobendam innumeras exhibent formas absolutas, & non deprecativas in variis Ecclesiis Latinis olim usurpatis, quibus majores nostri eas tamquam insufficientes respuerunt. Non ignoramus quid ad hoc, efficacæ certè argumentum, reposerit Cardinalis Sanctorius in *suo Rituali pag. 79. 4.* usque ad illud referendum, hæc scripsit: *Sciatur autem (Sacerdos) formam hujus Sacramenti esse verba illa deprecatoria, quæ in Unctionibus pronuntiantur, veluti, secundum usum Romanæ Ecclesie: Quam piissimam misericordiam, indulgentiam tibi Dominus quicquid per visum deliquisti. Tum etiam novetur, formam non servari, & nihil agi, per verba indicativa tantum, pura; Unctio-*

penlos tuos, vel manus tuas, & similia, sine verbis deprecativis, cuiusmodi hæctenus ego non reperi. Et quamvis ea occasione aliqui Theologi referant, quod multæ Ecclesie habent pro forma verba indicativa, ut *Ungo oculos tuos &c.* & ideo quæsierint, an valeat, & de ea res plura extra rem dixerint; eum nusquam reperitur talis forma per verba indicativa tantum, seu per orationem indicativam tantam, sine verbis deprecativis, hoc Sacramentum conferri; sed & libri, & ritus Ecclesiarum, qui pro ea parte citantur, quod habent verba indicativa, paulo post habent etiam verba deprecativa &c. Quare quæsitio inanis, & frustranea est. Quoniam autem hujusmodi forma variis, verbis traditur in diversis Ecclesiis, etiam præmittendo verba indicativa, subjungendo deprecativa, unaquæque Ecclesia suam potest retinere formam, modo semper adhibeatur verba deprecativa &c. Cæterum apud Sanctam Romanam Ecclesiam, unum tantum in hoc Sacramento deprecandi formulam traditam, & usum in Italia, & toto orbe receptam esse, compertissimum est, & exploratissimum est. Verum, etsi Sanctorio concedamus, aliquam deprecationem posse deprehendi cum in antiquissima illa forma Ambrosiana, quam refert S. Bonaventura *cit. loc. quest. 4.* *Ungo te oleo sanctificato, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut more nullius uncti præparatus ad certamen, æreas possis superare peccatas;* tum in alia desumpta ex libro Sacramentali Venetorum, à Leone X. ut fertur, approbato: *Ungo te oleo sancto, ut hæc Unctione protectus, fortiter stare valeas adversus æreas calumnias, in nomine Patris, &c.* tum demum

in ea, quæ ex vetustissimo libro Sacramentorum Ecclesie Catalanensis profertur à Martene *cit. loc.* *In nomine Patris &c. sit tibi hæc porrectio olei sanctificati, ad purificationem mentis & corporis;* etiam verba illa ut, & sit, optativa cum sint, non incongrue referre possunt proferentis votum, orationem, & preces; at nescimus, quo pacto possit deprecatio inveniri, in illis formis, ex pluribus antiquis Ritualibus à Menardo, & Martene productis, in quibus solum adhibetur verbum *ungo* absque alio additamento, è quo deprecatio colligi, aut fingi queat; nec facile erit ad deprecativum sensum hanc detorque, quæ extat in antiquo Pontificali Narbonensi: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti regnantis in sæcula sæculorum, accipe sanitatem corporis, & remissionem peccatorum tuorum.* Sed utrumque hæc res se habeat, cum nihil de ea ab Ecclesia definitum habeamus, non decet in Synodo, seu Synodali Instructione, ejusmodi questionem commemorare, sed dumtaxat injungendum est Parochis, ut formam adhibeant in Rituali prescriptam; quæ certe, sine gravi flagitio, non potest privata auctoritate immutari.

## CAPUT III.

De Corporis partibus unguendis; de quo multa in nonnullis Synodis, & Ritualibus habentur.

Sed quoniam in Decreto Eugenii pro instructione Armenorum; in hujusmodi Sacramenti administratione septem Unctiones fieri jubentur, videlicet: *In oculis propter visum, in auribus propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter gustum, vel loquutionem, in*

manibus propter tactum, in pedibus propter gressum, in renibus propter delectationem ibidem vigentem; earumque singulis respondere debeat forma, tunc à Ministro pronuntianda, hoc est: *Per istam sanctam Uctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum deliquisti*, cum inunguntur oculi; *quidquid per auditum deliquisti*, cum inunguntur aures; & sic deinceps, quemadmodum fove exponitur in Rituali Romano; hinc alia gravis subornat controversia, utrum omnes prædictæ Uctiones, & formæ prolationes sint de Sacramenti substantia; de qua controversia multa habentur in citata Dissertatione de *suprema Uctione* Benedicti de Gaetanis cap. 8.

II. Ultrò Doctores omnes fassentur cum Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 40. sect. 2. num. 6. duas postremas Uctiones, pedum scilicet, & renium, necessarias non esse ad validam Sacramenti confectionem; tum quia non sunt in usu apud omnes Ecclesias; tum quia illa renium, honestatis, & pudoris causa, semper omittitur in feminis; & interdum etiam in viris, qui propter labefactam corporis vires, morbiue languores, dimoveri nequeant sine gravi incommodo; quod adnotatur à Rituali Romano, atque à Cardinali Sanctorio in suo Rituali pag. 325. Hæud difficile quoque idem admittunt, cæteras quinque sensuum Uctiones, necessarias esse necessitate præcepti; sed dissentiunt, & disputant, num etiam necessariæ sint necessitate Sacramenti. Antiquiores Scholastici existimant, omnes pertinere ad substantiam, & integritatem Sacramenti, quod ex singulis, tamquam ex suis partibus essentialibus, constituit, atque integrari, sunt opinio. Ita in 4. dist. 2. g. docuerunt S. Bo-

naventura, Richardus, Paludanus, Sotus, quibus subscribere Bellarminus de Extrem. Uction. lib. unie. cap. 10. Gregorius de Valentia tom. 4. disp. 4. quest. 2. punct. 2. §. secundo asserimus, Gonetus tom. 5. pag. 466. alique plurimi, præcipue ex Theologis moralibus. Citatur etiam pro hac sententia S. Thomas; sed Auctor supplem. 3. part. quest. 72. art. 6. exponens Angelici Præceptoris mentem, dubitanter loquitur, inquires: *Ille Uctio ab omnibus observatur, quæ fit ad quinque sensus, quasi de necessitate Sacramenti*; & dubitanter quoque loquitur Suarez cit. disp. 40. sect. 3. num. 16. quamvis sequenti disp. 41. sect. 2. in fin. videatur in sententiam propendere, tunc temporis ferè communiter à Scholasticis receptam.

III. Alii ex adverso validum censent Extremæ Uctionis Sacramentum, si vel una tantum inungatur corporis pars, unica prolata, mox referenda, forma universali, omnes sensus complectente. Ita Sylvius in supplem. 9. 72. art. 6. q. 2. Nicolaus Serarius tract. de Extrem. Uction. c. 7. Becanus in Summ. Theol. de Sacram. in specie c. 27. quest. 7. Estius in 4. dist. 2. 3. §. 13. Natalis Alexander Theolog. dogm. & moral. tom. 2. lib. 2. cap. 3. regul. 6. Juenin cit. disert. 7. quest. 3. cap. 2. Tournely cit. quest. 2. art. 1. in fin. Vanroy in sua Theolog. moral. part. 4. tom. 2. de Sacram. tract. de Extrem. Uction. quest. 3. Pierre Quest. Theolog. part. 6. q. 3. verti. Dico septimo, alique recentiores passim. Huic opinioni validissimum fundamentum præbet diversa in Uctionum numero disciplina, quam in diversis Ecclesiis sua ætate viguisse, affirmat Albertus Magnus in 4. dist. 2. 3. art. 16. inquires: *« Diversarum Ecclesiarum, & Ordinum, diversus*

nest usus, quia in quibusdam Ecclesiis unguuntur loca plura, & in quibusdam pauciora. Atque exordiendo ab Ecclesia Orientali, licet Græci, teste Arcudio Concord. lib. 3. cap. 7. nunc inungant frontem, mentum, ambas genas, pectus, manus, & pedes; atque in eunte sæculo 18. tres tantum Uctiones ab iisdem fieri consuevise, asserit Theodolphus, Aurelianensis Episcopus Capitular. 2. apud Baluzium tom. 7. Miscellan. In Ecclesia verò Occidentali, invenimus quidem in S. Gregorii Sacramentario, edito à Mevardo, præscriptas Uctiones quinque sensuum; at in codice Abbatis Rotaldi, illis additas legimus unctionem colli, pectoris, & scapularum; in veteri Pontificali Prudentii, Episcopi Tricassini, imperatam insuper reperimus Uctionem umbilici, seu loci, ubi plus dolor imminet; antiquus codex Turonensis, Uctionem fieri mandat in genibus quoque, & in cruribus, suris, pedibus, ac plantis, & penè in omnibus membris, usui in loco, ubi dolor plus imminet: quæ omnia videri possunt apud Morinum in append. ad tract. de Panis. & Martene de antiq. Eccl. ritib. tom. 1. lib. 5. c. 7. art. 4. Tanta autem in Uctionum numero difformitas non fuisse singularum Ecclesiarum arbitrio permessa, si certam earundem numerum Sacramenti validitas exposceret.

IV. Majus adhuc argumentum huic eidem opinioni suppeditant recentiora peculiarium Ecclesiarum Ritualia, unicam Uctionem fieri permittentia, si omnes periculi nequeant; siquidem Pastorale Mechliniense, cuius non levis est auctoritas, tum quia ab Academia Lovaniensi anno 1588. approbatum, tum quia ab Octavio Frangipanio, Episcopo Tricariensi, per Germaniam, ac Belgium Nuncio

Apostolico, ad Diocesis quoque Coloniensis usum protraxit, hæc de Extrema Uctione statuit: *In morbis contagiosis, & peste grassante, ut periculum vitetur, sufficit inungi caput, aut detotum, dicendo: Per istam sanctam Uctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & egressum.* In antiquo codice Remigio Remensi, à Samborio laudato, legitur ritus abbreviatus conferendi hujus Sacramenti, ubi unius pariter unctionis fit mentio. In Rituali Parisiensi, prolato à Journely cit. art. 1. dicitur: *Si non possit super infernum fieri, nisi unica unctio, unguatur oculus, vel aliud sensuum organum, & cæteris præcibus prætermissis, dicatur: Per istam sanctam olei Uctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Deus quidquid peccasti pro sensu.* Eademque præxim approbat Cameraensis, Atrebataensis, aliarumque Ecclesiarum Manualia, apud citatum Natalium Alexandrum.

V. Sed quoniam neque de hac questione, quæ sanè gravissima est, ulla hæcenus à Apostolica Sede prodit sententia, non debet Episcopus in sua Synodo aliquid de illa decernere; sed dimittat Parochos monebit, ut cum præteriter timent, ægotum decessurum, priusquam omnes absolvantur quinque sensuum Uctiones, unicum sensum inungant, formam universalem pronuntiando, quam ab allegatis Ritualibus audivimus, quinimo in prædicto eventus consultius esse, ut caput, & quo omnium sensuum nervi descendunt, sub eadem forma universali inungatur, non immerito advertit Conicck de Sacram. disp. 19. dub. 3. num. 2. Ne verò Parochi hæc li-



libertate abutantur, expedit, ut Episcopus simul serio eisdem admoనేat, à gravi culpa reatu non excusari, qui extra casum vere necessitatis, vel unam ex quinque sensuum Unctionibus prætermitti.

## CAPUT IV.

De Sacramenti Extreme Unctionis Ministris tum quoad Ecclesiam Latinam, tum quoad Ecclesiam Græcam; quibus Episcopi Latini, in quorundam Diocesium Græci inhabitant, statuta valeant de eorum ritu hæc in re.

Sacramenti Extreme Unctionis Ministros, solum esse Sacerdotes, contra Novatores, deservit Tridentinum *cit. sess. 14. can. 4. Si quis dixerit, Presbyteros Ecclesie, quos beatus Jacobus adiuventos esse ad infirmum inungendum locutur, non esse Sacerdotes, ab Episcopo ordinatos, sed etiam scribitur in quavis communione, ob idque propriam Extreme Unctionis Ministrum non esse solum Sacerdotem, anathematiz. ite. Neque illam difficultatem facit, quod de Iohannis Sacramenti administrandi ritu legitur apud Guillelmo in *Discretis Farfensis*, nempe, *Tunc sint quatuor Conversi, quorum unus accipiat aquam sanctam, alias Crucem, tertius Intinctionulum, quartus Oleum sanctum;* hic quippe *Conversus* oleum debebat, quo infirmus, non à se, sed à Sacerdote inungeretur; sicuti ibidem postea adnotatur, & scite animadvertit, Monachus Benedictinus Congregationis S. Blasii in Sylva nigra, c. 127. prælationis ad opus inscriptum *Vetus Disciplina Monastica*, quod anno 1726. evulgavit. Aliquid tamen negotii facessit Innocentius I. in sæpius*

laudata epistola ad Decentium, in qua videtur omnibus Christianis facultatem asserere, se ipsos, aliosque infirmos inungendi; loquens quippe de sacro oleo, ait: *Quod ab Episcopo confectum, non solum, Sacerdotibus, sed & omnibus uti Christianis licet, in sua, aut in suorum necessitate inungendum, seu ut melius alii legunt, unguendo, aut ad unguendum.* Verum ab Innocentii mente perquam longe aberrare, qui eum hoc loco omnes Christianos Sacramenti Extreme Unctionis ministros facere arbitrantur, optime advertit Petrus Coustant in *notis ad canonic. epist. tom. 1. col. 867.* Siquidem ibidem ad aliam statim progrediens questionem, de qua fuerat à Decentio interrogatus, an scilicet ita Presbyterorum proprium sit Sacramentum Extreme Unctionis administrare, ut illud conferre Episcopis non liceat; hæc opinionem, quæ plurimum mentes invaserat, confutat Pontifex, respondens: *Ceterum illud superfluum esse videmus adjectum, ut de Episcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non est dubium.* Nam idcirco Presbyteris dictum est, quia Episcopi occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cuiam autem in mentem veniat, potuisse Innocentium omnibus Christianis potestatem tribuere, quam plerique, per eam statem, ex verbis Apostoli Jacobi imbecabant, adeo propriam esse Presbyterorum, ut eam etiam Episcopis abdicarent.

II. Quocirca allegatum Innocentii textum, quem totidem verbis repetimus legimus à Beda in *cit. epist. Jacobi cap. 5. Oper. tom. 5.* Atque ab Anonymo Scriptore, qui Canonico-rum regulam, è Crodogango, atque ex Capitularibus Aquiligranensibus anni 816. conscripsit *tom. 4. Collectionis Harduini col. 1207.* plerique intelligendum censent de unctione, non sacramenta-

li,

li, sed quæ unice fieret ad decedens corporis languores, ideoque, non de Unctione Jacobi, sed de alia, cum illa magis comparanda, de qua *Marci 6.* Etenim, cum viderent Fideles, Extreme Unctionis beneficio plures infirmos in pristinum restituti salutem, coeperunt eodem sacro oleo uti ad sui, aliorumque curandas infirmitates; cuius rei fidem faciunt *Ruthus lib. 11. hist. Eccl. cap. 4. Palladius hist. Lausiacæ. c. 20. Severus Sulpicius in Vita S. Martini c. 21. Gregorius Turonensis in Vita Patrum c. 4. & clarius Coustant ex Vita S. Gothardi Episcopi apud Striunum die 4. Maji, qui Presbytero jussit, ut cuiusdam mulieris, oculorum morbo laborantis, sacro oleo, quod infirmorum dicitur, ejus ungeret oculos; quæ quidem unctio, & tantis viri præter, ab illo dolore, usque ad vita finem, eam immenem convalescent. Hunc autem morem, sua ætate maxime vigentem, voluisse Innocentium *cit. loc.* approbare, interpretatur Alphonsus de Castro *lib. de hæres. verb. Extrema Unctio, Sorus in 4. dist. 27. quest. 2. art. 1. Gregorius de Valentia cit. 1. 4. dist. 8. q. 2. punct. 1.* quorum explicatio-nem probabilem putant Estius in 4. dist. 27. q. 12. & Tournelly c. 92. ar. 2.*

III. At melius fortasse Jansenius Gandavensis in *cap. 6. Marcæ*, Maldonatus *libid. Bellarminus cit. lib. 1. c. 9. Baronius ad ann. 67. n. 14. Suárez cit. tom. 4. dist. 47. sect. 5. n. 6. in fin. Estius cit. 5. 12. c. 11. Poteri & aliter*, quos sequitur laudatus Coustant, Innocentium loquentem arbitrantur de Unctione, non alicui, sed passiva, hoc est, non de collatione, sed de receptione Sacramenti; cum enim aliquibus persuasum forte fuerit, oleo sancto solos inungi posse Sacerdotes, à quibus conficitur, eo pacto, quo in veteri, atque

etiam in nova lege, quædam alie sacræ unctiones sunt Regum, & Sacerdotum propria; ad hunc referentium errorem, docet ibidem Innocentius, oleum sanctum confici quidem ab Episcopo, adjuvantibus aliis inferiori Ordinis Sacerdotibus, non tamen ut subside ipsi solo, verum etiam ut omnes Christiani, positi in vite discrimine, ungerantur.

IV. Posito tam, hujus Sacramenti administrationem solis esse commissam Sacerdotibus, dubitare quis posset, num ad illud valide conficiendum unus sufficiat, vel plures requirendum Presbyteri. Rationem dubitandi præbent scriptis allegata verba Apostoli Jacobi aientis: *Infirmatur quis in vobis, Inducat Presbyteros Ecclesie & erunt super eum, ungentes cum oleo in nomine Domini.* At nihilominus summitterendum est, per unum tantum Sacerdotem valide Sacramentum confici; quod & definitivè Alexander III. in c. *Quæstio*; de verb. significat. Nos itaque tribitaliter divisionis respondentium quod Sacerdos, uno præsentè Clerico, & etiam solus, potest infirmum ungerere hodiè vigens in Ecclesia Latina ritus confirmat. Neque refragantur verba S. Jacobi, qui, cum dixit *Presbyteros Ecclesie*, significavit aliquem ex Presbyteris Ecclesie; novum quippe non est, in sacris literis numerum pluralem poni pro singulari, quemadmodum advertit Augustinus l. 3. de consens. *Evangel. dist. 6. 16. Oper. tom. 5. parti 2.* cuius auctoritate fretus S. Thomas lib. 4. contra Gentes c. 78. scripsit: *Jacobus dicit: Inducat Presbyteros Ecclesie. Et gravis fidei tantum infirmum. Si tamen, unus solus Presbyter adit, intelligitur hoc Sacramentum perficere in virtute solus Ecclesie, cuius Minister existit, & cuius personam gerit.*

V. Sed quamquam unus certe sufficiat, plures nihilominus Sacerdotes suis-

fuisse olim in Ecclesia Latina adhibitos, ex pluribus antiquis Ritualibus colligit Menardus *nota 909. ad Sacramentarium S. Gregorii*, quibus alia eisdem generis, præcipue Cadarcense, Rutense, & Tutelense, addit Martene de *antiq. Eccles. ritib. lib. 1. c. 7. art. 3. §. 3.* eundemque morem nobis exhibent Constitutiones Angliæ, collectæ à Guillemo Lindwode; in quibus *ad tit. de Extrema Unctione p. 26.* legimus: *Cum magna reverentia deferatur oleum infirmorum ad infirmos, & ipsos unguantur Sacerdotes cum magna devotione, & orationum celebritate, quæ ad hoc sunt ordinata, ubi adnotavit Glossator verb. orationum, à singulis Sacerdotibus pronuntiatam fuisse formam deprecatoriam, cuiuslibet Unctionis accommodatam. Cumque eandem Constitutionem; totidem pressis verbis, repetitam inveniamus inter Constitutiones Odonis Episcopi Parisiensis, l. 6. Collectionis Harduini p. 2. col. 1041. in de conciliis, eam disciplinam in Gallis adhuc perdurasse sæculo xii. quo ille sunt editæ; quæ mo sequenti etiam sæculo xiii. & ultra, retentam alicubi eandem disciplinam, non obscurè significant posteriora Synodalia statuta tam Ecclesiæ Eduensis c. 19. tum Ecclesiarum Cadarcensis, Rutensis, & Tutelensis c. 17. l. 4. *Ancedotor. Martene, & Durand. col. 470. & 714.* Rectè tamen observat laudatus Martene *cit. art. 3. §. 5.* hanc ipsam Ecclesiæ Latine consuetudinem non fuisse firmam, constantem, atque universalem, cum ex aliis æquè antiquis monumentis, ab eodem productis, constet, sæpius in infirmos ab unico Sacerdote unctos. Nam Artemium febre correptum ab unico *sancto Negotiano visitatum, atque oleo sancto perunctum*, narrat S. Gregorius Turonensis l. 1. *hist. c. 41.* & S. Eungendum*

ab uno de fratribus pariter unctum, legitimus in ejus Vita apud Bollandum 2. *Januarii.* Hic vero ritus sacre Unctionis, ab unico recipiendæ Sacerdote, à paucis tunc, nec fortasse extra casum necessitatis usurpatus, adeo postea in Ecclesia Latina invaluit, ut Theologi Scholastici cum Suarez *cit. disp. 43. sect. 2. in fin.* & Cardinali de Laurus in 4. *sent. tom. 3. disp. 11. art. 9. n. 114.* illicitum tunc reputent, seclusa necessitate, ejusmodi Sacramentum à pluribus simul administrari; quoniam nemini integrum est, in Sacramentis administrandis, à norma recedere in Ritualibus præscripta. Si autem plures simul Sacerdotes reipsa Sacramentum hoc conficiant, nemo ambigit, illud esse ratum, modo singuli diversos unguant infirmi sensus, & quilibet congruentem in unguo sensui formam pronuntiet; quemadmodum fidei Auctores scite animadvertunt. Sed de hoc fusius alibi disseremus. Præterea, etiam spectata hodierna Ecclesiæ disciplina, necum licitum, sed valde laudabile est, ut omni Sacramentum administranti alii plures assistant Sacerdotes, ob rationem, quam adducit S. Thomas *cit. c. 73. l. 4. contra Gentem*, ubi ait: "Quia hoc Sacramentum perfecte curationis effectum habet, & in eo requiritur copia gratiæ, competit huic Sacramento, quod multi Sacerdotes intersint, & quod oratio totius Ecclesiæ ad effectum hujus Sacramenti coadjuvet." Et si plures Sacerdotes interesse nequeant, alios accessendos probos viros, qui commodè haberi valeant, ob eandem rationem, adnotavit Cardinalis Sanctortius in *sæpt. citato Rituali Sacramentorum pag. 324.* inquit: "Sacerdos, ubi commodè fieri non potest, ut in Ecclesiis Collegiatis, plures secum adhibeat Presbyteros, eum nungit infirmum; in aliis vero Ecclesiis,

saltem uno Clerico presente, nungit aliis pluribus scholaribus, vel confratribus Ecclesiæ."

VI. Si porro causam investigemus, cur Ecclesiæ Latine, quamvis etiamnum plures adesse cupiat, per unicum tamen Sacerdotem velit Sacramentum administrari, quantum ex conjecturis assequi licet, non aliam, nisi hæc fuisse suspicamur. Cum plures simul Sacerdotes ad infirmum unguendum advocabamur, quilibet pro sua opera haud exiguam exposcebat mercedem; cui solvenda cum pauperum vires non sullicerent, si sine Extrema Unctione decedebant; quamobrem hæretici Waldenses, seu pauperes de Lugduno, uti narrat Rainerus Ordinis Prædicatorum in Opere contra eosdem circa ann. 1244. evitato, inter cæteras falsas rationes, propter quas Sacramentum Extrema Unctionis reprobabatur, hæc etiam adducebant, quia tantum divitiis datur. Curaverant sane Ecclesiarum Prælati prædictam turpem Sacerdotum avaritiam reprimere, severisque sanctionibus interdixerant, pro Sacramentali Unctione, quidquam exigere, quod potissimum statutum reperimus ab Odone Episcopo Parisiensis in *cit. c. 8. suarum Constitutionum*, atque in Synodis Andegavensi anni 1183; Remensi, & Trecenti, habitis initio sæculi xv. Verum, cum hæc repagula haud sufficientia comperta sint ad compescendam Sacerdotum perulantiam, visum est delibendum, ut deinceps Extrema Unctio, nulla petita mercede, à solo conferretur agrotantis Parocho.

VII. Enimvero, etiam quilibet Sacerdos possit illam valde conferre, solus tamen Parochus est ordinarius ejusdem Minister, nec ulli fas est, extra necessitatis eventum, sine ejusdem Parochi licentia, sacro Oleo

agrotantes unguere, uti discretè statutum in Cathedrico Romano *part. 2. de Sacram. extrem. Unct. §. 21.* Quintimo Religiosi, qui nulla petita à Parocho venia, Sacramentum Extrema Unctionis administrare præsumunt, præter gravis culpæ reatum, in excommunicationem incidunt Sedi Apostolicæ reservatam, uti habetur in *Clementina 1. de privilegiis*; quam sequitur Clementinus cum tanta veritate, post Archidiaconum, accipit Navarrus *manual. cap. 27. n. 102.* ut asserat, eadem censure interitui Regularis Extremam Unctionem ministrantes arguto, etiam constituto in mortis articulo, cumque Parochus absit. Sed jure ac merito Navarri opinionem refellunt Sorus in 3. *dist. 27. quest. 2. art. 1.* Saintebeuve de *Sacram. Extrem. Unct. disp. 6. art. 2.* Natalis Alexander *evol. in act. lib. 2. c. 3. regul. 10.* Tournely *cit. quest. 2. art. 4.* Juvénis *cit. dissert. 7. quest. 6. cap. 2.* aliique passim; etenim, cum Ecclesiæ, urgente mortis periculo, cuiuslibet Sacerdoti potestatem fecerit absolventi, quibuslibet censuris, & peccatis, vere similis certe non est, quod culpam Sacerdoti interdixerit, ut in eodem statu, ac vitæ discrimine constituto, cum Parochus absit, administrat Extremam Unctionem, quæ est perfectio & complementum Penitentiae, neque ad sui validitatem requirit in Ministro potestatem jurisdictionis, sicuti Sacramentum Penitentiae. Quare S. Carolus Borromeus, etsi Parochorum iura studiose semper toratus fuerit, nihilominus in Concilio Mediolanensi V. *part. 1. Actor. Eccl. Mediolan. part. 1. pag. 223.* deficienti Parocho, cuiuslibet Sacerdoti integrum esse voluit, sacro oleo unguere infirmum in mortis periculo constitutum, inquit: *Ne alius Sacerdos, nisi Parochus, hoc Sacramentum*



tum ministret; si porro is impeditur, aut alias in mora est, mortisque periculum imminet, tum Sacerdos alius ministret, licet.

VIII. Que autem diximus de Extrema Unctione, per unicum Sacerdotem administranda, locum tantum habent in Ecclesia Latina, non vero in Græca, in qua antiqua retinetur consuetudo sepeim adhibendi Sacerdotes in huiusce Sacramenti collatione, ut legitur in eorumdem Euchologio, testanturque Simeon Thessalonicensis apud Sainteubeuve est. tract. de Sacram. extrem. Unct. & Arcudius Concor. d. lib. 5. cap. 3. qui insuper opus numeris rationes, & causas adducit. Quod si septem Sacerdotes præsto non sint, tres saltem ad Sacramentum conficiendum ab ipais adhiberi, sicut Arcudius, & Thessalonicensis enarrant; neque Ecclesia Latina hæc Græcorum disciplinam, quam & ipsa pluribus sæculis religiose servavit, unquam improbit, modo Græci nobiscum credant, & fateantur validè posse idem Sacramentum ab unico Sacerdote administrari, quemadmodum adnotarunt Goaruis in comment. ad Græcorum Euchologium, Leo Allatus de consens. Eccl. Occid. & Orient. lib. 7. cap. 16. Arcudius cit. c. 3. & Auctor Theolog. morali. ad utrum Semin. Petrocor. c. 4. lib. 2. tract. 2. cap. 2. Quamobrem, si Episcopus Latinus, Dioecesi præpositus, quam Catholici Græci ritus inhabitant, velit aliquid de hac re in sua Synodo delibare, vestigia secretæ superius citatæ Synodi Provincialis Ruthenorum, habitæ Zamostie anno 1720. atque a Benedicto XIII. anno 1724. confirmate, in qua hæc habentur: „Quamquam in Græca Ecclesia receptum fuerit, prout aliquando etiam in Latina, ut septem Sacerdotes, hisque deficientibus, tres saltem advocentur ad ministrandum hoc Sacra-

mentum, sique omnes & materiam subministrarent, & formam præferrent, sciant autem Pastores, plures hæc de causa adhiberi solitis Sacerdotibus tum ob reverentiam ejusdem, ac gratiæ copiam, quam confert, tum ut plurimum Sacerdotum preces effectum Sacramenti coadjuvent; qua de causa Sancta Synodus statuendum censet, ut si septem, aut tres Sacerdotes haberi commode non possint, unus, qui totius Ecclesie personam gerit, & cujus virtute hoc Sacramentum perficit, illud conferat, ac ministro ministro. Poterit etiam Synodo insere, 3. cit. nostræ Constitutionis 57. ubi hæc ad rem ediximus: „Ne refert, utrum eadem Extrema Unctio per unum, vel plures Presbyteros fiat, uti huiusmodi viæ consuetudo, dummodo credant, & asserant, illud Sacramentum, servata debita materia, & forma, ab uno Presbytero validè & licetè confici. Idem Sacerdos materiam adhibere, formamque pronuntiare respectivè debet, ac præterea qui ungit, sicut dicat formam respondentem, nec alius ungit, & alius formam pronuntiet.”

## CAPUT V.

De subjecto huius Sacramenti, & præsertim de Mora Græcorum sans oleo unguenti, & quid de eo Episcopi Latini, in quarum Dioecibus Græci inhabitant, in Synodo disserere possint.

A Sacramenti Ministro ad Subiectum progredientibus, statendum primo loco occurrit, quibusdam personis illud conferri valeat. Ecclesie Latine perpetua, & constantis traditionis fuit, Extremam Unctionem solis infirmis esse exhibendam, & quidem tall

mor-

morbo laborantibus, unde periculo iudicio, mors sequutura prædentè timeatur; tamque traditionem, ex sepe allegatis Apostoli Jacobi verbis deductam, omniumque Theologorum consensione firmatam, cum D. Thomæ in 4. dist. 23. quest. 2. art. 2. questionem. 2. explicarunt, & inculcarunt Eugenius IV. in Decreto, tom. 9. Collectionis Harduini col. 442. inquit: Hoc Sacramentum, nisi infirmo, de cujus morte timeatur, dari non debet; Concilium Tridentinum cit. sess. 14. c. 3. Declaratur etiam, esse hanc Unctionem infirmis adhibendam, illis verbis præsertim, qui tum periculo decumbunt, ut in exitu vite constituti dicuntur, unde & Sacramentum executionum nuncupatur; ac demum Catechismus ejusdem Concilii §. 18. de Extrem. Unctione. Hinc vero fit, ut Extrema Unctio illis denegetur, qui, cum sano sint corpore, probabile, aut etiam certum adeunt vite periculum, puta quia male transgressuri, prælium commissuri, aut ultimo supplicio prelecturi sunt, sicuti statuunt Concilium Mediolanense IV. anni 1176. sub S. Carolo part. 2. tit. 6. & Cameracense an. 1586. tit. 12. cap. 3. & docuerat S. Thomas cit. lib. 4. contra Gentes c. 73. inquit: Hoc Sacramentum non debet dari propinquis ad mortem absque infirmitate, puta damnatis ad mortem; quibus tamen postremis etiam non omnino denegari, perpendunt Maldonatus tract. de Senio c. 9. tom. 2. pag. 537. & Martene de antiq. Ecclæ. lib. 1. lib. 1. cap. 7. art. 1. sum. 1. quæ nimirum damnati ad ultimum supplicium recenseantur quodammodo inter publicos peccatores, quos, ante reconciliationem, sicuti à cæteris Sacramentis, ita & ab hoc arceat, respondisse visus est citatis Doctoribus Innocentius I. in c. epist. ad Decentium:

Pœnitentibus istud infundi non potest. Nam quibus cætera Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? Sed consulendus est Petrus Constant in notis ad hanc epistolam col. 864. Inter. B. Hinc etiam Extrema Unctio muniri nequeunt feminæ partui propinque, nisi alia insuper ipsam accesserit extraordinaria, & lethalis corporis ægrotatio; quod bene ponderant Doctores, apud Clericum de Extrem. Unctio. decis. 79. n. 22.

II. Neque huic Ecclesie Latine doctrine, & præi adversantur exempla ex probatis Historicis prelata à Martene cit. loc. videlicet Odilæ, filie Comitiss Herimani, & Mathildis, quæ à Ricardo Abbate monasterii S. Vitoni, de futura sequenti die ejus morte præmonita, licet corpore sana nullamgrævitatem pateretur, attamen liquore sancti olei unctæ, inter verba orationis læta spiritum effudit, sicuti narrat Hugo Flaviniacensis in Chronico Viridunensi & cujusdam Monachi, apud Mabillonium sæcul. vi. Benedicti, part. 2. qui, post Nocturnos festi S. Martini, divinitus admonitus de proxima sua ex hoc sæculo migratione, revelationem Abati manifestavit; cujus venia sacro oleo unctus, & Dominicus mysticus mysticis, sanus & incolumis cum cæteris in conventu veraciter, sequenti die obiit; necnon eujusdam Ginguirani Fratris laici, qui similiter corpore sanus, oleo sancto, uti rogaverat, unctus, mox decessit, quod habetur in Vita S. Gildasti sæcul. 1. Benedicti. pag. 151, neque demum adversatur exemplum, quod allat, à Martene adiecit, videlicet S. Hedwigis, quæ, referente ejus vite Scriptore cap. 8. priusquam ægrotare cepisset, voluit Extremæ Unctionis Sacramento muniri: Hæc, inquam, & si qua sunt alia hujus generis exem-

pla,

p̄s, eo nimirum Latine Ecclesie doctri-  
 ne, & praxi non alienamur; nam,  
 præterquamquod extraordinaria sunt,  
 & derivata ex speciali afflatu Spiritus  
 Sancti, qui interdum homines solvit  
 ab ordinariæ providentiæ legibus;  
 quod opportune animavit sanctus  
 Auctor Vite S. Hedygis, sanctus  
 Hoc tamen, quod hic divinus, ad-  
 mirandum potius est, quam imita-  
 ndum, cui Spiritus Domini per reve-  
 lationem tribuit efficaciam, & in  
 quo ut sic creditur, sancta devotio  
 respicitur; in atque ad rem prose-  
 quitur Thiers de imperitibus circa  
 Sacramentum Extreme Unctionis  
 lib. 8. cap. 6. p. 37. & seq. pos-  
 sumus præter extimare, in prædic-  
 tis rerum circumstantiis, eos, qui  
 sunt divinitus admittit de ipse instante  
 vite interitu, jam tunc cepisse letali  
 morbo interius laborare, quo citò per-  
 duceantur ad mortem, quamquam  
 exterius viderentur sani & in-volunt;  
 quamobrem fuit illis administranda Ex-  
 trema Unctio eo tandem rationem,  
 propter quam à citato Concilio Me-  
 diolanens. IV. can. 2. & Aquensi an-  
 ni 1581. tit. Que pertinet ad Sa-  
 cramentum Extreme Unctionis, etc.  
 Collectiois Harduini col. 15. 25. ut  
 quæ à Theologis cum Suarez cit. disp.  
 4. lect. 2. n. 1. in fin. conceditur  
 sensibus, qui præ decreta etate, si-  
 cet nulla alia speciali afflictione agri-  
 tudine, in dies mortis creduntur ipsi  
 enim gravis & annosa senectus, imi-  
 mitas est, quæ interiora vite organa  
 labefactat, & mox ducti ad interitum.

III. Verum ab exposita Latine  
 Ecclesie traditione devierunt Græci;  
 licet quidem etiam sanos & bene va-  
 lentis solent sacro oleo inungere in  
 remissionem peccatorum, quod siquet  
 ex eorumdem fuchologio, asserunt  
 que Hieremias Patriarcha Constanti-  
 nopolitanus in sua censura adversus

DIOCESANA  
 Augustinam Lutherorum confes-  
 sionem lib. 1. c. 7. Leo Allatus de  
 cons. Eccles. Occid. & Orient. lib. 9.  
 c. 16. & Arcudius Concord. lib. 5.  
 c. 4. & c. ult. Quintus ipsomet Epi-  
 scopus, postquam feria 9. majoris  
 hebdomadæ in forum oleum sole-  
 ni ritu consecravit, non jubet illud  
 asservari, ad ægrotos suo tempora  
 deferendum, sed totum statim insu-  
 mit omnes inungendo adstantes, quod  
 accepimus à Grotio in suis ad Eu-  
 chologium notis. Ac denique Jor-  
 nes Nathanael, Presbyter, ac mag-  
 nus Cæconomus Cretensis, apud Ci-  
 tatum Arcudium lib. 5. cap. 4. res-  
 pondens ad quæstia sibi facta à Vi-  
 viato, Episcopo Anagnino, circa  
 mores Græcorum, inter cætera narrat,  
 Græcos Sacerdotes, loco satisfactio-  
 nis, in sacramentali Confessione pe-  
 nitentibus imponende, solere inter-  
 dum, hanc exigua tamen accepta  
 mercede, eodem in sancto oleo inunge-  
 re, ut tali pacto à peccatorum reliquiis,  
 penitusque pro his subeundis absolvantur;  
 quem abusus ipse Nathanael, &  
 cum eo Arcudius cit. cap. 4. acriter  
 reprobant & damnant.

IV. Hæc certissima & explora-  
 tissima sunt, sed non æquæ certum,  
 an ejusmodi Unctio, sanis adhibita,  
 habebatur à Græcis pro vero Sacramen-  
 to. Grotius in cit. commentis. p. 3. 4. 72.  
 fieri contendit, tamquam moram ce-  
 remoniam spectant, si vero sacramentalis  
 quædam beneficentiam, per quam  
 Sacerdotes antè intendunt lametos  
 sublevare ab aliqua levi corporis infir-  
 mitate, aut etiam à graviore morbo præ-  
 servare; quod etiam in Ecclesia Latina  
 olim factitatum, in præcedentis capitu-  
 li initio prænotavimus. Arcudius  
 contra asserit, sanos ac vegetos cop-  
 pore à Græcis Sacerdotibus, perinde  
 ac infirmos, sancto oleo perungi, non  
 modo verum conficiendi Sacramentum;

in cuius rei confirmationem plures af-  
 ferti Græcorum Auctores, docentes,  
 etiam sanos esse capaces Sacramenti  
 Extreme Unctionis. Quodque magis  
 mirandum est, hæc doctrina, quam  
 Arcudius exagitat, nec defendere au-  
 sos Grotius, negavit, unquam Græ-  
 corum menti insidisse, suos invenit,  
 inter nostros Latinos, defensores;  
 nempe Juenin cit. diss. quest. 7.  
 cap. 7. & Saintebeuve de Sacramen-  
 to Extrem. Unct. disp. 7. art. 1. qui  
 triplici argumento illam defensare co-  
 nantur. Etiam ajunt, de prædicta con-  
 suetudine, quam antiquissimam esse,  
 nemo ambigit, nulla fuit Græcis  
 intentam in Concilio Florantino, in quo  
 cateroquin jassi sunt de omnibus ra-  
 tionem reddere, in quibus à Latinis dif-  
 ferent. Secundo, etsi ex Apostolo Ja-  
 cobo habemus, Extreme Unctionis  
 Sacramento esse infirmis succurren-  
 dum, non tamen inde legitime inferitur,  
 solos infirmos esse illius capaces; quo-  
 circa Eugenius IV. in citato Decreto,  
 non dixit: Hoc Sacramentum, nisi  
 infirmo, dari non potest; sed dari  
 non debet; quod sane verbum merum  
 præceptum denotat, cui contraria  
 consuetudine potest derogari, non  
 absolutam importat necessitatem; si-  
 militer Concilium Tridentinum dece-  
 vit, Extremam Unctionem esse infir-  
 mis exhibendam, de quo nullus du-  
 bitat, sed non dixit sicut infirmis,  
 de quo est questio. Terço denum,  
 pergunt iidem Doctores, cum à Græ-  
 cis Sacerdotibus sancto oleo inun-  
 guntur homines perfecta frontes va-  
 letudine, nihil prorsus desideratur  
 ad verum Sacramenti consecutionem;  
 siquidem à legitimo Ministro idonea  
 & apta adhibetur materia, debita si-  
 mul pronuntiat Sacramenti forma,  
 nec illi deest necessaria intentio, cum  
 eam Unctionem facere intendat ad  
 detergendas animæ sordes; quemad-

modum testatur Hieremias Patriar-  
 cha Constantinopolitanus in cit. cen-  
 sura lib. 1. cap. 7. scribens: Illi  
 vero, qui post Baptisma peccave-  
 runt, Poenitentia, & consecrati  
 olei Unctio conducunt. Hæc aut  
 remissionem peccatorum largiuntur,  
 sicut sordes animæ inaherentes ex-  
 purgant.

V. At ejusmodi argumenta fivo-  
 la sunt, nulloque labore evertuntur.  
 Ad hoc quippe postremo, ut singula  
 inverso ordine expendamus, respon-  
 deat, ad validam Sacramenti con-  
 secutionem, satis non esse, à legitimo  
 Ministro debitas adhiberi materias,  
 & formam, cum intentione illud ad-  
 ministrandi, si deest subjectum illius  
 recipiendi capax, quod inter Sacra-  
 menti causam merito annumeratur à  
 Suarez cit. tom. 4. disp. 42. in princ.  
 Id autem in re nostra venire perspic-  
 uum est, nisi illud ipsum, tamquam  
 certum assumatur, quod esset pro-  
 habendum, nimirum hoc Sacramentum  
 etiam pro sanis fuisse institutum; sicuti  
 assumere videntur citari Juenin, &  
 Saintebeuve, qui cætera recensentes  
 ad Sacramentum perficiendum requi-  
 sita, subjecti capacitatem silentio præ-  
 tereunt. Quod autem soli infirmi sint  
 Extreme Unctionis capaces, licet clare  
 & expressè non sit à Conciliis de-  
 finitum; ex eorumdem tamen defini-  
 tionibus legitime inferitur; quoniam  
 Eugenius IV. definiens, eam, nisi in-  
 firmis, de quorum morte timetur, dari  
 non debere, sanos profecto exclusit,  
 quavis enim verbum non debet, pos-  
 sit de se merum præceptum inducere,  
 plerumque tamen absolutam denotat  
 necessitatem, uti observant Doctores  
 allegati à Barbosa tract. de usu fre-  
 quent. diss. 77. n. 1. atque in decretis  
 dogmaticis, in quibus Sacramentorum  
 doctrina ab Ecclesia explicatur, ut  
 plurimum denotare necessitatem non



tantum præcepti, sed etiam Sacramenti, observat Suarez *cit. disput. 17. sect. 2. num. 2.* idem vero, quod Eugenius, sibi voluit Tridentinum, eam dixit, esse hanc *Unctionem infirmis adhibendam*: integram quippe huiusce Sacramenti credendam & tenendam doctrinam nequaquam nobis tradidisset, quod ceteroquin in situm ejusdem capitis se fecisse protestatur, si etiam non infirmis posset illa adhiberi. Addebat consensus omnium Theologorum, qui verba S. Jacobi ita sunt interpretati, ut inde plures consilii existimaverint, solum infirmum esse subjectum capax Extreme Unctionis; unanimum quippe Theologorum consensus efficax esse argumentum ad Catholicum dogma stabilendum; docet Melchior Canus de *Luce Theologicis lib. 8. cap. 2. c. 6. seq.* A silentio quippe Concilii Florentini rectius deducimus, sapientissimis illis Patribus fuisse persuasum, sanctam Unctionem à Græcis Sacerdotibus non adhiberi hominibus hæc valentibus tanquam Sacramentum, sed veluti meram excremoniam; & sacramentalem quamdam benedictionem; Græci enim, qui de singulis suis ritibus coacti sunt rationem reddere, gravem utique reprehensionem non evasissent, si comperiti fuissent hæc in re à communè & constanti Ecclesie Latine traditione & praxi aberrare.

VI. Jure itaque Græcorum morem inexplicitum, un voluit Arcudius; gravis erroris insimulant, & damnant Theophilus Raynaudus in *Heteroclitis scilicet. 1. punct. 12. Oper. tom. 1. c. pag. 164.* Gonzalez in *cap. Quæst. de verb. signific. num. 2. Journel de Sacram. extrem. Unct. cit. quest. 3.* Benedictus de Gaetanis in *sepe citata Dissertatione cap. 13. §. Ex adverso*, alique, quibus, post

questionem sedulo examinatam, tantum adhaeret Herminio de *Sacram. tom. 3. cap. 5.* Quocirca Episcopi Latini, in quorum potissimum commodum hæc materia prolixius tractavimus, Dioecibus presidentes, quæ Fideles incolunt Græci ritus, diligenter invigilent, ne iidem in eo versentur errore, ut credant, per unctionem, de qua loquimur, Sacramentum conferri, & severe interdiciant, ne ea unctio, loco satisfactionis per Confessarios imponendæ, poenitentibus injungatur. Id illis vetitum est à nobis in *cit. nostrâ Constit. 157. §. 5.* ubi decrevimus: «Nulli per Sacerdotes, vel Confessarios, pro satisfactione poenitentiae unctio aliqua solummodo injungatur; infirmis vero, juxta verbum Jacobi Apostoli, Unctio exhibeatur Extrema.»

## CAPUT VI.

De eodem subjecto Extreme Unctionis, & signanter de ætate, in qua eadem pueris exhiberi potest; ubi etiam de amenibus, & furiosis; ac nonnulla de Synodis, in quibus de prædictis rebus disseritur.

Quod autem diximus, hoc Sacramentum esse pro infirmis institutum, non est ita accipiendum, quasi omnes omnino Fideles, graviter decumbentes, sint illius recipientes capaces, illud siquidem alio nomine denegatur pueris ante usum rationis, etiam si in gravi versentur vitæ crimine, quia nimirum, cum nondum potuerint ulla vel levi culpa foedari, illis non congruit Sacramenti forma: *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti*, &c. quod bene perpendit D. Thomas in *4. dist. 23. quest. 2. art. 2.* inquit: «Nulli debet dari Sacramentum, cui non competit modum

uma Sacramenti; sed forma hujus Sacramenti non competit pueris, qui non peccaverunt per visum, & audivum, ut in forma exprimitur: ergo eis non debet dari hoc Sacramentum.» Rectè propterea S. Carolus Borromeus in suis Instructionibus, communem sequutus Theologorum doctrinam, statuit *part. 4. Act. Eccl. Mediol. pag. 543.* *Minstrat hoc Sacramentum Extremæ Unctionis adultis periculose agrotantibus... at non infantibus, pueris, & qui nullum adhuc rationis usum habent, neque peccata admittunt.* Neque aliam umquam fuisse Ecclesie doctrinam, & praxim, ostendit Martene *cit. lib. 1. de antiq. Eccl. ritib. c. 7. art. 1. §. 2.* Quamvis enim Nicolaus Cusanus *epist. 3. ad Bohemos*, & Maldonatus de *Sacram. tom. 2. de Extrem. Unct. col. 589.* asserant, olim consuevisse etiam infantes infirmorum oleo inungi; eos tamen sine fundamento loquutos, affirmat Cornelius à Lapide in *comment. ad epist. S. Jacobi c. 5. vers. 14.* atque ex illi liquet verisus monumentis, quæ citatus Martene adducit; nisi forte Cusanus, & Maldonatus sunt intelligendi de unctioe, absque forma sacramentali, quam olim fuisse in usu præmonimus.

II. At quæ ætas erit in pueris expectanda, ut censentur hujus Sacramenti capaces? Certè non est expectanda ætas quatuordecim annorum, quam videntur exigere plures Synodales Constitutiones, relate ad eodem Martene, ad Provinciale Anglicanum, editum à Lindewode *lib. 1. de sacra Unctioe*; quamquam revera, si ritè expendantur, tantam ætatem non absolute requirant, sed eos maxime inungendos statuunt, qui ad eam perlegerunt; in hunc quippe modum

loquuntur Constitutiones Odonis Episcopi Parisiensis *cap. 8.* Synodalia statuta Ecclesie Meldensis *cap. 28.* Nannetensis *cap. 50.* & clarum Provinciale Anglicanum §. *Cum magna.* Multo quæ minus expectanda est ætas octodecim annorum, quam expressè exposcunt cum antiquo codex manuscriptus S. Martini Turonensis, à Martene pariter prolatus, tum Fredericus Nausea Episcopus Viennensis in  *suo Catechismo lib. 3. cap. 107.* Sed etiam ac pueri, rationis compotes, judicantur doli & culpæ capaces, si in gravem incidant morbum, poterunt infirmorum oleo inungi; quod rectius sanctorum legimus inter Synodalia statuta Ecclesiarum Cadurcensis, Rutonensis, & Turonensis *cap. 17. tom. 4. Anecdotor. Martene*, & Durand. *col. 714.* & nuper à Cardinali de Rohan in *Rituale Argentiniensi tit. de Extrem. Unct. §. 2. pag. 174.* ubi dicitur: *Non denegatur etiam pueris, si spiritum oleo inungi; eos tamen sine fundamento loquutos, affirmat Cornelius à Lapide in comment. ad epist. S. Jacobi c. 5. vers. 14.* atque ex illi liquet verisus monumentis, quæ citatus Martene adducit; nisi forte Cusanus, & Maldonatus sunt intelligendi de unctioe, absque forma sacramentali, quam olim fuisse in usu præmonimus.

III. At quæ ætas erit in pueris expectanda, ut censentur hujus Sacramenti capaces? Certè non est expectanda ætas quatuordecim annorum, quam videntur exigere plures Synodales Constitutiones, relate ad eodem Martene, ad Provinciale Anglicanum, editum à Lindewode *lib. 1. de sacra Unctioe*; quamquam revera, si ritè expendantur, tantam ætatem non absolute requirant, sed eos maxime inungendos statuunt, qui ad eam perlegerunt; in hunc quippe modum

tualis Romani verba: *Non ministraret quis rationis usus non habentibus; addit: Secus de peccati periculo est agrotantibus, qui peccati mortalis, ac Confessionis capaces sunt, licet sint saltem octo aut novem annorum, & quavis nunquam communicaverint.*

III. Ob eandem rationem, propter quam ab ejusmodi Sacramento atenter pueri, quibus novum rationis lumen effulsit, illud pariter denegatur perpetuo amentibus, & furiosis, qui nullum ab ortu lucidum intervalum obtulerunt, quod expresse cautum est à S. Carolo Borromeo in *Actis Eccles. Mediolanensis. loc. cit. atque à Concilio Cameracensi anni 1586. tit. 12. num. 7. tom. 9.* Collectionis Harduini *col. 2164.* & communiter tradunt Doctores apud Henriquez de *Sacram. lib. 3. cap. 11. mon. 9.* quia nec isti poterunt ulla gravi, aut levi culpa se contaminare, ad cuius absurgendas reliquias institutum est hoc Sacramentum. Quamvis enim Suarez *cit. disp. 42. sect. 2. num. 8.* opinetur, Extremam Unionem etiam illi posse conferri, qui nullum usquam actuale peccatum admisit, atque ideo ea non caruisse censent Beatissimam Virginem; id tamen de his dumtaxat intelligendum, aut Tannerus *tom. 4. disp. 7. quest. 1. dub. 3.* qui, quantum est ex parte sui status, & adepti usus rationis, peccare potuerunt, etsi per accidens, atque ex speciali Dei privilegio, nunquam se ipsa peccarint; seque nulla esset ratio, cur eodem Sacramento fraudentur infantes, quibus certe contra S. Thomae doctrinam, & communem Ecclesiae praxim, illud ministrari non permitter Suarez. Quod vero spectatim attinet ad Beatissimam Virginem, res valde dubia, & contraversa est, an ea, utpote omnis

peccati expert, fuerit capax & participatrix Sacramenti Extremæ Unionis. Affirmant S. Antonius *3. part. tit. 14. cap. 8.* & 13. Canisius *lib. 1. de Beata Virgine cap. 9.* Henriquez de *Sacram. lib. 3. cap. 11. num. 7.* & modò laudatus Suarez; quia habebat potentiam, quam vocant *antecequentem* ad peccandum, etsi, ob singulari Dei erga ipsam providentiam, illa potentia nunquam proditura erat in actum; eo planè modo, quo dicimus nunquam fore, ut prædesinatus ex hac vita decedat cum lethali culpa reatus. Contra Victoria in *Summ. num. 220.* Vasquez in *3. part. disp. 119. cap. 8.* & citatus Tannerus, Beatissimam Virginem Extremæ Unionis incapacem pronuntiant; licet enim, inquit Tannerus, absolute loquendo, potuerit peccare, attamen hoc privilegio, non utrumque eidem concessio, sed veluti consentaneo, & quasi debito excellentiæ & dignitati, qua præstabat, Divinæ maternitatis, fuit ab omni peccato præservanda; ac proinde non potuit ullo pacto eidem aptari Extremæ Unionis forma: *In dulgrat tibi Deus quicquid deliquisti &c.* Sed quidquid sit de hac questione, quam Scholasticis reliquimus,

IV. Indubitatum sit, Extremam Unionem exhiberi non posse perpetuo amentibus, & furiosis. Aliud vero est de adultis, qui aliquando summa rationis habuerunt, & postea in phrenesim, aut amentiam inciderunt; his quippè Unionem tribuendam, juxta illud Concilii Arausiaci *can. 3. l. 1.* Collectionis Harduini *col. 1781.* *Ante tibus quicumque pietatis curæ confertenda,* declaravit Theodolphus Capitaneus Aurelianensis in *seculo Capitulari;* apud Baluzium *Miscell. tom. 7.* docetque S. Thomas in *4. dist. 23. quest.*

*quest. 3. art. 2. questione. 3.* cui, teste Suarez *cit. disp. 42. sect. 1. n. 6.* omnes Theologi consentiunt. Necessè tamen est, ut cætera adsint, quæ requirit Navarrus in *manu. cap. 22. num. 13.* inquit: *Cuiuslibet tamen ejusmodi infirmo est ministrandum, etiamsi jam sit amens, & phreneticus, sed absque irreverentia Sacramenti, id fieri possit, & potuerit ante peccare, & antequam inaniiret, expressè, aut tacite petierit illud, aut, si membrasset, petierit fuisse, nec in peccato mortali notorio insumierit.*

V. Porro de quolibet Fidei, de quo contrarium non constat, præsumendum est, fuisse hoc Sacramentum petiturum, si potuisset; passim siquidem videmus, Extremam Unionem muniri, qui subita vi morbi oppressi, sensibus destituuntur, nec ullum Sacramenti desiderium significare valent; eorum quippe perspecta pietas, ac fides, non obscurum præbet argumentum desiderii, quod, si possent, demonstrarent. Hanc verò praxim approbat S. Thomas *loc. cit.* cui præter Ritualia omnia, suffragantur etiam apud Natalem Alexandrum de *Sacram. Extrem. Unct. cap. 5. regul. 16.* Concilium Parisiense anni 1557. & S. Carolus Borromeus in *laudatis Instructionibus pag. 547.* inquit: *Infirmitas, qui sana mente dum erant, illud petierunt, aut verisimile est quod petissent, etiamsi postea in amentiam inciderint, vel ratione, sermoneve uti desiderint, ministrabitur item.* Quinimò observat Suarez *cit. disp. 42. sect. 1. n. 6.* maximo oportere, ut prædicto aggroto, sensibus destituto, qui aliorum Sacramentorum est incapax, subventi remediò Extremæ Unionis: *Quia (ait) inter fines præcipuos hujus Sacramenti est supplere vices Sa-*

cramentorum Penitentiae quando vel illud applicari non potest, vel de facto non satis utilis applicatum est.<sup>28</sup> Quamobrem plerique Theologi, inter quos Chiappeville de *Ministr. Sacrament. tempore pestis cap. 1. quest. 1.* Layman *Theolog. moral. lib. 5. tract. 5. cap. 7.* Thomas Tamburinus in *motu celebrande Missæ lib. 2. cap. 7. §. 7.* permittunt Sacerdoti Missam interrompere, ut Extremam Unionem administret infirmo mortis propinquo, cui nullum aliud Sacramentum potuit administrari, quoniam in hoc eventu ab unica Extrema Unione potest ille, si sit sufficienter attritus, obtinere primam gratiam justificantem, qua forte indiget; atque in prædictis circumstantiis, sive primario, & per se, sive secundario, & per accidens, ab Extrema Unione causari, docent Theologi in sequenti capitulo referendi.

## CAPUT VII.

*De tempore, quo infirmis Extrema Unctio est exhibenda, & quid in Synodis & Instructionibus Episcopi de dicto tempore statuere debeant.*

Quamquam demonstratum jam sit Extremam Unionem solis infirmis esse conferendam, qui decessuri prudenter timentur, attamen dubitare quis potest quoniam infirmitatis tempore sit administranda; statim ne detecto gravi, in quo versatur, vitæ discrimine; an potius, cum eisdem mox imminet interitus? Abusus olim in plebsque irrepererat regentis, ut sancto oleo tunc tantum liniretur infirmo, cum prostratus desperata salutem, jam essent extremum spiritum exhalaturus. Huic abusi ansam præbuit falsa persuasio, quæ seculo XIII. phre-



morum invaserat animos, nempe, post semel receptam Extremam Unionem, non amplius licere conjugatis, si convalerent, ad conjugale opus reverti, nullique fas esse carnis deinceps comedere, nudisque pedibus incedere, quod narrat Martene *capit. cit. lib. 1. cap. 7. art. 2. §. 2.* Thiers. in suo tract. de superstitione tom. 2. c. 17. Quocirca plures Synodi, eodem saeculo. XIII. celebratae, populum de hoc errore, quo à Sacramento percipiendo deterebatur, solenter dedoceri curarunt; inter quas Synodus Wigorniensis, anni 1240. cap. 19. tom. 7. Collectionis Harduini col. 337. ubi statuit: *Sunt quidam, ut audivimus, qui, post perceptionem huiusmodi Sacramenti, sanitati pristinae restituti nefas reputant vel uxores suas cognoscere, vel carnes comedere, vel etiam aliqua ratione nudis pedibus ambulare. Horum autem errorem, ut ipse doctrina tantae contrarium, execramur, & eos excommunicationibus, & monitionibus divinis corrigendos; & Synodus Exoniensis anni 1287. cap. 6. tom. 7. ejusdem Collectionis col. 708. inquit: Quoniam quidam laici imperiti, de hoc Sacramento nequiter sentientes, illud abhorrent in tantum, quod vix velint illud suscipere etiam in extremis, satue astimantes, post ipsius susceptionem, carnis eum, nudis pedibus incedam, copulum carnalem etiam cum uxore legitima, sibi fore penitus interdita; praecipimus parochialibus Praebiteris, ut, ubi noverint tantam heresim pullulare, contrarium praedicent. Quibus praeverat Ricardus Episcopus Sarum in Anglia, qui in suis Constitutionibus anni 1217. c. 68. relato in citato Provinciali Anglicano c. Cum magna, de sacra Unione, infernum secretò moneri jusserat, quod post Sacramentum*

susceptum licite posset reverti ad opus conjugale. Praedicto errore eliminato, alia insequenti aetate, alicubi invaluit opinio, quae Fideles pariter remorabatur ab Extrema Unione recipienda, nisi jam essent in ultimo agone constituti; putabant quippe, per sacram Unionem sibi admi testamenti facionem, hoc est potestatem condendi testamenti. Hunc verò errorem, praecedentis saeculi initio in Belgio perseverantem, proseripsit Concilium Mechliniense anni 1607. tit. 8. c. 2. tom. 10. Collectionis Harduini col. 1946. inquit: *Falluntur qui existimant, suscepto hoc Sacramento, vel testamentum condendi non posse, vel spem convalescendi ob id imminui. Ideoque Pastores contrarium abinde populum doceant. Et, si forte alicubi usu introductum sit, ut testamentum à susceptione hujus Sacramenti conditum non subsistat, declarat hoc Synodus ejusmodi consuetudinem pro corruptela habendam esse.*

II. Haec nostra aetate liberi profecto sunt Fideles ab enatris praedictis; & nihilominus humani generis hostis hanc plerisque rudibus & ignorantem mentem iniecit, ut credant eorum esse de vita illius, qui sancto oleo est inunctus, & solum ei superesse sepulchrum; ex quo fit, ut à sacra Unione, perinde ac ab ipsa morte, abhorreant. Oppositum ideò, & perutile, ut Episcopus in sua Synodo, aut Synodali Instructione, hunc detestandum errorem è radium hominum mente evellere satagat; quod nos, pro nostro Pastoralis munere praestare curavimus in nostra Instr. 92. Quo verò facilius propositum sibi finem assequatur, suae Synodali Instructioni rationes inserat, propter quas non deest ejusmodi Sacramentum ad tempus differri, quo jam iam anima

in

in primoribus labris laborat; sicuti notis exprobrabat impius Calvinus lib. 4. Inst. cap. 19. occasionem inde arripens nobis illudendi, quia, non infirmos, ut ipse calumniabatur, sed aemi-mortua calaverat a plique sine infirmis. Prima autem ratio illa est, quam, ad rem, de qua agimus, Fidelibus insinuari voluit Synodus Burdigalensis, anni 1583. tit. 13. tom. 10. Collectionis Harduini col. 1747. Parochis praecipiens: *Curent etiam crebris monitionibus imperitum vulgus ab illa inani & impia opinione abdicere, qua plerique sensitè de hujus Sacramenti virtute sentiunt, perinde ac si mortem aegris acceleret, cum certum sit, ex Apostoli doctrina, Deum non anima tantum, verum etiam corpori, si expulerit, virtute hujus Sacramenti, salutem conferre; & nuper Cardinalis de Rohan in suo Rituali Argentineni §. 1. inquit: hoc saepe saepius Pastor mentibus Fidelium inculcet. Enimvero, cum inter ceteros, quos Extrema Unio productus effectus, causet etiam corporis valetudinem, si hoc conferat ad animae salutem; quod non solum eruitur ex saepius allegatis verbis Apostoli Jacobi, sed liquido constat ex Sacramento S. Gregorii Magni, ubi ad olei infirmorum consecrationem haec praescribitur Oratio: *Ut tua sancta benedictione sit omni hoc unguentum tangenti salutamentum mentis, & corporis, ad evacuandos omnes dolores, omnesque infirmitates, omnem agritudinem corporis; ac discedo declarant tam Eugenius IV. in citato Decreto inquit: Effectus est mentis sanatio, & in quantum autem expedit, ipsius etiam corporis; quam Tridentinum cit. sess. 14. c. 2. ubi de effectibus hujus Sacramenti disserens, ait: Sanitatem corporis interdum, ubi salutem animae expulerit, (infirmus) consequitur id-**

cirò ad inungendum infernum expositanda non est ultima ejus vitae periodus, qua extremum agat spiritum, hunc enim effectum non operatur Sacramentum pro modum miraculi, quod in illis circumstantiis esset necessarium, sed virtute quadam, supernaturali quidem, sed quodammodo ordinaria, quae causas naturales adjuvat; sicuti ratiocinatur Suarez cit. tom. 4. disp. 41. sect. 7. num. 5.

III. Altera ratio, qua efficacius alliciendi sunt Fideles ad Extremam Unionem celeriter petendam & recipiendam, priusquam sensibus & remedi destituantur, desumenda est ex aliis nobilioribus effectibus, quos eadem in decumbentium anima operatur, quorum haud facilliter participos esse potest aegrotus, jam sensibus & rationis usu carens. Concilium Tridentinum hoc modo cit. Extrema Unionis Sacramento non solum attribuit virtutem causandi corporis sanitatem, sed ceteros ejusdem effectus singularem enumerans, haec habet: *Res porro, & effectus hujus Sacramenti illis verbis explicatur; & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccato sit, dimittetur ei. Res etenim haec gratia est Spiritus Sancti, cujus unctio delicta, signa sicuti adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & aegroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo Divina misericordia fiduciam excitando, qua infirmus sublevatur, morbi incommoda ac labores levius fert, & tentationibus demonis, calumnie insidiantis, facilius resistit, & sanitatem corporis interdum, ubi salutem animae expulerit, consequitur. Porro inter hos Extremae Unionis effectus, à Tridentino enumeratos, curiosè magis, quam utiliter, investigant Scholastici, qui nam sit dicendus hujus Sacramenti*

proprius, & primarius; & in diversas scinduntur opinionibus, quas supervacuum esset hic recensere; sed legi possunt apud Suarez *cit. tom. 4. disp. 41.* Gregorium de Valentia *cit. disp. 8. q. 1. punct. 3.* Estium in *4. dist. 27. §. 4.* Juvenin *cit. dist. 7. q. 8.* & Tournely *cit. tract. quest. ult. art. 1.* Apud omnes tamen indubitatum esse, per ejusmodi Sacramentum deleri peccata venialia, testantur Navarrus *man. cap. 22. num. 15.* & Suarez *cit. loc. sect. 1. num. 1. & 3.* Perè etiam communiter admittunt, ejusdem virtute interdum remitti peccata lethalia, cum scilicet peccator, sufficienter cæteroque attentis, alia Sacramenta recipere nequit, aut, post illa suscepta, peccato irretitur, quod invincibiliter ignoret quidquid sit, an in hujusmodi eventu illa remittat directè, & per se, sicuti opinantur Bellarminus de *Extrem. Unct. lib. unic. cap. 8. §. Dicit aliquis*, Maldonatus de *Sacram. Extrem. Unct. dist. 2.* & Saintebeuve de *Extrem. Unct. dist. 1. sive indirecte*, & per accidens, uti arbitrantur Suarez *cit. loc. num. 16.* Cardinalis de Lugo de *Sacram. disp. 9. sect. 1. n. 7.* Coninch *dist. 19. de Extrem. Unct. dub. 5. num. 19. & 20.* Utramque virtutem Extremæ Unctioni attribuit S. Thomas *cit. lib. 4. contra Gent. cap. 75. ubi ait*: "Contingit, quod homo omnium peccatorum, quæ commisit, notitiam vel memoriam non habet, ut possit per Pœnitentiam, singula expurgare; sunt etiam quotidiana peccata, sine quibus præsens vita non agitur, à quibus oportet hominem in suo exitu per hoc Sacramentum emundari; & clarissimè supplem. 7. part. quest. 80. art. 11. Si invenit peccatum aliquod vel mortale, vel veniale, quoad culpam tollit ipsum, dummodo non proponatur ob ex parte recipientis."

Cui S. Thomæ doctrinæ adhaerit S. Carolus Borromeus in *Actis Eccles. Mediol. par. 4. p. 241.* ubi loquens de Extrema Unctione ait: *Primo igitur nullitas, & effectus hujus Sacramenti est, quod peccata reliquia tollit, tanquam complementum Sacramenti Pœnitentiæ, quæ reliquia peccata esse intelliguntur sive mortalia, sive venialia, quæ post alia Sacramenta remaneant; potest enim fieri, ut ignorante eo, qui commisit, vel non valente confessari, peccatum mortale remaneat; in quo delendo, ita hoc Sacramentum juvatur, ut fieri possit, cum per hoc Sacramentum salvari, qui aliqui fuisse damnatus. Jam verò neutrum effectum potest Extrema Unctio operari sine pio aliquo ipsius suscipientis actu; nec enim peccata venialia remittit absque aliquo eorumdem displicentia, nec lethalia delere valet sine eorumdem detestatione, eaque saltem imperfecta contritione, quæ est necessaria ad veniam, & justificationem asequendam in Sacramentum Pœnitentiæ, quod cum communi advertit idem Suarez *num. 22.* Eiusmodi autem actus cum certè elicere nequeat, qui est sensibilis & mente jam destitutus, nisi forte eos jam antea elicuerit, utroque sanè Sacramenti effectu fraudatur. Quocirca Catechismus Concilii Tridentini §. 18. de *Extrem. Unct. graviter obiurgat animatum Pastores, qui se falsè vulgè persuasioni accommodantes, tunc primum infirmum sacro oleo linere curant, cum vita & sensibus carere incipit: "In quo tamen (sunt verba Catechismi) gravissime peccant, quòd nullud tempus ægroti ungendi observare soleant, cum jam, omni salutis spe amissa, vita & sensibus carere nuncipiunt. Constat enim, ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam plurimum valere, si ægrotus**

» cum

» cum in eo adhuc integra mens & ratio viget, fidesque & religiosam animi voluntatem afferre potest, sacro oleo liniatur." Idemque decernunt Concilium Mediolanense I. anni 1565. Burdigalense, & Remense ejusdem anni 1583. Bituricense anni 1584. & S. Carolus Borromeus in suis Instructionibus, apud citatum Natalem Alexandrum *regul. 14.*

IV. Hæc exempla imitentur Episcopus, & in sua Synodo omnem operam conferat, ut sui Dioecesiani, omni, si quo sint imbuti, errore abjecto, sacrum Unctionem exposcant, statim ac ex morbi violentia se ad interitum vergere sentiant, tempusque præoccupent, quo, emota jam mente, nec Sacramenti efficaciam agnoscente, nec illud eo devotionis affectu percipere valent, quem ad uberem ejusdem gratiam participandam requirit Sanct. Thomas *cit. dist. 29. quest. 2. art. 2. questione. 3. & 4. & in supplement. 7. part. quest. 70. art. 4.* Cum tamen ceterum commendat hujus Sacramenti administrationem, absteineat à verbis, quæ videantur significare ejusdem recipiendi absolutam necessitatem, ne secus videatur ipse questionem dirimere hæcenus indecisam; adhuc quippe litigant Theologi, num fideles periculoso morbo laborantes, quique jam Pœnitentiæ Sacramentum sua peccata expiarunt, & Eucharisticum panem sicut refecti, teneantur inoper aut Divino, aut saltem Ecclesiastico precepto, Extremam Unctionem suscipere. Negant quamplurimi magni nominis Theologi, quos citant, & sequuntur Suarez *disp. 44. sect. 1. num. 14.* Henriquez de *Sacram. lib. 7. cap. 10. num. 3.* Estius in *dist. 23. §. 15.* Cabassutius in *theor. & prax. Juris Canonici lib. 7. c. 15. n. 8.* Sambovius *cit. tract. pag. 352.* qui tamen hæc addit limitationem, nisi

» agrotus gravibus prematur tentationibus, ad quas superandas novo indigeat hujus Sacramenti munimine. Contra, quamlibet, in eo statu, jure tam Divino, quam Ecclesiastico, obstringi ad sacram recipiendam Unctionem, sentire videntur Magister Sententiarum, & S. Bonaventura in *4. dist. 23. circa textum*, Petrus Sotus *lect. 2. de Extrem. Unct.* & expressè defendunt Juvenin *cit. dist. 7. quest. 9. cap. 2.* ac Tournely *cit. quest. ult. art. 2.* quibus non obscure favet Concilium Coloniense I. anni 1536. *part. 7. cap. 50. tom. 9.* Collectionis Harduini *col. 207.* ubi cum dixerit: *Est autem Unctio indispensabilis, cum expositione Unctionis, & mandati Apostolice, quod sic habet: Informatur aliquis in voluit Inducæ Presbyteros Ecclesie, &c.* indicavit profecto, se in hisce Apostolice verum præceptum agnoscente. Verum, etsi expediat, ut Episcopus hanc controversiam declinet, indubitanter tamen asserere poterit, non posse sine gravi culpa, ejusmodi Sacramentum aut contenti, aut cum aliorum offensione & scandalo negligi, & prætermitti; ad siquidem à nomine negari, foretur Suarez *cit. loci n. 5. & 6.* nec præterea incongruum esset addere, facillè Sacramenti contemptum presumi in infirmo, qui cum vita periclitetur, Extremam Unctionem, scilicet & volens, petere negligit, multoque magis, si eam sibi à Parrocho exhibitam recipere renuat. Propterea Synodus Coloniensis II. anni 1549. *c. 38. t. 9.* Collectionis Harduini *col. 2170.* idem esse rara, Sacramentum respicere ac continere; *Relatum nobis in Concilio est, impios quosdam homines infirmitatis sue tempore Unctionem sacram respiciat ac contempserunt; hujusmodi homines Ecclesiastica sepultura privandos decrevit; quod rectè ponderat Natales Al-*

» cum



## CAPUT VIII.

De ordine, quo Extrema Unctio infirmis administranda est; & de iteratione administrationis ejusdem Sacramenti.

Sed & illud quoque edoceri cupiam Parochi, quomodo ordine debeant Extremam Unctionem infirmis administrare, ante nem, an post Sanctissimi Christi Corporis Viaticum? Nemò, qui Ecclesiasticæ historici non sit omnino imperitus, infolubiter, usum quondam fuisse, ut sacro oleo linirentur infirmi post petactam quidem sacramentalem Confessionem, sed priusquam Christi Corporis relicterentur Viatico; quod multis exemplis probat Suarez *disp. 44. sect. 1. n. 8.* atque ex pluribus Ritualibus, ac Synodorum statutis demonstrant Launojus *observat. 8. t. 1. Oper. pag. 608.* Hugo Menardus *nota 9 15. in Sacramentaria S. Gregorii*, Van-Espen *Jur. Eccl. univ. part. 2. tit. 8. cap. 2. n. 92. & 109.* Martene *de antiq. Eccl. ritib. lib. 1. cap. 7. art. 2. num. 3.* Saintbeuve *cit. tract. disp. 8. art. 7.* fuisse Pouget *Institutionum Catholicarum tom. 1. part. 7. sect. 1. cap. 6. §. 4.* Neque ad hanc indagendam consuetudinem, legitimam defuisse causam, ait citatus Suarez; cum enim Extrema Unctio sit perfectio, & consummatio Pœnitentiæ, ut communiter appellatur à Patribus, quæ peccatorum reliquias abstergit, ut à Tridentino edocemur, non sine rationali causa, Pœnitentiæ conjungebatur; ut per utrumque Sacramentum homo perfectò expiatus, sine ulla animæ sordè colestem panem degustaret. At nihilominus prædicta con-

nam Unctionem ante Viaticum conferri permittunt, si ægrotus ex pio desiderio se melius ad Eucharistiam preparandi ita secum fieri exposulerit. Idem indulget etiam Cardinalis de Rohan in suo *cit. Rituali Argentinesis §. 2.* ubi hæc habet: *Si eodem tempore ægrotus detur Eucharistia, & Extrema Unctio, hæc ante illam dari poterit, si ita fieri postulet ægrotus; & pia illa ægrotorum postulatio hæc fulcitur momentis: quòd nempi, quia effectus Unctionis Extreme absterio est reliquiarum peccati, ipsa Unctio Extrema spectari potest quasi amplior ad Eucharistiam preparatio; & quod aliunde eam ante Viaticum conferendi usus antiquus est, & probatus, licet non ubique admixtus. Faciat autem super eâ re Parochus, quod magis expedire videbitur pro astantium edificatione, maxime inter tempus opportunitate; si enim vis morbi urgeret, Viaticum primò datur, & postea Extrema Unctio ministraretur.*

Verùm nos, quamquam hæc permissionem nequaquam improbemus; siquidem à laudato Suarez discimus, contrariam consuetudinem Ecclesiæ Romanæ, à Concilii Tridentini Catechismi pariter approbatam, non esse, sub gravi saltem obligatione, ab omnibus Christiani orbis regionibus receptam, ac præterea à Natali Alexandro *cit. loc. regul. 21.* accipiamus, apud Cistercienses etiam hodie, perseverare antiquum morem sacram Unctionem præmittendi Viatico; nihilominus in locis, in quibus hic mos obsolevit, vigetque disciplina à Concilii Tridentini Catechismo præscripta, non facile permitteremus, ab hac recedi, solum ad indulgendum privatæ & peculiari infirmi devotioni; sed potius Parochis injungeremus, ut Extremam Unctionem petentibus ante Viaticum, sua-

derent, tutius & utilius fore, Ecclesiæ Romanæ ritui ac usui, à majori parte Ecclesiæ Catholice jam recepto, se accommodare.

III. Dicendum nunc restat deabus Sacramenti iteratione. Habente sæculo XI. & incunte XII. hæc nonnulli imbuti erant opinione, ut illicitum reputarent, Fidelem sancto Oleo semel inunctum, umquam deinceps eodem linire; & si vera narratio Clæconius, & Ughellius, eadem opinio, saltem apud aliquos, etiam sæculo XV. perseverasset; ambo enim referunt, ille *tom. 2. in Vita Pii II. p. 1005.* hic verò *Italia sacra tom. 2. pag. 557.* disputatum fuisse, an summo Pontifici Pio II. graviter ægrotanti, administrari posset Extrema Unctio, eò quòd pluribus antea annis eam recepisset Basilicæ, cum pestis laboraret, quæ in eâ urbe grassabatur. Verùm cum hujus memorandi certè facti nulla mentio occurrat neque in Vita ejusdem Pii II. à Joanne Antonio Campano, Episcopo Aprutino, accuratè descriptæ, neque in Commentariis Cardinalis Papiensis, qui cæterò quin quam minutissime scribit, quæ in Pii II. morte contingerunt, illud propterea aut fabulosus, aut saltem suspectus narrationibus accensemus. Opinabantur alii, Extremam Unctionem posse iterum eidem conferri, modò tamen à die, quæ semel inunctus fuerat, tres integri anni effluxissent. Hanc fabam persuasionem sibi induxisse Monachos Hirsaugenses, refert Auctor *Veteris Discipline Monastica in prof. c. 128.* ubi postquam antiquum exhibuit eorumdem Monachorum usum ponendi infirmum, Extrema Unctione jam munitum, & cui mortis momentum instaret, *super sagum cilicium cinere aspersum; hæc ex Guidone Farfensi ad-*  
dit

deperditus iterato recuperetur. Itaque salus corporis & mentis, quae vest effectus huiusmodi Sacramenti, potest amitti, postquam fuerit per Sacramentum effecta; ideo hoc Sacramentum, sine sui injuria, potest iterari. Idem quod S. Thomas, doctor Magister sententiarum in 4. dist. 27. Guillelmus Alisiiodorensis lib. 4. Summ. Tract. 7. cap. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 27. art. 2. quest. 4. ceterisque Scholastici, quorum sententiam se tandem infallibilis auctoritate firmarunt Tridentini Patres sess. 14. c. 3. definitives: Quod si infirmi post susceptam hanc Uctionem convalescerint, iterum huius Sacramenti subititio iudicari poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint.

IV. Verum, adeo diversa sunt hominum ingenia, ut illud idem Sacramentum, quod plerique nunquam iterari posse affirmarunt, alii etiam in eadem infirmitate, saepius repeti volvere; etenim in antiquo codice manuscripto Sancti Remigii, circa annum millesimum exarato, & prologo ab Hugone Menardo in notis Sacramentar. S. Gregorii, statutum, infirmos vita periclitantes, per septem continuos dies & Christi Corporis Viatico recreandos, & sancto oleo esse perungendos; eundemque ritum clarius adhuc, & magis aperte praescribunt Theodolpus Aurelianensis in suo secundo Capitulari, apud Balatum tom. 7. Miscell. alique multi antiqui libri rituales, apud Martene cit. lib. 1. cap. 7. art. 2. num. 5. Sed usus postea ab universa Ecclesia receptus, a Theologis communi calculo approbatus, & Synodorum, ac Ritualium auctoritate roboratus, obtinuit, ut semel dumtaxat, in eadem infirmitate, Extrema Unctio adhibeatur; una siquidem ne-

deperditus iterato recuperetur. Itaque salus corporis & mentis, quae vest effectus huiusmodi Sacramenti, potest amitti, postquam fuerit per Sacramentum effecta; ideo hoc Sacramentum, sine sui injuria, potest iterari. Idem quod S. Thomas, doctor Magister sententiarum in 4. dist. 27. Guillelmus Alisiiodorensis lib. 4. Summ. Tract. 7. cap. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 27. art. 2. quest. 4. ceterisque Scholastici, quorum sententiam se tandem infallibilis auctoritate firmarunt Tridentini Patres sess. 14. c. 3. definitives: Quod si infirmi post susceptam hanc Uctionem convalescerint, iterum huius Sacramenti subititio iudicari poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint.

IV. Verum, adeo diversa sunt hominum ingenia, ut illud idem Sacramentum, quod plerique nunquam iterari posse affirmarunt, alii etiam in eadem infirmitate, saepius repeti volvere; etenim in antiquo codice manuscripto Sancti Remigii, circa annum millesimum exarato, & prologo ab Hugone Menardo in notis Sacramentar. S. Gregorii, statutum, infirmos vita periclitantes, per septem continuos dies & Christi Corporis Viatico recreandos, & sancto oleo esse perungendos; eundemque ritum clarius adhuc, & magis aperte praescribunt Theodolpus Aurelianensis in suo secundo Capitulari, apud Balatum tom. 7. Miscell. alique multi antiqui libri rituales, apud Martene cit. lib. 1. cap. 7. art. 2. num. 5. Sed usus postea ab universa Ecclesia receptus, a Theologis communi calculo approbatus, & Synodorum, ac Ritualium auctoritate roboratus, obtinuit, ut semel dumtaxat, in eadem infirmitate, Extrema Unctio adhibeatur; una siquidem ne-

necessaria suppeditat vires ad illa incommoda evitanda, quae morbus affert, quo actu aeger laborat. Atque ut Theologos praetermittamus, qui innumerati sunt, ita servandum decernunt statuta Synodalia Danielis Naretensis, Stephani Parisiensis Episcopi, Synodus Cameracensis anni 1586. tit. 12. c. 4. Pastorale Mechliniense, Viennaense, Lemovicense, atque quamplurima congesta à Lanojo, tom. 1. pag. 553. & Van-Espen cit. part. 2. tit. 8. c. 3. num. 73. & seq. Durante autem infirmitate, si post susceptam Extremam Uctionem morbus ita remittat, ut aegrotus mortis periculum evasisse videatur, sed antequam convalescat iterum in vitam discrimen relabatur, juxta praesentem disciplinam, poterit, absque scrupulo, denudò sacra Uctione muniri quemadmodum diserte tradit D. Thomas in 4. dist. 27. q. 2. art. 4. §. Ad secundam questionem, inquires hoc Sacramentum non respicit tantum infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum, quia non debet dari, nisi infirmis, qui secundum humanam estimationem videntur mortis appropinquare. Quaedam ergo infirmitates non sunt diuturnae; unde si in eis datur hoc Sacramentum, atunc cum homo ad illum statum perveniat, quod sit in periculo mortis, non recedit a statuto, nisi infirmitate curata; & ita iterum non debet inungi; sed si recidivum patiens, erit alia infirmitas, & poterit fieri alia unctio. Quaedam vero sunt aegritudines diuturnae, ut hecatica, & hydropisis, & huiusmodi; & in talibus non debet fieri inunctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis; & si homo illum periculum evadat, eadem infirmitas durante, & iterum ad similem statum per illam infirmitatem redu-

ncatur, iterum potest inungi, quia nam est quasi alius infirmitatis status, quamvis non sit alia infirmitas simpliciter. Idem quod à D. Thoma addimus, decernunt Synodus Lingonensis anni 1404. Senoniensis anni 1524. Carnotensis anni 1526. apud Natalem Alexandrum supra cit. lib. 2. cap. 5. regul. 19. quibus consentiant Rituale Romanum tit. de Extrema Uctione, Rituale Cardinalis Sanctorii pag. 574. ubi legitur: In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturnum sit, & infirmus, cum vitus esset vellet se habere, iterum in periculum mortis incidit; Rituale Argentinense tit. de Extrem. Uctione. §. 4. ac omnia Pastoralia modo commemorata; uti videre est apud citatum Van-Espen, qui non inopportune Parochos monet, ne nimium scrupulosi in hoc se gerant; sed si dubitent, an revera morbi status sit mutatus, seu num idem, vel diversum sit vitae periculum, in quo aegrotus versatur, expedire ait, ut ad Sacramentum iterationem propendeat, eò quod haec iteratio conformior sit veteri Ecclesiae consuetudini, & per eam novum spirituale subsidium & levamen infirmo obveniat.

## CAPUT IX.

De cautela in constitutionibus Synodalibus adhibenda, cum in eis agitur de Sacramento Ordinis. Plura de questione, utrum in cujuslibet Ordinis minoris collatione verum conficiatur Sacramentum, quam nonnulli Episcopi in suis constitutionibus Synodalibus aut decidisse, aut ignorasse videntur.

Vidimus multis in Synodis, cum de sacris Ordinationibus haberetur sermo, graviter increpari, qui ad Ordines suscipiendos accedere audent cum



deperditus iterato recuperetur. Itaque salutis corporis & mentis, quae vest effectus huiusmodi Sacramenti, potest antequam, postquam fuerit per Sacramentum effecta; ideo hoc Sacramentum, sine sui injuria, potest iterari. Idem quod S. Thomas, doctor Magister sententiarum in 4. dist. 27. Guillelmus Alisiiodorensis lib. 4. Summ. Tract. 7. cap. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 27. art. 2. quest. 4. ceterisque Scholastici, quorum sententiam se tandem infallibilis auctoritate firmarunt Tridentini Patres sess. 14. c. 3. definitives: Quod si infirmi post susceptam hanc Uctionem convalescerint, iterum huius Sacramenti subsidio juxta poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint.

IV. Verum, adeo diversa sunt hominum ingenia, ut illud idem Sacramentum, quod plerique nunquam iterari posse affirmarunt, alii etiam in eadem infirmitate, saepius repeti volvere; etenim in antiquo codice manuscripto Sancti Remigii, circa annum millesimum exarato, & prologo ab Hugone Menardo in notis Sacramentar. S. Gregorii, statutum, infirmos vita periclitantes, per septem continuos dies & Christi Corporis Viatico recreandos, & sancto oleo esse perungendos; eundemque ritum clarius adhuc, & magis aperte praescribunt Theodolpus Aurelianensis in suo secundo Capitulari, apud Balatum tom. 7. Miscell. alique multi antiqui libri rituales, in suppl. 3. part. 9. art. 7. art. 1. Sacramenta Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, nequeunt, sine sacrilegio, iterari, quia impediunt claritatem, & proddant effectum perpetuum; Sacramentum autem, quod habet effectum non perpetuum potest iterari sine injuria, ut effectus

deperditus iterato recuperetur. Itaque salutis corporis & mentis, quae vest effectus huiusmodi Sacramenti, potest antequam, postquam fuerit per Sacramentum effecta; ideo hoc Sacramentum, sine sui injuria, potest iterari. Idem quod S. Thomas, doctor Magister sententiarum in 4. dist. 27. Guillelmus Alisiiodorensis lib. 4. Summ. Tract. 7. cap. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 27. art. 2. quest. 4. ceterisque Scholastici, quorum sententiam se tandem infallibilis auctoritate firmarunt Tridentini Patres sess. 14. c. 3. definitives: Quod si infirmi post susceptam hanc Uctionem convalescerint, iterum huius Sacramenti subsidio juxta poterunt, cum in aliud simile vitae discrimen inciderint.

IV. Verum, adeo diversa sunt hominum ingenia, ut illud idem Sacramentum, quod plerique nunquam iterari posse affirmarunt, alii etiam in eadem infirmitate, saepius repeti volvere; etenim in antiquo codice manuscripto Sancti Remigii, circa annum millesimum exarato, & prologo ab Hugone Menardo in notis Sacramentar. S. Gregorii, statutum, infirmos vita periclitantes, per septem continuos dies & Christi Corporis Viatico recreandos, & sancto oleo esse perungendos; eundemque ritum clarius adhuc, & magis aperte praescribunt Theodolpus Aurelianensis in suo secundo Capitulari, apud Balatum tom. 7. Miscell. alique multi antiqui libri rituales, in suppl. 3. part. 9. art. 7. art. 1. Sacramenta Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, nequeunt, sine sacrilegio, iterari, quia impediunt claritatem, & proddant effectum perpetuum; Sacramentum autem, quod habet effectum non perpetuum potest iterari sine injuria, ut effectus

necessaria suppeditat vires ad illa incommoda evitanda, quae morbus affert, quo actu aeger laborat. Atque ut Theologos praetermittamus, qui innumerati sunt, ita servandum decernunt statuta Synodalia Danielis Naretensis, Stephani Parisiensis Episcopi, Synodus Cameracensis anni 1586. tit. 12. c. 4. Pastorale Mechliniense, Viennaense, Lemovicense, atque quamplurima congesta à Lanojo, tom. 1. pag. 553. & Van-Espen cit. part. 2. tit. 8. c. 3. num. 73. & seq. Durante autem infirmitate, si post susceptam Extremam Uctionem morbus ita remittat, ut aegrotus mortis periculum evasisse videatur, sed antequam convalescat iterum in vitam discipulam, poterit, absque scrupulo, denudò sacra Uctione muniri quemadmodum disserit tradit D. Thomas in 4. dist. 27. q. 2. art. 4. §. Ad secundam questionem, inquires hoc Sacramentum non respicit tantum infirmitatem, sed etiam infirmitatis statum, quia non debet dari, nisi infirmis, qui secundum humanam estimationem videntur mortis appropinquare. Quaedam ergo infirmitates non sunt diuturnae; unde si in eis datur hoc Sacramentum, atque cum homo ad illum statum perveniat, quod sit in periculo mortis, non recedit a statuto, nisi infirmitate curata; & ita iterum non debet inungi; sed si recidivum patiens, erit alia infirmitas, & poterit fieri alia inunctio. Quaedam vero sunt aegritudines diuturnae, ut hecatica, & hydropisis, & huiusmodi; & in talibus non debet fieri inunctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis; & si homo illum periculum evadat, eadem infirmitas durante, & iterum ad similem statum per illam infirmitatem redu-

ncatur, iterum potest inungi, quia nam est quasi alius infirmitatis status, quamvis non sit alia infirmitas simpliciter. Idem quod à D. Thoma addimus, decernunt Synodus Lingonensis anni 1404. Senoniensis anni 1524. Carnotensis anni 1526. apud Natalem Alexandrum supra cit. lib. 2. cap. 5. regul. 19. quibus consentiant Rituale Romanum tit. de Extrema Uctione, Rituale Cardinalis Sanctorii pag. 374. ubi legitur: In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi distorpa sit, & infirmus, cum vitus esset vellet se habere, iterum in periculum mortis incidit; Rituale Argentinense tit. de Extrem. Uctione. §. 4. ac omnia Pastoralia modo commemorata; uti videre est apud citatum Van-Espen, qui non inopportune Parochos monet, ne nimium scrupulosi in hoc se gerant; sed si dubitent, an revera morbi status sit mutatus, seu num idem, vel diversum sit vitae periculum, in quo aegrotus versatur, expedire ait, ut ad Sacramentum iterationem propendeat, eò quod haec iteratio conformior sit veteri Ecclesiae consuetudini, & per eam novum spirituale subsidium & levamen infirmo obveniat.

## CAPUT IX.

De cautela in constitutionibus Synodalibus adhibenda, cum in eis agitur de Sacramento Ordinis. Plura de questione, utrum in cujuslibet Ordinis minoris collatione verum conficiatur Sacramentum, quam nonnulli Episcopi in suis constitutionibus Synodalibus aut decidisse, aut ignorasse videntur.

Vidimus multis in Synodis, cum de sacris Ordinationibus haberetur sermo, graviter increpari, qui ad Ordines suscipiendos accedere audent cum

rhojoxi constantiter asserunt, & definitum est à Tridentino sess. 23. cap. 3. Cum Scriptura testimonio, Apostolica traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram Ordinationem, quæ verbis, & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse verè & propriè unum, ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis; & eum. §. Novatorum perstringens auctoriam: Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum, à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris verum Ecclesiasticarum imperitiis, aut esse tantum ritum quemdam eligendi Ministrorum verbis Dei, & Sacramentorum; anathema sit. Hinc omnes Theologi inferunt, Fide Divina tenendum, saltem Ordinationem Sacerdotum esse verum & proprium Sacramentum; ad veritatem enim prædictæ definitionis universalis, necesse est, ut ea ad minimum complectatur Ordinem præstantissimum, quale est Sacerdotium. Inter eosdem etiam communiter convenit, veram Sacramenti rationem participare Episcopatum, & Diaconatum; quinimò de Episcopatu, etiam ab aliquibus non censetur Ordo, diversus à Sacerdotio, cujus tamen, juxta omnes est extensio, perfectio, & complementum, id esse pariter de Fide, affirmat Petrus Soto in *Instit. Sacerdotum lect. 4. de Sacram. Ord. aut saltem non posse, sine periculo, & gravi erroris nota, hoc tempore negari, asserunt Medina lib. 1. de sacerdotum hominum continentia c. 1. §. & Vazquez tom. 3. in 3. parti. 5. Thom. disp. 240. cap. 4. in principi. De Diaconatu verò, quamvis Bellarminus *Controv. 3. de Sacram. Ord. cap. 6. in princ.* existimet, id non esse de Fide; Quia non potest id evidenter deduci ex verbo Dei scrip-*

to, seu tractato; neque extat ulla Ecclesiæ, de hac re, expressa determinatio; idemque asserant Dominicus Soto in 4. dist. 24. q. 1. art. 4. & Estius ead. dist. §. 8. vers. Ad questionem porro; attem de Tridentini definitione liquidò inferri autumat Vazquez eodem tom. 3. disp. 238. cap. 2. inquis: » Ego tamen valde miror, viros non vulgariter doctos, vult decretam Concilii Tridentini sess. 23. cap. 6. non legisse, aut planè non intellexisse, ubi definitur in hunc modum: Si quis dixerit in Ecclesià Catholica non esse Hierarchiam, Divina ordinatione institutam, qua constat ex Episcopis, & Presbyteris, & Ministris; anathema sit. Ex quo canone expressè liquet, Hierarchiam jure Divino institutam, non solum constare Episcopis, Presbyteris, seu Sacerdotibus, sed etiam Ministris. Per Ministrum autem, ut minimum Diaconum intelligere oportet; cumque de ceteris inferioribus Ordinibus nemo, etiam probabilis conjectura ductus, asserere possit, necanone esse intelligendum, supervenit, ut dicamus, de Diaconis non posse non intelligi."

III. Consultò autem, pergit Vazquez, Concilium eam vocem Ministris adhibuit, ut Diaconos denotaret: de reliquis autem nihil definit, sed scholæ disputationi relinqueret; si quidem quæritio valde admodum difficilis & complexa est, an reliqui Ordines, Diaconatu inferiores, verum sint Sacramentum. Omnes veram Sacramenti rationem participare assent S. Thomas in 4. dist. 24. quest. 2. art. 1. questione. 5. & in supplement. 3. part. 4. §. 37. art. 2. S. Bonaventura in 4. dist. 2. art. 3. quest. 4. Franciscus Victoria in *Summ. de Sacram. quest. 2. 6.* Petrus Soto de *Instit. Sacerdotum lect. 4. circa medium.* Silvester in

*Summ. verb. Ordo, 1. quest. 1. in fin. & quest. 2. in principi.* Melchior Canus de *Loc. Theol. lib. 3. cap. 4.* Bellarminus cit. lib. 1. de *Sacram. Ord. cap. 7. & 8.* quorum sententiam, & commutiorum & probabiliorum vocant Gregorius de Valentia tom. 4. dist. 9. quest. 1. punct. 4. §. Tertia opinio, Hallier de *sanctis Elect. & Ordinat. part. 2. sess. 2. c. 1. art. 2. §. 6. & 7.* Cabassutius in *theor. & pract. Jur. Canon. lib. 3. cap. 16. num. 7.* Auctoris Theologicæ moralis ad usum Seminarii Petrolegensis tom. 4. lib. 1. tract. 3. cap. 2. quest. 4. & 5. Estius in 4. dist. 24. §. 8. vers. Alitè dicitur, qui etiam paulò inferius videtur. Ad questionem porro, sibi videti addit, in hanc sententiam propendere Concilium Florentinum, ac Tridentinum. Nec præterea definire aliquot Juris Canonici Periti, quos refert Vazquez disp. 237. cap. 1. qui etiam primæ Clericali Tonsuræ veram Sacramenti rationem adscripserunt.

IV. Censent alii ex Ordinibus, infra Diaconatum, solum Subdiaconatum pertinere ad Sacramentum Ordinis; ceteros verò, quamvis certum Ministrorum ordinem in Ecclesià constituent, ad Sacramenti tamen dignitatem non assurgere, optantur. Ita sentit Michael Medina lib. 1. de *Constitutione, cap. 46.* Vazquez cit. disp. 237. c. 2. & disp. 238. per tot. & Navarrus *man. cap. 22. num. 18. vers.* Quare probabilis videtur; in quorum sententiam videtur nonnulli inclinare Cardinalis Bona *Rever. liturgic. lib. 1. cap. 25. ubi num. 16. de Subdiaconico* habitat, an fuerit à Christo Domino instituti; 2. Secundus Ministrorum locus Subdiaconorum est, quorum licet expressa mentio in sacris litteris non reperitur, eorum rationem institutio vel ad Christum, et ad precentos Scholasticos existimant, vel



erat Apostolos referenda est? ceteros vero inferiores Ordines recentiora esse instituti, non obscure affirmat, iniquis *seq. num. 17.* „Tertia classis Ministrum Clericos minorum Ordinum complectitur, Acolythos, scilicet, Exorcistas, Lectores, & Ostiarios, quos antiquissimos esse, & ab Apostolis, vel ab immediatis eorum Successoribus institutos, Doctores scholastici asserunt; sed non probant.“

V. Alii denique omnibus Ordinibus, exceptis Presbyteratu, & Diaconatu, veram Sacramenti rationem, vim, & excellentiam adimunt. Hanc sententiam tenent Scholasticorum princeps Petrus Lombardus *lib. 4. dist. 24.* quem à suis discipulis penes relicto, sectati postea sunt Habertus *in notis ad Pontificale Græcorum p. 48.* Goaricus *in notis ad Euchologium pag. 247.* Morinus de *saer. Ordinatu. exercit. 12. cap. 1. num. 3.* ubi tanta firmitate huic sententiae inheret, ut eandem neminem facile contraire posse arbitretur: „Cum ego examino, & perpendo (ait Morinus) antiquiorum Patrum de Subdiaconatu, & minoribus Ordinibus testimonia, positionem illam, qua asseritur, & Subdiaconatum, & quatuor minores Ordines non esse Sacramenta, iudico tam esse certam, & evidentem, ut qui eam consideraverit, ire contra vix possit.“ Morino consentiunt Juvenis de *Sacram. dist. 9. quest. 6. cap. 1.* Tourmoly de *Sacram. Ord. quest. 6. art. 4. & art. 5.* alique plurimi recentiores, Boucat *in Theologia Patrum tom. 5. dist. 6. de Ordinis institutione art. 8.* ubi late ostendere conatur, opinionem hanc esse valde probabilem, Vultasse *in tract. de Sacram. Ordinis part. 2. quest. 4. art. 2.* Habertus *in Theologia dogmatica & mo-*

*rali tom. 7. de Ordine part. 1. cap. 6. per tot. Herminier in tract. de Sacramentis tom. 3. cap. 3. concl. 3. & 4.*

VI. Ideo autem Doctores in tot diversas scissi sunt opiniones, quia obscura & incerta est Ordinum, infra Diaconatum, origo, à qua unice pendet questionis decisio; etenim, si ea referenda sit ad Christi Domini institutionem, nemo audebit illis detrahere Sacramenti dignitatem, cuius cetera habere requisita, facile demonstrabunt; si vero adinventi & constituti sint ab Ecclesia, non poterant sane veram participare rationem Sacramenti, ad quod de novo institutum sola Ecclesie auctoritas non protenditur. Ad hanc originem indagare esse operosum, assequi vero fore impossibile. Fatentur omnes, in sacris literis nullam fieri mentionem de Ordinibus Diaconatu inferioribus; sed non exinde recte inferri, eos non esse à Christo Domino institutos, ajunt Auctores primæ sententiæ; potuit quippe evenire, eorumdem institutionem fuisse à Christo Domino Apostoli ore traditam; atque ita reapse evenisse, hac rationatione plane ostendi opinatur. *Quod antiqua tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper retentum est, nonnulli auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur; firmissima regula est, quam nobis præbet Augustinus lib. 4. contra Donatistas c. 24. n. 31. & 9. Oper. col. 140.* Hanc autem regulam rei nostræ convenire, est manifestum; etenim quin ultimum reperitur Concilium, in quo Instituti fuerint Ordines Diaconatu inferiores, eos nihilominus semper, ab Ecclesia primordiis, in Ecclesia fuisse, semperque constanter retentos, scimus. Equidem, quod speciatim attinet ad Subdiaconatum, expressam illius mentionem faciunt Cyprianus *epist. 57.*

Synodus Elberitana *can. 30. tom. 1. Collectionis Harduini col. 253.* Laodicensis *can. 21. & 22. ibid. col. 785.* Athanasius *epist. ad Salutaris, & Synodus Cathaginensis IV. anni 398. cap. 5. tom. 1. Collectionis Harduini col. 979.* Quod vero ad alios pertinet minores Ordines, item Cyprianus *in ead. epistola*, præter Hypodiaconum, nominat Acolythum, cuius pariter meminit Augustinus *epist. 194. alias 104. quæ se, per Abinum Acolythum, Syxto misse significat.* Cyprianus *ibidem epist. 33.* affirmat, Aurelium Confessorem fuisse à se in Lectorem ordinatum; & Confessores ad eundem Cyprianum scribentes *epist. 17.* & Lectorem, & Exorcistam commemorant; Præsertim (inquirunt) de Clero, & Exorcista, & Lectore. Lectoris quoque fit mentio in Concilio Sardicensi *an. 347. can. 13. tom. 1. Collectionis Harduini col. 645.* & Chalcedonensi *can. 13. tom. 2. ejusdem Collectionis col. 607.* Narrant præterea Theodoretus *lib. 3. cap. 2. Socrates lib. 3. cap. 1. Julianum, ante apostasiam fuisse Lectorem in Ecclesia, & post apostasiam fuisse, ut ad instar Ecclesie Catholicæ, in templis Gentilium essent Lectores. Sed quod magis est Cornelius Pæpa epistola ad Fabium, Episcopum Antiocheum, circa annum 251. exarata, Romanum Clerum enumerans, omnes nominatim & maiores & minores Ordines recenset, Romæ adesse, draginta sex, Diaconos septem, Subdiaconos septem; Acolythos duos, & quadraginta, Exorcistas autem, & Lectores, cum Ostiariis, quingenta duos.“ Et citata Synodus Cathaginensis *IV. can. 5. 6. 7. 8. & 9.* non solum singulos prædictos Ordines nominat, sed no-*

num designat, quo eorum quilibet ab Episcopo conferretur. Porro recentiores hujus sententiæ patrum missa faciunt antiquiora testimonia, quæ ad eandem roborandam assertionem olim proferebantur ex Canone Apostolorum *69.* ex Constitutionibus Apostolicis *lib. 3. cap. 11.* ex epistola Ignatii ad Antiochenos, ex Dionysio *cap. 3. Eccles. Hierarchy.* atque ex Synodo Romana sub Sylvastro, in quibus iidem Ordines singillatim pariter enumerantur; quia sciunt, ab hodiernis Criticis rejici, & suspectis haberi; neque huic dubis monumentis se indigere autumat, cum ex aliis, certò genuinis, satis luculenter demonstratum credant, omnes Ordines ab Apostolis ad nos pervenisse. „Si enim (concludit Melchior Canus *ele. lib. 3. cap. 4. ubi regulam ab Augustino acceptam rei, quam veram, nus, applicat*) consuetudinis conservate, originem, & principium, nec ad summos Pontifices, nec ad Concilia Episcoporum referre possumus; sed ex consuetudo ad Apostolorum usque tempora retrahitur; concludit plane, illam ab Apostolis esse profectam.“

VII. Verum plura ad hæc respondent Auctores contrarii. Atque in primis, esto (inquirunt) omnium Ordinum origo ad Apostolos referatur, atamen non inde concluditur, eos esse à Christo Domino, omnium Sacramentorum novæ Legis primo, & unico Auctore, institutos; ut enim ibidem faceret idem civitas Melchior Canus, ipsimet Apostoli peragere ad Ecclesie militante constituit, potestate quidem à Christo Domino accepta, sed quæ sibi non fuerat ab eodem Christo immediate tradita, quæque propterea obnoxia fuere multo-

nibus, quibus certe non potuerunt subesse precepta à Christo data, multoque minis Sacramenta ab eodem instituta. Hujus autem secundum generis esse Ordines Diaconatu inferiores, etiam à Apostolis suam debent institutionem, vel ex hoc evidenter constat, quod nec tempore, nec ubique fidem, atque eodem numero sunt habiti. Etiam Ecclesiis Græcis, quidquid sit, an proxima ab Apostolis ætate omnes habuerint minores Ordines, quod negat quidam Moënius exercit. 14. cap. 1. sed affirmat Schelestratus in Concil. Antiocheno. dist. 4. cap. 17. Et pluribus probat Haller de sacr. Elect. & Ordin. part. 2. sect. 1. cap. 1. art. 1. §. 4. num. 27. nunc certe alios Ordines infra Diaconatum non admittit, nisi Subdiaconatum, & Lectoratum, cæteros vero in suis Euchologis, à mille, & amplius annis, nunquam recessit similem mutationem factam deprecant in Ecclesia Latina, in qua ultra quatuor minores Ordines, quos retinemus, quorundam numeratiorum etiam Ordo Cantorum, seu Psalmistarum, de quo sit expressa mentio in Concilio Carthaginiensi III. anni 397. can. 21. tom. 1. Collectionis Harduin. col. 957. Ut Clericum alienum nisi concordante epi-  
scopo, nono audeat vel restituere, vel promovere in Ecclesia sibi credita. Clericum autem nomen etiam Lectores, & Psalmistas, & Cantoribus retinet; & in citato Concilio Carthaginiensi IV. can. 10 ubi specialis ritus prescribitur ordinandi Psalmistam, seu Cantorem; & in ipsi discreti Isidorus Hispanensis etymol. lib. 7. cap. 12. relat. in Can. Cleros, dist. 11. inter Lectores. Ministrum proprium & distinctum locum assignat Psalmistis. Generaliter Clerici nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus, & nomina

unt hæc: Ostiarius, Psalmista, Lecturor, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter, Episcopus. Præter Cantores, fuisse etiam decantant alios minores Ordines, postea obliteratos, præcipue Postulariorum, qui etiam Laborantes, & Copiæ sunt appellati; Custodum Martyrum, & Notariorum. De Fossariis, quorum officium erit operam impendere in repellendis Fidelium corporibus, meminit Hieronymus, seu quicumque sit Autor tractatus de septem Ecclesiis gradibus, ad Rusticum Narbonensem, admodum Clericis annumerantur in Codice Theodosiano leg. 15. tit. de Episcopis lib. 16. Custodibus Martyrum, in dicitur, quod ipsis concederetur custodia Ecclesiarum, ubi sepulta erant Martyrum corpora, peculiarem in Ecclesia gradum attribuit Synodus, quæ dicitur Romana sub Sylvestro Papa, ubi de his, qui in Ecclesia militare ac proficere desiderant, decrevit, ut in pluribus gradibus, aliquo temporum intervallo, moventur, ac quinque annis Custodes Martyrum existant, antequam ad Diaconatum, vel Presbyteratus Ordinem ascendant; quamvis enim hæc Synodus spuria habeatur, exhibet tamen disciplinam sexti sæculi, quo creditur confecta. Notarios denique, qui curam habebant instrumentorum, & tabularum Ecclesiæ, peculiarem constituit Clericorum Ordinem, colligitur ex Ennodio Ticinensi in Vita Antonii Monachii Licinensis, quem refert à Constantino Antistite, inter Ecclesiasticos Exceptores, seu Notarios, cælestem militiam suam ordini; atque ex libro Pontificali in Hadriano I. quem Notarium Regionarium, postea Subdiaconum, demum Diaconum locum, ad Pontificatum ascendisse, narrat.

VIII. Sed ut quod sentimus, aper-

te dicimus, nunquam Ecclesiam Latinam alios Ordines agnovisse credimus, præter eos, quos singulatim recensuit Cornelius Papa. Quia verò Clericis, aliquo ex his Ordinibus instituta, diversa committebantur officia, ex istorum diversitate diversam pariter sortiebantur nomenclaturam, puta Cantoris, Fossarii, Custodis Martyrum &c. quod bene ponderavit Bellarminus de Clerico lib. 1. cap. 11. & fute probat Halber de sacr. Elect. & Ordin. part. 2. sect. 1. c. 1. art. 1. §. 4. Et profecto, quod Cantores, de quibus videretur esse specialis difficultas, merum haberent officium sine vero Ordine à cæteris distincto, eruitur ex ipsomet Concilio Carthaginiensi IV. cap. 10. tom. 1. Collectionis Harduin. col. 979. in contrarium allegato; ibi enim omnium Ordinum collatio ab Episcopo dicitur facienda; Cantoris autem munus sola Presbyteri jurisdictione suscipi, atque exerceri permittitur. Psalmista, id est Cantor, præter absque scientia Episcopi, sola jurisdictione Presbyteri officium suscipere cantand. Cæterum, si ex diversis Officiis, quibus Clerici adhibebantur, & diversa, quam inde assequabantur, nominis appellatione, Ecclesiasticorum Ordinum diversitas inferretur; nimiam ingens sanè fuisset, apud majores nostros, minorum Ordinum numerus. Item in Ecclesiasticis tabulis recensentur Catechista, veluti specialis gradum in Ecclesia obtinentes; & tamen dicitur à Cypriano epist. 24. ad hoc munus obviandum, aliquem inferioris Ordinis Clericum seligi consuevisse, quo idcirco ad novi Ordinis gradum promoveretur; Optatum (ait Cyprianus) inter Lectores doctorem audientium constituimus. In l. 42. & 43. tit. 2. cit. lib. 16. Cod. Theodosiani, commemorantur

Parabolani, hoc est, ut in ead. l. 43. explicatur, homines ad curanda delibellum ægra corpora deputati, quos ad Clericorum cœtu fuisse, ibidem adnotavit Gothofredus, testatorque Baronius ad annum 416. quin tamen, eodem Baronio observante nostrum, & peculiarem Clericorum Ordinem constituerent. Erant pariter Defensores pauperum, & Defensores Ecclesiarum. De illis sermo est in Concilio Carthaginiensi V. anni 401. cap. 9. tom. 1. Collectionis Harduin. col. 988. De istis mentio fit in Concilio Chalcedonensi can. 43. Utroque vero quamvis Petavius in notis ad Epiphanium hæret. 62. n. 10. inter laicos collisset, attamen Morinus exercit. 16. cap. 6. n. 16. ex Ecclesiasticis monumentis convincit asserit, ea munera nonnulli Clericis concessisse committi. E Clericorum insuper numero eligebantur Ecclesiarum Economi, de quibus in Concilio Ephesino ast. 1. & in Concilio Chalcedonensi can. 2. & can. 26. l. 2. Collectionis Harduin. col. 691. & 694. Ex eodem designabantur Apostoliarum, de quibus Liberatus Breviar. cap. 12. Evagrius lib. 4. cap. 33. & Justinianus Imp. Novell. 6. cap. 2. quorum id erat officium, ut inquam Procuratores, omnes causas Ecclesiasticas, ad eos, à quibus mandatum acceperant, attinentes, in aula Imperatoris agerent. Atque, ut alios hujus generis multos præteterimus, Epiphanius exposit. Fid. n. 21. Ecclesiæ Ministris accenset Hermenias, seu Interpretes, quorum munus erat, ex una in aliam linguam transferre tam lectiones Scripturarum, quam conclusiones ab Episcopis ad populum habitas. Eiusmodi verò munus fuisse speciale, atque ab aliis distinctum, liquet ex Actis Passionis Procopii Martyris,



Valesio publicatis in notis ad Eusebium de Martyr. Palestina. cap. 1. hæc de Picoio narrantibus: Ecclesia tria ministeria præbuit. Alterum in Syrii interpretatione sermonis; & tertium adversus demones, manuum impositione. Nisi igitur dicamus, omnia, quæ retulimus, & quamplurima similia, quæ relecti possent, nomina fuisse officiorum, non Ordinum, admittente cogemur in antiqua Ecclesia Ordines seise innumeris; quod nemo facile credit. Quamobrem, quod ex Morino retulimus argumentum, suas quidem vires habet, quæ parte pervertita innuit consuetudine Ecclesie Græcæ, tres minores Ordines jamdiu respuentis; sed inefficax est quantum ad variationem, quam factam asserit in Ecclesia Latina, quoad eorundem numerum. Majoris ponderis sunt alia, quæ ab eodem Morino, eique adscriptulibus Theologis proferuntur, ad ius in sustentandam opinionem.

IX. Verum Sacramentum, ajunt, gratiam producit ex opere operato; eaque gratia per aliquod signum sensibile significatur; at in collatione quinque Ordinum interiorum, nihil fit, quod gratiæ productionem arguat; non enim conferuntur per manus impositionem, sicuti tres Ordines suppremi; quæ gratiam significat, & causat, docet S. Thomas in 4. dist. 13. quæst. 1. art. 1. & 7. part. quæst. 84. art. 4. nec Episcopus eos conferens dicit: Accipe Spiritum Sanctum; ad his æquivalentia verba pronuntiat. Neque in hoc alium intercedit, ut unquam interesset discrimen inter Subdiaconatum, alioque inferiores Ordines; nam laudatum Concilium Carthaginense IV. postquam can. 2. 3. & 4. dixerat, Episcopum, Presbyterum, & Diaconum ordinari per

manuum impositionem, can. 5. expressè statuit: Subdiaconus cum ordinatur, quia manus in impositionem non accipit, Patenam de Episcopi manu accipit vacuam, & Calicem vacuum. Sacramentarium patris S. Gregorii, vetus Ordo Romanus, & hocierum Pontificale Romanum, Subdiacono denegant manus impositionem; quinimo idem Subdiaconatus olim in Ecclesia Latina accensebatur minoribus Ordinibus, in quorum classem etiamnum à Græcis rejicitur; tum vero primum apud nos coepit sacris annumerari, cum Urbanus II. in Concilio Beneventano anni 1091. can. 1. ton. 6. part. 2. Collectionis Harduical. 1696. permisit, ut interdum, sed rarissimi, opo similitate exigente, & non sine Romani Pontificis, vel Met. op. licentiâ, Subdiaconus eligi posset in Episcopum, quem ex solo actu eorum, qui sunt in sacris constituti, assumendum, veteres Canones sanciverant; quod testatur Innocentius III. in cap. A multis, de stat. & quali. & ordin. proficiendorum: Cum hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computetur, sicut Urbanus Papa II. sub his ve. his expressit... Qui in sacris Ordinibus, Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi; imò obervat Thomassinus de vet. & nov. eccles. discipl. part. 1. lib. 2. cap. 33. non ab Urbano II. sed ab ipso Innocentio III. fuisse Subdiaconatum in sacros, & majores Ordines relaxatum, cum scilicet ipse in citata Decretali stant; ut abque ulla dispensatione Subdiaconum in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconum, vel Sacerdotem; hæc vero sanctionem adscribit Urbano II. quia si illi præluserat, ejusque jecerat fundamenta, permittens ea venia, & indulgentia fieri, quod ne ex venia quidem antea fiebat, & postmodum

Innocentius liberè fieri permisit. Sed sive Innocentius, sive Urbanus Subdiaconatum à minorum in majorum Ordinum classem everexit, sat est, eum quondam locum habuisse inter minores Ordines, ut in re, de qua agimus, ulla inter eundem, & minores Ordines ponenda sit difficultas.

X. Sed quid aliunde argumenta quærimus (pergit Morinus) ad probandum, Subdiaconatum, eoque inferiores Ordines, non pertinere ad Hierarchiam Divina ordinatione institutam, cum id clare, & expressè asseruerit idem Urbanus II. in cit. can. 1. hisce verbis: Nullus deinceps in Episcopum eligatur, nisi qui in sacris Ordinibus religiose vivens inventus est. Sacros autem Ordines dicimus Diaconatum, ac Presbyteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur Ecclesia habuisse; super his solum præceptum habemus Apostoli &c. Urbano concilio Gratianus, qui medio sæculo XII. summa compilavit Decretum, scribens initio dist. 23. Levitas ab Apostolis ordinatos legitimus... Subdiaconos, & Acolythos, procedente tempore, Ecclesia sibi constituit. Antè Gratianum, & Urbanum II. sæculi IX. initio id ipsam aperte tradidit Amalarius lib. 2. de Divinis Officiis cap. 6. iniquis: Primum notandum est, eos Ordines, qui potissimum necessarii sunt in Ecclesia. Apostolum Paulum denominasse, & eorum mores depinxisse, sine quibus non potest ritè immolato Altaris celebrari, scilicet sine Sacerdote, & Diacono... Ceteri Ordines his adjecti sunt. Crescente Ecclesia, crevit Officium Ecclesiasticum, ut multitudini Ecclesie subveniri posset adficiuntur inferiores in adiutorio Presbyterorum. Unde Ambrosius in tractatu epistolæ ad Timotheum: Illud Tom. I.

verè dicitis nostris adjecti dignum est, quantum non convenit demerari, si neque Subdiaconorum, neque Lectorum numerum Apostolus fecisse videtur; illi enim gradibus sinebantur, qui in Ecclesia necessarii habentur, uti postea magis sunt adjecti propter utilitatem ministerii.

XI. Item affirmavit Magister sententiarum cit. lib. 4. dist. 2. Canonice dicitur tantum sacros Ordines appellari censent, Diaconatus scilicet, & Presbyteratus, quia hos solos primitiva Ecclesia legitur habuisse... Subdiaconos verbò, & Acolythos, procedente tempore, Ecclesia sibi constituit. Et quod magis est, S. Thomas, qui alibi in locis singulis Ordinibus veri Sacramenti, à Christo Domino instituti, excellentiam asserit, in cap. 3. epist. 1. ad Timoth. lect. 2. Magisterium sequitur, ait: In primitiva Ecclesia solum erant tres Ordines... Episcoporum, Presbyterorum, & Ministrorum; & non dividebantur per diversos gradus; sed omnia erant in uno Ordine propter puritatem Ministrorum, & propter novitatem Ecclesie; ex quo colligitur, dubium saltem fuisse hæc in re Angelici Præceptoris mentem.

XII. Dubii pariter & nos hæremus, nec ullam in hac difficultissima controversia sententiam ferimus; ideo utramque rationem attingimus, quæ in utraque parte adlocuntur, & paulo prolixius illas expolimus, quæ potestatis faverent opinioni, ut videntur Episcopi, non posse indobitanti scilicet illigari damnari, qui cum conscientia peccati lethalis Ordines Diaconum inferiores suscipere non reformidant. Durum quippe videtur (ad rem inquit Navarri cit. cap. 22. num. n. 18. loquens de Ordinibus minoribus) damnare omnes, qui accipiunt eos, non præmissa Confessione, vel saltem con-

tritione sufficienti, quorum infinitus videtur esse numerus; quod tamen necesse est fieri, si essent Sacramenta vera, gratiam conferentia ex opere operato. Loquitur vero Navarrus in e-vento, quo conferantur extra Missarum solennia, nec subinde debeant ille iofitiam Sacramentum Eucharistiam percipere; quod tamen regulariter fieri non solet, nec fortasse sine rationabili causa, licet, ut paulo inferius dicitur. Quocirca Episcopus in sua Synodali Instructione, seu Edicto, tuto poterit praedictos temerarios, & perveracos homines, hoc nomine, & sacrilegos declarare, quod peccati rido contumitiam, non veniant immaculati Christi carnis vesci; & solam cavere debet ab alia addenda sacrilegii causa, quod scilicet ad Sacramentum Ordinis accedere praesumant; ne tali pacto sui controversiam ignorare, aut illam videatur decidere.

## CAPUT X.

Quod nihil in Synodo sit decernendum de trium hierarchicorum ordinum materia, & forma, immutator exemplo de sumpto ex quadam questione Congregationis Concilii proposita.

Si Episcopus velit in sua Synodo oscillatiter disserere de singulis Ordinibus, quod à plerisque, ad ordinandum instructionem praesentem factitiam comperitur, diligenter curet, ut omnia admissum his respondentem, quae de istem Ordinibus à Catechismo Romano traduntur; atque omnino declinet quaestiones in scholis agitas, mixtas circa materiam, & formam trium hierarchicorum Ordinum; ne secus in ea se con-jiciat difficultatum dumtaxat, à quibus

## DE SYNODO DIOECESANA.

vix possit explari. Quod ne perperam à nobis mentum videatur, ad rem facientem quaestionem subnectimus, de qua, priusquam huic Operi exitum in mentem adinvererimus, fuit in sacra Congregatione Concilii discutendum. Quidam Sacerdotio iudicandus, etsi omnes cometas ma-purum impositiones ab Episcopo accepisset, ad Episcopum tamen, solita Patene cum hostia, & Calicis, cum vino instrumenta porrigentem, ad alia tunc temporis distra-ctus, non accessit. Re postea detecta, quid facto opus esse, dubitatum, atque à sacra Congregatione petiturum est. Difficultatis decisio ab illa pen-debat gravissima controversia, inter Theologos agitata, circa materiam, & formam Ordinis Presbyteratus.

II. Antiquiores Scholastici, quos Sotus in 4. dist. 24. quest. 1. art. 3. & teste Geneto in *chryso. disp. 2. art. 3.* plerique alii Thomistae teo-tantur, aliam non agnoverunt Ordinationis materiam, quam porrectio-nem instrumentorum, neque aliam formam, quam verba huic porrectio-ni adjuncta. Eorum praecipuum fun-damentum situm est in Decreto ab Eugenio IV. edito in Concilio Flo-rentino ad Armenorum Instructionem, ubi cum singulorum Ordinum materiam, & formam singularim Eugeni-us recenset, solam porrectio-nem instrumentorum, & quae cum comi-tantur verba, commemorat; inquit enim *tom. 9. Collectionis Hardulni col. 440.* „Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, pec-cujus traditionem confertur Ordo; sicut Presbyteratus traditur per Ca-licem cum vino, & Patene cum pa-ne porrectionem; Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem; „Subdiaconatus vero per Calicem va-

## LIBER VIII. CAPUT X.

„eni cum Patena vacua superposita, „traditionem; & similiter de aliis, „per rerum, ad ministeria sua peri-pentium, assignationem. Forma „Sacerdotis talis est: Accipe potes-tatem offerendi Sacrificium in Ecclesia „pro vivis, & mortuis, in nomine „Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; „& sic de aliorum Ordinum formis, „sprout in Pontificali Romano late „contempitur.“ Cujus quidem Decreti auctoritate suffulsi praefati Auctores, adeo tenaciter suae opinioni adhaeserunt, ut interrogati, cujusnam instrumenti traditione, Evangelicae praedicationis iustitia, ab Apostolis ordinarentur Diaconi, cum nondum Evangeliorum liber esset conscriptus, sine hesitatione responderunt, eius loco porrectam fuisse ordinando char-tam, in qua Fidei nostrae mysteria erant conscripta; quam sane ridiculam, & plane absurdam responcionem ex-plodit Isambertus de *Sacram. Ordinis disp. 3. art. 6.*

III. Alii cum ex una parte praedictum Eugenii Decretum, pro oculis habuerint, atque ex alia animadvertunt, in sacris literis, ubiquequo de sacra Ordinatione fit mentio, non aliter eam explari, quam per manuum impositionem; Act. enim 6. cum de constituendis Diaconis Apostoli deliberasset, eorumque electio-nem Discipulorum multitudini permississent, septem ab his designati, o-rantibus, imposuerunt manus; & cap. 13. de Ordinatione Pauli, & Barnabe dicitur: Tunc j manus, & oran-tes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos; Paulus inidem 1. ad *Thimoth. 4.* scribit: Noli negligere gratiam, quae dicitur tibi, cum impositione manuum Presbyteri; & epist. 4. ad *rum. c. 1.* Admonete, ut re-suscitetis gratiam Dei, quae est in te, per impositionem manuum mearum; ut

haec testimoniis cum praedicto Decreto simul conciliarent, docuerunt, tam porrectionem instrumentorum, quam manuum impositionem, esse Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus adequatam materiam; fornam vero esse verba, quae in utraque actione ab Ordinate profertur. Ex istius autem mox referendis manuum impositionibus, quae adhibentur in Ordinatione Presbyteri, tertium dumtaxat, quae fit sub hac formula: *Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, &c.* ad Sacramenti essentiam pertinere, isti Auctores autumant. Ita Bellarminus de *Sacram. Ord. lib. unic. cap. 9. Maldonatus tract. de Sacram. Ordinis g. 3. part. 2. prop. 1. & 4.* ubi hanc assertionem quoad manuum impositionem esse de Fide, quoad porrectionem instrumentorum proxime ad Fidem accedere, ait Vazquez in 3. part. disp. 359. cap. 2. 3. & 4. Haller de *causis Elect. & Ordin. part. 2. sect. 2. cap. 2. art. 1. & 10.* & seq. Estius in 4. dist. 24. g. 24. Isambertus *cit. loc. Picque de Sacram. Ordinis quest. 9.* Vanroy *cod. tract. c. 3. quest. 1.* Simonet. *tract. 17. de Ordin. disp. 3. art. 1.* alii-que innumer.

II. Alii demum existimant, triam Ordinum hierarchicorum, Episcopatus videlicet, Presbyteratus, & Diaconatus, adequatam materiam, & fornam solam esse manuum impositionem, cum ei respondentibus verbis; porrectionem autem instrumentorum solum censent mere accessorium, & inter-grantem; ab Ecclesia adjunctum ad imporem dumtaxat significationem, & expressionem collatae potestatis. Quoniam vero in Ordinatione Presbyteri ter Episcopus manus imponit ordi-nando; primo, absolute libentis, una cum sibi assistantibus Presbyteris, nihil dicens; secundo, immediate



post primam, advocans in electum gratiam, & dona Spiritus Sancti; tertio, post Communionem, proferens illa verba: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* non primam, neque tertiam, sed tantum secundam, cum adjunctis precibus, totam Sacramenti essentiam perficere, hujus sententia patroni contentant. Non immerito tamen advertit mox citandus Martene, secundam manuum impositionem non differre à prima, sed esse illius continuationem; quod reverà utramque inspicenti est manifestum. Ultra porro idam concedunt, ceteros Ordines, Diaconatu inferioris, per solam instrumentorum traditionem conferri; quoniam, ut ipse opinantur, non sunt à Christo Domino instituti, sed ab Ecclesia adinventi, ac proinde, cum non participant veram rationem Sacramenti, neque conferant gratiam ex opere operato; poterunt quocumque alio modo ad Ecclesiae placitum institui, & conferri. Hanc sententiam propagant Hugo Menardus in *notis ad lib. Sacramentorum. S. Gregorii, Joannes Marcellus de Sacram. Ordin. part. 3. exercit. 7. cap. 1.* Martinus Beccanus de *Sacram. Ordin. cap. 26. quest. 4. conclus. 3.* Goussin in *not. ad Eucharologium Græcorum pars. 226. num. 11.* Arcadius Concord. *lib. 6. cap. 7.* quibus in locis hi duo posteriores Doctores, non de sola Ecclesia Græca, sed etiam de Latina expressè loquuntur, Juvenis de *Sacram. dist. 9. quest. 3. cap. 2. & quest. 4. cap. 1. & 2.* Van Espen *Jur. Eccles. univers. part. 2. tit. 9. cap. 1. n. o. & seq.* Martene de *antiq. Eccl. ritib. lib. 1. cap. 8. art. 9. num. 11. 16. & 18.* & Tournely de *Sacram. Ordin. q. 3. conclus. 1. & 2.* alique recentiores, quibus licet præterulerit S. Bonaventura in *4. dist. 24. part. 2. art. 1. q. 4.*

& Petrus Soto *lib. de Instit. Sacerd. lect. 5.* quorum primum hanc sententiam expressè docuisse, alterum vero maxime in eam inclinasse, facietur Vazquez *cit. disp. 279. c. 2. n. 5.*

V. Duo autem sunt argumenta, quibus hanc assertionem nedum probari, sed evidentè demonstrari putat Morinus. Primum ex eo demittitur, quod per annos ad minimum nonagentos, Ordines hierarchici in universa Ecclesia collati fuerint per solam manuum impositionem, absque ullius instrumenti traditione, quod etiam Doctores contrarie sententiæ, cum Bellarmino, & Hallier *cit. loc. coguntur admittere*; nulla quippe traditionis instrumentorum occurrit mentio in antiquis Ritualibus, & Sacramentariis, à Menardo, Morino, & Martene diligenter perquisitis, & prolatis; quinimo in supra citato Concilio Carthaginiensi IV. anni 508. cui Episcopi 214. inter quos Augustinus, interfuere, per hoc Subdiaconatus à hierarchici Ordinalibus distinguitur, quod iste manuum impositione, ille vero instrumentorum porrectione conferretur, sicuti animadvertimus; eandemque differentiam fieri legitur in antiquo Sacramentario Romano, edito à Cardinali Thomasio pag. 229. Nullam etiam instrumentorum traditionem commemorant Amalarius Foranatus, Rabbanus Maurus, & Walafidus Strabo, et de ritibus conferendi sacros Ordines scripsit, atque ex professo agunt. Alium similiter apud eosdem Scriptores, atque in vetustissimis libris Ritualibus est silentium de tertis impositione manuum, tunc fieri solita in Ordinatione Presbyteri, cum illis verbis: *Accipe Spiritum Sanctum, &c.* cujus nullum inveniri monumentum alio antiquius, quod extat in Vita Lietberii Episcopi Cameracensis, qui vixit seculo

lo X. testatur Martene *cit. art. 9. n. 12.* unde insert idem Martene, hunc ritum, saltem quoad totam Ecclesiam Latinam, esse adhuc recentiorum altero porrigendi instrumenta, quem ceterorum non ante annos 700. aut ad summum 800. in Ecclesiam Latinam inventum, ex iisdem Ritualibus planè constat. Quare, inquit laudati Doctores, ne alterum ex his dicamus, nimirum, aut mutatum fuisse Sacramentorum substantiam, quod erroneum, aut antiquam Ecclesiam ovaruisse vero Sacerdotio, & legitimis Ministris, quod aperit hæreticum foret; necessariò dicendum est etiam nunc Ordines hierarchicos sola manuum impositione, & quidem distinctè ab illis tertiis, quæ est recentioris ævi, conferri.

VI. Porro, non aliad Ecclesiam sibi voluisse, credendum est, cum prædicta additamenta sacre Ordinationi fieri præcepit (pergunt idem Doctores) quam magis diversè explicare potestatem, quæ secunda manuum impositione est abundè ordinato collata; quemadmodum, priusquam Scholasticorum opinio omnium mente altius insederet, fassi sunt Hago à Sancto Victore *lib. 2. de Sacram. Fidei, part. 3. cap. 12.* inquit: *Accipimus Calicem cum vino, & Patenam cum hostiis de manu Episcopi, quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscent, placubiles Deo hostias offerendi*; ac ridentem fere verbis Petrus Lombardus *lib. 4. dist. 24.* *Accipimus etiam Calicem cum hostiis, ut per hoc sciatur, se accepisse potestatem, placubiles Deo hostias offerenti*; quibus consentit antiquæ Colthæzæ, ubi legitur: *Accipiat Patenam cum oblatis, & Calicem cum vino, & ponat simul in manibus ordinati cujuslibet per se; etenim, cum*

*dicat ordinandi, & non ordinandi, aperit denotat, ante instrumenti traditionem absolutum, & perfectam jam esse Ordinationem.*

VII. Alterum, nec minus validum argumentum hujus sententiæ intrudenda, suppeditat Ecclesia Græca, quæ in sacris Ordinationibus perficiendis aliam non adhibuit, neque adhibet materiam, præter manuum impositionem; uti legere est in Græcorum Eucharologio, & testatur Arcudius *cit. lib. 6. c. 2.* quin tamen Ecclesia Romana ejusmodi Græcorum Ordinationes unquam irritas habuit, aut ullo pacto inprobaverit; imò de illarum validitate non solum nihil dubitarum fuit in Coacilis Lugdunensi, & Florentino, quibus Græci cum Latinis adfuerunt, sed nihil præterea dubitavit Clemens VIII. qui Russorum Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ad Catholicam unitatem admisit cum Ordinibus, quibus, secundum ritum Græcorum, insigniti fuerant in suo schismate; uti late prærequantur Natalis Alexander in *Theolog. dogmat. & moral. lib. 2. de Sacram. Ordin. art. 7. §. 2.* Morinus de *Sacram. Ordin. part. 3. exercit. 7. c. 1. num. 8.* Cabanus in *Notis. Eccles. sæculi IV. in append. ad can. Concilii IV. Carthaginiensis num. 4. & 5.* Tournely in *Prælection. theolog. de Sacram. Ordin. Cardinalis de Lugo de Sacram. dist. 2. sect. 3. n. 87.* Cardinalis Albitius de *Innocent. in Fide cap. 30. sub n. 374. §. divers. autem ritus. Vercell. coll. de Apostol. Mission. tit. 11. quest. 168. sect. 3. n. 12.*

VIII. Hoc autem eodem argumento, & Græcorum more petito, Auctores quorum sententiam in præsentia exponimus, anteverunt fundamentum contrarie opinionis, Eugenii Decreto subnixum; quia etiam ratione, inquit, potuisset Eugenius IV. definire, in-

instrumentorum porrectione, eique respondentibus verbis, consistere essentiam sacre Ordinationis, postquam in eodem Concilio ad communionem admitteret Episcopos, Sacerdotes, & Diaconos Græcos, sola manuum impositione ordinatos? Necessè est igitur fieri, Ingenium loquutum de materia, & forma integrantem, & accessoria, quam optavit ab Armenis super illi manuum impositionem, famulū ab illis adhibitis, ut Ecclesie Latine moribus se prout accommodarent, ac rituum uniformitate similibus eidem adhererent; quod bene ponderat Menardus, Becanus, & Morinus. Neque hanc explicationem respicere possunt Auctores contrarii, siquidem in eo Decreto nulla sit intentio tertie impositionis manuum, quam nihilominus ad Ordinationis Presbyteri essentiam pertinere, iidem affirmant; atque idcirco fieri coguntur, non fuisse mentem Pontificis, ibidem explicare, que Ordinationis substantiam perficiunt.

IX. Ut hæc argumenta, quibus profectò nimum se premi sentiant, declinent, varia prædicti Doctores renarantur effugia. Dicunt plerique; eilam nunc in Ecclesia Latina Ordines hierarchicos sola coacti manuum impositione, quia Episcopus suis manibus instrumenta exhibet ordinando. At in primis, si porrectione instrumentorum vera esset manuum impositio, etiam inferiores Ordines dicerentur conferri per manuum impositionem, contra id, quod à Concilio Constantiensi IV. auctoritas; per manus etiam impositionem perficerentur B. primus, & Extrema Unctio, quia Ministrī manibus baptizandi corpus abluunt, & sancto Oleo perungitur infirmus, quod tamen nemo unquam dixit. Deinde hæc responsione difficultatis nodus non solvitur; nam neque hodie Græci, neque

olim Latini, in conferendis Ordinibus hierarchicis, instrumenta adhibere; ac propterea alia diversa est impositio manuum, in quam cadit præsens controversia.

X. Dicunt alii, reverè olim Latinos, sicuti nunc Græci, ordines hierarchicos sola consillis manuum impositione; & nihilominus hodie in Ecclesia Latina necessarium esse traditionem instrumentorum, quia Christus Dominus non instituit, neque determinavit materiam, & formam Ordinationis in specie infimæ, seu *aliam*, uti ajunt, sed permisit Ecclesie, illis pro suo libito determinare, juri quoque de casu mutare; modo & res, & verba semper surper, que apta sint ad significandum sacre Ordinationis effectum. Ecclesia autem, que solum olim designaverat manuum impositionem, cum verbis eam committentibus, mutatis postea ritum circumstantiis, illa Græcis relicta, aliam materiam adhibendam statuit à Latiniis. Verum hæc doctrina duas gravissimas ostendit difficultates. Primò quippè non satis probatur, quod Christus Dominus prædicam potestatem fecerit Ecclesie; imò oppositum videtur evinci ex Tridentino *sess. 21. cap. 2. ubi declarat, à Christo relictam esse Ecclesie potestatem mutandi, que Sacramentorum dispensationem respiciunt, & alia illorum substantia: mutatio verò materia, & formæ, non ad ritum, & dispensationem, sed ad substantiam pertinet. Deinde, data Ecclesie facultate, de qua est sermo, gratis omnino, & arbitrariè fingitur, quod Ecclesia ea usa fuerit; dicant enim, ubi, & quando, quo sæculo, in quo Concilio, à quo Pontifice facta sit ejusmodi mutatio? Enimverò, si Ecclesia ab Ordinationis ritu es ablegasset, que antiquitus fiebant, cogereur utique*

affir-

affirmare, Ordinationis materiam, & formam fuisse, Ecclesie auctoritate, mutatas, novatque antiquis subrogatas. Sed cum omnia, que habentur in antiquis Ritualibus, perseverent intacta, ac sancitè & integre etiam nunc peragantur, nemo scilicet credit, illa eadem, que jampridem sacra erant, nunc ad Ordinis Sacramentum perficiendum, amplius non sufficere.

XI. Hæc omnia placuit hic expone-re, non ut huic potestatis sententia calculum adiceremus, sed eo tantum consilio, ut perspicuum foret, eam, quavis habeat contra se universam seicè aciem Scholasticorum, ab istorum tamén iuris nihil sibi motuere, imò & sua jacula habere, que in eos intorquet.

XII. Quare, ut ad propositum redeamus, cum valde incertum sit, an is, de quo in casu, per secundam manuum impositionem esset ritè ordinatus, id utique sciendum erat, quod præscribit Gregorius IX. in *Cap. Presbyter, de Sacram. non iterum* ubi in casu hæc absimili decrevit: *Nihil esse iterandum, sed cavè suppleendum, quod per errorem ecclesiæ præmissum; quod præcipue in illo verum statu servandum erat, ne Sacramentum, quod in multorum sententia, censetur vudique perfectum, iterationis periculo subjiceretur; quemadmodum optime, atque ad rem omnino oppositè adnotavit Natalis Alexander Theolog. dogmat. & moral. de Sacram. Ordin. cap. 1. art. 7. §. 2. in fin. inquit: Unde, si quis horum rituum, qui ad materiam, vel formam pertinet, secundum varias Theologorum opiniones, in ordinatione suisve amissus, v. g. manuum impositio prima, vel adjuncta Oratio, aut Calicis cum vino, & aqua, & Patene cum hostia traditio, & adjunctive formula verborum,*

aut unctio, aut designe manuum inposito per rona, vel hæc verba ipsam concomitantia: *Accipit Spiritum Sanctum, &c. suppleere debet Episcopus, quod in Ordinatione suisve incantè prætermittitur, ut colligitur ex cap. Pastoralis, & ex cap. Presbyter extra, de Sacramentis non iteranda.*

XIII. Quia etiam nonnulli non iustissimi Theologi dixerunt, impositionem manuum, præambulum porrectionis instrumentorum, simul cum hæc, in unam coalescere materiam, eos undè cum verbis ab Episcopo instrumenta exhibente prolatis, prima censetur Sacramentalis potestatis pars, confitentium nimum Corpus Christi; idcirco sacra Congregatio, scilicet animadvertens, præviam illam manuum impositionem, jamdiu antea peractam, non posse moraliter conjungi cum traditione instrumentorum, que postmodum ferret, uti etiam hujus opinionis, in re tanti momenti, rationem aliquam haberet, totam Ordinationem sub conditione iterandam rescipit.

## CAPUT XI.

De protestatione in aliquis Synodus inserta, & per Archidiaconum, Episcopi nomine, ante Ordinationem scripta; per quam Episcopus Ordines sollemniter protestatur, se intentionem non habere Ordinandi Irregulares, aut Canonicos impeditum irregulæ; & de ordinatis ad majores ordines ab Episcopo in Missa, non ab ipso celebrata, sed à Sacerdote; de qua verum in Synodo Episcopali aliquando discutatum est.

In Pontifici Romano habetur editum, quo Episcopus Ordines collaturus, sub pœna excommunicationis præcipit, ne quisquam canonicò im-



impedimento irritatis ad Ordines suscipiendos accedere audent. Item solent Episcopi in suis Synodis clarius adline ecclesie, & explicare, ac precipue solent illorum iudicium censuris componere, qui emendato, & hinc parimonii titulo, quo revera careat, ad sacros Ordines promovendi presumunt. Hec omnia lanthabiter sunt, neque illi sunt reprehensionis obnoxia. At plerique Episcopi, his diligentis nequaquam contenti, alias ultiores adhibent, que non omnibus probantur; solent quippe, priusquam sacre Ordinationis ceremoniam incipiunt, per Archidiaconum, & aliumve, publice denuntiare, se intentionem non habere ordinandi irregulares, censuris innovatos, exentes legitimo patrimonio, aut Beneficio, vel litigis dimissorialibus propter Ordinationem, &c. Quamquam autem presumendum sit, nunciam ejusmodi protestationis scopum esse, deterrere eos, qui aliqua ex enumeratis vitiis laborans, ad Ordines sacrothege suscipiendos se accingit; ne enim gravis peccati reus fiat, tenetur Episcopus absolutam intentionem habere Ordinem conferendi homini presentis, cui minus imponit, & consuetis porrigit incrementa, quemadmodum recte animadvertunt Navarres *consil. 5. de tempor. Ordinib. Gobar. Theologiae excerptim. tract. 8. num. 316.* & Cardinalis de Lugo *de Sacram. disp. 8. sect. 7. num. 119.* nihilominus tamen, cum predictam protestationem Ordinationis premitit, innamoris sompnis, & animi anxietatibus occasione prebet, & quodque etiam probabilis, & prudens dubitatio exinde excitatur, num revera quis fuerit legitime ordinatus, eo quod aliquis ex enumeratis impedimentis esset obstrictus. Quare, ne cum maximo totius Christiane rei-

publice detrimenti, & perturbatione, dubi, atque incerti Ministris sacris ministris addicantur, prestat omnino, ut Episcopus ab illa generali protestatione abstineat; quod opportuno monet citatus de Lugo his verbis: *Ego quidem unum talis protestationis nullo modo probo; tum quia in ritibus Ecclesiasticis fundamentum non habet; nam, licet in Pontificaliur antiquis, & modernis apponatur formula, qua ordinandi monentur ex parte Episcopi, ne ullus accedat irregularis absque etate, vel facultate legitima &c. in nullo tamen Pontificali invenitur talis protestatio de defectu intentionis... non etiam quia, licet existente gravissima causa possit aliquando Episcopus non habere intentionem aut conditionem... Ceterum ejusmodi voluntas conditionata universi alii cum omnibus haberi non possunt, absque gravissimis inconvenientibus propter dubia, que inde oriuntur circa valorem Ordinis.* Minus itaque docet, aliquid Synodo inseri, quod predictam protestationem contineret, aut eidem xquivaleat; etenim, cum Synodales sanctiones sint de se stabiles & perpetue, simile elictum, in Synodo promulgatum, incoerere redderet etiam Ordines ab Episcopis successores conferendos; quavis enim isti nihil fortasse dicant, quo significent, se non habere intentionem quemquam initiandi, qui canonico desineatur impedimento, semper nihilominus dubitari poterit, an suam intentionem conformaverit Synodali statuto nonnullum revocato.

II. At quid sciendum, si re ipsa contingat, aliquem canonico impedimento ligatum Ordines recepisse ab Episcopo, qui eam solemnem protestationem sacre ceremonie premissit? Fuit de hac questione a nobis actum est

est in nostro Tractatu de Sacrificio *Missa sect. 2. §. 70.* ubi ex sacre Congregationis Concilii sententia diximus; interrogandum Episcopum, si sit superstes, a quo Ordines sunt collati; & si is asserat, suam intentionem verbis elligasse premissa protestationi, Ordinationem diximus absolute iterandam, si vero dubia & incerta remaneret Episcopi intentio, eo quod non satis constet qua mente eam protestationem emisit, & an illi revera suam aptaverit intentionem, Ordinatio erit sub conditione repetenda. Quare, ad consulendum conscientiarum securitati & quieti, omnemque dubitationem de re sane gravissima remouendam, capere utique debet Episcopus, ne ullus ad Ordines suscipiendos admittatur, qui, diligenti prehabita inquisitione, non fuerit dignus & idoneus repositus, omnibusque ornatus qualitatibus, que a sacris canonibus requiruntur; at, in ipso actu collationis Ordinum, opus est, ut absolutam habeat intentionem initiandi omnes, & singulos sive a se antea approbatos, sive quoquo modo intratos, qui ad illos suscipiendos accedunt, & per consuetam materiam exhibitionem, formeque professionem, voti compositi sunt; neque expedit, ut aliquid, ne ad terrorem quidem, tunc dicat, unde fas sit ejus intentionis defectum conjicere, aut leviter suspicari.

III. Aliam ob causam non semel dubitatum fuit de collatorum Ordinum validitate. Quidam Episcopus Græcicus, cui, ob ingravescentem ætatem, & adversam corporis valetudinem, laboriosum erat Missam celebrare, cum esset Ordines collaturus, eam per aliam Sacerdotem fieri curavit; coque Sacrum peragente, ipse consueto ritu Ordines conferebat. Dubitatum fuit de Ordinationis ita peractæ validitate, & quid de ea sentien-

dum ab Apostolica Sede quaeritur. Rei examen commissum fuit sacre Congregationi sancti Officii, nobisque, qui ejusdem Consultoris officium tunc gerebamus, demandatum, ut in scriptis sensum nostrum panderemus. Mandato obsequentes Dissertationem elucubravimus, qua predictam Ordinationem, illicitam quidem, sed validam ostendimus. Illicita quod fuerit, saltem quoad Ordines sacros, non labore demonstravimus; etenim, si antiquam Ecclesie disciplinam respicimus, indubitatum est, primisdom-taxat exceptis temporibus, quibus ob ferventes persecutiones integrum non erat Fidelibus in unum locum congregari, Ordinationes, non alibi, nisi intra Ecclesiam fuisse celebratas; quocirca S. Gregorius Nazianzenus *car. de vita sua*, Maximo Cynico, Constantinopolitane Sedis invasori, expressit, quod Ecclesia exclusus, in ædibus quondam Aulædi fuerit ordinatus; & tate Socrate *lib. 4. cap. 29.* Urino pariter, seu Ursicino, contra legitimam Damasi electionem a Felicitio quibusdam in Antipapam electione, inter cetera objectabatur, quod non in Ecclesia, sed in obscuro quodam Basilice Siciliæ loco ordinatus esset. Intra Ecclesiam vero, non alio umquam tempore fuisse Ordines, selectem sacros, collatos, nisi cum iuncti Divina celebrarentur mysteria, pluribus probat Hallise *de sacram. elect. & ordin. pag. 3. sect. 8. c. 5. art. 1.* cui assentitur etiam hæreticus Bioghamus *Origin. Ecclesiast. tom. 2. lib. 4. c. 6. §. 8.* eumque morem ex Apostolice traditione derivatum colligit idem Hallier *ex Actor. cap. 13.* ubi Ordinatione Sauli, & Barnabæ cum Sacrificio perfecta describitur: *Ministrantibus illis Domino, & sejunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus; Segregate michi Saulum, & Barnabam.* Per ministr-

terium enim denotari Sacrificium, per segregationem, collationem Episcopatus Interpretes omnes adnotant. Eandem disciplinam nobis exhibent antiqui Patres, qui Ordinationes, quas referunt, semper Sacrificii tempore peractas asserunt. Theodoretus *hist. relig. c. 13. tom. 3.* loquens de Ordinatione Macedonii anachoretae, eam factam dicit tempore mystici Sacrificii. Epiphanius *epist. 4. ad sim. c. 50. ad Joannem Hierosolimitanum, tom. 1. Oper. S. Hieronymi col. 241.* Pauliniana fratrem Hieronymi, invitum & reluctantem, a se, sacris Mysteriis operam dante, primum in Diaconum, deinde in Presbyterum ordinatum, narrat. Synodus vero Landicensis paulo etiam accuratius tempus definit peragenda sacra caeremonia; cum enim *can. 4. tom. 1. Collectionis Harduani col. 781.* dixerit: *Quod non oporteat, ordinationes sub conspectu auditientium celebrari; nil legit Dionysius; vel: Non licere manus impositionem Isidorus; significavit profecto, Ordinationes fieri debere tempore oblationis, cui adesse prohibentur catechumoni, & auditentes; quo nomine denotari potuit tam certus ordo catechumano, qui ad sermones in Ecclesia audiendos admittentur, quam ceteris penitentium, quibus privilegium erat ingrediendi Ecclesiam; utroque enim auditentes appellatos, norunt Eruditi.*

IV. Nec solum Ordines sacros, quibus (ut superius diximus) nondum adnumerabatur Subdiaconatus, sed etiam istos, ceterosque minores Ordines, intra Missarum solemniam collatos, affirmat Auctor *Consist. Apost. lib. 8.* ubi omnes exhibens ritus, quibus tempore Collectae, sacri Ecclesiae Ministri inaugurabantur, modum etiam recenset ordinandi Lectorem. Neque

inter majores, & minores Ordines aliud, quod hoc, intercedebat discrimen, nisi quod illi in sanctuario ante Altare, isti vero extra sanctuarium, & longe ab Altari conferrentur; quod testatur Amalarius *cit. lib. 2. de Divinis Officiis c. 6.* Eandemque consuetudinem etiam nunc à Gracis retinere, post Morinum, observat Martena *de antiq. Eccles. ritib. tom. 2. lib. 1. cap. 8. art. 4. §. 10.* Ex aeterni consuetudine conferendi Ordines minores extra sanctuarium, & Altare, evenisse arbitramur, ut vetus Ordo Romanus, & Pontificale Romanum severè quidem interdixerint, ne Ordines sacri, inter quos etiam Subdiaconatus fuit postea cooptatus, extra Missarum solemniam conferantur; minores vero Ordines conferendos (ut loquitur citatus Hallier) etiam extra ipsa, favorabiliter indulgent. Negari tamen non potest, congruum esse, inipsum conformem ritui in eodem Pontificali prescripto, ut, quantum fieri potest, etiam hodie omnes Ordines in Missa conferantur; Quis omnes Ordines (ut eodem *cit. cap. 5. art. 1. num. 5.* prosequitur Hallier) ad Sacrificium Missae, tanquam ad finem tantum, & scopum referunt; omnium ipsum consummatum, ac perfectum est. Consentaneum est itaque, ut eorum Divinis symbolis, quae Jesum in sacro Altari praesentem continent, Ordinationes perficiantur.

V. Sed, quod de Ordinibus minoribus congruum diximus, de sacris est, ex gravi precepto, servandum; nullus quippe à gravi culpa eximeret Episcopum, qui contra communem Ecclesiae morem, ritumque in Romano Pontificali prescriptum, sacrum Ordinem extra Missarum solemniam conferret. Ad sacram vero caeremoniam licet explendum, Missa, non ab alio, sed ab eo celebrari debet (inquit Hal-

Hallier *cit. capit. 5. art. 3.*) à quo Ordines sunt conferendi; idemque adnotaverat Glossa in *Cap. Quod sicut, de elect. verb. Dividatur;* & merito; tum quia, ut eadem Glossa ibidem advertit, ita obtinuit constans & perpetua Latinae Ecclesiae consuetudo, cui consonant etiam Graecorum praxis, de qua Arcadius *lib. 6. Concord. cap. 2.* Gratianus in *notis ad Eusebium Gregor. pag. 299.* & Morinus *de sac. Ordin. part. 5. exercit. 11. cap. 6.* tum quia, nisi Missa ab eo fiat, à quo Ordines conferuntur, *Abest mysterium unitatis, ut loquitur Innocentius III. in *cit. cap. Quod sicut, de elect.** cum enim omnes ordinati debeant sanctissimam Eucharistiam percipere, & manibus Ordinantis, quod ab Ecclesiae primordiis usitatum, ac totura lege prescriptum, ostendit scriptura citata Hallier *cit. 8. cap. 11. art. 6.* asseritque Auctor *Eccles. Hierarch. cap. 6. Sub fine eorumdem sanctissimae consecrationis, Divinitus Eucharistiae Communio traditur à Pontifice, qui illas consecravit;* nisi Eucharistia ab illo eodem conficiatur, à quo initiatis porrigitur, non adeo perfecte representatur unio ipsorum cum suo Praesule; quoadmodum exhibetur, cum ecclesiam praesens ab eodem paratum, suaque consecratione in Christi Corpus convertum omnes simul accipiunt; quae quidem ratio fortis adhuc urget, si agatur de Ordinatione Episcopi, vel Presbyteri, qui ad eandem Ecclesiae unionem representandam, debent idem Sacrificium cum Ordinate conferre, seu simul conclebrare. Denique tenetur sacerorum Ordinum collator Missam facere per se ipsum, ut obtinuerat Pontificali Romano, Clementis VIII. & Urbani VIII. auctoritate roborato; ibi enim alius non apparet descriptus ritus conferendi sacros Ordines, nisi in Missa conferentis.

VI. Quare haec, quae adduximus, ad propositum referentes quaestiones iure indubitatum diximus, praedictum Praesulem, qui Ordines etiam sacros contulerat, cum, non ipse, sed alter Sacrificium offerret, multis nominibus graviter collisus; sed, quod attinebat ad collatorum Ordinum validitatem, hanc sustineri, neque ulla probabilis ratione posse in dubitationem adduci, affirmavimus. Quamvis enim loventi sint pauci aliqui Auctores, quos commemorat Hallier *cit. cap. 5. art. 2.* qui opinati sunt, Sacrificium Missae esse de substantia consecrationis, seu promotionis ad Sacros Ordines, attamen in primis nemo inquam dixit, esse de Ordinationis substantia Missam Pontificis ordinantis; deinde ea ipsa paucorum opinio jamdiu rejecta & expulsa fuit ab omnibus Theologis, & Canonistis; quos congerit Sanchez *Consist. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 4.* Quocirca Hallier *cit. loc.* indubitanter ratam habendam ad Ordinationem, extra Missarum solemniam factam; à Adeo, ut hoc tempore de ea re dubitare, si volumus videretur; nec cum conditione repetendam eam esse sacram Ordinationem censerm; in quo Sacrificium Missae desisset; nullus enim canon legitur, qui ad substantiam promotionis ad sacros Ordines Sacrificium Missae pertinere ostendat. Minus itaque dubitandum erit de validitate Ordinis collati, non absolute extra Missarum solemniam, sed non intra Missam ab Episcopo celebratam, à quo fuit collatus.

VII. Haec nos pro veritate inae scripsimus, nostramque suffragium approbatum fuit à Congregatione generali, anno 1715. habita coram Iohanne rec. Clemente XI. Cumque postea ad Sedem Apostolicam delatum fuisset, quemdam Episcopum in Hibernia sacros



eros Ordines contulisse, cum sacra Mysteria, non à se, sed ab alio Sacerdote conferentur, eadem Controversa iterum excitata, atque ad novum examen in eadem Congregatione est adducta; & Cardinalis Petra, tunc ejusdem Consulator, juxta pariter sententiam suam proferre, à nostro sensu non recessit, Ordinunque collatione illicitam & ipse pronuntiavit, validamque sustinuit; ejusque sententiam confirmavit fel. rec. Innocentius XIII. in Congregatione generali, habita die 4. Februarii 1702. qui simul predictum Episcopum per Bruxellensem Interuentum serio moneri iussit, ut conscientiam suam consolcret, cum certe graviter in canonis peccasset, quemadmodum legere est in ejusdem Cardinalis Petra *Comment. ad Constitut. Apostol. tom. 5. pag. 388.*

VIII. Neque hæc extra propositum dicta censeantur; scimus quippe, non multis antea annis in quadam Synodo disceptatum, an à sacerdotum Ordinum excessu forent arguendi, qui à summo Episcopo illos recipiant tempore Sacrificii ab alio Sacerdote oblati. Quapropter à nostro instituto minime alienum judicavimus, hujus controversie decisionem referre, ut, si in posterum contingat, in aliqua Synodo eandem referri, sciat Episcopus, quid sit de liberandum.

## CAPUT XII.

*Ad demonstrandum, quam circumspecta sit in Synodo loquendum de Ministro Sacramenti Matrimonii, nonnulla præmittuntur respicientis Concilii Tridentini decretum, quo irrita sunt Matrimonia clandestina.*

Handquamquam satis explicare possumus, quantum interis, ne in

Episcopales Synodos illum obrepant verbum, quo videatur aliqua approbati opinio, inter Catholicos controversa; quamvis enim illud fortasse ex Episcopi, seu potius Scriptoris calamo occitanter excidit, statim nihilominus Auctores stantes pro ea sententia, sibi adipsam decantant Synodorum auctoritatem, quam omnes jure meritoque plurimi faciunt, privatorumque Doctorum placitis anteponunt. Rem enarrabimus, è qua vel sola apparebit, quanta circumspectio opus sit in concinendis Synodalibus decretis, ne in ullam delicti valeant de re aliqua dissidentium Theologorum partem.

II. Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformat. matrimonii cap. 1.* irrita esse decrevit matrimonia, que aliter deinceps contraherentur, quam præsertim Parochi, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinaris licentia, & duobus, vel tribus testibus; simulque statuit, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suam roboret post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem Parochia factæ, numerandos. Absoluto, atque ab Apostolica Sede confirmato Concilio Tridentino, quamplurimi Episcopi suas cogerunt Synodos, in quibus prædicti decreti promulgationem, uti par erat, urgentes per singulas Parochias, populo denuntiari iusserunt, firmitate caritura quilibet conjugia in postremum contrahenda, nisi fuerint celebrata coram legitimo Ministro. Equidem nobis persuasum est, hanc unam ob causam ab hisce Synodi Parochum appellati legitimum matrimonii Ministrum, quia scilicet ipse est publicus Minister, cui soli Ecclesie auctoritatem tribuit, sui presentia roborandi matrimonii contractum, eique vires & firmitatem adjuccendi; at nihilominus plures Doc-

tores, præcipue Serry in præfat. ad nos. edit. Operam Melchioris Cani c. 7. §. Novam, ejusmodi loquutionibus à Synodis inconsideratè, ut nos opinamur, usurpans, atque à se diligenter collectis, uti sunt ad probandum, etiam ex Synodorum sententia, Sacerdotem esse verum & proprium Sacramenti matrimonii Ministrum; quod præinde, nisi fuerit Sacerdotali benedictione sacramentum, neque gratiam-conferre, neque ulla ratione ad Sacramenti dignitatem pertingere, iidem Auctores defendunt. Verum, quot, & quanta difficultatibus hæc opinio sit obnoxia, quotque habeat contradictores, necessarium ducimus hic exponere, ut deinceps cautiore sint Episcopi in suis conscribendis decretis, atque ut acturi de matrimonio, à prædicta, plerisque Theologis invisa, loquendi formula absterneant.

III. Fidelium matrimonium à Deo in officium naturæ ab initio institutum, fuisse postea à Christo Domino elevatum ad dignitatem veri & proprii Sacramenti novæ legis, causantis gratiam ex opere operato, veritas Catholica est, definita ab Eugenio IV. in Decreto pro Armenis §. Septimum, atque à Tridentino *cit. sess. 24. de reformat. Matrim. c. 1.* quam à Lutheri, Calvini, aliorumque hæreticorum telis vindicavit Bellarminus de Sacram. matr. lib. iiii. Quamobrem, quo religiois iudex matrimonium celebrarent, quod magnum esse Sacramentum in Christo, & in Ecclesia, prædicaverat Apostolus ad Ephes. 5. ab Ecclesie principibus, eorum est, ne alter illud intrent, quam coram Sacerdote, cuius benedictione quodammodo obignatur. Hujus disciplina testimonium nobis perhibent antiquissimi Patres. Etenim S. Ignatius *epist. ad Polycarpum num. 5.* ex recensione Coteleii *tom. 2. pag. 41.* ait: *Decet verò,*

*ut sponsi, & sponsa de sententia Episcopi conjugium faciant, que nuptie sint secundum Dominum, & non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant; & juxta aliam editionem: Decet verò, ut mariti, & maris cum Episcopi arbitrio conjugium faciant, quo nuptie juxta Dominum sint, non autem juxta cupiditatem. Tertullianus lib. 2. ad Uorem cap. 8. edit. Paris. ann. 1634. pag. 191. scribit: Unde sufficientiam ad enarrandum felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obignat benedictio; & lib. de pudicitia, ejusdem edit. pag. 718. & in Pamela edit. cap. 1. Ideo penes nos occulte quoque conjunctiones, id est non prius apud Ecclesiam professæ, juxta machian, & fornicationem judicari periculantur hoc. F. 14. animadvertit, his verbis à Tertulliano prolatus: Non prius apud Ecclesiam professæ; indicari conjugia, in quibus non fuerat servata consuetudo, qua solebant Fideles conjugandi per Presbyteros Ecclesie offerri, ut communibus votis conjugia benedicerentur: quam quidem consuetudinem firmavit Concilium Carthaginiense IV. can. 13. relat. à Gratiano can. 5. 30. quæst. 1. Sponsus, & sponsa, cum benedicti sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à par. aymphis offerantur. Ad eundem verò morem alludit Synodus Cyrenensis, qui floruit initio sæculi v. *epist. 104. ad Evagrium, fratrem, & successorem suum in Metropolitana Sede Ptolomæidis in Lybia Pentapolitana, cum scriptis pag. 248. ex recensione Petavii: Mihi & Deus ipse, & lex, & sacra Theophili (Patriarchæ Alexandrini) manus uxorem dedit; ut enim opportune observavit Christianus Lupus in archol. & noi. ad canones octavæ Synodali tom. 2. pag. 1427. hæc S. Synodi**

eros Ordines contulisse, cum sacra Mysteria, non à se, sed ab alio Sacerdote conferentur, eadem Controversa iterum excitata, atque ad novum examen in eadem Congregatione est adducta; & Cardinalis Petra, tunc ejusdem Consulator, juxta pariter sententiam suam proferre, à nostro sensu non recessit, Ordinunque collatione illicitam & ipse pronuntiavit, validamque sustinuit; ejusque sententiam confirmavit fel. rec. Innocentius XIII. in Congregatione generali, habita die 4. Februarii 1702. qui simul predictum Episcopum per Bruxellensem Interuentum serio moneri iussit, ut conscientiam suam consolcret, cum certe graviter in canonis peccasset, quemadmodum legere est in ejusdem Cardinalis Petra *Comment. ad Constitut. Apostol. tom. 5. pag. 388.*

VIII. Neque hæc extra propositum dicta censeantur; scimus quippe, non multis antea annis in quadam Synodo disceptatum, an à sacerdotum Ordinum excessu forent arguendi, qui à summo Episcopo illos recipiant tempore Sacrificii ab alio Sacerdote oblati. Quapropter à nostro instituto minime alienum judicavimus, hujus controversie decisionem referre, ut, si in posterum contingat, in aliqua Synodo eandem referri, sciat Episcopus, quid sit de liberandum.

## CAPUT XII.

*Ad demonstrandum, quam circumspecta sit in Synodo loquendum de Ministro Sacramenti Matrimonii, nonnulla præmittuntur respicientis Concilii Tridentini decretum, quo irrita sunt Matrimonia clandestina.*

Handquamquam satis explicare possumus, quantum interis, ne in

Episcopales Synodos illum obrepant verbum, quo videatur aliqua approbati opinio, inter Catholicos controversa; quamvis enim illud fortasse ex Episcopi, seu potius Scriptoris calamo occitanter excidit, statim nihilominus Auctores stantes pro ea sententia, sibi adipsos decantant Synodorum auctoritatem, quam omnes jure meritoque plurimi faciunt, privatorumque Doctorum placitis anteponunt. Rem enarrabimus, & qua vel sola apparebit, quanta circumspectio opus sit in concinendis Synodalibus decretis, ne in ullam delicti valeant de re aliqua dissidentium Theologorum partem.

II. Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformat. matrimonii cap. 1.* irrita esse decrevit matrimonia, que aliter deinceps contraherentur, quam præsentem Parochi, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, seu Ordinaris licentia, & duobus, vel tribus testibus; simulque statuit, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suam roboret post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem Parochia factæ, numerandos. Absoluto, atque ab Apostolica Sede confirmato Concilio Tridentino, quamplurimi Episcopi suas cogerunt Synodos, in quibus prædicti decreti promulgationem, uti par erat, urgentes per singulas Parochias, populo denuntiansi iusserunt, firmitate caritura quilibet conjugia in postremum contrahenda, nisi fuerint celebrata coram legitimo Ministro. Equidem nobis persuasum est, hanc unam ob causam ab hisce Synodi Parochum appellati legitimum matrimonii Ministrum, quia scilicet ipse est publicus Minister, cui soli Ecclesie auctoritatem tribuit, sua presentia roborandi matrimonii contractum, eique vires & firmitatem adijcendi; at nihilominus plures Doc-

tores, præcipue Serry in præfat. ad nos. edit. Operam Melchioris Cani c. 7. §. Novam, ejusmodi loquutionibus à Synodis inconsideratè, ut nos opinamur, usurpans, atque à se diligenter collectis, uti sunt ad probandum, etiam ex Synodorum sententia, Sacerdotem esse verum & proprium Sacramenti matrimonii Ministrum; quod præinde, nisi fuerit Sacerdotali benedictione sacramentum, neque gratiam-conferre, neque ulla ratione ad Sacramenti dignitatem pertingere, iidem Auctores defendunt. Verum, quot, & quanta difficultatibus hæc opinio sit obnoxia, quotque habeat contradictores, necessarium ducimus hic exponere, ut deinceps cautiore sint Episcopi in suis conscribendis decretis, atque ut acturi de matrimonio, à prædicta, plerisque Theologis invisa, loquendi formula absterneant.

III. Fidelium matrimonium à Deo in officium naturæ ab initio institutum, fuisse postea à Christo Domino elevatum ad dignitatem veri & proprii Sacramenti novæ legis, causantis gratiam ex opere operato, veritas Catholica est, definita ab Eugenio IV. in Decreto pro Armenis §. Septimum, atque à Tridentino *cit. sess. 24. de reformat. Matrim. c. 1.* quam à Lutheri, Calvini, aliorumque hæreticorum telis vindicavit Bellarminus de Sacram. matr. lib. iiii. Quamobrem, quo religiosis aedales matrimonium celebrarent, quod magnum esse Sacramentum in Christo, & in Ecclesia, prædicaverat Apostolus ad Ephes. 5. ab Ecclesie principibus, eorum est, ne alter illud intrent, quam coram Sacerdote, cuius benedictione quodammodo obignatur. Hujus disciplina testimonium nobis perhibent antiquissimi Patres. Etenim S. Ignatius *epist. ad Polycarpum num. 5.* ex recensione Coteleii *tom. 2. pag. 41.* ait: *Decet verò,*

*ut sponsi, & sponsa de sententia Episcopi conjugium faciant, que nuptie sint secundum Dominum, & non secundum cupiditatem. Omnia ad honorem Dei fiant; & juxta aliam editionem: Decet verò, ut mariti, & maris cum Episcopi arbitrio conjugium faciant, quo nuptie juxta Dominum sint, non autem juxta cupiditatem. Tertullianus lib. 2. ad Uorem cap. 8. edit. Paris. ann. 1634. pag. 191. scribit: Unde sufficientiam ad enarrandum felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obignat benedictio; & lib. de pudicitia, ejusdem edit. pag. 718. & in Pamela edit. cap. 1. Ideo penes nos occulte quoque conjunctiones, id est non prius apud Ecclesiam professæ, juxta machian, & fornicationem judicari periculantur hoc. F. 14. animadvertit, his verbis à Tertulliano prolatus: Non prius apud Ecclesiam professæ; indicari conjugia, in quibus non fuerat servata consuetudo, qua solebant Fideles conjugandi per Presbyteros Ecclesie offerri, ut communibus votis conjugia benedicerentur: quam quidem consuetudinem firmavit Concilium Carthaginiense IV. can. 13. relat. à Gratiano can. 5. 30. quæst. 1. Sponsus, & sponsa, cum benedicti sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à par. aymphis offerantur. Ad eundem verò morem alludit Synodus Cyrenensis, qui floruit initio sæculi v. *epist. 104. ad Evagrium, fratrem, & successorem suum in Metropolitana Sede Ptolomæidis in Lybia Pentapolitana, cum scriptis pag. 248. ex recensione Petavii: Mihi & Deus ipse, & lex, & sacra Theophili (Patriarchæ Alexandrini) manus uxorem dedit; ut enim opportune observavit Christianus Lupus in archol. & noi. ad canones octavæ Synodali tom. 2. pag. 1427. hæc S. Synodi**



verba: *Militi sacra Theophyl. Eccl. ostendunt, Fideiolum nuptias palam in Ecclesia fuisse semper ab Episcopo, aut Presbytero benedictas, & sanctificatas.* Demum in Capitularibus Regum Francorum l. 7. c. 179. tom. 1. col. 1062. ex recessione Baluzii, hæc in nuptiis præscribuntur: *Secunda: Prius consentiendus est Sacerdos, in cuius Parochia nuptiæ fieri debent in Ecclesia coram populo; & ibi inquirere unâ cum populo ipse Sacerdos debet, si ejus propinqua sit, an non, aut alterius uxor, vel sponsa, vel adultera; & si licita, & honesta omnia pariter invenierit, tunc per consilium, & benedictionem Sacerdotis, & consilio aliorum honorum hominum, eam sponsare, & legitime dotare debet.*

IV. Hæc aliaque hujus generis multa, à viris eruditissimis congesta, probant quidem, semper ab Ecclesia verita clandestina conjugia; sed, num ante Tridentinum fuerint insuper illo unquam tempore etiam irrita, questio est de qua secum contendunt ejusdem Concilii Tridentini Patres; ut videre est apud Cardinalem Pallavicinum in *hist. Trident. lib. 23. cap. 4.* Etenim, cum plerique Patrum abnoverent enuntiato decreto cap. 1. sess. 24. eo quod absonum reputarent, tunc primum irrita decerni matrimonia, aliter quam coram Parochia celebrata, quæ etsi semper Ecclesia esset detestata, nunquam tamen antea firmitate carere voluerat; illi qui pro decreto stabant, illis opposuerunt modò à nobis allegatas veritissimas Ecclesiæ sanctiones, quibus Sacerdotalem benedictionem præscriptam contendeant, non solum ad cohonestanda, verum etiam ad firmanda Christianorum conjugia; Idque adhuc clarior colligi aëbant ex decreto, Evaristo Papæ adscripto, & relato in *Can. aliter, 30. quasi. 5.* ubi habetur:

*Aliter legitimum non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam familiam dominationem habere videntur... uxor petatur... & suo tempore sacerdos abster, ut mos est, cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur... Ita peracta, legitima scilicet esse conuenit; aliter vero præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes. Aliud addere poterant, & fortasse addiderunt, indubitatum testimonium Nicolai I. qui, cum rescivisset, Lotharium, Imperatoris Lotharii filium, & Caroli Calvi Regis Francorum nepotem, repudiatam priore uxore Teuthbergam, cui perpetratum incestus cum Huberto fratre suo criminem affixerant, aliam duxisse nomine Waldradam, seu Gualdradam, quam tamen, ad suum excusandum flagitium, ante Teuthbergam, ad se ductam affirmabat, Concilium Metis celebrandum indixit, suisque Apostolicis Legatis, Radoaldo Portuensi, & Joanni Ficolensi Episcopis, illic missis, ut de hac causa judicarent, præcepit, ut diligenter investigarent, an reverè Lotharius, priusquam conjugali fœdere se devinceret Teuthbergæ, matrimonium celebrasset cum Gualdrada coram testibus, secundum legem, & ritum, quo nuptiæ celebrari solent. Si verò (ut in *Can. Lotharius, 31. quasi. 2.*) minus probatum fuerit, Gualdradam fuisse uxorem legitimam, neque nuptiis secundum morem celebratis, per benedictionem scilicet Sacerdotis, filio nostro Lothario castitate conjunctam; suggerit illi, ut non molestè ferat, legitimam sibi (si ipsa innocens apparuerit) reconciliari uxorem. Hinc enim videtur evidenter inferri, medio sæculo ix. quo Nicolaus I. universalem regebat Ecclesiam, raras non fuisse Christianorum nuptias, nisi essent secundum morem celebratæ per Sacerdotalem benedictionem uti aëbant*

Ni-

Nicolaus. Ex quibus omnibus prædicti Tridentini Patres, qui decretum urgebant, quo irrita fierent matrimonia clandestina, nihil per illud novi decerni, concludebant, sed antiquas tantum Ecclesiæ leges instaurari, quas, aliquot dumtaxat ante Tridentinum sæculis, sola contraria consuetudo abrogaverat.

V. Verum alii Theologi, & Patres, qui decreto obstabant, non satis constare affirmabant Sacerdotalem benedictionem fuisse illo unquam tempore necessariam ad vires imperpetuandas Christianorum connubis. Ad Tertullianum enim quod attinet, aliosque Patres, & Canones, eundem in modum loquentes, eos commode intelligi aëbant, de sola necessitate præcepti, quo cogebantur Fideles suas nuptias celebrare coram sacro Ecclesiæ Ministro, cujus benedictione uberiorum assequerentur sanctitatem. Si quidem Siccius Papa epist. ad Himerium, Episcopum Tarracensem, c. 4. Sacerdotali benedictione obsequari voluit etiam sponsalia de futuro, scribens: *De conjugali autem violatione requisisti, si desponsatam alii fuerat, ut in matrimonium potius accipere. Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus; quia illa benedictio, quam unquam Sacerdos imponit, apud Fideles quorundam sacrilegi inusur est, si illa transgressione violatur.* Hic quoque sermonem esse de sponsalibus de futuro, non dubitat Constantinus ad epist. Pontif. t. 1. col. 628. inquit: *Obvius verborum Siccii sensus potuit, ut ea potius de prima desponsationis fide, qua etiam Virgineam conjugem vocari Patres ex Evangelio probant, interpretentur. Nec tamen inde conflictum, etiam promissionem matrimonii inanem fuisse sine Sacerdotis benedictione. Ad Canonem exoritur Evaristi, de quo specialis erat,*

& quæ quoque est difficultas, non quòd genuinum credatur Evaristi fœderum, sed quia (uti alii diximus de similibus epistolis decretalibus ab Isidoro productis) præsumitur fabricatus ad normam disciplinæ, quæ in Ecclesia vigeat in fine octavi, aut initio noni sæculi; ad Canonem (inquam) Evaristi reponantur, si ille accipiendus esset, sicuti verba sonant non sola Sacerdotis benedictio, verum etiam alia quamplurima, ibidem enumerata, fuissent de forma conjugalis contractus; quod tamen nemo unquam assertit; aut quippe Pseudo Evaristus: *Aliter legitimum non fit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam familiam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus, & propinquioribus sponsatur, & legitime doteur, & suo tempore sacerdos aliter, ut mos est cum precibus, & oblationibus à Sacerdote benedicatur, & à parantibus, ut consuetudo docet, custodiat, & sociata, à proximis congruo tempore petita, legitime detur, ac solemniter accipiatur, & bibeat, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. Ita peracta, legitima scilicet esse conuenit; aliter vero præsumpta, non conjugia, sed adulteria &c.* Ne itaque tot conditiones ad matrimonii validitatem unquam ab Ecclesia requisitas putemus, necesse est hæc Pseudo Evaristum explicare, uti illis verbis: *Aliter legitimum non fit conjugium;* solum significare voluerit, aliter non fieri licite, omnibusque servatis ritibus, quæ solemnitatibus à legibus præscriptis. Aliter porro facta conjugia, appellanda dicunt adulteria, & contubernia; quia, ut ibidem adnotavit Glossa, verb. *Contubernia*, matrimonia clandestina occasione, & secretivitate præbent alia posita iurandi, in foro quidem externo legitima, sed quæ verè, & coram

ram Deo tunc adulteria, & contubernia. Ceterum ipsemet Canonis Auctor ratas, etsi legitima non essent, reputavit nuptias, sine prædictis solemnitatibus celebratas; postquam enim diserat, aliter iusta conjugia esse adulteria, contubernia, &c. hanc statim limitationem apposuit: nisi voluntas propria suffragaretur, & vota auccerentur legitima; quam limitationem opportune ponderavit, ac Tridentialis Patribus, de allegati Canonis sensu inter se disputantibus, considerandam passivè Didacus Laynez, uti idem Pallavicinum refert cit. cap. 22. numer. 25. Et sane, quamquam hodie nomine matrimonii legitimi, & non rati; communiter intelligantur matrimonium Indivellium; olim tamen à Juris Canonici Peritis, etiam inter matrimonia Fidelium fuisse hanc adhibitam distinctionem, ut alia dicerentur legitima, & rata, alia rata dumtaxat; sed non legitima, testis est Gratianus, qui in *fm. quest. 1. cas. 28.* loquens de conjugii Fidelium, hæc scripsit: „Horum quædam sunt legitima, veluti cum uxore à parentibus traditur, à sponso daturur, & à Sacerdote benedicitur. Hæc talia conjugia legitima, & rata appellantur. Illorum verò conjugia, æqui, contemptis omnibus illis solemnitatibus, solo affectu aliquamvis sibi in conjugem copulant, hujusmodi conjugium, non legitimum, sed ratum tantummodo esse creditur.”

VI. Facillius fuit Nicolai I. episcopi genuinum sensum aperire. Siquidem Lotharius, minimè sibi constans, tunc uxorem, nunc alteram obtendebat sui repudiij causam; quod ex pluribus constat ejusdem Nicolai episcopi; præsertim 22. 23. 32. 49. 52. & 58. hæc super causa datus, quæ

extant in Collectione Harduini, tom. 5. col. 276. & 289. & fusc enarrant Natalis Alexander, *litas. 9. in Hlistor. Eccles. sæc. 13. & 14.* & Pagi junior, in *Vitis Nicolai I. & Hadriani II.* Ad Pontificem aeternam scripserat, se Teuthbergam repudiasset, quia priusquam ei haberet, jam erat obstructus vinculo alterius conjugii, nisi cum Guadrada. Videns porro Pontifex, quam parum fidentem esset assertionibus parum sibi coherentis Lotharii, nullam, quoad hoc, ei fidem habendam rescripsit, nisi prebaret, se legitima, omnibusque adhibitis juris solemnitatibus, nuptias Guadrada, quam ceteroquin aliunde notum erat habuisse loco pellicis, sicuti lidem citati Auctores testantur. Ceterum à Nicolao validum habitum Matrimonium, clandestinum solo contrahentium consensu celebratum, liquet ex ejusdem responsis ad consulta Bulgarorum, ubi, postquam omnes descripsit nuptiales ritus, in Romana Ecclesia usitatos illis prorsus respondentes, quos nuper à Pseudo Evaristio audivimus, inquit *6. 7. 1. 5.* Collectionis Harduini, *ca. 355.* „Peccatum autem esse, si hæc, suncta in nuptiis fœdere non interveniant, non dicimus, quemadmodum Græcos vos adstruere dicimus; præsertim cum tanta soleat prætare quosdam rerum inopia, ut hæc præparanda nullum his suffragetur auxilium; ac per hoc sufficiat, secundum leges, solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus si solus, in nuptiis forte defuerit, cetera, omnia, etiam cum ipso coitu, celebrata frustrantur.” Jure autem Bulgari ad Nicolaum scripserant, se à Græcis accepisse, non posse recentitas nuptiarum solemnitates sine peccato omiti; quoniam Leo Imperator

No-

## CAPUT XIII.

Novell. 89. publica legesanciverat, ut sacræ benedictionis testimonio matrimonium confirmarentur, adeo ut, si quis citra hæc matrimonium inveniatur, id ne ab initio quidem ita dicit, neque illos in vita illa consuetudine matrimonii jure potiri velint. Verùm hæc constitutio, cum à Principe laico prodierit, non potuit matrimonii validitatem quoad forum conscientie infringere.

VII. Hæc in utraque partem à Tridentinis Theologis, & Patribus versatæ sunt, & tandem deliberatam, ut matrimonia clandestina, sive ullo unquam tempore fuerint aeternè invalida, sive non, quod dubium profecto, atque incertum remansit, ad ea nihilominus præcavenda gravissima mala, quæ in animarum perniciem, ac totius Christianæ reipublicæ perturbationem ex illis eveniebant, & quibus, experientia docente, haud satis occurrere poterat sola eorumdem prohibita, à Concilio Lateranensi IV. sub Innocentio III. in *cap. Cum inhibito, de clandest. desponsat. renovata*, deliberatum (inquam) est, ut invalida in posterum decernerentur; quod re ipsa factum legitimus per sæpius laudatum saluberrimum decretum, *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimonii.*

Ex eo quod præsentia Parochiæ necessaria nunc sit ad vitia tribuendas Christianorum communi, tenuit questio, jam antea à nonnullis excitata, an scilicet ille sit Sacramenti Matrimonii Minister. Secum invocem hæc in re rogantium Doctorum præcipua argumenta præferunt; conclusurque non esse in Synodalibus constitutionibus de hujusmodi controversia ferendum iudicium, nec aliquid asserendum quod uni, aut alteri opinioni refragetur.

Cum prædicta controversia inter Tridentinos Patres ferretur, aliquot Theologi Parisienses, duce Simone Vigorio, in medium proferere sententiam Guillelmi Parisiensis, quæ rem totam facile composuit, arbitrabantur. In unoquolibet matrimonio, etiam Fidelium, distinguendam voluit Guillelmus in suo *Tract. de Sacram. matrim. cap. 9.* rationem contractus à dignitate Sacramenti, docuitque, illam quandoque ab hac separari; etenim (ajebat) Minister Sacramenti matrimonii est Sacerdos, qui solus potest contractum conjugii, de se merè civilem, & profanum, sua benedictione consecrare, & efficere, ut per eam, tantquam formam, eleveur ad causandam gratiam ex opere operato; eo pacto, quo aqua elementaris, quæ est materia Sacramenti Baptismi, per verba à Ministro prælata, quæ sunt ejusdem Sacramenti forma, virtutem acquirit abluendi interiores animi accendit, producendique gratiam; quare, pergebat Guillelmus, si contingat, matrimonium sine Sacerdotis præsentia iniij, validum & firmum utique erit in ratione contractus; nequaquam autem Sacramenti naturam, ac virtutem



com participabit. Posita porro hæc opinione, omnem explanatam difficultatem, deprecabant Parisienses; præjactis quippe Guillelmi principis, perspicuum fit, matrimonia clandestina, quamvis semper ab Ecclesia vetita, & semper nihilominus firmitatem habuisse intolubilis contractus, sed Sacramenti natura, dignitate, ac virtute caruisse; Canones proinde, & Patres validitatem illis attribuentes, solum respexerunt civilem contractum quibus verò eadem visa sunt minus rata, considerantur in illis rationem Sacramenti, quam sine Sacerdotis benedictione minime assequi existimantur.

II. Hæc Parisienium doctrina, à Vigorio proposita, si vera narrat Pallavicinus *cit. hist. lib. 20. cap. 4. n. 1.* paucos quidem habuit sectatores; at tamen non erat adeo singularis, uti dicitur Sorus *in. 4. dist. 26. q. 8. art. 3.* siquidem præter Guillelmum, eandem tradiderat Palladanus *in. 4. dist. 2. q. 2.* eidemque adscripti fuerant Patres Concilii Provincialis Coloniensis l. anno 1526. *part. 7. c. 40. tom. 9.* Collectionis Harduini *col. 20. 10.* ubi non obscurè insinuarunt, contractum matrimonii non nisi per Sacerdotis benedictionem Sacramentum effici, a-jentes: *Quod Sacramentum, si quis, sicut dicit, acceperit, accedente Sacerdotali precatore, confert donum Spiritus, quo vir diligit uxorem amore casto, sicut Christus diligit Ecclesiam, & clarior id ipsum expressit, qui eidem Concilio præfuit, & postea ad Lutheranos defecit, Hermannus Archiepiscopus Coloniensis, in suo Catechismo, ubi pag. 273.* agens de Sacramento matrimonii hæc habet: *De Ministro hujus Sacramenti potestatem videndum. Ut forsam quidam non improbanda ratione dicant, matrimonium certum Ministrum non*

*exigere, quod conjuges in se casto amore, ac religiosi consentientes Deus ipse conjugat, tamen videmus, & in veteri lege quosdam fuisse, qui Dei vice conjuges conjungerent, quanto ergo magis putandum est in nova lege Sacerdotes qui legatione pro Deo funguntur, legitimis hujus Sacramenti Ministros esse? Præterea paulo antè, quam Vigorius Guillelmi opinionem Tridentinis Patribus exponeret, anno nimirum 1562. publici juris factum fuerat, etsi fortassè nondum omnibus innotuisset, celeberrimum Opus Melchioris Cani *de locis Theologicis, ubi l. 8. c. 5.* doctissimus Auctor Guillelmi sententiam instaurat, & validissimis sustentat argumentis; nam præterquamquod (inquit Canus) nunquam Patres Christianorum matrimonium verum Sacramentum nominarunt, nisi simul meminerint Sacerdotalis in illo intervenientis ministerii, quod percurrenti, quos jam præmissimus textus, patet; certum est Sacramentum esse opus Divini cultus & religionis. Matrimonium autem, solis verbis viri, & femine contractum, sine ullo ministro Sacerdotis aliquam ponentis sacramentariam, licet rei sacræ signaculum sit, non potest tamen dici opus Divini cultus & religionis. Ad hæc Augustinus *in epist. ad Bonifacium* tradit, oportere, res ipsas corporeas, quibus Sacramenta constant, imaginem, & similitudinem gerere ejus sanctificationis, cujus sunt signa, & cause; cum autem connubiale fœdus, sine ullo sacro ritu, & Sacerdoti ministerio contractum, nullam exterius exhibeat speciem interioris sanctificationis, consequens est, ut proprie Sacramentum non sit. Deinde Concilium Florentinum docet, omnia Sacramenta constare rebus tanquam materia, & verbis tanquam forma; nemo autem sibi facile suadebit, formam Sacra-*

menti matrimonii esse verba, quibus contrahentes suum exprimunt consentium, quæ merè profana sunt, atque etiam ab Ethnicis usurpata. Insuper verba, quæ sunt alicujus Sacramenti forma, non possunt suppleri per nutus, scripturam, aliunde signum, eorum loco substitutum, quod consideranti alla Sacramenta est manifestum; ac contrahentes, si, verborum loco, nutus, scripturam, aliudve signum ponant, æquò matrimonium periclitum ac si verbis uterentur; non igitur eorum verba sunt Sacramenti matrimonii forma. Tandem Auctores, qui tenent, contrahentes esse Sacramenti matrimonii ministros, multum inter se dissentiant in determinanda ejusdem Sacramenti materia, ac forma. Aliqui enim cum Catharino *de Matrim. q. 1. docere, consensus contrahentium exterioribus signis expressum, esse materiam; verba verò à Christo Domino semel prolata Matth. 19. propter hæc dixit homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ; esse formam pro omnibus Fidelium matrimonii. Alii cum Victoria *in Summ. de Matr. n. 245.* opinantur, verba unius contrahentis, qui primo suum præstat consentium, esse materiam, & verba secundo profertentis esse formam, per quam prima determinantur ad constituendum contractum, & Sacramentum; quam quidem opinionem probabilem putat Henriquez *de Sacram. lib. 11. c. 2.* Alii cum Covar. *1. part. de Matrim. cap. 1. num. 8. Vanque *in 3. part. tom. 2. disp. 129. cap. 3. & disp. 3. de Matrim. cap. 5. & Basilio Pontio *de Matrim. lib. 1. cap. 7. num. 12.* existimant, consensus utriusque contrahentis, ver-***

*to à consensu distinguant) esse materiam proximam. Alii cum Cardenali de Lugo *disp. 2. de Sacram. num. 29.* dicunt, contrahentium verba, seu signa, prout sunt traditio corporum, esse materiam; ut verò significant, & causant personalem obligationem in utroque contrahente, esse formam. Alii denum, magisque communiter, cum Soto *in 4. dist. 26. quest. 2. art. 1.* Bellarmino *lib. 1. de Matrim. c. 6. Suarez tom. 3. in 3. part. de Sacram. disp. 2. sect. 1.* Sanchez *de Matrim. lib. 2. disp. 5. num. 6.* & Gonet *disp. 1. art. 5.* defendunt, utriusque contrahentis consensum, verbis, seu signis expressum, esse materiam simul, & formam, sed sub diversa consideratione; est enim materia, quatenus significat corporum transactionem; est forma, quatenus mutua exhibet eorumdem acceptationem. Jam verò, clamat Melchior Canus, nonne tanta, in re gravissima, varietas, & dissonantia haud leve iudicium esse falsitatis opinionibus; ad quam adstroendam coguntur illius assertores tot diversas assignare unius Sacramenti materiam & formam, quarum perleque hæreticis negatoris, ipsique Catholicis aut contentatis, aut certè parum solidè videntur? Ad tot igitur vitandas ineptias, concludit Canus; à junioribus Theologis excogitatas, teneamus oportet, Sacramenti matrimonii Ministrum esse Sacerdotem, formam esse benedictionem, seu sacra verba, quibus illa conjugibus benè precatur; materiam verò esse contractum civilem ab ipsismet contrahentibus mutuo consensu perfectum.*

III. Hactenus Melchior Canus, cuius argumenta etsi totis viribus convellere studuerit Bellarminus *cit. lib. 1. cap. 7.* non ideo tamen à Cani opinione omnes retraxit; siquidem eam

dem sunt postea sectati Sylvius in 3. part. Di Thom. tom. 4. dist. 42. ar. 1. q. 1. Estius i. 4. sentent. dist. 26. §. 10. Juvenin de Sacram. dissert. 14. q. 3. Serry cit. prefat. ad Oper. Melchioris Can. c. 7. Du-Hamel Theolog. tom. 7. tract. de Matrim. cap. 6. Tournely de Sacram. matrim. pag. 120. & seq. edit. Parisiens. Heemnier tract. de Sacram. tom. 3. cap. 5. Piette part. 6. Quaest. Theologicar. quest. 17. Gibertus Consult. Canonie. de Matrim. tom. 1. consult. 53. & alii.

IV. Verùm, quamquam hucusque explicata Melchioris Cani sententia, sit valde probabilis, ac cuique liberum, absque ulla erroris nota, eam amplecti, ut fateor habere in Theolog. dogm. & moral. tract. de Matrim. c. 4. Natalis Alexander Theolog. dogmat. & moral. de Sacram. Matrim. art. 5. §. 2. & Genet. Theolog. moral. t. 1. c. tract. 9. cap. 9. præmen nullus indicat, communior esse contrariam aliorum opinionem, qui constanter defendunt, selos contrahentes esse ministros Sacramenti Matrimonii quod, proinde necessario ab illis confici docent, simul ac validum inter se inuenti conjugii contractum. Hanc quippe sententiam propugnarunt scilicet omnes antiqui Theologi, Iurisque Canonici Interpretes, quos citant, & sequuntur Nazque cit. disp. 7. de Sacram. Matrim. dub. 9. Sanchez lib. 2. de Matrim. disp. 5. & 6. Theophyl. Raynaud. in Elictera scriptu. l. p. no. 74. Oper. t. 1. 6. Frassen in suo Sylo Academico tom. 12. tract. 7. disp. 2. art. 1. q. 3. conclus. 3. Cardinalis de Laurea in 4. to. 3. de Matrim. disp. 13. art. 6. Clericus de cle. 6. de Matrim. Cardinalis Gottus 1. 4. in 7. part. dub. 5. §. 1. op. 2. Nec vorum est, quod nonnulli putant, hanc opinionem,

ultra montes, esse jam sæd antiquam; ex illis quippe, qui ultra montes non diu antea scripserunt, eandem tuerent Van-Espeu Jur. Ecclie. univers. tom. 1. part. 2. tit. 12. cap. 5. n. 4. Simonet. Inst. Theolog. tom. 3. tract. 18. disp. 1. & 2. Boucat in Theologia Patrum tom. 5. disp. 7. de Inst. matrim. art. 5. sec. 1. & sect. 2. Avtor Theologie moralis ad usum Seminarii Petrocorensis tom. 4. c. 4. Merbesius in summ. Christiana tom. 2. de Sacram. matrim. diss. 7. q. 5. Pontas in suo dictionario verb. Matrim. tertio cas. 1. alique non pauci; quocirca Tournely, quamquam Melchioris Cano adhæserit, nihil minus ingenuè fassus est c. l. Si ex auctoritate; & numerò Scholasticorum pugna cum hie foret, p. secret hand cavio opp. sita sententiæ.

V. Neque tam ingens Theologorum numerus tanti animi fortuitoque pro hac sententia discicaret, nisi & ipsi validissima haberent argumenta, quæ suis adversariis opponat; inter quæ non contemnendum utique est, quod in hunc modum instaurant. Quidquid sit, an matrimonium clandestinum celebrata, fuerint umquam ante Tridentinum iurata, apud omnes tamen indubitatum est, ea, aliquot ante Tridentinum sæculis, in imitate non caruisse; id quippe diversè declararunt ipsimet Tridentini Patres cit. cap. 1. hisce verbis: *Amata dubitatum non est, clandestina Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, ratas, & veras esse matrimonii, quantum Ecclesia ea licita non fecit; & proinde iure damnatum esse illi, ut eos sancta Synodus anathemate damnat, quæ ea vera ac rata esse negant; & quidem idem Tridentinum, sui in decretum, quo scripta illa fecit, rebur habere voluit, nisi post triginta dies a die primæ ejusdem publicationis in unaquaque Parochia facte, pro-*

merandos, certum pariter est, etiam nunc matrimonia clandestina vera ac rata esse in locis in quibus prædictum decretum nunquam fuit promulgatum, jam autem nunquam Tridentini Patres illa vera ac rata conjugia dixissent; & declararent, nisi credidissent, ea esse vera Sacramenta; ut enim perpendit Bellarminus cit. cap. 7. sapientissimis illis Patribus notum erat à sacris Canonibus, quibus suum loquendi modum conformasse est præsumendum, ea tantum matrimonia dici vera ac rata, quæ non solum sunt contractus civiles, sed etiam Sacramenta religionis; quod perissimum discrimen ab Innocentio III. in cap. Quanto de divorciis, ubi ait: *Est matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum; inter fideles autem verum & ratum existit, quia Sacramentum Fidei, quod semel est admissum, nunquam amittitur, sed ratum spiritus conjugii Sacramentum.* Porro si senel evincitur, matrimonium sine Sacerdotis presentia clandestinum contractum, aliquando fuisse, & alicubi nunc quoque esse Sacramentum; necessario inde conficitur, illius ministros esse contrahentes, & non Sacerdotes.

VI. Præterea, si Sacerdos esset Minister Sacramenti Matrimonii, verba ab eodem prolata *Ego vos coniungo, &c.* essent ejusdem Sacramenti forma; quod utro concedunt Doctores Cano ad ipsulantes. At; iniquit adversarii, nec ea verba; nec alia illis acceperant; temper atque ubique adhibita fere, neque eadem; aut illis similia invenitur in omnibus Ritualibus quemadmodum testatur Matrone de antiq. Ecclie lib. tom. 2. lib. 1. cap. 9. art. 6. iniquit; Inaudita quod nos; immo nos; os; vrgm illa verba; Paratit; *Ego vos coniungo, &c.* in quibus aliquid ea recentioribus Scholasticis

formam hujus Sacramenti continent que tam desiderata in duobus citatis Ritualibus miss. Beccensis Monasterii, in Ponticali Novenensis annorum 300. in antiquo Rituali Bituricensi, & in aliis præmissis, quæ à nobis postea exhibebuntur; additæe Simonet cit. tract. 18. disp. 2. art. unie. §. 7. alicubi hæc tantum verba à Sacerdote fuisse pronuntiat: *Quod Deus coniungit, homo non separat;* quæ cerie nulli commune habent cum illis. *Ego vos coniungo, &c.* illi quavis Tridentinum cit. loc. hanc posteriorem formam judicaverit, quamcumque tamen aliam, iuxta cujuslibet regionis usum, adhiberi permittit; sed alio iuræ. veritas; juxta acceptam unanimoque; Ironicis ritum. Tantam porro varietatem Ecclesia non tolerasset, nisi nec minus cujuslibet provincia arbitrio permisisset, si existimasset, per verba à Sacerdote prolata confici Sacramentum matrimonium.

VII. Quis qui hæc per hoc idem argumentum confirmet, exempli seculundum nuptiarum, quæ quamquam valioe, & licite contrahuntur; quidquid in contrarium sentiant aliquos Orientales, quos hæc in se errantes, nos redarguimus in nostra. Const. 57. §. 8. num. 7. & in alia nostra. Const. 129. §. 29. Bullar. nost. tom. 1. a. a. am prohibetur benedici tam ad Latinos; ut habetur in cap. 1. de solemnitate nuptiarum, quim apud Græcos, ut in cit. nostra. Const. 57. §. 8. n. 4. hinc quippe iterum inferri auctum, Sacerdos benedictionem nuptiarum non esse ad perficiendum matrimonii Sacramentum. Verum etiammodi arguementum loare & fallax est; etenim recunda nuptia non sunt quidem benediceret ea volentibus benedictione, quæ continetur in speciali Missa pro sponso & sponsa, sed qua non legitur in nostra. Litt. Bq. quaque nullus um-



unquam dixit pertinere ad essentiam Sacramenti matrimonii; sed ut valide fiat, contrahi debent coram Parocho, qui eodem plane ritu eademque verborum formula, in quam unicus cadit praesens controversia, illis bene precatur. Non ignoramus, Glossam Canoniceam adnotasse, ideo secundas nuptias non esse benedicendas, ne Sacramenta iterentur; sed nomine Sacramenti intellexisse arbitramur *Sacramentale*, quod licet in se spectatum semper iterari queat, hic tamen obstat spe fallit ratio, ne iterari permittatur; siquidem, uti scite, atque ad rem pondet S. Thomas, in 4. dist. 42. *quæst. 7. art. 1.* quamvis secundum matrimonium verum Sacramentum sit, deficit tamen ab illa perfecta significatione unionis Christi cum Ecclesia, quæ cum fuerit, & sit unius cum una, melius, & perfectius representatur per primum; propter hanc autem significationis defectum Ecclesia denegat secundis nuptiis eam solemniter benedictionem, quam primum imperitur.

VIII. Melius, & solidius fulciri potest eadem opinio alla rationatione, quam à suis Auctoribus praetermissam advertimus. In locis, in quibus Tridentinum iam est promulgatum, non raro contingit, virum & feminam, matrimonium inter se contracturos, inopinatum Parochum adire, & coram eo, quamvis invito, & reluctantè, ac duobus testibus, ibidem fortuito adstantibus, mutuum in conjugium consensum exprimere, atque inde statim se subducere, quin Parochus ullum, nisi fortasse objurgationis, verbum protulerit. Eiusmodi matrimonium in sententia Melchioris Cani est validum in ratione contractus; sed, ob defectum Sacerdotalis benedictionis, non est Sacramentum. Ne itaque sic copulati Fi-

deles perpetuo careant gratia, quæ ex Sacramento matrimonii in contrahentes derivatur, deberet Ecclesia illos compellere, ut saltem hortari, atque inducere ad suum contractum legitime, consensuque adhibitis, sacris ritibus, iterum renovandum coram eodem Parocho cuius verbitur Sacramentum; atque ob eandem rationem, coram Sacerdote, aut præcipiter, aut saltem instaurari curaret clandestina conjugia, in locis ista, ubi Tridentini decretum non est receptum. Cum autem in neutro casu conjugii renovationem ab Ecclesia urgeri videamus, non temerè inde coniecimus, utrumque contractum, quamquam Sacerdotis benedictione non obligatum, iam ab Ecclesia haberi pro Sacramento. Ad hanc excusandam difficultatem, respondere possunt Cani associi ideo Ecclesiam nequaquam sollicitam esse de præliis conjugii, debito ritu instaurandis, quia contractus conjugii semel valide initus, nisi cum interret, Sacramenti naturam inducit, nonquam deinceps poterit Sacramentum effugit, quod docent Durandus in 4. dist. 2. *quæst. 7. num. 14.* Vazquez tom. 2. in 3. *part. disp. 153. c. 5. tom. 4. disp. 3. de matrim. cap. 10.* alique, quos citat, & sequitur Basilus Pontius de *matrim. lib. 1. cap. 6. num. 8.* Verùm hæc responsione difficultatem non evadunt; siquidem alii longè plures Doctores, quos recenset, & sequitur Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 9.* existimant, matrimonium, quod fuit validum, solum in ratione contractus, posse deinde renovari, & æsequi virtutem Sacramenti, qua prius caruit. In hæc potè dubitare, non negligeret Ecclesia Fideles urgerè, ut in gradibus serum eventibus sua connubia debito modo renovarent, ne frustrarentur ad-

mil-

minimum spe consequenda gratiæ, quæ saltem in multorum probabili, & communi sententia, ex contractus iteratione ipsis obveniret.

IX. Utriusque opinionis solidiora fundamenta inuimus, non animo quemquam inducendi ad unam, aut alteram amplectendam; sed ut Episcopis sit persuasum, utramque esse probabilem, suosque habere magnæ auctoritatis patronos; atque inde non decere discant, ut ipsi Iudicis partes assumant, questionemque definiant, de qua Ecclesia nihil hactenus pronuntiavit; sed Theologorum disputationi permittit. Quare acturi in Synodis de matrimonio, proponant quidem, & explicentque doctrinam à Concilio Florentino, & Tridentino de ejusmodi Sacramento dissertè traditam; sed caveant, ne aut Parochum, aut ipsos contrahentes, ejusdem ministris appellent; suorum verò Prædecessorum Synodos, in quibus ministri nomen, vel ista, vel illi inditum reperient, intactas relinquunt; ne eas corrigendo, aut approbando, in eas incidant vitium alterutri suffragandi ex controversiis inter Theologos opinionibus; à quo Dioecesanæ Synodos prorsus immunes esse debere, hucusque inculcavimus.

## CAPUT XIV.

*Corrigitur falsa doctrina, quæ in quoddam Synodo irrepsit quoad idem matrimonii Sacramentum.*

In Synodo Bononiensi, habita anno 1624. dicitur, non posse viros, & feminas à matrimonio contrahendis hoc nomine prohiberi, quod doctrinam Christianam ignorent, quamvis deceat, ut Parochus ejusmodi prohibitionem illis committeret, quo facilius eosdem inducat ad Fidei rudimenta adjuvanda. Idem sentit Ro-

maguera in notis ad constitutiones Synodales Gerundenses *lib. 4. tit. 1. cap. 2.* ubi, cum in hanc offenderit Synodalem sanctionem: *Renovantes Constitutionem in ultima Synodo editam circa doctrinam Christianam, statuimus; & ordinamus, quod de cetero ad sponsalia, per verba de presenti, non admittantur, qui doctrinam Christianam nescierint; & confirmati non fuerint;* loco eam illustrandi, ipsi alias solet, tacite impugnat, docens, fas non esse Episcopis, quemquam à matrimonio arcerè hanc solam ob causam, quod doctrinam Christianam ignoret, sed dumtaxat posse blandis verbis, atque adhortationibus eum inducere ad matrimonium differendum, donec Christianis inbuitur institutis. Nec dissimilia sunt quæ in hanc rem adduxit Mateellus Severus in *sua Voitu impresso part. 14. Recent. decisi. 536. n. 52. & 53.*

II. Fulcitur hæc opinio quorundam Theologorum auctoritate, qui cum ignorantiam doctrinæ Christianæ non inveniunt in vulgari versutia, in quibus enumerant impedimenta matrimonium impediuntia, & ætate proinde non dubitant, non mem posse, ob illam solam, à matrimonio celebrando cohiberi. Ita docuit Thomæ Sanchez *lib. 3. de Matrim. disp. 15. num. 9.* inquires: *Nescio tamen, qua ratione possit (Episcopus) ob hanc ignorantiam arcerè aliquem à matrimonio contrahendo, cum ipse non sit impediens matrimonium statuerè, nec hoc impedimentum ab Ecclesia statutum sit;* & sequitur Diana in *rat. cord. tract. 6. tom. 2. resol. 95.*

III. Verum huic doctrinæ, & Rituali Romanum, & S. Carolus Borromæus, & quamplurimæ Episcopales Synodi, ac summorum Pontificum

Educa-

Edicta adversantur, Eteonin Rituale Romanum, tit. de Matrim., de his loquens, qui matrimonio sunt iungendi, ait: *Utique scit rudimenta Fidei, cum ea deinde filius noster docere debent.* S. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi V. part. 3. Act. Eccl. Mediol. part. 1. pag. 187. hæc statuit: *Parochus, qui nuptias experiendo videt doctrinam Christianam rudimenta placet ignorare, ne matrimonium illas ante iungat, quam earum ratione cognovit didicisse, que eo de genere illos placet scire oportet;* que verba advertens Franciscus Amatus Pouget instit. Cathol. tom. 2. part. 3. sect. 1. c. 86. §. n. 6. inquit: *Non accedendum prius ad coniugii legem, quam tentatur præcipua religiois mysteria Christianæque vitæ ratio, & conjugatorum officia probe noscantur.* In Archiepiscopali Bononiensi Cardinalis Gabrielis Palaeoti, par. 3. p. 157. dicitur, ne Parochus ad tertiam dæmoniam matrimonii denuntiationem, nisi certo noverit, sponsoz principia Fidei nostræ mysteria didicisse, & saltem Oratorem Doctrinam, Satisfactionem Aglicam, Symbolum Apostolicum, & Præcepta Decalogi memorie mandasse. Idem edixere innumere Synodi, collectæ à Genetro Theol. Moral. 1. 2. tract. 9. c. 2. q. 17. quibus addimus Synodum Farsensem, habitam anno 1685. à Cardinali Barberino, Cæsenatensem habitam ann. 1693. à Cardinali Denhoff, Neapolitanam habitam anno 1694. à Cardinali Cannelino, Ariminensem habitam ann. 1714. à Cardinali de Via, Neapolitanam habitam anno 1716. à Cardinali Pignatello, Sabinensem habitam ann. 1736. à Cardinali Albano, omnes ad titulum de matrimonio. Ac demum Congregatione habita coram san. mem. Innocentio XII. anno 1697. decretum est, non esse à Parochis matrimonium in Ecclē-

sia proclamandum, nisi antea sponsoz repererit in Christianæ religionis rudimentis sufficienter instructos, quod quidem decretum confirmatum fuit à sel. rec. Clemente XI. in suo Bullario pag. 326. Idem edixit Cardinalis de Rohan in suo Rituali Argentineni ad tit. de Matrimonio p. 234. ubi Parochos diligenter investigare iussit, an matrimonium iungendi tenent rudimenta Fidei. Ac denique non ipsi in nostra encyclica Epistola ad universos Episcopos, que est 42. in nostro Bullario §. 11. tom. 1. hæc scripsimus: *Verum, cum matrimonio iungendi non sint, si Parochus, ut debet, prius interrogando, deprehenderit, matrem, seu feminam, que ad salutem necessaria sunt, ignorare vitæ tantæ, ac tam lætuosæ ignorantie locum relinquet Episcopus, qui Pastores animarum admonet officii sui, & hæc si desint, negligentia repetat penas.*

IV. Quamobrem, cum doctrina tradita in citata Synodo Bononiensi anno 1631. à communi Ecclesiæ sensu, & praxi discordet, est omnino reformanda, & corrigenda, sicuti recipere correctæ fuit in alia synodo Dioecæsana Bononiensi, celebrata à Cardinali Boncompagni anno 1698. lib. 2. cap. 9. atque iterum à nobis Instit. 9. c. Inst. 49. ubi ad matrimonium contrahendum, nomen admitti præcepimus, Christianis institutis nondum satis edoctum.

V. Neque in contrarium facit, quod aiebat Sanchez, nimirum non posse lipi copum nova impedimenta, matrimonium impediencia statueri; huic enim difficultati in primis repugnans, ab Episcopo, repellente à matrimonio contrahendo ignorantem Christianæ religionis necessaria rudimenta, nullum de novo poni impedimentum, sed illud explicari, &

inculcari, quo idem jam desinere vult enimverò, cum matrimonium inter Fideles, unum sit ex septem novæ Legis Sacramentis, à Christo Domino institutum, atque à numero eorum, que dicuntur vivorum, nemo sine gravi sacrilegio, illud celebrare potest in statu peccati mortalis, quod optime perpendit Didacus Covarrubias super 4. Decret. part. 2. de matrim. cap. 6. in princip. inquit: *Existent in mortali crimine non potest absque novo peccato matrimonium contrahere, tractat enim valentius Sacramentum hoc maximum; nec Parochus licite eidem matrimonio assuit; quamvis eum iuxta communem magisque receptam sententiam, non sit Sacramenti matrimonii Minister, ut in precedenti capite diximus, nihilominus in multis comparatur Ministro, nec licite sua presentia, & auctoritate firmare potest contractum, quem scit à contrahentibus sacrilege iniri; quemadmodum prosequitur Cardinalis de Laurea in 4. sent. tom. 3. disp. 22. art. 22. num. 449.* & pluribus Franciscus Maria Muscetto, Archiepiscopus Rossanensis, in sua dissert. de Sponsalibus, & Matrimonii, que extas post secundam impressionem Obitero. bon. mem. Zauli ad Statuta Faventina, iterumque edita, & Neapoli anno 1742. Qui autem Fidei rudimenta ignorat, que ex gravi præcepto scire tenetur quando illa non addiscit, cum potest, versatur in statu peccati mortalis, ac propterea iure ac merito à matrimonio contrahendo arcetur. Deinde idem Sanchez cit. disp. 15. num. 5. & lib. 7. disp. 6. num. 6. Basilius Pontius de Matrim. lib. 6. cap. 7. Gaspar Hurtado disp. 25. difficult. 1. num. 1. & Perez de Matrim. disp. 23. sect. 1. num. 1. non solum in Episcopo, sed etiam in Parocho facultatem agnoscunt impe-

diendi ad tempus matrimonium ex aliqua rationabili causa, puta ad sedandam aliquis objecti impedimentum veritatem; nec tamen inde confici astant, verum & proprium impedimentum, eorum conscientia, matrimonio apponi; quidem illa prohibito temporaria est, atque, ablato scandalo, & detecta falsitate objecti obtaculi, sine ulla dispensatione, cessat, & extinguitur. Idem autem contingit in re nostra; Episcopus enim ignorantibus Christianæ religionis instituta, & præcepta, matrimonium interdicere, solum ad tempus; donec illi illa addiscant; quòd si hæc prohibito diuturna sit, & perseveret, id per accidens est, atque unice oriatur ex culpa eorum, qui illis erudiri aut recusant, aut negligunt.

VI. Unum tamen advertendum addimus, quod recte consideravit Giribaldus de Sacram. matrim. tract. 10. cap. 5. dub. 13. num. 111. nimirum quandoque evenire, ut quis præcipua Fidei nostræ mysteria & sciat, & credat cætera pariter, que necessitate præcepti sunt addiscenda, aliquo saltem rudi modo perceperit; sed, quia hebetis est ingenii, & exilis memoria, post omnem adhibitam diligentiam, illa memoria retinere, & recitare non valeat; in hoc autem rerum statu, non debet perpetuo arceri à matrimonio, quòd est institutum in officium naturæ, & propterea nemini, sine propria culpa, est denegandum; sed curabit Parochus, ut qui eo memorie defectu laborat frequenter audiat que semel esse didicit, ne ab eius mente penitus elabatur. Inter celeberrimas Constitutiones Gilbertinas, editas à Joanne Mathæo Giberto, Episcopo Veronensi, quas alibi commendavimus, tit. 5. cap. 27. legitur: *Cum autem quilibet Christianus Ora-*



Orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, & Præcepta Dei, atque Ecclesiam scire debeat, retinendo talem sensum, & Sacerdotibus, ac Predicatoribus munere sibi imposito, prout tenentur, functionibus, nullas se in veritate excusare poterit, quod, à quo necessitas ad salutem adhibere possit, non habeat. Ideo præmissa recedentes, ac magis confunduntur &c. In faciem Ecclesie ad matrimonium contrahendum non admittuntur: ubi Cardinalis Augustinus Valerius in notis ad rem subdit: *Adverte, non esse arcendos, &c. qui, ut necessaris ad salutem perducant, faciunt quod in se est, sicut qui scholas doctrinæ Christianæ frequentat, quia, non ob incuriam, aut negligentiam, sed ob ingenii, memoriæque imbecillitatem, ea non addiscunt.* In Concilio quodam Limano can. 4. act. 2. relato per Mendosam in notis ad can. 42. *Conciliū Eliberitanū* agitur de hisce hominibus, qui, cum adeo crassa, ut vocant, amentia præditi sint, ut Christianam doctrinam, juxta methodum, qua ab aliis memorie mandatum, nullo modo addiscere valeant, ad Sacramenta tamen accedere, & signanter matrimonium contrahere cupiunt; atque ita cum his agendum

statuitur: „Qui verò his tantis impedimentis gravati fuerint, ut copiosorem Catechesin non admittant, doceantur demum pro suo modo præcipua Fidei capita, scilicet unum esse Deum omnium rerum auctorem, qui accedentes ad se viciosa æterna remuneret, impios, & rebelles æternis suppliciis in alio seculo puniant; deinde hunc ipsum Deum esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, tres quidem Personas, sed unum Deum verum; præterea Filium Dei, propter reparandam salutem hominum, factum hominem ex Virgine Maria, pro nobis passum, & mortuum, ac tandem resurrectis, & regnare in æternum; hunc esse Jesum Christum Dominum, & Salvatorem nostrum; postremo neminem posse esse salvum, nisi credat in Jesum Christum, & poenitentiam de peccatis commisis, Sacramenta ipsius suscipiat; Baptismatis quidem, si infidelis est; Confessionis autem, si lapsus post Baptismum; ac denique statuta servare, quæ Deus, & Ecclesia sancta præcipiunt, quorum summa est, ut Deum diligat super omnia, & proximum sicut se ipsum.”

## LIBER NONUS.

DE CAVENDIS IN SYNODO, QUÆ AUCTORITATI ET JURIBUS APOSTOLICÆ SEDIS REFRAGARI POSSUNT; ITEM DE NON ASSUMENDA DEFINITIONE CONTROVERSARUM JURISDICTIONALIUM INTER POTESTATEM ECCLESIASTICAM, ET SECULAREM; DE SOBRO IN SYNODO USU LEGUM CIVILIUM; ET DE NON LÆDENDIS PRIVILEGIIS REGULARIUM.

## CAPUT PRIMUM.

*Nihil in Synodo decernendum, quod præjudicium inferat auctoritati & juribus Apostolicæ Sedis; ubi de falsitate assertionis tribuentis Episcopo potestatem statuendi in sua Diœcesi, his dumtaxat exceptis, quæ totius Ecclesiæ statum respiciunt, quidquid Papa sibi specialiter non reservavit; & incidenter de erectionibus Monasteriorum, & domuum Regularium.*

**N**ihil, quod juribus Apostolicæ Sedis præjudicium afferat, aut ejusdem auctoritati sit injuriosum, inveniri debet in Constitutionibus sive Provincialium, sive Episcopali Synodorum; & si quid ejusmodi in eas fortè irreperit, statim erit à Romano Pontifice rescindendum.

**II.** Urbanus VI. sub quo schisma omnium terribilissimum, & diuturnissimum exortum est, ut suæ obedientiæ Prælatos novis sibi devinceret beneficiis, & magis magisque à partibus retraheret Roberti Gebennensis, qui

à nonnullis Cardinalibus, adversum eundem Urbanum, in Pontificem electus, Clementis VII. nomen assumpsit, & in Galliam recesserat, inter cætera privilegia, hoc etiam est illis largitus, ut in eorum civitatibus, & Diœcesibus Apostolicæ littere executione carerent, nisi ab ipsius Prælati, vel eorum Officialibus essent antea examinata, atque approbata; idque statim in consuetudinem, & veluti in legem deductum est, phiribusque Synodalibus statutis firmatum, ac roboratum. E vivis crepto Urbano VI. ejusdem Successor Bonifa-

Orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, & Præcepta Dei, atque Ecclesiam scire debeat, retinendo saltem sensum, & Sacerdotibus, ac Predicatoribus munere sibi imposito, prout tenentur, fungentibus, nullas se in veritate excusare poterit, quod, à quo necessitas ad salutem adhibere possit, non habeat. Ideo præmissa recedentes, ac magis confunduntur &c. In faciem Ecclesie ad matrimonium contrahendum non admittuntur: ubi Cardinalis Augustinus Valerius in notis ad rem subdit: *Adverte, non esse arcendos, &c. qui, ut necessaris ad salutem perducant, faciunt quod in se est, sicut qui scholas doctrinæ Christianæ frequentat, quia, non ob incuriam, aut negligentiam, sed ob ingenii, memoriæque imbecillitatem, ea non addiscunt.* In Concilio quodam Romano can. 4. act. 2. relato per Mendosam in notis ad can. 42. Concilii Eliberitani agitur de hisce hominibus, qui, cum adeo crassa, ut vocant, amentia præditi sint, ut Christianam doctrinam, juxta methodum, qua ab aliis memorie mandatum, nullo modo addiscere valeant, ad Sacramenta tamen accedere, & signanter matrimonium contrahere cupiunt; atque ita cum his agendum

statuitur: „Qui verò his tantis impedimentis gravati fuerint, ut copiosorem Catechesin non admittant, doceantur demum pro suo modo præcipua Fidei capita, scilicet unum esse Deum omnium rerum auctorem, qui accedentes ad se viciata æterna remuneret, impios, & rebelles æternis suppliciis in alio seculo puniant; deinde hunc ipsum Deum esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, tres quidem Personas, sed unum Deum verum; præterea Filium Dei, propter reparandam salutem hominum, factum hominem ex Virgine Maria, pro nobis passum, & mortuum, ac tandem resurrectis, & regnare in æternum; hunc esse Jesum Christum Dominum, & Salvatorem nostrum; postremo neminem posse esse salvum, nisi credat in Jesum Christum, & penitentem de peccatis commissis, Sacramenta ipsius suscipiat; Baptismatis quidem, si infidelis est; Confessionis autem, si lapsus post Baptismum; ac denique statuta servare, quæ Deus, & Ecclesia sancta præcipiunt, quorum summa est, ut Deum diligat super omnia, & proximum sicut se ipsum.”

## LIBER NONUS.

DE CAVENDIS IN SYNODO, QUÆ AUCTORITATI ET JURIBUS APOSTOLICÆ SEDIS CONTRAGARI POSSUNT; ITEM DE NON ASSUMENDA DEFINITIONE CONTROVERSARUM JURISDICTIONALIUM INTER POTESTATEM ECCLESIASTICAM, ET SECULAREM; DE SOBRO IN SYNODO USU LEGUM CIVILIUM; ET DE NON LÆDENDIS PRIVILEGIIS REGULARIUM.

## CAPUT PRIMUM.

*Nihil in Synodo decernendum, quod præjudicium inferat auctoritati & juribus Apostolicæ Sedis; ubi de falsitate assertionis tribuentis Episcopo potestatem statuendi in sua Diœcesi, his dumtaxat exceptis, quæ totius Ecclesiæ statum respiciunt, quidquid Papa sibi specialiter non reservavit; & incidenter de erectionibus Monasteriorum, & domuum Regularium.*

**N**ihil, quod juribus Apostolicæ Sedis præjudicium afferat, aut ejusdem auctoritati sit injuriosum, inveniri debet in Constitutionibus sive Provincialium, sive Episcopali Synodorum; & si quid ejusmodi in eas fortè irreperit, statim erit à Romano Pontifice rescindendum.

**II.** Urbanus VI. sub quo schisma omnium terribilissimum, & diuturnissimum exortum est, ut suæ obedientiæ Prælatos novis sibi devinceret beneficiis, & magis magisque à partibus retraheret Roberti Gebennensis, qui

à nonnullis Cardinalibus, adversum eundem Urbanum, in Pontificem electus, Clementis VII. nomen assumpsit, & in Galliam recesserat, inter cætera privilegia, hoc etiam est illis largitus, ut in eorum civitatibus, & Diœcesibus Apostolicæ litteræ executione carerent, nisi ab ipsius Prælati, vel eorum Officialibus essent antea examinata, atque approbata; idque statim in consuetudinem, & veluti in legem deductum est, phiribusque Synodalibus statutis firmatum, ac roboratum. E vivis crepto Urbano VI. ejusdem Successor Bonifa-



faciis IX. prædictam concessionem, ab Urbano factam, revocavit, & peculiariter locorum statuta, quæ ad illam fulciendam & stabilendam emanaverant nullius esse roboris, decrevit. Cum vero anno 1417. in Concilio Constantiensi ad Petri Cathedralis evectus fuisset Martinus V. ejus electione sublarum esse schisma, quod quadraginta fere annos Christi Ecclesiam diu laceraverat; nam, etsi Petrus de Luna, dicitur Benedictus XIII. à Concilio exanctoratus, Pontificie dignitatis insignia, invidiæ pervaciua, reinserit, attamen penè ab omnibus, qui ei obedientiam præstiterant, post Concilii sententiam, & Martini electionem, desertus est. Jam verò probe animadvertens indubitatè Pontifex Martinus V. rationi congruum esse, ut, quæ schismatis calamitas in detrimentum Apostolicæ Sedis concedenda suaserat, restituta Ecclesie pace & tranquillitate, rescinderentur; sacro approbante Concilio, eamdem Urbani VI. Constitutionem demò abolivit.

III. Et infirmillimas in Tolerana, & Carthaginiensi Ecclesiis, obtentu obviandi falsitatis, condite postea fuerunt Synodales Constitutiones, quibus educebatur, ne Tabelliones, & Notarii, etiam ab his, quorum intererat, requisiti, Apostolicas litteras recipere, à loci Ordinario, ejusve Officialibus prius non examinatas. Peritæ est hujusmodi Constitutionum confirmatio à Leone X. supremum Ecclesie clarum tunc temporis tenente; sed hæc, indecens, absortum, quilibet & temerarium reputans, quod quæ eant à summo Pontifice gesta, ea inferiorum examini & iudicio subesse, necdum porrectam sibi supplicationem rejicit; sed, nova insuper edita Apostolica Constitutione, memoratas Boni-

facii IX. & Martini V. sanctiones approbavit & restauravit, & quæcumque illi contraria statuta tam in prælati Tolerana, & Carthaginiensi, quam in aliis quibuslibet Synodis facta, & attentata, scripta esse voluit; & ne ulla eorumdem memoria ullo umquam tempore extraret, eadem in libris, seu codicibus, in quibus scripta, atque adnotata reperiebantur, ita obliterari & radi præcepit, ut amplius legi non possent.

IV. Bonifacii IX. Martini V. & Leonis X. vestigia secretus Clemenſis VII. in sua Constitutione 47. Bullar. l. 4. part. 1. pag. 105. id ipsum sancivit, quod illi hæc de re edixerat, addiditque se in suis litteris, in die Coenæ Domini lectis & promulgatis, anathemate perculisse, & iterum percellere, quæcumque litterarum Apostolicarum executionem quovis prætextu impedirent, aut impediendis consilium, auxilium, & favorem præberent. Hoc unicum exemplum satis esse existimamus ad cautos reddendos Episcopos, ne in suas Constitutiones aliquid obrepere sinant, quod, ulla ratione, Apostolicæ Sedis aut auctoritatè injuriam irrogat, aut jura læmniat; ob eam quippe conjunctionem & necessitudinem, quam membra cum suo capite habere oportet, maximè decet, ut ipsi primæ Sedis prærogativas, quæ hæc præsertim tempestate, multorum invidia, in discrimen vocantur, sedulo defendant, & pro viribus promoveant; suam enim causam agunt, cum supremi Pastoris auctoritatem propugnant, & sustinent; quoniam, si hujus jura evocantur, paulatim pariter inferiorum Præsulum jurisdictione nutabit & coarctetur. Hæc optime considerant Patres Concilii Duxiacensis l. habiti anno 871. cui Episcopi unus & vi-

ginti per se, octo per suos Procuratores subscribere, cum ad Hadrianum II. Papam in Synodali epistola, quæ extat in Collectionis Harduini tom. 5. col. 132. ad rem apposidit, atque ad posterorum exemplum maxime opportune ita scribere: quia ergo nos, quantum scimus, & possumus, privilegium sanctæ ac primæ Sedis Romanæ & conservare, & obaudire, & extollere cupimus, atque satagimus, pro suo scilicet principatu, quem Beatus Petrus Apostolus, Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus obsequente, & tenuit semper & retinet; servet vestra Paternitas, & à Deo in prima Sede constituta auctoritas, nobis fidei, & subjectis sibi Episcopis Ecclesiastica privilegia, à sacris Canonibus, & vestris Decessoribus, ac Prædecessoribus, nostris Decessoribus, ac Prædecessoribus conservata; quantum & Apostolica Sedes proprium vigorem retineat, & à se concessa illis sua jura non minuat.

V. Verum accidit interdum, aliquot Episcopos, ceteroquin erga Apostolicam Sedem obsequentissimos, ejusdem auctoritatem, non consulto, sed potius incogitanter sibi usurpare; deceptos nimirum à quibusdam Doctoribus, qui potestatem, uni Romano Pontifici competentem, quarumcumque Ecclesiarum Præsulibus adjudicant. Astruunt scilicet ejusmodi Auctores, & veluti indubitatum axioma venditant hæc propositionem: „Quid potest Pontifex in universo orbe, si ea exceptis, quæ totius Ecclesie statum respiciunt, uti Fidei articulum definire, potest Episcopus in sua Diocesi, nisi specialiter Papa sibi illud reservavit;” eoque fundamento præjecto, Episcopalem jurisdictionem mirum in modum extollunt, ac ultra præscriptos ei limites protrudunt. Hanc porro opinionem, pluri-

um, & non infimæ notæ Doctorum auctoritate muniam, quos referunt Fagnanus in c. Dilertus, de tempore Ordin. n. 16. & in cap. Perniciosum, de offic. Ordin. n. 28. atque Arcudius Concord. lib. 2. de Confirmat. pag. 170. scilicet hauriant Episcopi, eaque imbuti, sibi licere autumant, nonnulla in suis Synodis statuerent, quæ ad solam pertinent Apostolicam Sedem. Quamobrem laudatè Fagnanus cit. loc. operæ prærium existimavit, præfatam propositionem totis viribus convellere, ejusque falsitatem & ratione & auctoritate demonstrare.

VI. Ratione quidem; etenim, uti pariter argumentatur Suar. lib. 6. de legib. c. 14. n. 4. & 6. etiam seclusa Superioris prohibitione, nequit inferior legem, ab eodem Superiore latam, aut abrogare, aut relaxare: Superior quippe, statim ac aliqui per suam legem præscribit, aut prohibet, illud subtrahit ab ordinaria potestate inferioris, cui propterea non licet, in illam faltem immittere, nisi velit suam voluntatem anteponeere valentur Superioris, per legem manifestate; quod profecto esset sine subjectionis jurgum excutere, & quæ majoris potestatis est, iudicis suis addicere, aut propriis definitiõibus subjugare; quam intolerabilem insolentiam reprehendit Nicolaus I. in epistola ad Michælem Imperatorem; relata in Can. Inferior dicit. 21. Præterea, si integrum esset Episcopo, legem relaxare à Concilio Generali, aut à summo Pontifice rogatum, legem everteretur Ecclesie disciplina, caput subiceretur membris, & proinde actum jam esset de Ecclesiastica Hierarchia divinitus instituta; quod bene ponderavit idem Fagnanus in cap. Nimis, num. 44. de filiis Presbyterorum, inquit: „Unde etiam apparet, longe minus admitendum esse, ju-

ordinario Episcopum dispensare contra legem Concilii Generalis, vel summi Pontificis, quoties dispensandi facultas illi non admittitur; hæc enim doctrina, nisi temperetur, secundum ea, quæ dicta sunt, falsa & periculosa est, & nullatenus ad praxim deducenda; nam inferiorum posse contra legem Superioris absolute dispensare, nihil est aliud, quam caput membris, & superiora inferioribus subjicere, & ordinem naturalem invertere, & Ecclesiasticam Hierarchiam confundere, Dei ordinationem institutam, præsertim verò quia mos sacrorum Canonum, & Conciliorum est ferre ubi que simpliciter præcipere, aut prohibere, quid faciendum sit, vel non faciendum, ratio autem descendunt ad prohibitionem dispensationis. Unde si liceret Episcopis dispensare, quotiescumque dispensatio in specie non prohibetur, nequaquam esset in eorum facultate, totam Jus commune, & Concilia universalia subvertere, in singulis casibus dispensando, quod est verumque asserere.

VII. Ad auctoritatem quod attinet, Fagnanus in *cit. cap. Dilatus, de temp. r. Ordinat.* ex hoc ipso textu inferri autumat falsitatem propositionis, quam impugnat; cum enim Episcopus Rossensis in Hibernia tres sacros Ordines eadem die contulisset cuidam Canonico Ynnicensi, in huius Ecclesie Episcopum electo, obtentis mandatis sibi facti ab Archiepiscopo Casselensi, suo Metropolitano, rem geram improbatam, & Rossensis excusationem respuit. Innocentius III. rescribens, etiam constitisset de mandato Archiepiscopi, ad huc illi non fuisse obtinendum, eo quod talis dispensatio nulli sit à canone permisa; Tam quia (sunt

verba vulgata Decretalis, quæ habentur in compilatione, qua utitur) *si de mandato Archiepiscopi contuleret, cum illi hujusmodi dispensatio à canone minime sit permisa, ideo si obtinere non debuit in hac parte.* Ad ligandas igitur inferiores manus, ejusque jurisdictionem coercendam, non est necesse, inquit Fagnanus, ut sit illi expresse interdictum, ne quidquam, contra Superioris legem, audeat intendere; sed sat est, id ei non esse ab ipsa lege permissum, sicuti ab Innocentio audivimus. Verum, cum in ea Innocentii III. Decretali, quæ refertur à Gonzalez, post verbum *permisa*, hæc alla subdantur: *Quam ad solum Romanum Pontificem non est dubium pertinere;* ex quibus potest quis coniecere, potestatem relaxandi legem, de qua agebatur, fuisse à jure Episcopis ademptam, unique Romano Pontifici reservatam; jam corruit argumentum, quod ex ea Decretali Fagnanus instaurat. Clariores, nullique cavillationi obnoxii sunt alii textus, qui ad Fagnani opinionem roborandam, & contrarium axioma confodiendum, producantur. Primus est in *Clem. V. Romani, de elect.* in qua Clemens V. ait: *Nos, inter cætera, precipue attendentes, quod lex Superioris per inferiorem tolli non potest; idque ita intelligendum declarat, ut nequeat ab inferiori corrigi, vel immutari, aut quidquam ei detrahi, sive adhi, vel dispensari quomolibet circa ipsum, seu aliquam ejus partem.* Alter textus est in *cap. Sancta Romana, de relig. si do. minis, inter Extravag.* Joannis XXII. ubi legitur: *Quidam autem eorum dicitur, habitum & privilegium à quibusdam Episcopis, seu eorum Superioribus vel aliis Ecclesiarum Prelatis habuisse, profitentur, quos nec eis concedere licuit contra formam concilii generalis; ad quem*

quem locum opportunè notat Glossa lra. N. Non licet igitur Episcopis contra inhibitionem Generalis Concilii facere, cum suis adstricti ad observandum canonum; idemque late ostendunt Innocentius in *cit. cap. Dilatus, de temp. Ordinar.* Num. 2. & 5. & in *cap. 2. de eo, qui fuerit Ordinem suscepit*, Panorm. in *cap. Tam literis, num. 3. de testibus, Coart. in 4. part. 2. c. 6. n. 15.* Guierrez *can. Quæst. lib. 1. cap. 5. num. 10.* Suarez *cit. cap. 14. Vazquez tom. 2. in. 1. 2. disp. 178. cap. 2. Sanchez de Murim. lib. 8. disp. 5. n. 2. Pontius de Matrini. lib. 8. cap. 6. num. 2. Cabassutius in theor. & præst. Jur. Canon. lib. 7. cap. 27. num. 3. Diana in *edit. coord. tom. 7. tract. 2. resolut. 25. per tot.* alique innumeri, ab his allegati. Et quamvis adversus hæc afferatur textus in *cap. Nuger, de sententiâ excommunicationis*, ubi dicitur, ab inferiore concedi posse canonis eam sibi non reservaverit; sapienter tamen Gonzalez ad dictum *cap. Nuger, num. 7.* animadvertit, id non esse extendendum ad alias materias, in quibus ex eo duntaxat, quod aliquid non sit expresse Episcopis prohibuitur, non licet inferre, idem esse eisdem positive concessum; speciale enim illud esse, ait, in absolute à censuris; eademque specialitate gaudere, asserunt Doctores, dispensationem in impedimentis quibusdam matrimonii merè impedientibus, de quibus infra loquemur.*

VIII. Alius est nonnullorum error, qui videntes, Episcopis censuram, tamquam necessariam conditionem, requiri pro alicujus actus validitate, aut legitimitate; ab hujusmodi consensu rem totam pendere putant, eamque Episcopali duntaxat auctorita-

te, inconsulto Romano Pontifice, licite & valide expleri posse, arbitrantur; quamvis adsint Apostolica Constituciones, aut Conciliaria Decreta, quibus supremum & privativum, ut vocant, jus in id rerum genus Apostolicæ Sedi reservatur. Exemplo sit res ista, quam subjicimus.

IX. Statuit sacra Tridentina Synodus *sess. 25. de Regularibus c. 7.* ne monasteria, seu domos tam virorum quam mulierum, de cætero erigantur sine Episcopi, in cuius Diocesi erigenda sunt, licentia prius obtenta. Hinc verò aliqui inferunt, ad erectionem monasterii in aliqua Diocesi, sufficere licentiam Episcopi Diocesani, absque eo quod Romani Pontificis auctoritas ad id requiratur, & maxime ubi agatur de Episcopis ultra montes constitutis; propterea quod Innocentius X. Constitutio, quæ habetur *num. 27. in Bullar. Rom. tom. 4.* quæque Romani Pontificis auctoritatem in hujusmodi erectionibus necessariam declarat, de Italia, & adjacentibus Insulis tantummodo loquitur. At, cum jampridem ante Tridentinum Concilium Regularibus interdita fuerint novorum monasteriorum acquisitio sine expressa licentia Apostolicæ Sedi, ut videre est in *cap. Religiosum. 4. Confirmatos, de religiosis domibus, in sexto, & in cap. Cum ex eo, de excessibus Prælatorum, eisdem lib. 6.* satis patet, nihil à Tridentina Synodo detractum fuisse ejusdem Apostolicæ Sedi auctoritati jam præcedenter stabilitæ; sed illic duntaxat statutum fuisse, ut, præter eam, Episcopalis quoque auctoritas & licentia in iisdem erectionibus intervenirent. Quare communis hodie, & in Tribunalibus recepta est opinio, non licere Regularibus tam intra, quam extra Italiam novâ monasteria, aut conventus, sive collegia fundare, sive Episcopi



localis auctoritate, sed Apostolicæ Sedis licentiam præterea necessariam esse. De monasteriis autem, seu conventibus, aut collegiis tantummodo loquimur; nam, si res esset de aliquo simplici hospitiò, quod pro Regularij iter habentium comodo adificari vellet, Episcopi localis licentia ad id sufficeret, etiam non accedente Apostolicæ Sedis auctoritate. Quæ omnia mature discussa, & definita fuerunt occasione cujusdam cause *Eysteten. Fundationis Hospitij*, in qua tres decisiones Auditorij Rotæ emanarunt; una, die 10. Maji 1726. altera, die 26. Aprilis 1728. coram bono mem. Ganaches, ac tertia de iurisdictione coram bono mem. Ratto, postea Episcopo Cordubensi, quæ in illius Decisionum Collectione jam typis edita legitur tom. 3. num. 238.

## CAPUT II.

*Ex iis, quæ dicta sunt, decernitur, quibus in casibus fas sit, aut non sit Episcopo relaxare impedimenta dirimentia Matrimonium; agit etiam de consuetudine, ac nonnullis Synodis Gallicanis, eandem Episcoporum facultatem spectantibus.*

**E**x iis, quæ hucusquæ stabilita sunt, sequitur fas non esse Episcopis, removere impedimenta dirimentia matrimonium, seu quemquam solvere ab impedimento, quo detinetur, veniamque eidem concedere, ut impedimento non obstante, matrimonium contrahat; quoniam ejusmodi impedimenta ortum habent aut à Concilio Generali, aut à summis Pontificibus, quorum decreta neque inferior infringere, iisque ulla ratione contraire, quod ex modo dictis liquet, & ad rem perpendunt Sanchez cit. lib. 8. disp. 6. num. 15. & Pontius de Ma-

*trini. lib. 8. cap. 15. num. 1. Ne autem hac doctrina, quam communem esse citati Auctores asserant, jurisdictionem nimirum coarctari congerantur Episcopi; priusquam ea uberiori explanetur, plura sunt prænotanda. Et primo animadvertendum est, sermonem hic non esse de impedimentis merè impedientibus, quæ nullius dubitat posse ab Episcopo relaxari, si excipias impedimentum ortum ex sponsalibus cum altero initis, quod isto invito, sine ejusdem injuria remitti nequit, & illud, quod provenit ex voto, aut ingrediende Religionis, aut perpetue castitatis, quæ vota, nisi fuerint conditionata, summo Pontifici reservantur, necnon alterum proveniens ex heresi, de quo in capite sequenti dicitur sumus; Sotus, in 4. dist. 37. quest. unic. art. 1. Navarrus man. cap. 22. n. 85. Sanchez lib. 7. de matrim. dis. 17. n. 15. Salmanticenses in cursu Moral. Theolog. tom. 2. tract. 9. de Matrim. c. 13. punct. unic. num. 16. & 17. Perez de Matrim. disp. 23. sect. 8. n. 5. Cabassutius in theor. & præc. Jur. Canon. lib. 3. cap. 27. num. 7. Natalis Alexander Theolog. Dogmat. & moral. de Matrim. lib. 2. art. 15. reg. 14. aliique communiter. Neque res est de impedimento, quod irritum reddidit matrimonium jam publicè contractum; ultra enim concedimus Episcopo illud relaxandi facultatem, quam eidem adscribunt Sylvester verb. Dispensatio §. 9. Sotus cit. dist. 37. quest. unic. art. 1. Navarrus cit. cap. 22. num. 85. Sanchez lib. 2. disp. 40. num. 3. Pontius lib. 8. c. 15. n. 2. Zerola 1. parti. verb. Dispensatio §. Ad quintum, Cabassutius cit. cap. 27. n. 5. Sylvius Operum tom. 5. inter resolutiones in verb. Dispensatio secundo. Fagagnus in cap. Nemo, num. 35. de filiis Presbyterorum. Natalis Alexander cit. loc. reg. 10. quæ*

tamen unanimiter monent, non posse Episcopum eam potestatem sibi usurpare, nisi simul concurrant sex circumstantiæ: primò scilicet, ut jam matrimonium fuerit contractum in faciem Ecclesiæ, omnibus adhibitis solemnitatibus; secundo, ut contractum fuerit bona fide, ex juris, aut facti ignorantia; tertio, ut sit consummatum; quarto, ut impedimentum sit occultum; quinto, ut non possit facillè adiri prima Sedes, seu dispensatio à Papa obtineri, ob conjugum pauperem, rusticitatem, locorum distantiam, aliasque similes causas; sexto denique, ut non possit separatim fieri sine scandalo; Si verò (ait Cabassutius loc. cit.) aliquis abijt ex præfatis circumstantiis, & persona sicut pauperes, aut rudes, ac rustica, officium erit Ordinarij prosequi hanc dispensationem, in forma pauperum, apud Sedem Apostolicam, ut placet gratis, & sine compositione obtineatur. Notant iidem iidem Doctores, dispensationem ab Episcopo in prædictis circumstantiis obtentam, prodesse dumtaxat pro foro consentiæ, non autem pro foro externo; non enim plus potestatis tribuendum est Episcopo, quam habeat Major Pœnitentiarius Papæ, qui in prædicto rerum eventu impedimentum auferit, ut matrimonium convalescat solum in foro interno. Quocirca, si impedimentum antea occultum, postea detegatur, & deducatur ad forum contentiosum, opus erit nova dispensatione à Summo Pontifice impetranda.

II. Tandem advertendum est, nec questionem hic esse de impedimento dirimente occulto, quod obstat matrimonio nondum contracto, sed proximè contrahendo. Scimus quippè, non deesse Doctores, qui Episcopo facultatem asserant illud auferendi, cum tales urgent rerum circumstantiæ, ut nec summus Pontifex consuli, nec

matrimonium contractus, ad quem omnia sunt disposita, differri possit sine scandalo, & perarum ad nuptias infamia; ad præcavendam enim prædicta gravia mala, si alius non suppetat modus illis occurrentibus, præsumendum est, summum Pontificem delegare Episcopo potestatem dispensandi, quam certè, requisitas, non esset ei denegaturus. Hanc facultatem, nullius præcedentis Doctoris patrociniò feditur, ac omnium primum Episcopis vindicasse, gloriatur Sanchez, cit. lib. 2. dis. 40. num. 7. sed eum postea sequuntur sunt Pontius, cit. lib. 8. cap. 15. num. 6. Hurradus disp. 36. de Matrim. n. 7. Perez de Matrim. disp. 44. sect. 6. num. 12. Bonacina de Matrim. disp. 3. punct. 15. num. 5. verb. Rursus addo, Barbosa de Offic. & Potest. Episc. part. 2. alleg. 35. num. 5. Cabassutius cit. cap. 27. n. 4. de Justis de dispensationibus matrimonial. lib. 2. cap. 2. n. 129. & plurib. seq. Wiesner ad tit. 16. lib. 4. Decretal. num. 66. & reg. Anacleus in Jus Canon. tom. 4. in append. de dispensat. super impedim. n. 63. & 67. Sed quamvis hæc opinio, teste citato Bonacina, hostis sit fore communis, eam tamen acriter reprehendit & exagitat Fagagnus in cit. cap. Nemo, n. 34. & 35. de Filiis Presbyter. fortasse, quia, ut adnotavit Perez cit. sect. 6. num. 13 est moraliter impossibile eas omnes concurrere rerum circumstantias, quas sibi fingit Sanchez, in quibus nequeat matrimonium retraheri absque scandalo, cum illi plerumque semper præsto sint modi, ab eodem Perez indicati, protrahendi tempus nuptias, absque ulla suspitione criminis, & infamiae eorum, qui jam erant ad eas celebrandas accincti.

III. Sed, quidquid sit de ea extraordinaria potestate, quæ ex præsumpta summi Pontificis voluntate in

aliquo eventu, urgentissima videlicet necessitatis, & impedimenti occulti, competat Episcopis, nullum in prexens de ea ferimus iudicium; sed tantum differimus de ordinaria potestate dispensandi in quibusdam impedimentis dirimentibus publicis. Hanc potestatem, communi ferè calculo, Doctores denegant Episcopo; quinimo sacre Urbis Congregationes Concilii videlicet, ac supremæ Inquisitionis, non semel proserpserunt, tamquam falsam & temerariam propositionem asserentem Episcopo jus dispensandi super impedimento dirimente publico, quod obstat matrimonio contrahendo, etiam gravi urgeat illud contrahendi necessitas; uti videre est apud Joannem Baptistam Rigantium, ritum apprime doctum, tom. 4. *Commentar. in regul. Cancellar. in notis ad regul. 49. num. 1. & 2.* ubi sacrarum Congregationum responsa, summa diligentia congesta, per extensum, ut dicitur, referuntur, & Doctorum in hanc rem placita copiose allegantur. Et nihilominus aliquot Episcopi eandem potestatem etiam nunc sibi in ipsis ascribunt, & contra Juris communis principia, ac communem Doctorem sensum, etiam in suis Synodalibus Constitutionibus sibi asserere quandoquæ non dubitant; & quod magis dolendum est, non desunt aliqui, licet pauci, Doctores, hac in re Episcopis blandientes, quorum nonnulli iniungunt predicto axiomate, cuius falsitatem deteximus; alii verò iniungunt diuturna consuetudine, per quam acquirunt decantari quibusdam Episcopis potestatem relaxandi aliqua impedimenta dirimentia, qua, spectato Jure communi, carent. Hic Gibertus suarum Consultationum, tom. 12. *consul. 69. de Matrim.* absolute docet, Episcopos in hoc negotio uni-

cè spectare debere suorum Prædecessorum præxim, libereque posse, legitima exigente causa, eas dispensationes indulgere, quæ à suis Prædecessoribus concessas deprehenderint. Hinc pariter Natalis Alexander *Theolog. dogmat. & moral. cit. lib. 2. de Matrim. c. 4. art. 17. postquam reg. 11. auctoritatis dispensandi super impedimentis matrimonium dirimentibus, publicis & notioribus, uti vindicavit Romano Pontifici, inquit: «Moderna Ecclesiæ disciplina, secundum quam dispensationes in gradibus prohibitis consanguinitatis, vel affinitatis, aliove impedimentis dirimentibus, Romano Pontifici reservatæ sunt, cum publicum impedimentum est, & de matrimonio contrahendo agitur, non permittit, ut Episcopi his in circumstantiis dispenset. Cum enim ab Ecclesia universali, sive illius capite Romano Pontifice, sint inserta impedimenta matrimonium dirimentia, dispensatio super eis, communi Jure, ad caput universalis Ecclesiæ, Romanum Pontificem, non ad Episcopum, pertinet; ut colligitur ex cap. Cum inferior, extra, de major. & obed. Conciliarum, Auctores omnes id confirmant, & auctoritatem dispensandi competere negant Episcopis, cum publicum impedimentum est, vel de contrahendo matrimonio agitur; postquam (inquam) hanc communem doctrinam disserit tradidit, & insinavit in sequenti regul. 12. eamdem in hunc modum limitat. Si tamen antiqua sit, & legitime præscripta Diocesis consuetudo, ut Episcopus in quarto gradu, etiam de contrahendo, certis in casibus dispenset, quia ejus Decessores hac uti sunt ab antiquo ad hanc usque diem facultate, que*

qua à Sede Apostolica concessa creditur (quod in quibusdam Galliarum Diocesis fieri novimus) de his dispensationibus haud movenda licet; siquidem consuetudo legitime præscripta Juri positivo præjudicat, usque longævum non levis est auctoritas, ut dicitur cap. Cum consuetud. & cap. Cum tanto, extra, de consuetud. Hinc denique nonnulli Gallicani Episcopi, uti narrat Pontas in verb. Dispensatio matrim. cas. 35. Herminier de Sacram. tom. 3. v. 17. Auctor Collationum Ecclesiasticarum Parisiensium sub Cardinali de Noailles, tom. 3. lib. 5. colat. 2. c. 2. Gerbesius in tractatu quem edidit, de Potest. Ecclesiæ, & Principum super impedimentis matrim. & Saintebeuve, tom. 1. resol. casuum conscientiæ, cas. 66. & 67. usum prætexentes suorum Decessorum, dispensant in impedimento quarti, & alicubi etiam tertii gradus consanguinitatis, seu affinitatis, & alii jus sibi vindicant relaxandi in super impedimenta cognationis spiritualis, criminis, & publicæ honestatis; licet alii ejusdem Regni Aristites, observante eodem Saintebeuve, sibi integrum non esse arbitrentur, ab illo cujuscumque generis canonico impedimento, matrimonium dirimente, quemquam solvere, prout scilicet, sicuti idem Auctor prosequitur, fert diversa, quæ in qualibet Diocesi inolevit, consuetudo. Ab eadem quoque consuetudine, que ex privilegio, & indulto Apostolico initium sumpsisse censenda sit, contendunt similiter Episcopi Leodienses, se potestatem adeptos dispensandi in quarto, & in tertio, hinc inde, consanguinitatis gradu: Similiter apparet periculum defectionis partium ad vicinos Fidei hostes mutue internecionis parentum, & amicorum inter se, ob corruptam pullam, & partem non

habentem media recurrendi ad Urbem, quemadmodum reserunt Lessius, in auctor. verb. Martinianum, cap. 9. Gobat, Theolog. experim. tract. 9. num. 596. & Van-Espen Jur. Eccl. univers. tom. 1. part. 2. t. 14. cap. 1. num. 11. quod tamen jus sibi non arrogare alios Belgii Episcopos, non eo quidem, quorum Dioceses auctoritate Pauli IV. à Leodiensi divulse sunt, opposuere animadvertit Zypæus ad tit. de eo, qui cognovit consanguineam uxoris, num. 3.

IV. Verum, sicuti graviter errant, qui potestatem, de qua agitur, Episcopis adjudicant, unico freti illo axioma, cuius falsitatem plurima Concilia Provincialia, Ritualia Ecclesiarum, Auctoresque omnes agnoscerent, fatetur etiam citatus Natalis Alexander in allegata regul. 11. ita periculum est, ne se, alioque decipiant, qui eam à consuetudine mutantur. In primis enim prudenter dubitari potest, an ejusmodi consuetudo in florentissimo Galliarum Regno, Apostolicæ Sedi obsequiosissimo, & sacrorum canonum religiosissimo custode, ullo unquam tempore vigerit, cum non solum contingere poterit, hunc, illamve Episcopum in hoc, aut illo impedimento dispensasse, ex privilegio sibi à prima Sede specialiter concessio; sed etiam, ita rem se habuisse constet ex regestis sacre Congregationis de Propaganda Fide, & Sacri Officii; in quibus frequentes adnotatae reperuntur hujusmodi speciales concessiones, Episcopis Gallicani indulte, dispensandi super impedimentis tertii, & quarti gradus; unde Ducasse, Auctor Gallicanus, in sua Pract. Juridic. Ecclesiæ, cap. 2. sect. 7. scribit, timorate conscientia, & excellenti doctrinæ Gallicanos Episcopos dispensasse post indultum sibi à Sede Apostolica concessum, &



à dispensatione abstinuit, postquam cessaverat, nec fuerat renovatum indultum, quod ad certum tempus obtinuerant. In hac aetate dubitate, non licere Successori similis dispensationes elargiri, rectè adnotavit idem Natalis Alexander in *fin. cit. regul. 32.* scribens: *At, si dubitet, vel meritis dubitare debeat Episcopus, an dispensationes à suis Decessoribus concessæ, sint ex privilegio reali & perpetuo, an ex privilegio personali, dispensare non possit, nisi & ipse dispensandi privilegium à summo Pontifice obtineat. In re enim Sacramenta spectante, non licet minus probabilem, ac minus satam opinionem sequi, relicta probabiliorè, atque tutiore.*

V. Quod autem aliquot Galliarum Episcopi ex privilegio merè personali, non verò ex consuetudine, facti sint facultatem super aliquo impedimento dispensandi, inde etiam conuenit, quod ex una parte incredibile videtur, talem consuetudinem intra natus, vel alterius Diocesis limites constituisse, nec continuis permeasse; id quippe evenire vix potuit in re Episcopis favorabili, atque in Regno servande inter Pastores discipline, morumque concordie, & unitatis studiosissimo; ex alia verò scimus, quamplurimes Galliarum Antiquitates discretè declarasse, sibi fas non esse, illum auferre, seu relaxare impedimentum, matrimonium dirimens; sicutidem Concilium Turonense anni 1183. *tit. de Matrim. tom. 10.* Collectionis Harduini, *col. 1405.* definiit: *In quarto consanguinitatis, & affinitatis, nec non cognationis spiritualis prohibiti gradibus, Episcopi dispensare non licere declaramus; in Concilio Tolosano anni 1190. cap. 8.* ibidem, *col. 1804.* legitur: *Quos cognationis gradus impedit, licet jam*

*legibus solutus, & dispensatus, nisi circa summi Pontificis dispensatione, in matrimonii conjunctionem Parochi non recipiant;* Synodus Lingonenis apud Natalem Alexandrum, *tit. regul. 12.* post enumeratas periculas, in aliquo usque ad quartum consanguinitatis gradum, inter se conjunctas, ait: *Inter istos non est legitimum matrimonium, nisi cum eis sit per eadem Apostolicam dispensationem;* Idemque sancitum, declaratumque reperiri in Synodo Trecenti, idem Natalis Alexander textatur. Additque Diot in Opere, cui titulus *Sacramentarium Pastorum, tract. 13. de dispensationibus matrimonialibus c. 8. edit. Parisiensis. an. 1709.* in generali Congregatione Episcoporum, & universi Cleri Gallicani declaratum esse, dispensationes omnes matrimoniales ad solum Papam pertinere, & Parliamentis esse obstandum, si aliquando Episcoporum dispensationes admittant. Quis autem credat, tot Gallicanos Episcopos, suæ jurisdictionis remissimos, sibi spontè abjudicasse eam auctoritatem, quam passim viderent aliis finitimarum Diocesium Præsulibus iure ordinario, & non merè delegato exerceri?

VI. At, etiam dato, in aliquam Diocesium irrepsisse consuetudinem, de qua contenditur, ut per eam collatum dicamus Episcopo legitimum jus auferendi impedimenta, à Conciliis Œcumenicis, aut à Summis Pontificibus inducta; diligenter prius examinandum est, an ea consuetudo omnes habuerit conditiones necessarias; ut poterit prævalere legi Episcopo inibi, ne Superioris statutum infringere, aut quoquo modo relaxare presumat. Quinimo, cum talis consuetudo non solum tendat ad abrogandam legem, verum etiam ad tollendam & minuenda jura uni competentia Romano Pontifici; præter cæteras condi-

ditiones, necesse est, ut centum ad minus annorum spatio, sine ulla interruptione, perseveraverit. Quocirca citatus Van-Espen. *Juris Eccl. univ. part. 2. tit. 14. cap. 1. num. 11.* ut Episcopo Leodensi auctoritatem ascribat dispensandi in tertio, & quarto, & in tertio hinc inde, consanguinitatis, seu affinitatis gradu, eamque ex legitima consuetudine ab eo acquiri tam evincat, ejusmodi consuetudinem contendit esse immemorabilem. Ad consuetudinem quoque, cujus initium memoria non extet, confugit citatus Auctor Collationum Parisiensium, *tom. 3. collat. s. 4. 2.* Verum postremò, & potissimum considerandum est, an per eam consuetudinem, siqua inoleverit, disruptatur verus *Œcumenicæ disciplina:* in quo eventu, nunquam per eam adversus legem præscribi declaravit Innocentius III. *in cap. Cùm inter de consuet.* Num porro prædicta consuetudo ejusmodi inficitur vitio, potius quam à nobis præstat audire à Gallicano Auctore Cabassutio, qui *cit. lib. 3. cap. 47. num. 6.* loquens de auctoritate dispensandi, quam sibi vindicant nonnulli suæ nationis Præsules, hæc habet: *Si, in oppositum reclamantibus Concilio Œcumenicis, quæ hæc potestatem uni Summo Pontifici, Legatogue reservant, sibi ausint vindicare Gallicani ducenti circiter, & quadraginta nimirum Episcopi, cum suis Vicariis, totum in suis Diocibus, singuli pro suo arbitrio, hujusmodi licentiam; ingruet profecto in tota Gallicana ditione atmodum exuberantior, & inordinatior inter tot, tamque diversis sibi, aliisque indulgentium Prælatorum capita, in dispensandis matrimonii licentia. Quin etiam, si per universum regnum ita invalesceret consuetudo (quod malum Deus*

*avertat) contingeret dentum, ut quilibet laici, etiam subalternorum tribunalium Judices per captivem, & districtionem honorum Episcopatum, ipsosmet Episcopos cogere, pro suo seculari, aut amicum, ut pariter postulatum affectu, ad sic dispensandum, sicut jandum compellant invitos ad monitoria, & excommunicationes decernendas, itaque simile quidd illis obveniret Divina huic apud Isaiam comminationi: Pro eo quod objecit populus iste aquas Sile, quæ vadunt cum silentio, propter hoc ecce adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, & multas. Sic enim venientes hæc in parte summo universalis Ecclesiæ Pontifici subfici, compelluntur indignissimi laicorum Judicum infirmorum decretis obtemperare, aut propriorum fructuum si pareant, interceptionem, ac privationem pati. Et post adducta modo à nobis relata loca Conciliorum Turonensis, & Tolosani, inanem decernentia hæc in re dispensationem, quæ à summo Pontifice non dimanarit, concludit Cabassutius: «Sane istæ ab Episcopis concessæ dispensationes pro contrahendis conjugis, aut nullitatem, aut incertitudinem causant Sacramenti. At verò in re Sacramentaria unanimes decet Theologi, non verse licitum, quidquam incerti adhibere, eo certo medio prætermisso, siquod adhiberi possit. Atque ita silentia ista vel nefariam inducit Sacramentum nullitatem, aut ad summum, tertio simul, & probabiliorè opinione rejecta, minus probabilem, nec tutam, in tanti momenti Sacramento consecratur opinionem.»*

VII. Huic Cabassutio merito morem gerant Episcopi, & nullius consuetudinis prætexu eam exerceant fa-

colatam, quam dubiam saltem, atque incertam esse, dissimulare non possunt. Quod si quis eam sibi certo competere obstinate contendat, adhuc abstineat, oportet, ab illa in suo Synodo ostentanda, & Synodali statuto sibi mat ipsi asserenda; etenim (uti inferius suo loco demonstrabitur) ne ea quidem, quae Episcopis certo licent ex tacita permissione, & convenientia Apostolicæ Sedis, possunt ab illis per edictum, aut Synodalem Constitutionem decerni, & juri suo ordinario quodammodo attribui: id quippe manifestam saperet ambitionem, qua viderentur se quodammodo æquiparare summo Pontifici, cuiusque affectare supremam jurisdictionem.

VIII. Quare si aliquis Antistes, ob nimiam suæ Diœcesis ab Urbe distantiam, aliamve legitimum causam, necessariam sibi reputet auctoritatem dispensandi in uno, aut pluribus impedimentis matrimonium dirimentibus, eam exposcat à Romano Pontifice; qui eam petentibus impertiri non renuit, nunc magis, nunc minus amplam pro temporum, & locorum varietate.

## CAPUT III.

*De Pontificæ auctoritatis lesione in ea, quod pertinet ad dispensationes Matrimoniales inter unam partem Catholicam, & alteram Hæreticam.*

Illicita esse ea matrimonia, quae inter partes contrahuntur, quarum altera Catholicæ sit, altera hæresim profectatur, dictum in superioribus à nobis est; neque tamen prætermissam, tales interdum circumstantias occurrere, quibus hujusmodi etiam matrimonia licita esse possint. Idem hoc loco asse-

rimus, pariterque confirmamus. Et quidem, quod pertinet ad primam partem, si aliquis Fidelis cum hæretica baptizata matrimonium contrahat, verum est matrimonium, quamvis peccat contrahendo, si sciat eam hæreticam; sicut peccaret, si eum excommunicata contraheret; non tamen, propter hoc, matrimonium dirimeretur. Ita S. Thomas in 4. sent. dist. 39. q. 1. art. 1. ad quintum. Cum autem queritur, quænam sint ex circumstantiis, quæ licita reddant hujusmodi matrimonia, non desunt, qui ea permisa esse contendunt in his locis, in quibus notabilis populi pars ex hæreticis constituitur, dummodo à Catholica parte perversionis periculum abiat, & gravis aliqua vel privata vel publica causa intercedat, cujusmodi ab eis reputatur publicæ pacis conservandæ studium, si ea turbari posse propiciatur intento aliquo bello, inter Catholicos, & hæreticos excitando, ubi illi animum alienum ostenderent, à contrahendis matrimoniis cum hæreticis.

II. Alii præterea hæc matrimonia, de quibus agimus, pluribus in locis licita fore asserunt in vim consuetudinis, quam summis Pontificibus notam, neque ab eisdem (uti ipsi ajunt) improbatam, verè dispensationi æquivalere, affirmant. Alii demum considerantes, ut hujusmodi matrimonia licita sint, Ecclesiasticæ auctoritatis interventu opus esse, ne vel penes simplicem Parochum, vel penes ipso, quorum perlici negotium interest, arbitrium sit judicandi de sufficientia illius cause, quæ contrahentem ad inendum matrimonium inducat, Superioris Ecclesiasticæ nomine localem etiam Episcopum comprehendunt; idque etiam in quibusdam Episcopallibus ordinationibus insertum reperitur. At vero, si interdictum, quo fit, ut ma-

trimonia hæc illicita sint, ex Concilii Generalis Chalcedonenis lege: aliiisque contrariis sacrorum Canonum sanctionibus originem habet; his insistendo regulis, quas supra posuimus, facili negotio perspicere est, hujusmodi matrimonia licita aliter evadere non posse, præterquam in vim dispensationis à Romano Pontifice obtineat; exclusis Episcopis, nisi à Pontifice facultatem acceperint, ut super iisdem dispensare possint; uti fuscè demonstrat Henricus à S. Ignatio in Opere, cui *Ethica amoris, seu Theologia Sanctorum tom. 3. lib. 8. part. 2. cap. 36. num. 296.* Neque est, ut hæc in re, contraria ulla consuetudo opponatur, quoties non adsit positiva Pontificia dispensatio, quæ sanè ex sola Pontificum Romanorum scientia, ac tolerantia deduci nullo pacto potest. Ita firmat Natalis Alexander *Theologiæ dogmaticæ & moralis tom. 2. art. 8. in regulis ad proximum spectantibus regul. 10.* Quæ de re cum olim in Congregatione S. Officii disceptatum fuerit, ea inter Consultores & Cardinales Inquisitores sententia vicit, quæ pro Pontificia steterat auctoritate; super quo videndus Cardinalis Albitius in *tractatu de Inconstantia in Fide cap. 36. num. 164. & seq. ac præcipue num. 204. & 205. ac num. 225. & num. 238.*

III. Pontificæ ergo auctoritati injuria fit ab his, qui illius interventu opus non esse contendunt, ut matrimonia inter partes, alteram Catholicam, & alteram hæreticam, licite contrahantur; sed non minus graviter eandem auctoritatem ab illis lædi dicendum est, qui aliquo ab hinc tempore asserere & jactare ceperunt, dispensationes hujusmodi à Romano Pontifice minime concedi posse, etiamsi gravis causa concurrat, atque omne perversionis periculum abiat; ea scilicet

ratione ducti, quod dum pars Catholica cum hæretica parte matrimonio conjungitur, illa Sacramentum huic administrat; quod est contra legem Divinam, quæ vetat, Sacramenta indignis administrari, atque his, qui in lethali peccati stam versantur, & peccatores notorii dici debent. Hoc modo Gamacheus de *matrim. cap. 28.* ratiocinatur, cuius sententiam studiosè tuetur Sainteuve *tom. 2. cas. conscientie*, uti fuscè demonstrat Henricus in *verb. Dispensatio matrimonio cas. 37.* Sanè in Collationibus Ecclesiasticis Parisiensibus *col. 2. de matrimonio tom. 3. lib. 1. pluribus hæc super re disputatis, hæc denique ratione res tota concluditur, quod, quemadmodum Moyses, dum Judæorum duritie victus, libellum repudiij eisdem permisit, non peccavit, nec auctum illicium commisit; ita omnis expers culpe summus Pontifex dicendus sit, qui gravibus causis abductus, omnique adhibita cautore, ut perversionis periculum renovatur Catholicum, dispensando, habitem reddat ad matrimonium cum hæretico contrahendum.*

IV. Verùm hujusmodi temperamentum non satis tollit difficultatem tanta ratiocinationum mole prepositam. Etenim, quemadmodum non desunt, qui affirmant, Moysis permissione non obstante, Judæum illum nihilominus peccavisse, qui libello repudiij utebatur; ite facile quispiam existere possit, qui non obstante Pontificæ dispensatione, ad exemplum Moysis indulta, matrimonium Catholici cum hæretico peccaminosum esse contendere. Quare ad difficultatem illam de medio tollendam, alia via insistendum est. Pontius, gravis Theologus in *Appendice ad tractatum de matrimonio Catholici cum hæretico*, temerarium appellat eum, qui in dubium revocat, an ma-



matrimonium Catholicum cum hæretico licitum sit, ubi processerit Pontificia dispensatio, in circumstantiis supra memoratis concessa; ut videtur est, *ibi cap. 8. n. 7. Temeritate non carere eum, qui in dubio revocaverit, auferit illud matrimonium potest contrahi.* Et Cardinalis de Lugo in *Tractatu de Sacramento disp. 8. sect. 14.* ad idem comprobandum plura persequitur.

V. Nobis profecto propositum hoc loco non est scholasticam illam questionem attingere, utrum matrimonium unicum Sacramentum sit, an vero in eodem partialia duo Sacramenta interveniant, adeoque utrum dici possit, quod, ubi matrimonium prævia dispensatione, inter partem Catholicam Sacramenti capacem, & partem hæreticam, quæ ejusdem inæpax est, contrahitur, ipsum in persona quidem Catholica Sacramentum sit, in altera autem contractus merè civilis, quemadmodum docent Frasen in *Scoto Academicorum. 12. tract. 7. disp. 2. art. 1. q. 2. §. Quæres primò.* Henricus à S. Ignat. in *Ethica auctor. cit. l. 3. lib. 6. part. 2. c. 8.* Tournely de *Matrim. pag. 95. editionis Parisiensis an. 1730.* Sed ipsam rei naturam expendentes, hoc affirmandum habemus, quod ubi exclusum sit à Fidei perversionis periculum, quod semper excludendum non ambigitur, cuique rei per conditiones in dispensationibus opponendas consultat, ubi etiam opportuno cautum sit, ut sancta Religio in liberis sive feminis ex eo matrimonio suscipiendis servetur, suscepto item à Catholica persona onere curandi, ut hæreticam partem ad orthodoxam Religionem amplectendam perducatur, & rationibus adhibitis, quas aptiores & opportunitates existimaverit, ac præterea intercedenti grati aliqua, ac plerumque publica causa, quæ si deficiat, licet cæteræ su-

præ memoratæ adsint conditiones, dispensatio nequaquam impertiri solet; ut colligere licet ex Clementis XI. responso ad Episcopum Heribipolensem, qui pro dispensatione ad contrahendum matrimonium inter partes, alteram Catholicam, & alteram hæreticam, eidem Pontifici supplicabat: *Nos itaque etsi pro magnitudine spiritualis hujusmodi periculi (de perversionis periculo loquitur) quod tamen, proprio Deo, averti posse confidimus, intinid commoveamur; in sporis tamen momenti, esse existimamus, Ecclesie Dei, Apostolica Sedis, Prædecessorum nostrorum ac sacrorum Canonum, à Catholicorum cum hæreticis conjugio abhorrentium, regulas, nisi ad totius Christianæ reipublice bonum exposcat; ut in l. x. Brevium ejusdem Pontificis, pag. 321.* habetur. Cumque in dispensatione concedenda neque Divinum, neque naturale Jus illatenis ledatur, sed Ecclesiastico Juri tantummodo derogetur; nullam sanè causam, vel rationem reperire est, cur matrimonium, in vim hujusmodi dispensationis contractum, pro illicito, aut peccaminoso habendum sit; ut apposite animadvertit Sylvius in 3. part. 5. *Thomæ tom. 4. quest. 59. quest. 2. art. 1. §. Cæterum.* Et licet obijciatur, partem Catholicam hæreticæ parti occasionem præbere profanandi Sacramentum, facile respondebitur, quod profanatio hujusmodi per accidens, & præter Catholicæ partis intentionem contingit; hæc enim jure suo utens quoad se, nihil aliud agit, quàm quod ad proprias rationes pertulit voluntatem partis hæreticæ, cui paratus jam ac certus animus est; ut matrimonium in statu peccati contrahat, & contra legis præscriptum, cum illud idem licitè, & fructuosè præstare posset, si vel ante nuptias, vel dum eas contrahit, in Ecclesie gremium sese reciperet. Ita

res-

respondent Tournely *loc. cit. pag. 207.* Isambertus de *Matrimonio pag. 593. num. 7.* Hermânes in *Tract. de Sacramento tom. 3. tit. Cultus disparitas, §. His non obstantibus.* Mauritius in *Cursu theologico tom. 3. lib. 10. q. 82. n. 4.* qui ad rem nostram ita scribit: *Catholicus ministrans Sacramentum facit actionem ex se indifferenter. Nam posset alter conjux converti ad Fidem, & per coarctationem justificari, & recipere Sacramentum dignè. Quodsi pro vero habendum esset, contra Jus Divinum facere Catholicum illum, qui etiam remoto perversionis periculo, matrimonium cum hæretico contrahit, ejusque peccatum in eo consistere, quod personæ indignæ Sacramentum ministret, dicendum esset (quod hætenus à nemine affirmatum est) sanctas illas Mulieres Catholicas peccasse, quæ nedom cum hæreticis, sed cum infidelibus matrimonium contraxerunt; ut factum constat tum à S. Monica D. Augustini matre cum Patritio Ethnico, à S. Anastasia cum Publico Idolatra, à S. Cecilia cum Valeriano nondum ad Christianam Fidem converso, atque ab aliis pluribus. Nec replicare juvat, impedimentum disparitatis cultus temporibus illis nondum introduciunt fuisse; nam vicissim reponere in promptu est, in prædictorum Auctorum sensu obstulisse semper Divini Juris impedimentum, ne Sacramenta indignis ministrarentur; Nec Sanctos, qui cum infidelibus contraxerunt, naturæ legem, suæque Divinum violasse, & in perpetua fornicatione vitæque putandum est; ut optime disserit Natalis Alexand. in *Thesig. dogmatica & morali lib. 2. de Sacramento matrimonii art. 8. de cultus disparitate.* Improvida etiam ratione (quod asserere temerarium esset) à citato magno Calcedonens. Concilio, jam usque à quinto*

Ecclesie sæculo, statutum fuisset, quod legitur in ejusdem Concilii canone decimo quarto, ne scilicet Catholicis matrimonio jungatur cum parte hæretica, Judea, aut Ethnica, nisi forte persona orthodoxa copulanda promittat, se ad orthodoxam Fidem transferre. Etenim hic etiam dici posset, à parte Catholica Sacramentum contrahenti indigno administrari, dum matrimonium eo tempore contrahit, quo altera pars meram Catholicæ Religionis amplectendam promissionem emisit; nemo autem ex hoc tantummodo Sacramenti percipiendi dignus evadit, quod se perfidiam adjuturum, aut sanctam Fidem amplecturum promittit, sed tunc solum, cum, ejurata se ipsa erodibus, in sanctæ Ecclesie gremium delibet ingreditur. Dicendum denique esset, Catholicos Principes, eorumque Consiliarios, necnon Romanos Pontifices, & Congregationes ab eis deputatas pro examinandis eorum instantiis, qui dispensationes petunt ad contrahendum matrimonium cum parte hæretica, non obstante impedimento gradus, & sine clausula abjurata ipsi hæretici, interventibus tamen aliis supra memoratis conditionibus, eos (inquam) omnes se irrationabilia postulasse, & postulata non rectè expendisse, & quæ petebantur, perperam indulsisse; nulla ratione habitæ gravissimi reatus, quo se obstrinxere tum il, qui dispensationes concesserunt, quam qui easdem obtinerunt; quod sanè affirmare nimis audacis esset, quemadmodum Tournely, Hermânes *locis su. et citatis,* & Chardon *tom. 6. Historia Sacramentorum cap. 13. pag. 402.* probè animadvertunt.

VI. Quæ hætenus dicta sunt, eò spectant solummodo, ut Apostolica Sedis jura integra, inviolataque serventur.

ventur; minime vero, ut facillior aperiantur, ut concedendis Apostolicis dispensationibus ad contrahenda matrimonia inter Catholicos, & hereticos; circa quas operæ pretium erit nostram Constitutionem consulere, cuius initium, *Magna nobis*, quæque legitur *tom. 2. nunci Bullarum num. 51.* in qua scilicet recte disciplina regula indicatur, cui Apostolica Sedes constantiter insistit, quoties huiusmodi dispensationes ab ea requiruntur.

## CAPUT IV.

*Examen instituitur Synodalis constitutionis, adscribentibus Episcopo facultatem absolvendi ab heresi, qua, nisi congruè explicetur, iura deturbat Apostolica Sedis.*

In nonnullis antiquis Synodis indubitanter adjudicatur Episcopo facultas absolvendi ab heresi. Ita quippe disertè statutum legitur in Synodis Andegavensibus annorum 1216. & 1493. atque in Synodo Ambienensi anni 1411. apud Pontas *verb. Causæ testaturæ cæ. 4.* Eamque facultatem nullo posteriori iure esse Episcopis ademptam declarasse Cardinalem Gasparem Quitogam, Archiepiscopum Tolentanum, atque in Hispaniarum Regno supremum Inquisitorem, in sua Synodo Toletana anni 1583. referunt Hurtados de Fide *disp. 34. sect. 2. §. 11.* Cardinalis de Lugo de *virtute Fidei disp. 27. sect. 7. §. 1. num. 44.* & novissime Milante *exercit. 5. in tertiam propositionem damnatam ab Alexandro VII. pag. 25.*

II. Verum, ne hæc, aliorumque plurium Synodorum vetustis exemplis se adduci parantur Episcopi, eamque sibi vindicent jurisdictionem, qua caret; priusquam quid-

quam in hac re in suis Synodis statuunt, oportet, ut certa ab incertis discernant, rerumque, ac temporum varietatem accurate dispiciant; potestas quippe absolvendi à crimine hæresicos, quæ olim indiscriminatim omnibus competeant Ecclesiarum Pastoribus, neque hodie illis denegatur in aliquibus circumstantiis; in aliis tamen communiter censetur summo Pontifici nunc reservata. Omnia singularim expendamus.

III. Inter præcipuas Pastoralis muneris curas est, solerter invigilare, ne ullus contra orthodoxam doctrinam error in suam Dioecesim irrepit; quod luculentè expressit Apostolus *1. ad Timotheum cap. 5. & ad Titum cap. 1.* Hinc nemo dubitat, quin ad Episcopum potissimum pertineat, in hæreticos inquirere, atque in illos, quos in suis erroribus pertinaces compaverit, canonicis penis severè animadvertere. Hanc Episcoporum obligationem agnovit, & inculcavit Auctor epistolæ ad Episcopos in Galliis, atque in Hispaniis consistentes, quam Lucio Papæ adscripsit Isidorus, ita Episcopos alloquens: *„Ideo Fratres, hortor dilectionem vestram, obsecror, & moneo, ut qua debetis, & potestatis sollicitudine, vigiletis ad investigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Ecclesiæ, & à suis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis, pro viribus extirpetis;“* *tom. 1. Collectionis Harduini col. 140.* Quamquam porro hoc Lucii testimonium credatur adulterinum, adulterinum certe non est Decretum Concilii Remensis anni 645. vel 630. quod *can. 4. tom. 7. Collectionis Harduini col. 571.* ab Ecclesiarum Pastoribus hæreticos diligenter perquiri, & ad Fidem Catholicam pro viribus revocari mandavit. Et, ac insulter tempus iteramus in

re exornanda apud omnes indubitata, satis abundè erit, unam allegare sanctionem Innocentii III. in Concilio Generali Lateranensi IV. anni 1215. in cuius *cap. 3. de hereticis*, iubentur Episcopi singulis annis vel per se, vel per Archidiaconos, suas circumire Dioeceses, & sedulo indagare, an ullus in ea latet hæretice contagione infectus; socordes vero, & negligentes, in expurganda concessita sibi Dioecesi ab hæretica lue, veluti gravis flagitii reos, & Pastoralis ministerio indignos, è gradu deici, ibidem decernitur, *tom. 7. Collectionis Harduini col. 22.* „Volumus igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ districtè præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per Dioeceses suas diligenter invigilent, si canonicam effugere voluerint vitium. Si quis enim Episcopus super expurgando de sua Dioecesi hæreticæ pravitatis fermento negligens fuerit, vel remissus, cum ad certis indicis apparuerit, & ab Episcopali officio depo- natur, & in locum ipsius alter substituitur idoneus, qui velit, & possit hæreticam confundere pravitatem.“ Neque per hoc, quod à Sede Apostolica institutum fuerit Inquisitionis tribunal, cuius initium ad ejusdem sæculi XIII. initium, post tamen absolutum Concilium Lateranense IV. in quo certè nulla de Inquisitoribus à Sede Apostolica delegatis occurrit mentio, refert Ludovicus à Paramo de *Origine sacre Inquisitionis lib. 2. tit. 1. cap. 2.* non est (inquam) per hoc Episcopis subdactum onus, aut adempta facultas in hæreticos inquirendi; sicuti disertè declaravit Bonifacius VIII. in *cap. 27. de hereticis, in 6.* „Per hoc quod negotium hæreticæ pravitatis indicii, vel aliquibus ab Apostoli-

ca Sede generaliter in aliqua provincia, civitate, vel Dioecesi delegatur, Dioecesanis Episcopis, quibus ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodem pro-cedere valeant, nolumus derogari.“ sed possunt, & debent, peninse ànrea, omnem suam operam impendere, ut tandem pestem, & sua quilibet Dioecesi, eliminent; solumque cavere, ne delegatos ab Apostolica Sede Fidei Quæsitores, ubi sunt constituti, à suo munere obeundo impediatur, sed pari studio, amariunque concordia, debent in opus adeo salutare incumbere, iuxta modum præscriptum in eodem cap. Per hoc, atque in Clementina 1. *cod. tit. 6. in Extravag. Benedicti XI. cap. 3. de hereticis.* Jam vero tam Inquisitor, quam Episcopus potest respicentem hæreticum, aut spontè coram se comparentem, aut ad suum forum quoquo modo ductum, Ecclesiæ reconciliare, & pro utroque foro absol- vere à censura, in quam propter hæresim incidit; quod pluribus exten- dit Cardinalis Albitus de *Constantino in Fide cap. 25. num. 35. & seq.* Parinacius in *heresi quest. 92. §. 4. num. 42.* Cardinalis de Lugo de *virtute Fidei disp. 27. sect. 3. §. 1. num. 52.* Thomas del Bene de *offic. Inquisitionis uti part. 1. dubitat. 57.* & Cardinalis Petra *tom. 3. ad Constil. 18. Innocentii IV. 17. & seq.* Quinimo uterque potest ponentem hæreticum, postquam suos juravit errores, ad simplicem Confessarium remittere, ut ab eo absolvatur; eamque absolutio- nem, sicut à Confessario datam in foro Sacramentali, prodesse etiam pro foro externo, à cuius jurisdictione pream- nant, rectè observat idem del Bene. Plura de ordinaria potestate Episcoporum inquirendi in hæreticos, eoque Ecclesiæ reconciliandi, congesta sunt



ab Alcester de *Jurisdic. Ecclesiast. lib. 4. cap. 3* & novissimè à P. Joanne Antonio Bianchi de *Potestate Ecclesie tom. 3. lib. 1. §. 10. num. 2. & 7.* Plura idem ad rem facientia legi possunt in Colloquijs Andegavensibus mensis Maii 1713. *quæst. 4. pagin. 110.*

IV. Hæc certa sunt. Communiter quoque Doctores non tantum Episcopo, verum etiam cullibet simplici Confessario facultatem concedunt absolvendi ab hæresi purè interna & mentali, nullo exteriori signo manifestata, absolutio quippè ab hæresi est summo Pontifici reservata solum ratione censura, eadem hæresi annexa; Ecclesia autem, sicuti non potest per se, directè & immediatè precipere, aut prohibere actum merè interiorum, juxta communem Theologorum sententiam, quam cum S. Thoma 1. 2. *quæst. 91. art. 4. quæst. 110. art. 9.* docet Suarez *lib. 4. de legibus cap. 12. per tot.* ita non potest hæresim, quæ in exteriori actu non producit, censura perstringere; uti ad rem tradunt Navarrus *man. cap. 27. num. 56.* Suarez de *censuris disp. 4. sect. 2. & disp. 21. sect. 2.* Sanchez *lib. 2. in Decalogum cap. 8. num. 1. & seq.* Bonacina de *censuris in Bulla Cæne contentis disp. 1. quæst. 2. punct. 2. num. 2. & 3.* Barbosa de *offic. & potest. Episcopi part. 2. alleg. 40. n. 6. & num. 9. & in Collect. ad t. 6. sess. 24. Concil. Trident. num. 50. & 51.* Censuram pariter evadere, possitque pro foro conscientie ab Episcopo, aliove simplici Confessario absolvi, qui exteriori verbo, vel facto, aliquem negaret Fidei articulum, tenero tamen interiori assensu circa illum; nam iste, etsi graviter contra Fidem peccaret, non tamen esset formaliter hæreticus, ac propterea non irretiret censuris in

hæreticos inflictis; quod bene pendunt Lessius de *just. & jur. cap. 43. dub. 2. num. 11.* Suarez de *Fide disp. 14. sect. ultim. num. 3. & Sanchez cit. lib. 2. cap. 7. n. 8.* In foro autem externo cset puniendus tamquam hæreticus, nec ei crederetur assensu, se interiori assensu firmiter adhesionem veritati, cui visus est exteriori dissentire; uti consequuntur Simanca de *Catholic. Instit. cit. 13. num. 15.* Roxas *tract. de Hæresi. 1. part. num. 304. & 169. & Farinaccius de Hæresi quæst. 179. num. 55.*

V. Sed difficultas unied circa eum versatur, qui interiori Fidei articulo dissentitur, suumque disensus aliquo exteriori signo pandit, quin tamen idcirco fuerit ad forum judiciale deductus; de hoc quippè, quem hæreticum esse, censurisque in hæreticum latis innodatum, nemo dubitat, controvertitur, an, quamdiu ejus delictum occultum est, possit ab Episcopo pro foro conscientie absolvi. Difficultatem faciunt Tridentinum, & Constitutio Apostolica, quæ singulis annis in die Cæne Domini promulgatur. Etenim ex una parte Tridentinum *sess. 24. cap. 6. de reformat.* facultatem tribuit Episcopis dispensandi in qualibet irregularitate proveniente ex delicto occulto, ea tantum excepta, quæ oritur ex homicidio voluntario, & insuper absolvendi in foro conscientie à quibuscumque casibus occultis etiam Sedis Apostolicæ reservatis, non solum non excepto, sed nominatim expresso etiam crimine hæresis: *Licet, Episcopi... in quibuscumque casibus occultis (sunt verba Tridentini) etiam Sedis Apostolicæ reservatis, delinquentes quoscumque sibi subditos, in Diocesi sua, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere, imposita po-*

nitentia salvari. Idem & in hæresi criminis, in eodem foro conscientie tantum, non totum Vicariis, sit permittum. Ex alla verò parte summus Pontifex in prædicta Constitutione, postquam anathemate percussit omnes hæreticos, sibi uni facultatem reservat eos absolvendi. Hinc verò oritur controversia, an per hujusmodi Constitutionem, quotannis renovatam, censetur derogari præfato decreto Tridentini. Enimverò extra controversiam est, per illam ademptum esse Regulæ, aliisve privilegium, si quod antea habuerint, quempiam absolvendum ab hæresi crimine; quinimmo, quamvis ab ipsomet summo Pontifice, tempore Jubilæi, cullibet Confessario, ex approbata à locorum Ordinariis, amplissima concedatur potestas omnia remittendi facinoræ, atque in foro Sacramentali qualibet relaxandi censuras, sibi quomodocumque, etiam virtute Bullæ Cæne reservatas; per eam tamen, aliasve similes concessiones, nunquam collatam censeri auctoritatè absolvendè à crimine hæresis, nisi hoc fuerit specialiter & nominatim expressum, declaravit Alexander VII. in suo decreto, à nobis relato, & accurate expenso in *nostra Instit. 4.* quod est hujusmodi; *Sanctissimus Dominus noster Alexander Papa VII. sub die 23. Martii 1656. inherendo declarationibus aliis à Prædecessoribus suis factis, ad remouendam omnem dubitandi occasionem, & ne circa id in posterum ullo tempore hesitari contingat, cum crimen hæresis, præ cæteris gravissimum, specialitè nota dignum sit, decessit, facultatem absolvendè ab hæresi, in Jubilæis, vel aliis similibus concessionibus, non censeri comprehensam, nisi expressis verbis concedatur facultas absolvendè ab hæresi. Et siquidem hæc facultas non exprimitur in Tom. I.*

Bulla Cruciatæ, idcirco Gregorius XIII. jam antea edixerat, neminem posse, illius tantum obtentu, solvi à censura, in quam propter hæresim incidit; quod videre est apud Emmannuelem Rodericum in *addit. ad Bullam Cruciatæ §. 9. num. 66.*

VI. Sed nihilominus specialis est ratio dubitandi, num per eandem Bullam Cæne sit ablata etiam Episcopis potestas absolvendè ab hæresi occulta, iisdem tributa à Concilio Tridentino; huic quippè existimant plerique cum Sanchez de *Martin. lib. 3. disp. 26. num. 7. circa medidum*, non derogari, sine expressa ejusdem mentione; quæ in Bulla Cæne non occurrit. Accedit, incredibile videri, Pium IV. qui decreta Concilii Tridentini approbavit, omnemque adhibuit operam, ut per omnes orbis Christiani provincias promulgarentur, eodem ipso anno, quo hoc negotium urgebat, atque eorundem decretorum acceptationem, & religiosam observationem impensè commendabat, in Bulla Cæne; quam consueto more evulgavit, voluisse derogare præfato decreto Episcopis favorabilis; indignatè enim fuisse Episcopos, si audivissent, se compelli ad subeunda onera sibi à Tridentino imposita, eo ipso tempore, quo privilegiabantur privilegio sibi notis ab eodem Tridentino indulto. Cum autem Bulla Cæne etiam tum munita esset iisdem clausulis derogatoriis, quibus nunc est relecta, præsumentum est, per istas voluisse, & velle Pontifices revocare duntaxat facultates absolvendè ab hæresi à suis Antecessoribus concessas, non verò illas, quæ justis de causis sunt Episcopis à Concilio Tridentino donati. Ita ratiocinatur Bannes in 1. 2. *quæst. 11. art. 5.* Aragonius *lib. 1. col. 10.* Hurtado *disp. 84. sect. 2. Gutierrez*



rea Canonica. *Quest. lib. 1. c. 13.* Fagundes in 2. *præceptum Ecclesie lib. 8. n. 33.* Campegius in additione ad Sanchezum de hæres. c. 34. Bossius de *Subiaco sect. 1. c. 10. §. 5.* Leander part. 4. tract. 8. disp. 17. q. 45. alique, quos referunt Sanchez lib. 2. in *Decalogum. 11. n. ult. Diana 1. part. tract. de absolutioe ab hæresi resol. 2.*

VII. Verum utrumque argumentum nullo labore refellunt Auctores contrarii, quos citant, & sequuntur Sanchez lib. 2. moral. disp. 3. §. 2. num. 22. Garcia de Benefic. part. 1. cap. 9. num. 121. Barbosa ad dict. c. 6. sec. 24. de reform. & de offic. & potest. Episc. allegat. 40. num. 7. Cardinales de Lugo de virtute *Fidei disp. 25. sect. 3. §. 1.* Rosignolus de censuris tom. 1. quest. 1. cap. 25. num. 7. Duard. in *Bullam Cœne lib. 3. §. 2. quest. 11. n. 23.* Clericatus de *Pauli. de cis. 45. num. 4. & seq.* Anacleus *Reliænsium lib. 5. Decretal. tit. 7. §. 7. n. 35. & seq.* alique, quos plurimum. Mellori sane, & veteri iudicio contendunt isti, facultatem, de qua loquimur, esse Episcopis per Bullam Cœne ademptam, & Romano Pontifici reservatam; nec multum negotii ipsis fuissent argumenta in contrarium adducta. Ad primum quippe ajunt, sufficienter derogari Concilio Tridentino per illam generalem clausulam, in Bulla Cœne contentam: *Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, & cujuscumque Concilii decretis;* etenim, cum nihil, præter Tridentinum, reperitur Concilium, à quo data sit Episcopis potestas absolventi ab hæresi, allegata verba, quibus Pontifex eandem potestatem sibi deinceps reservat, unice alludere queunt ad enuntiatum Tridentini decretum, cui in hac parte se derogare declarat. Ad hæc, ut Papa deroget Concilio Tridentino, non

est necesse, ut expressam faciat ejusdem mentionem, sed satis est, ut aliquid statuat, quod Tridentini decretis adversetur, & quidem, cum ipsimet Tridentini Patres cap. ultimi. *sect. 25. de reform.* sua decreta subjecerint iudicio & voluntati summi Pontificis: n. Omnia; & singula, sub quibuscumque clausulis, & verbis, siquæ. . . in hoc sacro Concilio tractata sunt, declarat, ita decreta ususque, ut in his salva semper auctoritas Sedis Apostolicæ & sit, & esse intelligatur: idcirco Pontifex aliquid edicens contra aliquam Tridentini sanctionem, non operatur contra mentem ejusdem Concilii, neque illam exire supremam auctoritatem, sibi à Christo Domino collatam, relaxandi, & immutandi, cum opus fuerit, quancumque legem Ecclesiasticam; sed potius eo utitur arbitrio, à cujus nutu voluit idem Tridentinum suarum sanctionum firmitatem pendere, quod appositè expendunt Garcia de Benefic. part. 4. c. 1. num. 32. & 33. Gonzalez ad *regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 120.* Bonacina de censur. in *Bulla Cœne disp. 1. q. 2. punct. 2. n. 2.* & Fagnanus in cap. nulla, num. 86. de *concess. Præbende.*

VIII. Alterum, quod proferunt argumentum, ut aliquid haberet roboris, in primis probandum esset, quod gratis assumeret, nimirum Bullam Cœne, à Pio IV. de more promulgatam, iidem fuisse muniam clausulis, quæ leguntur in similibus Constitutionibus, à posterioribus Pontificibus editis. Eimvero enunciata verba: *Non obstantibus cujuscumque Concilii decretis;* non leguntur in Bulla Cœne promulgata à Martino V. quæ refertur à S. Antonino 2. part. lib. 24. c. 22. neque in Bulla Cœne promulgata à Paulo III. quæ est 10. inter Constitu-

tu

tionen ejusdem Pontificis *Bullar. 1. 1. quinimò Cardinalis de Lugo de virtute Fidei cit. disp. 23. §. 1. num. 48.* testatur, se ea verba non invenisse in illa Bulla Cœne ante Gregorium XIII. ex quo conjicit, neque à Pio IV. fuisse adhibita; ac prout corruptissimum argumentum, cui plurimum fidunt Auctores stantes pro contraria opinione.

IX. Deinde, cum hæc controversia non versetur circa jus, sed circa factum; & nemo quippe Catholicorum dubitat, potuisse Pontificem facultatem, de qua agitur, Episcopis adimere, sed solum disputant, an re ipsa ademerit; non est ex meris præsumptionibus, & conjecturis colligenda voluntas summorum Pontificum, quam ipsimet disertè explicuerunt. Etenim S. Pius V. & Gregorius XIII. de hac re interrogati, indubitanter responderunt, nulli præter Papam, hodie integrum esse, quemquam absolvere ab hæresi etiam occultissima; eò quòd Papa, per Bullam Cœne, ejusmodi facultatem sibi reservet; sicuti totidem verbis refert Navarrus, *man. cap. 27. num. 275.* addens, ab iidem Pontificibus ne Cardinali quidem summo Pontificario fuisse talem facultatem tributam, nisi multis limitationibus circumscripam. Præterea in vita S. Francisci Salesii, descripta à Petro Hyacintho Gallizia lib. 2. cap. 32. atque in alia alterius Auctoris, relata à Golzar. *Theol. experim. tract. 7. cas. 8. num. 370.* legitur, eum ad Episcopatum promotum, coram Clemense VIII. examinetur, eodem Pontifice indictum, atque inter questiones eidem propositas de eo fuisse à Pontifice interrogatum: *Potestne Episcopi ab hæresi absolvere?* Respondit Salesius: *Potest, virtute facultatis iidem facta à Tri-*

*deviso.* At, aliam sibi mentem, aliam esse voluntatem, mox subiecit Pontifex. Ad quod Salesius: *Siquidem hæc est mens Sanctissimæ vestræ, eidem adque, atque à mea sententia recedo.* Idem nec semel docuimus est à sacris Urbis Congregationibus, quarum ministerio solent Pontifices mentem suam manifestare. Ita quippe declaratum à sacra Congregatione S. Officii testatur Penia, Romanae Rotæ Auditor, in notis ad Eymericum 3. part. q. 92. *comment. 141. §. Equidem,* & Cardinalis Albitius, qui ejusdem Congregationis Assessoris munus obierat, in suo *Tract. de Incon. in Fide cap. 25. num. 4. & seq.* idemque responsum datum à sacra Congregatione Concilii, narrat Fagnanus in *cap. Quoniam, n. 29. de Constitutionibus,* & in *cap. Dilictus, n. 30. de tempor. Ordin. ac Cardin. Petra in comment. ad constitut. 18. Innocentii IV. tom. 3. num. 19. & seq.* Quocirca Suarez, qui in *tract. de censur. disp. 21. sect. 3. num. 4.* probabilem censuerat opinionem, Episcopis favorabilem, cum postea diligentius expendit allegata summorum Pontificum, sacrarumque Congregationum responsa, & priori sententia recessit, & in *tract. de Fide disp. 21. sect. 4. n. 17.* aperte docuit, nullam probabiliter rationem absolventi ab hæresi. Et Cardinalis de Lugo cit. *sect. 3. §. 1. n. 46.* post questionem in utramque partem versatam, eadem respiciens decreta, concludit: *Mihi moraliter certa est Pontificia mens, & sensus Romanae Curie, in qua omnes Pontificis ministri pro eorum supponunt, singulis anni de nuda eam facultatem Episcopis asserri, & ea solum de causa, ad eoque solum addita esse in Bulla Cœne verba illa, quibus revocantur facultates concessæ illam per cujuscumque Concilii decreta. Ac*

De 2

de-



denique Fagnanus *in cit. cap. Dilectus, num. 31.* postquam indicatum retulit declarationem editam à sacra Congregatione Concilii, ait: *Unde frustra nonnulli ex recentioribus Theologis hunc articulum in controversiam adducunt, cum habeant clarum determinationem sacrae Congregationis.*

X. Sed majorem adhuc firmitatem huic sententiae adiecit Alexander VII. eum die 24. Septembris 1665; hanc inter ceteras propositionem proscripsit: *«Sententia asserens, Bullam Coenae solum prohibere absolutionem haeresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1619. 18. fuit in Consistorio Sacrae Congregationis Eminentissimorum Cardinalium visa, & tolerata est.»* Fatemur equidem, damnationis testimonium non directè confondere opinionem asserentem Episcopos auctoritatem absolventi ab haeresi occulta, sed solum directè perstringere quorundam audaciam & imposturam, qui ut eandem opinionem validissima fulerent auctoritate, in vulgus jactabant, eam à sacra Congregatione examinatum, omnem evasisse censuram; uti adverterunt Salmanticenses in *Curia moralis tom. 4. tract. 18. de Privilegiis cap. 4. §. 2. n. 163.* & *Milanense exercit. 3. in tertiam propositionem damnat. ab Alexandro VII. pag. 19.* At nihilominus nemo facile indicabitur, damnationis ictum grave vulnus indirectè infuisse etiam opinioni, quam sui Auctores predicta impostura tutabantur; patum enim sollicitus fuisse Pontifex de praecipuo evertere de argumento, quo ea fulciebatur opinio, si illam quoquo modo probabilem, ac tolerabilem reputasset; quemadmodum ratiocinatur Dominicus Viva in eadem tertiam proposi-

tionem Alexandri VII. rectè inde inferens, praefatam opinionem è sua probabilitate; si quam antea haberet, plurimum saltem fuisse deturbatam.

## CAPUT V.

*Alia coertuntur argumenta, quibus spaciatur suffulti nonnulli Auctores Gallicani, facultatem absolventi ab haeresi, quam aliis ablatam haud diffuciliter admittunt, in sua nationis Episcopis intactam peraverrare, asserent.*

Potestatem, de qua hactenus disseruimus, alii innixi argumentis; suae gentis Episcopos vindicare conantur plures Doctores Galli, quos sequuntur Journely, seu verius Continuator Theolog. moral. ejusdem tom. 2. tract. 3. de censuris part. 1. pag. 471. edit. Venet. & Pontas verb. *Causa reservati cas. 4.* Aliqui enim teste Thomassino de vet. & nov. Eccles. discip. part. 1. lib. 2. cap. 13. non. 8. & Accessit, eam in Galliarum Praesules derivatam volunt à consuetudine, tacito Romani Pontificis consensu roborata, quae jamdiu obtinuit, ut Episcopi occultos haereticos in foro Sacramentali absolvant; Absolvent tamen ab haeresi (ait Thomassinus) Episcopi Galliarum, non contradi-cente, adeoque, ut ex regulis Juris ipsi interpretantur, consentiente Pontifice. Alii vero, cum Gibert in suo tract. de usu Ecclesiae Gallicanae in materia censurarum tit. 17. ideo per Bullam Coenae non revocatum absolventi ab haeresi occulta, iisdem concessam à Tridentino; quia praefata Bulla, ut ipsi ajunt, & pluribus suadere conatur Gibert, numquam fuit in Gallis recepta.

II. Verum neque ejusmodi argumenta tantæ sunt efficaciae, ut illud evin-

evincant, quod praefici Auctores contendunt; etenim, quod spectat ad non acceptationem Bullae Coenae, mirum est, non videri Gibertum, ejusmodi argumentum in ipsam retorqueri; nam, sicuti in Gallis, uti Gibertus, ejusque asseclae ajunt, neque promulgata, neque usu recepta unquam fuit Bulla Coenae, ita pariter, iisdem asserentibus, nec publicatum, nec receptum ibidem fuit Concilium Tridentinum quoad decreta respicientia disciplinam; Episcopi illarum regionum, in quibus Concilium Tridentinum adhuc receptum non est, non possunt uti hac facultate concessa in hoc decreto; scilicet cap. 6. sess. 24. de quo disputabatur; respicit sacra Congregatio Concilii apud Cardinalem de Lugo cit. disp. 23. sect. 3. §. 1. n. 64. Equidem cum facultas absolventi ab haeresi occulta, unice ex Concilio Tridentino, in Episcopos dimanaverit, non potuit illam participare, qui Tridentino aditum in suam Dioecesim occultis, neque æquum est, ut id commodi ex Concilio reportent, qui ejus onera subire detrectant; quemadmodum cum eodem de Lugo ad rem prosequuntur Doctores congesti à Sanchez cit. lib. 2. in Decalogum cap. 11. atque à Barbosa ad cit. cap. 6. sess. 24. num. 3.

III. Quod verò attinet ad consuetudinem, tacito Romani Pontificis consensu approbatam, quam in plerisque Galliarum Dioecibus jamdiu obtinuisse, ajebat Thomassinus, ut earumdem Praesules passim ab haeresi crimine suos subditos absolvent; Thomassinum confundere suspicamur haeresim occultam, de qua est quaestio, cum haeresi ad Episcopi forum jam deducta, à qua, jam praemovimus, jus esset cuilibet Episcopo respicientem reum in utroque

foro absolventi. Hanc potè sufficiens nobis insipienti Comitatu Cleri Gallicani, anni 1587, ab eodem Thomassino indicata, quae, teste du Talis, communi suffragio rogandum statuerunt Pontificem, ut Episcopis, eorumque Officialibus veniam daret absolventi haereticos, ad Ecclesiae Catholicae gremium redeuntes; necessarium etenim non fuisset, hanc facultatem pro omnibus Regni Episcopis à Pontifice efflagitare, si jam plerisque illam consuetudinem, aliove modo à se acquisitam ibidem exercuissent. Idem privilegium, quod omnibus concedi exoptarunt Cleri Comitatu, non diu antea sibi fieri curaverant Patres Conciliorum Provincialium Rotomagensis, anni 1587, & Turonensis, anni 1583. Primi siquidem, postquam decretum ediderant, quo abstruebatur Episcopis potestas absolventi ab haeresi iisdem à Tridentino tributa, re melius considerata, eam potestatem, post Bullam Coenae, dubiam saltem, atque incertam agnovissent, ac proinde sibi fieri à Pontifice postularent, uti ad Gregorium XIII. scribentes: *Circa decretum de casibus reservatis, ubi dicitur ex Concilio Tridentino, Episcopos absolvere ab haeresi, videtur contra Bullam de Cava Domini, & reservationem factam per Dominos Quatuor & Quintum. Sed plures potius manebunt in haeresi, quam propter eam mittant ad Sedem Apostolicam; & interea, dum mittitur, & expectatur absolutio, multa incidere possunt tentationes, & malitiosae. Ideo humillimè supplicant Episcopi, ut dignetur sua Sanctitas illis potestatem ex decreto Tridentino concedere.* Haece verò precibus indulgentum censuit Pontifex, sed solum ad tempus, rescribens: *Pro necessitate provinciae concedatur ad tempus haec facultas.*

*culpas absolvendi, iuxta decretum Concilii Tridentini, cui magis citum fuerit; tom. 10. Collectionis Hardulini col. 1266. Patres autem Turonenses eod. tom. 10. col. 1293. in Synodi proemio cap. 2. sanxere: "A sua Sanctitate, cujus iudicio & censura membra in presentibus Concilio sancta & definita subsistunt, suppliciter Synodus, quam potest efflagit obtinere, ut Episcopus Provinciae eorumque Vicarius, Officialibus, & Prae-nitentiaris, facultatem ab haeresi absolvendi, ac haereticos Ecclesiae resistentiendi, his interdictionem, concedere dignetur; quo facilis haeresis labe infecti, eadem ejurata, ad Ecclesiae Catholicae gremium revertantur." Habemus igitur viginti Patres Gallos, septem videlicet, qui Concilio Rotomagensi, & tredecim, qui Turonensi, vel per se, vel per suos Procuratores interfuerunt, praeter plures Abbates, & Procuratores Capitulorum, qui eorumdem Concilliorum decretis subscribere, quibus persuasum fuit, virtute Bullae Coenae, vetitum sibi esse uti facultate Episcopis facta à Tridentino, & occultis haereticis, sine speciali Pontificis venia, Ecclesiae restituere. Idem universim sentiunt aliarum nationum Episcopi, qui non audent haereticos à censurarum nexu absolvere sine speciali privilegio summæ Pontificis, à quo illud & petere & impetrare solent; quod de Episcopis Germaniae testatur Gebart Theolog. experim. tract. 7. cas. 8. num. 371. & Reiffenstuel ad cit. tit. 7. lib. 5. Decretal. num. 297. de Episcopis vero degenibus in Anglia, Hibernia, & Hollandia, refert Arsdakin Theolog. tripartit. tom. 2. part. 2. tract. 2. cap. 5. §. 1. §. 6.*

IV. Judicent nunc alii Antistites, an ipsi valeant, sine temeritatis nota,

tor illustrium & altissimorum Praesulum exemplis contrare, eamque auctoritatem sibi arrogare, atque etiam in Synodo ostentare, quam primæ Sedi reservatam sacrae Urbis Congregationes, ac ipsimet summi Pontifices non semel declararunt, omnesque ferè Theologi, sacrorum Canonum Periti, paucis quibusdam exceptis Episcopis, per Bullam Coenae ablatam docent. Neque quoad hoc postpositos se credant Inquisitoribus, sicuti nonnullos Episcopos conquiri ausurimus, quasi Inquisitoribus illa datur facultas, quæ ipsis denegatur. Etenim (ut jam prenotavimus) aut sermo est de haeretico ad forum iudiciale deducto, sive sponte suum delictum ad idem forum deferente; & tunc Episcopus, quam Inquisitor potest illum pro utroque foro absolvere, & in Ecclesiae gremium recipere; aut sermo est de haeretico occulto; & iterum neque Episcopus, neque Inquisitor potest solvere à vinculo excommunicationis, qua coram Deo, atque in foro conscientiae est innodatus; ac propterea Cardinalis Albitius cit. cap. 25. num. 16. opportunè, & fortasse ad praedictam preoccupandam Episcoporum quarimoniam, scripsit: "Quod videlicet est de Episcopis idem dicendum est de Inquisitoribus, qui nullo modo habent facultatem absolvendi haereticos in foro conscientiae; idemque animadvertit Cardinalis Petra loc. cit. num. 28. notum. 3. pag. 180. inquit: Quamvis autem Inquisitores ab haeresi in foro iudiciali absolvere possint, & talis absolutio pro utroque foro suffragetur, ut dixi; in foro tamen conscientiae ejusmodi facultatem non habent, nec expedit, ut habeant." Equidem non ignoramus, quod refert Pallavicinus in hist. Concilii Tridentini lib. 23. cap. 10. num. 4. op-

## CAPUT VI.

*Eadem jura Romani Pontificis laudantur etiam per Synodalem Constitutionem, infligentem degradationis poenam Clericis quorundam atrociorum criminum reus.*

Tam in antiquis, quam in nuperis Synodis, quo magis Clerici à delictis deterreantur, recententur poenae canonicae, in delinquentibus infligendae, & his specialis mentio degradationis, cui sunt obnoxii quorundam atrociorum criminum reus. Haec praudentes sanè, & laudabiles in Synodis inserunt; sed iterum periculum hic est, ne Episcopus, cum degradationem Clericis hujus, aut illius delicti sentibus committatur, suae potestatis terminos praetergrediat, & jura invadat Romani pontificis; quod qua ratione contingere queat, paucis ostendimus.

II. Adeo indecens semper & probrosum visum est, sacris addidi ministeriis hominem non integre famae, ut, qui grave scelus admisit, in ceterorum Fidelium offensionem incurrens, si laicus adhuc sit, juxta vetustissimas & sanctissimas Ecclesiae leges, in perpetuum arceri debet à sacris suscipiendis Ordinibus; si vero jam fuerit inter Clericos cooptatus, sit & Clericali gradu deiciendus. Primum ex Apostolo Paulo tradit Augustinus tract. 41. in Joann. num. 10. tom. 3. oper. part. 2. col. 575. ubi praemissa distinctione, inter leviores culpas, quas peccata vocat, & graviora flagitia, quae crimina appellat, ea singulatim enumerat, quorum Apostolus prorsus insontes esse voluit saceris initiandos Ordinibus: "Apostolus Paulus, quando elegit ordinandos



*culpas absolvendi, iuxta decretum Concilii Tridentini, cui magis citum fuerit; tom. 10. Collectionis Hardulini col. 1266. Patres autem Turonenses eod. tom. 10. col. 1293. in Synodi proemio cap. 2. sanxere: "A sua Sanctitate, cujus iudicio & censura membra in presentibus Concilio sancta & definita subsistunt, suppliciter Synodus, quam potest efflagit obtinere, ut Episcopus Provinciae eorumque Vicarius, Officialibus, & Prae-nitentiaris, facultatem ab haeresi absolvendi, ac haereticos Ecclesiae resistentiendi, his interdictionem, concedere dignetur; quo facilis haeresis labe infecti, eadem ejurata, ad Ecclesiae Catholicae gremium revertantur." Habemus igitur viginti Patres Gallos, septem videlicet, qui Concilio Rotomagensi, & tredecim, qui Turonensi, vel per se, vel per suos Procuratores interfuerunt, praeter plures Abbates, & Procuratores Capitulorum, qui eorumdem Conciliorum decretis subscribere, quibus persuasum fuit, virtute Bullae Coenae, vetitum sibi esse uti facultate Episcopis facta à Tridentino, & occultis haereticis, sine speciali Pontificis venia, Ecclesiae restituere. Idem universim sentiunt aliarum nationum Episcopi, qui non audent haereticos à censurarum nexu absolvere sine speciali privilegio summæ Pontificis, à quo illud & petere & impetrare solent; quod de Episcopis Germaniae testatur Gebart Theolog. experim. tract. 7. cas. 8. num. 371. & Reiffenstuel ad cit. tit. 7. lib. 5. Decretal. num. 297. de Episcopis vero degentibus in Anglia, Hibernia, & Hollandia, refert Arsdakin Theolog. tripartit. tom. 2. part. 2. tract. 2. cap. 5. §. 1. §. 6.*

IV. Judicent nunc alii Antistes, an ipsi valeant, sine temeritatis nota,

tor illustrium & altissimorum Praesulum exemplis contrariè, eamque auctoritatem sibi arrogare, atque etiam in Synodo ostentare, quam primæ Sedi reservatam sacrae Urbis Congregationes, ac ipsimet summi Pontifices non semel declararunt, omnesque ferè Theologi, sacrorum Canonum Periti, paucis quibusdam exceptis Episcopis, per Bullam Coenae ablatam docent. Neque quoad hoc postpositos se credant Inquisitoribus, sicuti nonnullos Episcopos conquiri ausurimus, quasi Inquisitoribus illa datur facultas, quæ ipsis denegatur. Etenim (ut jam prenotavimus) aut sermo est de haeretico ad forum iudiciale deducto, sive sponte suum delictum ad idem forum deferente; & tunc Episcopus, quam Inquisitor potest illum pro utroque foro absolvere, & in Ecclesiae gremium recipere; aut sermo est de haeretico occulto; & iterum neque Episcopus, neque Inquisitor potest solvere à vinculo excommunicationis, qua coram Deo, atque in foro conscientiae est innodatus; ac propterea Cardinalis Albitius cit. cap. 25. num. 16. opportunè, & fortasse ad praedictam preoccupandam Episcoporum quarimoniam, scripsit: "Quod videtur est de Episcopis idem dicendum est de Inquisitoribus, qui nullo modo habent facultatem absolvendi haereticos in foro conscientiae; idemque animadvertit Cardinalis Petra loc. cit. num. 28. notum. 3. pag. 180. inquit: Quamvis autem Inquisitores ab haeresi in foro iudiciali absolvere possint, & talis absolutio pro utroque foro suffragetur, ut dixi; in foro tamen conscientiae ejusmodi facultatem non habent, nec expedit, ut habeant." Equidem non ignoramus, quod refert Pallavicinus in hist. Concilii Tridentini lib. 25. cap. 10. num. 4. op-

## CAPUT VI.

*Eadem jura Romani Pontificis laudantur etiam per Synodalem Constitutionem, infligentem degradationis poenam Clericis quorundam atrociorum criminum reus.*

Tam in antiquis, quam in nuperis Synodis, quo magis Clerici à delictis deterreantur, recensentur poenae canonicae, in delinquentibus infligendae, & his specialis mentio degradationis, cui sunt obnoxii quorundam atrociorum criminum reus. Haec praudent sanè, & laudabiles in Synodis inseruntur; sed iterum periculum hic est, ne Episcopus, cum degradationem Clericis hujus, aut illius delicti sentibus committatur, sine potestatis terminos praetergrediat, & jura invadat Romani pontificis; quod qua ratione contingere queat, paucis ostendimus.

II. Adeo indecens semper & probrosum visum est, sacris additi ministeris hominem non integre famae, ut, qui grave scelus admisit, in ceterorum Fidelium offensionem incurrens, si laicus adhuc sit, juxta vetustissimas & sanctissimas Ecclesiae leges, in perpetuum arceri debet à sacris suscipiendis Ordinibus; si vero jam fuerit inter Clericos cooptatus, sit & Clericali gradu deiciendus. Primum ex Apostolo Paulo tradit Augustinus tract. 41. in Joann. num. 10. tom. 3. oper. part. 2. col. 575. ubi praemissa distinctione, inter leviores culpas, quas peccata vocat, & graviora flagitia, quae crimina appellat, ea singulatim enumerat, quorum Apostolus prorsus insontes esse voluit saceris initiandos Ordinibus: "Apostolus Paulus, quando elegit ordinandos

vel Presbyteros, vel Diaconos, & quicumque ordinatus est ad præposituram Ecclesie, non ait, si quis sine peccato est; hoc enim si diceret, omnis homo reproberetur, nullus ordinaretur; sed ait, si quis sine crimine est, sicuti est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furum, fratris, sacrilegium, & cetera hujusmodi. Alterem prescribunt inveniunt canones, è quibus paucos exhibemus. Canon 24. ex Apostolicis, ex recensione Coelestii, statuit: «Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus est, deponatur; non tamen in communicatione privetur; & Canon 70. Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, deponatur & ipse, & ordinari ejus, & à communione modis omnibus abscindatur.» S. Basilii *epist. ad Amphilochem de Canonibus, can. 3. tom. 3. Oper. pag. 271.* «Diaconos post Diaconatum fornicatus, Diacono ejicietur quidem, sed in raiacorum detrusus locum à communione non accipiet.» Concilium Aurelianense III. anni 538. *can. 7.* «Si quis adulterasse aut confessus fuerit, vel convictus; deponatur ab officio, & communione concessa, in monasterio toto vitæ suæ tempore retrudatur;» *tom. 2. Collectionis Harduini, col. 1225.* Et ibidem *can. 8.* «Si quis Clericus in fornicatione, aut falsitatem admisit, quia capitalia & ipsa sunt crimina, communione concessa, ab Ordine degradatur.» Ex his, aliisque hujus generis multis, quæ in antiquis Synodis passim occurrunt, non solum crimina addicimus, propter quæ Clerici è gradu deturbantur, sed etiam colligimus, ejectionem à Cleri-

cali gradu minorem fuisse poenam, quam esset segregatio è consorcio Fidelium, seu excommunicatio; aliquos enim adivimus è gradu deponendos, quin tamen sacro essent communione privandi; quod alio clarus liquet *ex can. 29. Apostolorum*, ubi Clericus Ordinis ministerium exercere præsumens, à quo esset depositus, veluti gravioris criminis reus, severiori anathematis poena plectitur: *Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depositus fuerit, super certis criminibus, quos fuerit atrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur.* Placuit autem id obiter animadvertere, ut vel hoc appareat, quam gravis poena sit excommunicatio, qua majores nostri longe leviorem existimantur ejectionem è gradu, atque hanc regulantur illi præmitterent, ut delinquentes Clericos corrigerent; neque faciles fuerunt in ferenda anathematis sententia, quam plerique nostri temporis Antistes in Synodaliū decretorum transgressores immoderate quandoque deantur; de quo abusu plurima suo loco.

III. Quamquam porro in sequenti ætate nonnulla remissa fuerit antiquæ disciplinæ severitas, non tamen exolevit degradationis poena, sed etiamnum viget, & fertur in Clericos, aut consuetam atrocitatis criminis reos, aut inemendabiles. Hanc poenam Theologi morales, & Canonista sæpe concludunt cum simplici depositione; sed reverà, sicut foras antiquioribus Ecclesiæ sæculis nullum intercederet inter utramque discrimen, atrem illud aut induxit, aut jam inductum agnovit Clemens III. sive (uti habetur in Collectione qua utimur) Celestinus III. in *cap. Cum non ab homine 10. de iudiciis*, ubi Clericum homicidii, fac-

furii, perjurii, seu alterius gravis criminis legitime convictum, primo iudicari deponi; deinde excommunicari, & eradicari contumacia, anathematizari, hoc est solennioris excommunicacionis, cum execratione, mucrone licti; ac demum, si in profundum saeculorum venerit, degradari, seu Curie seculari purgandum tradi, præcipit. Differentia verò inter simplicem depositionem, & degradationem, in hoc sita est, ut scilicet per simplicem depositionem, Clericus perpetuo quidem removeatur aut à suscepti Ordinis exercitio, aut ab officio, & Ecclesiasticæ jurisdictionis usu, aut à Beneficio, aut denique ab Ordine simili, Officio, & Beneficio; non tamen spoliatur privilegio canonis, & foris sed remaneat subiectus foro Ecclesiastico, neque ulla ratione subiecta jurisdictioni laicali; quod *ex modo cit. cap. Cum non ab homine*, inferunt Abbas in *cap. At si Clerici, 4. 5. De adulteriis, num. 2. de iudiciis*, Suarez *de sententiis disp. 20. sect. 1. num. 8. Engel ad tit. 35. lib. 7. Decretal. n. 11. Wiestner ibid. num. 77. Schmalzgrueber n. 125.* nec obscure etiam inde colligitur, quod Clerici depositi, plerumque à sacris canonibus jubentur detrudi in arcem monasterium, sicuti de Sacerdote revelante peccatum, sibi in sacramentali Confessione manifestatum, statuit Innocentius III. in *cap. Omnis utriusque usus, de pen. & remis. nemo enim facile credit, Sacerdotem in monasterium detrusum, esse extra forum Ecclesiasticum, & laicali jurisdictioni obnoxium. At per veram degradationem Clericos, non solum arceatur in perpetuum ab omni Ecclesiastico ministerio, omnique privatur Ecclesiastico officio, & Beneficio, verum etiam exiit privilegio fori, & subicitur potestati seculari, à qua post*

degradationem iudicari, in carceres detrudi, secundum leges civiles puniri, & condemnari potest, penitende ac si esset laicus. Ante degradationem tamen *realem, & actialem*, retinet privilegium canonis, ita ut inficiens violentiam manus in Clericum, & in *verbaliter degradatum, & non dum actu traditum Curie seculari*, incidat in excommunicationem *Can. Si quis suadente, & degradacionem, in hoc sita est, ut scilicet per simplicem depositionem, Clericus perpetuo quidem removeatur aut à suscepti Ordinis exercitio, aut ab officio, & Ecclesiasticæ jurisdictionis usu, aut à Beneficio, aut denique ab Ordine simili, Officio, & Beneficio; non tamen spoliatur privilegio canonis, & foris sed remaneat subiectus foro Ecclesiastico, neque ulla ratione subiecta jurisdictioni laicali; quod ex modo cit. cap. Cum non ab homine, inferunt Abbas in cap. At si Clerici, 4. 5. De adulteriis, num. 2. de iudiciis, Suarez de sententiis disp. 20. sect. 1. num. 8. Engel ad tit. 35. lib. 7. Decretal. n. 11. Wiestner ibid. num. 77. Schmalzgrueber n. 125.*

IV. Enimvero duplex degradacionem distinguit Bonifacius VIII. in *tit. cap. Degradatio: unam vocat verbalem, & est ipsa profatio sententiæ, per quam Juxta Ecclesiasticum Clericum eicit è gradu, & foro laicali adicit; aliam nominat actualem, seu realem, & est actus ipse, seu solemnitas excomonialis, qua Episcopus Clericum, verbalis sententia antea degradatum, sacris spoliatur insignibus, & re ipsa tradit Curie seculari. Degradatio verbalis enim fiet in Provincialibus Episcoporum Synodis, ad quas Presbyterorum, aliorumque Ecclesiæ Ministrorum criminalis causæ referebantur, ut ibidem discernerentur, & deciderentur juxta canonem quintum Nicænum. Verum, eum haud faciliter, & quotiescunque opus erat, ejusmodi Synodi congregarentur, propterea, ne Clericorum enormis facinorosa diu manerent impunita, in Concilio Carthaginiensi II. anni 390. *can. 10.* relato à Gratiano *Can. 4. 15. q. 7.* statutum est, ut in posterum quæcomque Clericorum causæ etiam extra Synodum agitari, & terminari possent; hac tamen adjuncta limitatione, à qua post*



agerent de delicto excommunicationis sententiam merente, hæc in Episcopo non nisi à duobus, in Presbyterum, à sex, in Diaconum, à tribus simul congregatis Episcopis ferri possit; quem canonem renovavit Concilium Carthaginiense III. anni 397. *can. 8. relato eadem causa, & quest. Can. 5. ac proinde Concilium Hispanicum II. anni 619. can. 6. relato pariter à Gratiano. *ch. hoc. Can. 7. ait: Episcopus Sacerdotalis, ac Ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest.* Statutum à prescis canonicis Episcoporum numerum, ad verbalem degradationem Clericorum majorum Ordinum, præcipiat etiam Bonifacius VIII. *in cit. cap. Degradatio;* solumque permisit, ut Clerici minorum Ordinum possent sola proprii Episcopi sententia excommunicari. At, quoniam nonnulli maledici Ecclesiam calumniabantur, quasi tot Episcopos ad degradationis sententiam requireret, quod hæc facile possent congregari, ut tali pacto majoribus Clericis, quoecumque enormi flagitio contempnatis impunitatem daret, quod videre est apud Bohemorum *Jur. Eccles. Protestantium tom. 5. tit. 27. de penis num. 118.* cumque insuper ea de re conquesti essent etiam Principes Germaniæ, qui inter centum gravamina, quibus levamen & remedium offerri ab Hadriano VI. summo Pontifice postulaverant, hoc *art. 12.* exposuerant: "Et tandem, ut in peccatis, malefisque perpetratis magis adhiberetur, præter omnem æquitatis rationem, aliquatenus interdictum nest Archiepiscopis, & Episcopis, nne malefactores hos publico criminali iudicio reos agere possint, nisi prius degradatos; id quod tantis numeris, tantaque pompa celebrari oportet, ut propetæ per-*

nquam rarissimum uncti illi malefactores merita plectantur poenæ;" idcirco Tridentini Patres *sess. 17. cap. 4. de reform. ad obstruendum os malignantium,* iussero, ut deinceps liceret Episcopo per se, vel per suum Vicarium Generalem, ad verbalem Clerici degradationem, in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia in numero à canonicis denotata requiritur, etiam absque illis procedere; adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus notidem Abbatibus, usum Mitre, & Baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate, aut in Diocesi reperiri, & commode interesse possint; alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac Juris scientia commendabiles existant. Ejusmodi porro sive Abbates, sive alias personas in Ecclesiastica dignitate constitutas, non adhiberi tamquam meret consiliarios, sed esse Judices assessores, quibus competit suffragium decisivum, rectè docent Suarez *de censuris disp. 30. sect. 1. num. 20.* & Barbosa *ad cit. cap. Tridentini n. 8.* sunt enim suffocati in locum Episcoporum, quos veros fuisse Judices, constat ex allegati juris, & adhuc claris *ex cap. 3. de sententia, & re judicata,* ubi dicitur: *Non potest quemquam à Sacerdotali gradu (nisi iusta æ causis) concors Sacerdotum sententia subverti;* quinimò ex hoc textu inferri arbitrantur Maranta *de ord. iudic. part. 4. dist. 11. n. 71.* Barbosa *de offic. & potest. Episc. alleg. 110. n. 28.* Reiffenstuel *cit. tit. de penis n. 44.* Schmalzgrueber *ibid. n. 146.* alique ab his citati necesse esse, ut in degradationem Presbyteri, Diaconi, vel Subdiaconi, omnes predicti, Episcopo assistentes, unanimiter consentiant.

V. Post degradationem verbalem, si procedendum sit ad realem, Clericus degradandus, sacris vestibus inductus, ac si celebrare, vel si infra Sacerdotium sit constitutus, alium sui Ordinis actum exercere deberet, adducitur ad Episcopum, presentibus aliis Episcopis, seu Abbatibus, aliisque qui degradationis sententiam protulerunt, atque astante etiam Judice seculari; Episcopus vero eum gradatim exuit singulis Ordinum insignibus, incipiens ab illo, quod eidem in Ordinatione ultimo loco traditum est, cæterisque adhibitis extremitatibus, quæ prescribuntur *in cit. cap. Degradatio,* & habentur in Pontificali Romano; quibus expletis, degradatum tradit Judici seculari, secundum laicorum leges puniendum; sed simul eundem Judicem serio, atque ex animo rogat, ut sententiam moderari, atque à poenæ sanguinis abstinere velit, sicuti habetur *in cap. Notimus, 27. de verbor. significat.* Eadem extremitatibus, & solemnitates juxta laudatam decretalem Bonifacii VIII. & Pontificale Romanum essent adhibendæ in actuali degradatione Clerici minorum Ordinum, aut etiam primæ tonsuræ; sed multis saltem in locis, teste Van-Espen *Jur. Eccles. univers. part. 3. tit. 1. cap. 2. num. 61. & seq.* quoad Clericos ejusmodi non sunt in usu.

VI. Actualis degradationis, per quam Clericus Sacerdotali, & Clericali dignitate quodammodo destituitur, & quasi redigitur ad laicalem conditionem, rudimenta habemus in *Novella 87.* ubi Justinianus Imperator ait: *Aliud salam est, si rem esse pntaverit, eum qui conventum, provincia Prætoris, & poena judicaverit dignum; prius hunc spoliari à Deo amabili Episcopo Sacerdotali dignitate, & ita sub legum fieri ma-*

nu. Verum Gothofredus *ad leg. 5. tit. 2. lib. 16. Cod. Theodos. obicit,* Clericus excommunicatus non sententiam fuisse traditoris Curie seculari, ut afficeretur morte, vel aliâ capitali poenâ, uti nunc fit, sed ut jam dejecti ab Ecclesiastici gradus honore, ac Clericali bus extri prerogativis, ad dicerentur Curie, id est Collegio alieui civitatis, in quo perinde ac licui, subire cogentur officia, ad quæ cæteri cives tenebantur; ipsi autem; utpote qui se indignos præbuerant Clericatu, & ob morum improbitatem fuerant ex Ecclesiæ Ministrorum alvo expuncti, plerumque demandabantur humilia, & magisque abjecta Curie ministeria, usque in perpetuum adhibebantur, ut tali pacto omnem antierant spem pristinum recuperandi in Ecclesiæ gradum. Quare Honorius Imperator eam tulle legem, quam Gothofredus exornat, ubi de Clericis ab officio depositis in hunc modum statuit: *Quemcumque Clericorum indignum officio suo Episcopus judicaverit; & ab Ecclesiæ ministerio segregaverit, aut si qui professum sacre Religionis sponte dereliquerit, continui sibi eum Curia vindicet; ut liber illiusmodi ad Ecclesiam recurrens esse non possit; & pro hominum qualitate, & quantitate patrimonii, vel Ordini suo, vel Collegio civitatis assignetur, modo ut, quibuscumque apti erunt, publicis necessitatibus obsequentur.*

VII. Sed, ut res tunc se habuerit, hodie nullus Clericorum solemniter degradatus reipsa traditur Curie seculari, nisi qui ob grandia delicta meretur poenam capitalem. Quinimò, non ob quodlibet crimen, cui est à legibus indicta poena ultimi supplicii, potest Clericus excommunicari, & seculari foro subijci, sed debet esse crimen, cui à Jure communi Eccle-

quintum est nefandum crimen, frequentatum, hoc est non semel tantum commissum ex Constitutione 97. S. Pii V. quæ incipit *Horrendum*, tom. 4. part. 3. Bullar. pag. 33. Sextum est sollicitatio ad turpia in Confessione sacramentali; si enim eam aggravat peculiares quedam circumstantiæ, Sacerdos illius reus degradari permittitur in Constitutione 34. Gregorii XV. Bullar. tom. 3. Notandum tamen, quod ab eo tempore, quo hæc Constitutio edita fuit, nullum exemplum reperite datum est quo huiusmodi sollicitationis, cum circumstantiis etiam quantumcumque aggravantibus, reus, degradatione punitus, & foro seculari traditus fuerit; quod etiam observat Cardinalis Albinus in cit. *Tractatu de Inconstantia in Fide* part. 1. cap. 15. num. 13. Unde Constitutio ipsa ad terrorem præcipue intendendum facta fuisse videtur. Septimum est celebratio Missæ, aut exoptio Confessionis sacramentalis, temere præsumpta ab eo qui sacro Presbyteratus Ordine non est initiatus ex Constitutionibus Clementis VIII. atque Urbani VIII. à nobis innovatis in nostra Constitutione 97. nostri Bullar. t. 1. pag. 342. Octavum est fabricatio, tonsio, aut adulteratio monetæ aureæ, vel argentæ, ejusque adulteratæ erogatio, vel expositio in regnis, provinciis, & civitatibus Italiæ, ex Constitutione Urbani VIII. quæ incipit in *prema* Bullar. tom. 4. Notum est sacrilegum, & execrabile furtum sanctissimæ Eucharistiæ, sive cum sacra Pyxide, sive sine illa, quis sacram Hostiam surripiat, & apud se retinere, aut alio transferre præsumat, juxta Constitutiones Innocentii XI. & Alexandri VIII. à nobis confirmata in nostra Constitutione 93. nostri Bullar.

lar. tom. 1. pag. 314. Decimum est illius crimen, qui abortum foetus animati vel per se, vel per alium procurat, effectu sequente, ex Constitutione Sixti V. quæ incipit *Effrenatam*. Diximus autem foetus animati, licet Sixtus pari jure habendum statuerit inanimati, ac animati foetus abortum, quia Gregorius XIV. per aliam suam Constitutionem, quæ incipit *Sedes Apostolica*, Sixtinam prædictam moderando, illius sanctionem ad abortum foetus animati restrinxit; & hoc etiam casu facultatem absolventi ab incurasa excommunicatione, quam Sixtus Apostolicæ Sedi reservaverat, locorum Ordinariis concessit.

VIII. Undecimum ab aliquibus recensetur maleficium, seu sortilegium, ex quo unius, aut plurium personarum mors sequitur comprobetur, huiusmodi enim maleficii, seu sortilegii reus, etiam primo lapsus, Curie seculari tradendus decernitur in Constitutione 46. Gregorii XV. data die 20. Maji 1623. quæ incipit *Omnipotentis Dei*, Bullar. tom. 3. Verum hæc Constitutio de Clericorum degradatione non loquitur, ut observat & probat Cardinalis Albinus in *dict. tract. de Inconst. in Fide* part. 1. c. 32. num. 150. Nos autem hic agimus de Clerici degradatione, ejusque traditione brachio seculari. Duodecimum priter ab aliquibus numeratur polygamia, cum quis nimirum, falsum professus nomen, & cognomen, uxore vivente aliam ducit, quem scilicet Urbani VIII. per suam Constitutionem, quæ incipit *Magnam* die 20. Junii 1627. editam, Curie seculari tradendum sanxit. Sed, eam nec in ea Constitutione degradationis mentio ulla fiat, evidens est, Clericos in ipsa comprehensos non esse. Præterea dici potest, hanc etiam Constitutionem ad terrorem po-

nitissimum editam fuisse; siquidem Congregatio S. Officii anno 1640. nimirum vix annis decem ab illius promulgatione elapsis, ab Archiepiscopo Beneventano interrogata, quæ pena puniendus esset polygamus, ita respondit: „Polygamorum poena, nisi falsos testes ad suum liberum statum comprobandum non induxerint, post adjurationem de vehementi, solet esse damnatio ad triremes per quinquennium; si vero nonduxerint, per septennium. Falsi testes ipsi quoque damnantur ad triremes per quinquennium, aut brevius tempus, pro delicti sui qualitate.“

IX. Præter præmissa igitur nominatim excepta, alia esse æque gravia, aut etiam graviora Clericorum scelera, tum demum actuali degradatione vindicari permittit Cælestinus III. in cit. cap. *Cum non ab homine, de iudicis*, cum Clericus, depositus, & excommunicationis penis antea coactus, non respiciet, sed in profundum *inadorum veniens contemnit*, tunc quippe (uti textus loquitur) *cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat, non possit esse ultra perditus plurimorum, per secularem comprimentus est potestatem*. Ad nihilominus plures Doctores ita hanc Decretalem interpretantur, ut per eam minime prohiberi opinentur, ne Clericus paricidii, homicidii insidiosus, aut sacrilegii, vel alterius atrocissimi criminis reus, prædictis poenarum gradibus non servatis, statim tradi possit Curie seculari. Ita ad præd. cap. docuere Ancharanus num. 10. Aiciatus num. 22. Martinus del Rio *Disquisit. magicar. lib. 5. sect. 16. §. Si quæras quid iudici liceat*, alique relati à *Parnaccio Prax. crim. quest. 8. num. 31.*

X. Verum communiti Doctorem sententia indubitanter affirmat, ad ac-



pronalet Clerici, cuiusmodi criminis rei degradationem, præter enumeratos casus, à Jure specialim expressos, non posse procedi; nisi ille sit incorrigibilis, hoc est, ut à Cælestino audimus, nisi Ecclesie monita, sibi que gradatim inflictae canonicas depositionis; & excommunicationis poenas, pervicaciter contempserit; superfluum quippe fuisset, in quodam peculiaria Clericorum flagitia degradationis poenam nominatim decernere; si hæc potuisset cuiuscumque Clerico flagitioso statim, irrogari. Neque ad rem facit, immanius scelus esse parricidium, quam forte sit aliquid ex his exceptis, ob quod Clericus, nulla præmissa canonicarum poenarum gradatione, permittitur statim tradi Curie seculari; etenim leges poenales non complectuntur delicta, quæ non expriment, etiamsi sint expressis graviora; quod argumento *cap. in poenis de regul. jur. in 6.* probant Castro *de lege punali lib. 1. c. 7. dicunt. 3.* & Suarez *lib. 6. de legib. cap. 3. num. 5.* Quare Innocentius III. qui statim post Cælestinum III. Pontificatum tenuit, interrogatus ab Episcopo Londinensi, quid agendum foret de Clericis in latrocinio, aliisque magnis sceleribus deprehensis; eos deponendos quidem, seu verberatos tantum degradandos, non tamen Curie seculari tradendos, rescripsit *in cap. Tuo. 6. de poenis. Ad illud, quod à nobis tertio requisitum, qualiter Clerici in latrocinio, vel aliis magnis sceleribus deprehensi, puniri debeant; respondemus, quod à suis Ordinibus degradati, detrudi debeant in arcibus monasteriis ad poenitentiam peragendam.* Et Bonifacius VIII. *in cap. Felicis. eod. tit. in 6.* etsi hostiliter insectantes, aut percussitales S. R. E. Cardinales reos delictare criminis læsæ majestatis, & veluti tales infames, atque intestabiles

pronuntiet, variisque poenis addicat, non tamen si fuerint Clerici, actuali degradatione plectendos statuit.

XI. Instar igitur regulæ sit, neminem Clericorum, quantumvis flagitiosum, posse ab Episcopo actu degradari, & Curie seculari tradi, nisi post ei inflictae alias poenas in *cit. cap. Cum ab homine præscriptas*, deprehensus fuerit inemendabilis; aut nisi sit reus alicujus ex enumeratis criminibus, à Jure communi, vel à Pontificiis sanctionibus nominatim expressis; quemadmodum docent Ostiensis *in cap. n. 2. de homicid. Beronias in c. Al. si Clerici, n. 18. r. de iudicib. verb. Mili autem. Covarr. lib. 2. var. cap. 20. num. 7.* Farinaccius *cit. Prax. criminal. quest. 8. n. 81.* Fagnanus *in cit. cap. Cum non ab homine, num. 6.* Pignatellus *tom. 7. contrul. 33. num. 25. & seq. alii que apud Raynaldum ad Bannimenta Bonon. cap. 5. §. 1. à n. 154.* Ab hæc regulæ, communi usu receptæ, non recedat Episcopus, neque ad comspicenda scelera, quæ frequenter à suæ Diocesis Clericis forte perpetrantur, fas sibi esse putet, in suo Synodo, solemniter, & actualis degradationis poenam in illorum fontes decernere; id quippe eum sit contra canones, unico pertinet ad Romanum Pontificem, cujus certè supremam jurisdictionem invadit, qui sua auctoritate maleficis Clericis eandem poenam irrogare præsumit. Quod si alicubi tanta sit alicujus enormis criminis frequentia, & experientia comperit jam sit, alias poenas hæc sufficiens esse ad Clericos ab illo deterrandos; poterit Episcopus summum Pontificem rogare, ut in Clericos, vel semel illud deinceps perpetrantes, decernat actualis degradationis sententiam, eamque à summo Pontifice laetam, in sua Synodo, ad omnium

terrorem; promulgare; sicuti faciendum monent Farinaccius *cit. q. 8. & Paulinell. decis. 14. adnot. 1. n. 23.*

## CAPUT VII.

*De lesione jurium Apostolicæ Sedis in unione beneficiorum, quæ Seminariis fit ab Episcopis in vim Decreti Concilii Tridentini cap. XVIII. sess. XXIII. de Reformatione.*

Sacrum Tridentinum Concilium inter alia adjumenta, quæ Episcopis attulit, ut Clericorum Seminaria, prout vehementer optabat, sustentari possent, facultatem ipsis concessit uniendi Seminaria Beneficia aliquot simplicia; eorumque qualitatis & dignitatis fuerit &c. etiam ante vacationem, sine cultus Divini, & illa obsequium præjudicio &c. quod locum habeat, etiamsi Beneficia sine reservata, vel affecta, ut legitur *in c. 18. sess. 23. de reform.* Siquidem comperit est omnibus, aliqua existentia Beneficia Ecclesiastica, quorum collatio reservata semper est Romano Pontifici aut in corpore Juri communit, uti videre est *in cap. Licet, & in cap. Statutum, de præbend. in 6.* aut in Extravagantibus communibus, ut *in cap. Injuncta, tit. de electione in Extravaganti Execrabilis, de Præbend. & dignit. in Extravaganti ad regimen, eod. tit. aut in Bullis S. Pii V. Gregorii XIII. aliorumque Romanorum Pontificum; aut in Regulis Cancellaria; & inter quas celebris est regula mensium reservatoria, in qua sibi reservat Pontifex collationem omnium Beneficiorum, quæcumque per octiduum menses vacare contigerit, quorum deinde mensium duos Episcopis in residentia præmium remittit, quæ omnia efficit in vim plenarie suæ auctoritatis; ut videre est apud Auctores,*

qui materiam hanc planè cumulate quoque pertractant.

II. Necessarium quidem non est, ut Beneficiorum Seminaria uniones in Synodo fiant; quinimodò satius videret, ut, si faciendæ sint, extra Synodum explerentur cum consilio quatuor Seminariorum deputatorum, de quibus alibi verba fecimus; quorum quidem consilium à Tridentina Synodo in unionibus hujusmodi pro forma, ut dici solet, requiritur, ut observat Lotterius *de re beneficiaria lib. 1. quest. 29. num. 60.* & ut resolutum fuit à Congregatione ejusdem Concilii interprete in causa Giennem. 14. Februarii 1534. *lib. 8. Decret. pag. 14. Sacra &c. censuit; uniones factas Seminariis abque consilio eorum quatuor, quæ jubet Concilium adhiberi, minime valere; & in alia Ferrarens. 3. Martii ejusdem anni, eod. lib. 8. Decretor. pag. 16. à tergo. Sacra &c. censuit, in unionibus Beneficiorum faciendis Seminariis, satius esse, servare formam traditam à Concilio c. 18. sess. 23. de reform. nec requiri consilium Capituli.* Verum, quia aliquando in Synodis actum vidimus de unionibus Beneficiorum Seminariis factis, aut faciendis, ad hoc ut Clerus Episcopalem hæc etiam in re sollicitudinem agnosceret, ideo opportuum existimamus, aliquid hic de unionibus Beneficiorum Seminariis factis, aut faciendis, attingere; ne eas invalide fieri contingar, neque Apostolicæ Sedis jura ex unione Beneficiorum affectorum, aut ipsi reservatorum aliquid detrimenti capiant.

III. Porro, ut Seminariorum sustentationi provideatur, initium minime ducendum est à Beneficiis Ecclesiasticis ipsi uniendis, sed dismembratio prius fieri debet, seu detractione aliqua portionis fructuum anni mense Capitularis, ac Dignitatum, Canonicarum,

& Beneficiorum, etiam de iure patronatus existant: *Ex fructibus integris mensis Episcopalis, & Capituli, & quatuordecimque Dignitatum, Personatum, Officiorum, Quotendarum, &c. & Beneficiorum quatuordecimque etiam Regularium, etiam juris patronatus cuiuscumque fuerint; verba sunt Concilii loc. cit. eaque dismembratio vulgo dicitur Taxa.* Et quidem recitata Concilii verba satis indicant, Seminarium jam erectum presupponi, scilicet paratam iam domum, Praeceptores conductos, Deputatos electos, designatosque Consultores, ad Taxam statuendam; ex quo sequitur unionem Beneficiorum, quae fieret Seminario, non adhuc, uti supra dictum est erecto, sed erigendo, irritam fore, juxta resolutionem Congregationis Concilii in causa item *Gienneti. 1588.* quae à Sixto V. Pontifice confirmata fuit per litteras in forma Brevis datas die 26. Octobris ejusdem anni, ut videtur apud *Garciam de Benefic. part. 1. cap. 8. num. 193.* Praeterea Concilium faciendum decernit Seminario unionem simplicium aliquot Beneficiorum *necnon Beneficia aliquot simplicia.* Hinc est, quod Episcopi non omnia Beneficia, nec majorem ipsorum partem, Seminario unire possunt. Cumque aliquis id efficere presumpserit, & ipse reprehensus est, & uniones abrogatae fuerunt; ut patet ex monumentis fideliter à Rignano collectis, relatisque in tom. 2. ad *Regulas Cancellar. & speciatim regul. 13. num. 88. & seq.*

IV. Sed jam ad iurium Apostolicorum lesionem gradum faciamus, quae aliquoties in hisce unionibus contingit, quaeque cuilibet Episcopo effugienda omnino est. Retroactis temporibus Episcoporum aliquis Beneficium affectum, aut Apostolicæ Sedi

reservatum, Seminario univit, postquam illud jam vacaverat, & qui de eo ab Apostolica Sede providendi mauerat, jam expederat Bullas, aut Beneficii possessionem nactus fuerat. Id quidem, ut par erat, minime tollerandum visum fuit; ac propterea Congregatio Concilii iure ac merito decrevit, ut ab Episcopis Beneficia huiusmodi ante illorum vacationem Seminario unirentur. Ita ipsa respondit anno 1586. mense Augusto, ut videtur *lib. 4. Decretor. pag. 169. à terg. & seq. in causa Caputa-* quem sequentibus verbis proposuit: «Seminarium Caputaquense humiliter petit, sibi declarari, postquam Episcopus auctoritate Concilii Tridentini potest unire Seminario Beneficia simplicia cuiuscumque qualitatis, an Episcopus, vel ejus Vicarius poterit unire dicto Seminario Beneficia simplicia, quae vacaverunt in mense Pontificis. *Responsum verò fuit: Sacra Scc. censuit, nunciari posse, modo uniantur ante vacationem. Huic alia concors est resolutio in causa Palentina. 1588. mense Junii, lib. 5. Decretor. pag. 1150. Sacra Scc. censuit uniones de Beneficiis vacantibus in mense reservato non esse validas, cum facta fuerint post eorum vacationem, & provisos à Sede Apostolica debere mitti in possessionem Beneficiorum, nec sequens etiam addi potest edita in causa Elboren. 31. Augusti 1600. lib. 9. Decretor. pag. 102. à terg. Sacra Scc. censuit, si huiusmodi Beneficia, quo tempore vacaverunt, erant reservata, vel affecta, non minime potuisse post vacationem ab Archiepiscopo Seminaris uniri, & provisos Apostolicos in eorumdem Beneficiorum possessionem esse mittendos.»*

V. Hoc itaque constituto, & satis

ubique cognito, quod Beneficia affectioni & reservationi subjecta, antequam vacarent, Seminario unienda essent, aliquid ulterius excogitari coepit, quod in Apostolicorum iurium detrimentum cedere inventum est. Quaedam existunt affectiones, quae Beneficiorum personis committuntur, quocumque loco decedant, nisi est exempli gratia, alienis Cardinalis familiaribus. Nonnulli Episcopi in Beneficia sic affecta potissimum oculis injiciunt, eaque, antequam vacarent Seminario unientes, certum Datariae Apostolicæ damnus inferbant, quae, eveniente eorum vacatione, de ipsis, utpotè jam Seminario unitis, disponere non poterat. Hinc iurium Apostolicorum perturbatum recte animadvertit Congregatio Concilii; atque idcirco censuit, viam aliquam arcendi in posterum fraudibus excogitandam esse; uti legitur *lib. 9. Decretor. pag. 217. à terg. die 26. Februarii 1601. Sacra Scc. censuit, de cetero ad obtinendum fraudibus, oportere decerni, ut non possint etiam ante vacationem uniri Seminario Beneficia, quae obtinentur persone, quae vel ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem, tales sint, ut, quocumque tempore decedant, certum sit, ea fore affecta Sedi Apostolicae. Ceterum in praeteritum nihil statutendum, si veniendumque, ut causa suo morte decurrat.* Consilium hoc à Clemente VIII. Pontifice approbatum fuit, ut videtur licet apud Fagnanum in *cap. Sicut unire, num. 37. de excessibus Praelatorum.* Jamque id jus obtinet, ut Beneficii affecti unio, ne quidem ante illius vacationem, per Episcopum Seminario fieri valeat, quando affectio stabilis est, continua, atque immutabilis, cuiusmodi est illa Familiarium Pontificis, & Cardinalium, Protonotariorum, aliorumque Apostolicæ Sedi

Tom. I.

Officialium; reflecta tamen ei facultate Beneficium affectum affectione non continua, sed fortuita, qualis est illa mementis, aut loci, ante vacationem unienda; ignoratur enim, dum unio fit, ubi, aut quo mense Beneficiatus obtinurus sit.

VI. Cujus legis ratio cum in eo posita sit, ut supra attigimus, non frustat Apostolicæ Datariae iuribus; consequens est, ut ne illa quidem unio insituetur, quam Episcopus Seminario fecerit de Beneficio non ita constanter affecto, & nondum vacante, si appareat, expectatum ad id fuisse tempus, quo Beneficiatus aegrotans proximus erat obeundæ morti, quam re ipsa in mense reservato obiit; sicuti nec illic sustineatur, quae fecerit Episcopus aliquis, quem constet nullum unquam Beneficiam ex his, quae in suo mense vacarunt, Seminario univisse, sed ad illa dumtaxat unienda animum intendisse, quae in mense Apostolico vacare poterant. Haec omnia accuratissime exposita sunt à Rignano *loc. cit. n. 110. & seq.* cuius quidem Scriptoris auctoritate libenter utimur, quod & ipse, dum vixit, non omni aucti hominis officio est persequutus, & nos testes sumus incredibili illius laboris ac diligentiae in colligendis & discutendis his omnibus, quae suis Operibus inseruit.

VII. Refert praeterea idem Auctor ad praedictam regulam *13. n. 117. & seq.* controversiam eorundem post Clementis VIII. decretum; cum scilicet dubitatum fuit, utrum S. R. E. Cardinales, alique, qui Indulta habent conferendi Beneficia Apostolicæ Sedi reservata & affecta, possent haec, sicut non eventuali dumtaxat, & variabili reservationi obnoxia, sed fixa & immutabili affectione reservata, Seminario unire. In favorem siquidem Cardinalium dicebatur, quod, cum ipsi in de-

Ec cre-



ereto Clementis VIII. expressè nominati non fuerit, illius lege minime tenebatur. Pro omnibus autem Indultariis illud in genere afferebatur, quod nempe, sublata per Indultum reservatione, libera in ipsi reviviscere auctoritas ordinarij, qui poterant, juxta Tridentini præscriptum, Beneficia quæcumque, licet antea Apostolis reservationibus & affectionibus subjecta, Seminario unire. De hac questione in Congregatione Concilii disputatum est; & quidem Cardinalis Ubaldinus prolixo suffragio edito, quod, suppresso illius nomine, refert Fagnano in cit. cap. Sicut unire, n. 49. & 50. de excess. Prælator.

VIII. Hæc itaque statuta ac definita habentur, pro eo quod pertinet ad unius Seminarij Beneficia Ecclesiastica Apostolicæ Sedi reservata, sicut affecta; nec aliud quicquam hic addere necesse est, nisi fel. rec. Pontifex Benedictus XIII. pro Episcopis Italiae, & Insularum adjectum, Constitutionem edidisset, quæ incipit *Credite nobis*, quæque ordine 27. erat in Appendice ad Concilium Romanum ab ipso habitum in Basilica Lateranensi anno 1725. Per eam quidem Constitutionem prædictis Episcopis jus tribuit uniendo Seminarij Beneficia simplicia quæcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam jurispatronatus Ecclesiastici, vel quomodocumque affecta, & dispositioni Sedi Apostolicæ reservata &c. fel. rec. Clementis VIII. ac Urbani part. VIII. necnon aliorum quoruncumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, vel Decretis, in contrarium factis, non obstantibus &c. Quæ verba nonnulli Italice Episcopis ansam dederunt, ut sibi tributam putarent facultatem uniendo Seminarij qualibet Beneficia simplicia nondum vacantia, licet quocumque modo Sedi Apostolicæ affecta, & reservata; sublatis nimirum de medio, per verba superius recitata, contrariis Clementis VIII. & Urbani VIII. decretis, in supra citatis eorum Constitutionibus contentis. Verum advertendum est, prælatum Benedictum Pontificem in eadem Constitutione *Credite nobis*, decrevisse, ut, antequam

se aut licere Beneficia, tempore unionis, affecta, & reservata, Seminario unire, nisi ad formam decretorum ejusdem Clementis VIII. uti copiosius legimus in dicta Constitutione, relata etiam per extensum ab eodem Fagnano in cit. cap. Sicut unire, n. 49. & 50. de excess. Prælator.

VIII. Hæc itaque statuta ac definita habentur, pro eo quod pertinet ad unius Seminarij Beneficia Ecclesiastica Apostolicæ Sedi reservata, sicut affecta; nec aliud quicquam hic addere necesse est, nisi fel. rec. Pontifex Benedictus XIII. pro Episcopis Italiae, & Insularum adjectum, Constitutionem edidisset, quæ incipit *Credite nobis*, quæque ordine 27. erat in Appendice ad Concilium Romanum ab ipso habitum in Basilica Lateranensi anno 1725. Per eam quidem Constitutionem prædictis Episcopis jus tribuit uniendo Seminarij Beneficia simplicia quæcumque qualitatis, & dignitatis fuerint, etiam jurispatronatus Ecclesiastici, vel quomodocumque affecta, & dispositioni Sedi Apostolicæ reservata &c. fel. rec. Clementis VIII. ac Urbani part. VIII. necnon aliorum quoruncumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, vel Decretis, in contrarium factis, non obstantibus &c. Quæ verba nonnulli Italice Episcopis ansam dederunt, ut sibi tributam putarent facultatem uniendo Seminarij qualibet Beneficia simplicia nondum vacantia, licet quocumque modo Sedi Apostolicæ affecta, & reservata; sublatis nimirum de medio, per verba superius recitata, contrariis Clementis VIII. & Urbani VIII. decretis, in supra citatis eorum Constitutionibus contentis. Verum advertendum est, prælatum Benedictum Pontificem in eadem Constitutione *Credite nobis*, decrevisse, ut, antequam

*Quomodo se gerere debeant Episcopi erga Apostolicam Sedem, si quam forte Pontificiam Constitutionem de aliquo disciplinae capite pro suis Dioecesibus minus opportunam esse censeant.*

In superioribus capitulis demonstravimus, nihil ab Episcopo in Synodis statuendum esse, quod Apostolicæ Sedi juribus, ac prerogativis adversetur; ex quo sequitur, ut debita illius Constitutionibus obedientia præstari debeat etiam in iis, quæ ad disciplinam pertinent. Verum quia disciplina varia est pro locorum & temporum ratione, ac fieri potest, ut aliqua Constitutio, licet plerisque Orbis Christiani Dioecesibus utilis alicui tamen provincie, aut peculiari Dioecesi minus opportuna duximus hinc explicare, qua ratione se gerere debeant Episcopi, qui aliquam Pontificiam Constitutionem Dioecesis suæ rebus minime conducere arbitrantur, ne debito erga summum Pontificem, & Apostolicam Sedem obsequio deiciantur.

II. Non hic agimus de peculiaribus scriptis, aut mandatis, in quorum concessione, sive expeditione, nihil facilius est, quam ut aliquando Pontifices decipiuntur, vel falsa rerum enarratione, vel occultatione alicujus veritatis, quam si notam habuissent, nunquam ea concessissent, aut mandassent, quæ alicujus vili argumentum. Verum in hisce casibus, quicquid ab eis per subreptionem, aut per obreptionem, impetratum est, ipsi hand invitè abrogant; uti apparet ex Cap. Super litteris, de scriptis, nec ollo modo agere solent, si exequutores, quibus

mandatum commissum est, executionem suspendat, atque interim accuratas rei mittant notitias, quibus certorem reddant Pontificem cur illius mandatum non duxerit exequendum. Celebris est Decretalis Alexandri III. in cap. Si quando de rescriptis, cujus hæc sunt verba: Sicut vir providus, & prudens, & discretus, qualitatem negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, ut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, sufficientem & rationabilem causam præstans; quia patenter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum. Congruit sententia alicuius Decretalis, nimirum Cap. Cum tenemur, de præbendis, ubi sequentia leguntur verba: Si non potest et sine scandalis provideri, æquanimiter sustineamus, si pro eo mandatum nostrum non duxerit exequendum. Non solum autem Episcopis id petentibus, sed aliis etiam quibuslibet, quorum interest, & quorum res agatur, si damnum exponat aut iam obveniat, aut proxime obvenitur ex Pontifici decreto, litteris etiam Apostolicis corroborato, conceditur (ut omnibus notum est) apertio oris, ut iura sua deducere possint; quod aliquin ipsi interdictum esset, propter consuetas clausulas, ejusmodi litteris, dam nemini damnum inferri credebatur, adiectas.

III. Multo minus hic agitur de Pontificis Constitutionibus dogmaticis, quæ ad Fidei pertinent; cum in his irreformabile sit Romani Pontificis iudicium. Agitur itaque de Constitutionibus ad disciplinam pertinentibus; ac non ad illam, quæ sacros respicit ritus, ceremonias, Sacramenta, Clericorum vitam; namque isthæc omnia à Pontifici panter auctoritate omnino pendunt; ideoque Apostolicæ Sedis de-

creta, quæ circa ea prodire contingat inferiorum iudicio, & censuræ, nullo modo subjecta esse debent; ut ipse etiam Petros de Marco recitè perpendit de Concordia Sacerdotii, & Imperii. lib. 2. cap. 7. num. 8. Sed alia exat Ecclesiasticæ disciplinæ pars, de qua aliquando à Romanis Pontificibus generaliter statuitur. Verùm nonnumquam experientia demeratur, aliquid ex huiusmodi generalibus statutis, illi ceterisque provinciis, ac diocibus, utile atque proficuum, alicui tamen provincie, aut diocesi oppositum non esse; id quod Legislatorei consperit non erat, cum ipse peculiare omnino locorum res, atque rationes perspectas habere nequeat; quemadmodum Latere Pontifex in cap. 2. de Constitutionibus, in sexto. In his itaque rerum circumstantiis Episcopus intelligens, Apostolicæ Sedis legem in Diocesi sua noxium aliquem effectum producere posse, non modo sua Romano Pontifici rationes representare non prohibetur, quin potius ad id omnino tenetur; ut copiose dicitur Suarez lib. 4. de legibus cap. 16. n. 7. & optime ad rem protequitur Layman in tit. 1. in cap. Si quando, de rescriptis. Neque Romani Pontifices unquam reuenerant inferiorum rationibus autem præbere; & quoties has satis validas esse agnoverunt, minime recusant aliquas prouicias, aut Dioceses à generali Constitutionum iurium lege, quoad disciplinæ genus illud, de quo nunc agimus, eximere; ut laudari Auctores prosequuntur. Aliquando etiam legum ipsarum rigorem generaliter moderantes penas aduersus illarum transgressores minuerunt. Horum exempla in hoc ipso opere nostro complura reperiunt. Sed unum hic afferre iuvat, quod alibi à nobis relatum non meminimus. Plus II. Pontif. Max. in Con-

Constitutione cum ea sacrorum, decrevit, ut illi, qui ad sacros Ordines extra tempora à Jure statuta, vel absque litteris dimissorialibus, aut ante legitimam ætatem promoverentur, ab Ordinum susceptorum exercitio susta- peni ipso jure forent; si autem in illis ministrare præsumerent, irregularitatem incurrerent. Uterius progressus est Sixtus V. in Constitutione, quæ incipit Sanctum & salutare, qua scilicet Antistitem illum, qui aliquem minus idoneum, aut legitimum ætate minorem, vel Patrimonio desitutum, ad Ordines etiam minores promouisset, à collatione omnium Ordinum, atque ab Ecclesie ingressu suspensum fore decrevit. Verùm Clemens VIII. in Constitutione, quæ incipit Romanum Pontificem, totum id ad sacri Tridentini Concilii, Constitutionisque Planæ terminis revocavit. Nec alia deessent exempla, quæ in hæc rem adduci possent.

IV. Hæc autem inuuisse sufficiat, ut intelligant Episcopi, licitum sibi esse proprias rationes Romano Pontifici exponere, ut vel recessum à peculiari aliquo decreto, vel suæ Diocesis exemptionem obtineant ab aliqua generali lege; quæ tamen ad illud pertineat disciplinæ genus, quod supra indicavimus; neque putandum, eorum petitiones rejectum iri, si iustis rationibus innixæ compariantur. Illud autem omnino tenendum est, ut & in huiusmodi recursibus debita Apostolicæ Sedi reverentia semper seruetur; & eum ipsa, omnibus auditis, iudicium suum protulerit, illius sententiæ obtemperetur, ejusque iussa promptè executioni demandentur. Constat enim, aliquando proccacem agendi modum in culpam adducere cum qui aliquin bonum jus fovet quoad rei substantiam; æquum autem non esse, Apostolicæ

Decreta libenter accipi tunc solum, cum propriis intentionibus congruant; at in sententiâ obfirmatè persistere, cum summus Pontifex, reclamantis rationibus auditis, atque liberatis, eadem tanti esse non reputat, ut mandata sua revocare, vel generales leges moderari opportunum censet.

V. Nota sunt in Ecclesiasticis historis dissidia, quæ inter S. Leonem Magnam Pontificem, ac S. Hilarium Arelatensem Episcopum intercesserunt. Cum nempe hic Celidonium in Gallia Episcopum à Sede sua deturbasset eo obxente, quod ante Episcopalem Ordinationem, cum laicus esset, viduam in matrimonio habuisset, & capitis sententiâ in aliquot res pronunclasset; Celidonius ad Sedem Apostolicam provocavit, & S. Leonis sententiâ in Episcoporum Concilio prolata, in pristinum Sedem restitutus est. S. Hilarius ad Urbem se contulit, ut iudicium suum tueretur. In quo si justos defensionis limites non excessisset, nec contentiosis ardore abbreptus, nimis audacter erga Apostolicæ Sedis Præselem se gessisset, non utique huius indignationis pondus, nec asperam reprehensionem, & castigationem, quam accepit, in se derivasset; cujus rei monumenta videre est in epist. 10. ejusdem S. Leonis cap. 4. quam quidem epistolam Valentinianus Augustus summa veneratione suscepit, ut apparet ex his, quæ ipse sancivit in sua Novella Constitutione relata inter Novellas Theodosii in calce Codicis Theodosiani, titulo de Episcop. Ordin. Monumenta hæc capitalia sunt, & nulli exceptioni obnoxia; adeoque his potius standum est, quam iis, quæ ad S. Hilarii defensionem scripta leguntur in ejus Vita à S. Honorato Massiliensi Episcopo, aut ab alio incerto Auctore, triginta ferme annis post factum,



tum, exarata. De his etiam alias à nobis auctum fuit in nostro lib. 2. de Canonizatione Sanctorum cap. 41. num. 8. & seq. ubi silentio minime prætermittimus gloriosam penitentiam, quam deinde S. Hilarius, quoad vixit, in Lirinensi Monasterio egit, & cujus merito in Sanctorum numerum post mortem relatus fuit. Iis autem, quæ à nobis ibi dicta sunt, modernus quoque Goudicensis Episcopus consentit in sua Bibliographia tom. 2. edit. ann. 1740. vrb. S. Hilarius Arelatenensis, sicut etiam Auctor Observationum in Historiam Ecclesiasticam Claudii Fleury, editionis Avenionensis anni 1737. tom. 2. lib. 27.

VI. Non multo post, S. Mamertus Vionæ in Gallia Episcopus, Marcellum Diensibus Episcopus ordinavit, quantumvis Dixe urbs in divisione Provinciæ, quam fecerat S. Leo Magnus, Arelatensium Metropolitæ attributa fuisset. Quod cum intellexisset S. Hilarius Pontifex Maximus, ad quem viginti Galliarum Episcopi rem detulerunt, in S. Mamertum non nihil commotus, illius factum Apostolica auctoritate cohibere non distulit; ut patet ex duobus eius epistolis, quæ extant apud Cardinalem Baronium ad annum Christi 467. n. 4. & seq. in quarum altera, quæ data est VI. Kal. Martias ann. 464. reprobat Mamerti ovum, per quem Leontii Arelatensis jus violatum fuisse declarat; ita subiungit Pontifex: Si transgressor remediis abutitur satisfactionis & veniæ, nec culpam præsentis excessus curandam futuræ obsecrationis sedulitate promittit, rediunt querimonia, et privilegia Viennensis Ecclesiæ ad Arelatensem Antistitem transferantur exemplum, quo migrare principio; denique sub et, novum Diensem Episcopum confirmationem accipere à Leontio, à quo

riti debuit consecrari. Binus in notis ad has Hilarii epistolas relatus tom. 4. Collectionis Labbeæ Conciliorum, col. 1043. existimat, falsis relationibus adductum fuisse Pontificem, ut adversus S. Mamertum ita se gereret, ut videre est ibi col. 1047. Tillemontius in Vita S. Hilarii Papæ art. 4. tom. 16. pag. 44. affirmat, nullam, aut levem admodum S. Mamerti culpam fuisse. Pægius in Vita ejusdem Sum. ti Pontifici, quætionem in medio relinquit. Nulli autem apparet, S. Mamertum Apostolicis decretis resistisse. Unde Godefridus Henschenius in actis Bollandianis ad diem 21. Maii, tom. 2. pag. 629. num. 1. referens Pontificum præceptum, S. Mamerto indictum, ut ab Ordinationibus indebitis, Ordinis sui, & privilegiorum periculo, in posterum abstinere, utque quæ Diensibus à Mamerto consecratus fuerat, Leontii Arelatensis Episcopi, à quo consecrari debuit, arbitrio confirmetur, ita proseguitur: quod debita cum animi submissione scilicet S. Mamertum, & acquiescente decreto summi Pontifici, placet arbitratur.

VII. Bulgariæ regionem ad Illyricum Orientis pertinerere, univocum verò Illyricum, iam Orientale, quam Occidentale, jam usque à quarto Ecclesiæ sæculo Romanæ Sedis immediate subiectum fuisse, constat inter Ecclesiasticæ Historiæ peritos. Nillemis Orientalium Patriarcharum Vicarii in Urbe Regi adunati, ubi tunc Concilium Generale Constantinopolitanum quartum celebrabatur, contra jus & fas, reclamantibus fructu à Apostolicæ Sedis Legatis, definiunt, Bulgariam Constantinopolitanæ Ecclesiæ subesse debere; unde & S. Ignatius, tunc Patriarcha Constantinopolitanus, Theophilactum Bulgariæ Archiepiscopum constituit. Hadrianus II. & Joannes VIII. Romani Pontifices, adversus

S.

S. Ignatii factum Apostolico zelo insurgere non omiserunt; eorumque litteræ ad hanc rem spectantes extant in tom. 9. Collectionis Labbeæ Conciliorum, à col. 59. ad 67. In eorum altera, quæ etiam legitur apud Cardinalem Baronium ad annum Christi 878. num. 5. & seqq. Joannes VIII. Ignatium arguit, tamquam conculatorum decretorum Sanctorum Patrum, & erga Apostolicam Sedem, à qua multa ipsi beneficia præstita fuerant, ingratum. Unde, post primam & secundam commonitionem eidem jam factas, iterum tertio eum monet, eique denuntiat, ut quoscumque per Bulgariam ipse, vel alii ex ejus auctoritate consecrasent, inde revocare non differat; ita ut, si illi intra triginta dierum spatium à Bulgariæ finibus re ipsa egressi non fuerint, ipseque Ignatius ab omni Ecclesiastico jure in eam Dicecesim non se abstinuerit, post duos menses, à die, quo epistolam acceperit, numerandos, Dominici Corporis & Sanguinis communionem privatus sit; & si adhuc in contumacia, perveracitate persistiterit, Patriarchatus tandem dignitatem, & Episcopali gradu dejiciatur.

VIII. Cardinalis Baronius ad prædictum annum 878. numer. 42. de S. Ignatii resistentia loquens, eundem excusat, quod & jura Ecclesiæ suæ defendere tenebatur, & quod ipse in ea opinione erat, ut Bulgariæ Provincia non ad Romanam, sed ad Constantinopolitanam Ecclesiam pertineret: Probatur vas igne erat ipse, quocumque formaret, omni rubigine carens. Verumtamen iudicare non omittit, aliqua culpe macula ex hujusmodi resistentia eundem asperum fuisse: At verò nullum penitus contraxisse um-

quam vel levem pulverem ipsum S. Ignatium ex hac, vel alia causa, dicitur non pariter humana conditio, quo Sanctorum nomen caruisse, Dei Genitrice excepta, æque fatentur homines. Denique animadvertit, peccemptorias illas Joannis Papæ litteras, missas per Paulum Anconitanum, & Eugenium Oxensem Episcopos, Apostolicæ Sedis Legatos, ut indicat eorum data, numquam redditas fuisse sancto Patriarchæ Ignatio, qui, cum dicti Legati Constantinopolim venerunt, jam ex hac vita migraverat, ut constat ex epistola Styliani ad Stephanum VI. Pontificem, quam idem Cardinalis Baronius integram refert ad annum Christi 886. n. 17. & seq. Ita etiam loquitur de S. Ignatii agendi ratione Spondanus ad annum 878. num. 8. Natalis autem Alexander disert. 4. in Historiam Ecclesiasticam sæculi IX. & X. §. 23. ita scribit: Ignatio redditæ non fuerunt aures illa Joannis VIII. litteræ; obierat enim, cum ejus Legati Constantinopolim pervenire, ut testatur Stylianus in epistola ad Stephanum VI. Pontificem Maximum. Ignatii verò sanctitati non obstat illa de Bulgarorum Diocesi contentio, quia jura Ecclesiæ suæ, ut ipse existimabat, tuebatur, sperabatque, Romanum Pontificem tandem cessurum. Ignorantia itaque vitium fuit in causa, quam ipsi studium de Sedis suæ juriſdictione audis ferocissimum, obscuram sententiam novum in candore sanctæ animæ charitatis ubera contexere.

IX. Hæc sunt exempla graviorum dissensionum, quæ inter aliquot eximie sanctitatis Episcopos, & Apostolicæ Sedis Pontifices, intercessisse, memorant Ecclesiasticæ Historiæ. In quibus agendis controversiis, si quis putaret, eam mentem fuisse sancti-

E 4

si



simis illi Episcopis, ut debitam obedientiam & obedientiam denegarent Romano Pontifici, quem, ut Ecclesie Caput, supra in omnes Ecclesiarum Antistites jurisdictione prædicit, reverebantur, non modò litem, sed ipsimet gloriosis Episcopis injuriosum iudicium ferret: Eorum quilibet pro certo habuit, tam solidas rationes suæ causæ favere, ut eam omni studio tueri licite posset. In quo tamen cum aliqui ex illis, ultra quam fas erat, in sensu suo obfirmati peristerint, eorum agendi ratio reprehensa & correpta fuit. Quod si, non obstante eorum vitæ innocentia ac meritorum magnitudine, vitio illis deditum est, quod Apostolicis decretis aliquandiu resisterint; ipsique deinde huiusmodi vitium præclara penitentia expiandum iudicant; nil aliud profectò ex relictis exemplis colligere poterunt reliqui Episcopi, quam quod interdictum quidem, ipsis non est, Romanum Pontificem adire, eique rationes exponere, quibus vel edita ab eo mandata revocanda, aut immutanda, vel generalem legem, ut potè eorum Dioceses minus utilem, aliquo pacto moderandam suadeant, sed ita tamen hoc agere debent, ut & probabilibus causis se ad id adductos ostendant, & debitam Apostolicæ Sedis reverentiam servent, utque demùm, si Pontifex, audientia eorum rationibus, in priori sententia perseveraverit, prompti sint ac parati tum exequendis mandatis, tum legum observantia in suis Diocesisbus præcipiendis. Pulcherrimum hæc in re, ut in cæteris omnibus, exemplum dedit S. Carolus Borromeus; quod quidem nunc indicare satis erit, nam alibi fuisit de eo sermonem habebimus. Cum in eius Mediolanensis Diocesis quedam ab antiquo tem-

pore existeret congregatio ex electis peritusque viris composita, quæ bonorum Ecclesiasticorum alienationes examinabat, ac pro casuum varietate alienandi facultatem aut concedebat, aut denegabat; idcirco sanctus Archiepiscopus persuasum habebat Diocesim suam exemptam esse debere à generali lege, qua id genus causæ Apostolicæ Sedis reservatæ sunt, gravibus constitutis penis in eos, qui eiusmodi alienationes, dicta Sede inconsulta, facere, aut permittere præsumant. Suas itaque rationes Romano Pontifici accuratè & efficaciter, simulque reverenter exponi curavit; ut ubi competum habuit, præsentiam illam exemptionem Pontifici non probari, statim acquievit; quoinimò in Catalogo censurarum Apostolicæ Sedis reservatarum eas quoque describi iussit, quas incurrit alienantes bona Ecclesiastica sine auctoritate ejusdem Apostolicæ Sedis; idque ad universam Mediolanensis Diocesis suæ notitiam perduxit.

## CAPUT IX.

*Nulla in Synodo decidatur controversia, qua in materia jurisdictionis vertatur inter potestatem Ecclesiasticam, & Secularem; ubi multa de causis nove, & olim pertinentibus ad Ecclesiasticam potestatem.*

Quem supra laudavimus, Fagnanus in Cap. Sicut olim, de accurat. 86. ea pergens enumerare, quæ in particularibus Synodis non sint statuenda, ait: *In materia jurisdictionis Ecclesiasticæ & Secularis, consultiva erit, nihil statuere, quam ut appareat, ex iuribus Ecclesiæ aliquid esse immunitum vel usurpatum.* Præcedent,

suo more, id monuit Fagnanus, sed æquè sapienter eam adiecit limitationem: *nisi appareat, aliquid esse immunitum vel usurpatum ex iuribus Ecclesiæ.* Aliud quippè est, jus controversum sibi asserere; aliud, jus sibi certò competens tueri, atque ab injusto usurpatore vindicare; à primo omnino abstinendum; alterum est Sacerdotali fortitudine præstandum; quod à pluribus Synodis laudabiliter factum comperimus. In Diocesana Synodo Meldensi anni 1361. cap. 8. districtè Parochis præcipitur, ut diebus Dominicis, & festivis, inter Massarum solemniam denuntient, quod omnes, qui jurisdictionem Ecclesiasticam impediunt manifestè, vel occultè, directè, vel indirectè, & qui impediuntibus impediunt: auxilium, consilium, & favorem, declarantur excommunicati. In Synodo incerti loci, sed in Hispania anno 1215 habita, Cap. 11. decretum, ut Clericus in flagitio deprehensus, atque à secularis fori administris detentus, Ecclesiastico Judici illic tradatur. In Synodo Trecorensi Cap. 60. excommunicatione innodati declarantur seculares, qui per se, vel per alios, à personis Ecclesiasticis exigunt, & extorquent pedagia, guidagia, vel custumas, pro rebus suis, quas non causa negotiandi, vel mercandi, deserunt, aut transmittunt, tom. 4. Thesaur. nov. Anecd. Martene. col. 926. 171. & 1106. Hæc, aliæque sexcenta hujus generis statuta, quæ cum in antiquis, tum in recentioribus Synodis passim occurrant, plurimum sunt commendanda; quoniam alienam jurisdictionem non invadunt, sed quæ foro Ecclesiastico est à Jure communi indubitanter adscripta, firmant magis & sustentant.

II. Verùm, ne Episcopus in hoc difficili & arduo negotio erret, ac

nimio atque indiscreto zelo abreptus, graves inter Sacerdotium, & Imperium discordias imprudenter excitet, priusquam quidquam in hac materia faciendum aggrediatur, temporum, & locorum circumstantias, sed & potissimum rerum, causarumque naturam diligenter consideret, oportet. Ex causis Ecclesiasticis, aliquas ratione sui, alias ratione pertineturæ, ad forum Ecclesiasticum pertinere dicitur in Cap. 4. de immuni. Ecclesiæ in 6. Inter primas principem locum obtinere caute, quæ versantur circa res merè spirituales, puta circa Fidem, Sacramenta, religionem, seu cultum Divinam; quas in solo foro Ecclesiastico esse tractandas, nullus Catholicorum ambigit; potestas quippè illas cognoscendi pendet à jure clavium, quod solis Sacerdotibus est à Christo conceditum. Quasobrem Joannes VIII. relictus in can. 11. dist. 96. scripsit: *Si Imperator Catholicus est, filius est, non Præsul Ecclesiæ, quod ad Religionem competit, dicere et convenit, non docere.* Ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt pertinere, non ad sæculi Potestates, quas si fideles sunt, Ecclesiæ suæ Sacerdotibus voluit esse subjectas. Et Innocentius III. in Cap. 8. de Arbitris, severè prohibuit, ne in causis huiusmodi compromittatur in laicum, qui ex defectu potestatis Clavium, incapax est, iudicium de illis ferendi. Hinc doctrinæ constantè adherent etiam Doctores Galli, quos prorsus immeritò aliqui traducunt, quasi hæc in re Potestati Ecclesiasticæ adveniant. In primis quippè Regni Optimates in illa ipsa solenni protestatione, releta à Matthæo Parisio ad ann. 1247. quæ jurisdictionem Ecclesiasticam plurimum coarctare tentantur, nequaquam nisi sunt ab ea subducere causas Fidei, ma-



trimonii, & usurarum, quas ultra ad miserant ad solum Forum Ecclesiasticum pertinere: *Nos omnes* (ajebant pag. 487.) *Regni Majores attentè animo percipientes, quod Regnum, non per jus rescriptum, nec per Clericorum arrogantiam, sed per sudores bellicos fuerit adquisitionem, presentis decreto, omnium juramento statutimus, & sancimus, ut nullus Clericus, vel laicus alium de cetero trahat in causam coram ordinario Judice, vel delegato, nisi super hereditate, matrimonio, vel usuris.* Deinde eandem Ecclesiasticam jurisdictionem, cui nimium angustus limites prescripti voluerant Regni Spirituales, ad omnes alias causas aut civiles, aut spirituales annexas, protendi, declarant Christianissimi Reges Franciscus I. Henricus II. & Carolus IX. in suis Constitutionibus relatis in Codice Henrico, & in Collatione Regiarum Constitutionum, atque insuper Henricus IV. in edicto anni 1606. art. 12. Idemque pronuntiatum fuit à Parlamento Parisiensi die 29. Decembris 1562. presidente Thiano. Quia omnia collecta sunt à Cabusario in *thésica & prax. Jur. Canon. lib. 1. cap. 9. n. 15. & 16.*

III. Quia potest matrimonium Fidei, etsi contractus civilis sit, est tamen à Christo Domino elevatum ad dignitatem Sacramenti, ideoque causas matrimoniales ad Judicem Ecclesiasticos spectare, pronuntiat anathemate in contradicentes, definit Tridentinum sess. 24. can. 12. de Matrim. Ex Judicibus vero Ecclesiasticis nullum, Episcopo inferiorem, posse illas cognoscere, idem Concilium decrevit ead. sess. 24. c. 20. de Reformatione, in qua: *Causa matrimonialis, non Deicanti, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, & juris-*

*dictioni relinquuntur.* Non exinde tamen, quod causas matrimoniales foris sint Ecclesiastici, fas erit Episcopo, quidquid matrimonium tangit, sibi, quoque tribunali adjudicare; sed causarum naturam attentè inspicere, & distinguere debet. Tria sunt causarum matrimonialium genera. Alique versantur circa initi conjugalis fœderis firmitatem; & hæc, nullo Catholicorum contradicente, in solo Ecclesie foro sunt pertractandæ; quibuscumque, questionibus ejusmodi in Episcoporum Concilio fuisse olim decisas, colligitur ex fragmento epistolæ ab Alexandro II. ad quemdam Guillelmum de Monasterio scriptæ, atque ab Ivone parti. 9. cap. 32. & Gratiano can. 10. 35. q. 6. relatae, in qua Pontifex eidem Guillelmo interdicit, ne propriam uxorem, consanguinitatis prætextu, *presumat dimittere, vel aliam ducere, donec Episcoporum religiosorum Concilium causam istam examinauerit.* Audivimus etiam superius, litem, quæ vertebatur inter Lotharium, & Teuthbergam, super validitate connubii inter eos antea contracti, discussam fuisse in Synodo Aquisgranensi; cumque ab istius sententia Teuthberga appellasset ad Nicolaum I. eodem Pontifice jubente, fuisse iterum examinatam in Synodo Metensi. In actis itidem Concilii Remensis, habiti anno 1119. cui præfuit Callistus II. relatis ab Orderico Vitale, lib. 12. pag. 859. legimus, Comitissam Hildegardem, uxorem Wilhelmi, Comitissæ Pictavorum, ad Synodum accessisse, & alia claroque voce *quærimoniam eloquenter enodasse, quam omne Concilium diligenter auscultavit. Sic, si quidem dixit à marito suo esse derelictam, sibi que Malbergionem, Vicecomitis de Castello Araldi conjugem, in throno (scilicet veris thoro) subrogatam.* Pontifex vero, cum non

pos-

posset causam definire inadito Comitæ, qui infirmitate præpeditus non poterat se Synodo sistere, ad quam fuerat à Papa vocatus, *et inducias dedit, certumque terminum constituit, quod Consul ad placitum in Curiam Papæ veniret, ac ut legitimam uxorem reciperet, aut pro illicito repudio sententiam anathematis subiret.*

IV. Aliæ sunt causæ excitatæ aut super validitate sponsalium, aut super jure instituendi divortium quoddam, & cohabitationem, & itæ pariter, ob illum respectum, quem habent ad matrimonii Sacramentum, ad solum Judicem Ecclesiasticum deferuntur; quod deducitur ex cap. 10. Ex literis, de sponsalibus, & ex cap. Porro, de divortis. Sponsalia quæ prævia sunt ad matrimonium celebrandum obligant, & per divortium jura relaxantur, utriusque conjugum ex matrimonio quesita. Aliæ demum sunt causæ, quæ connexionem quidem habent cum matrimonio, sed res merè politicas, & temporales dicuntur, atque immediatè respiciunt, ut sunt lites, quæ frequenter moventur super dote, donatione propter nuptias, hæreditaria successione, alimentis, & similibus; & hæc ad Judices seculares pertinere, ex communis Doctorum sententia, rectè docent Bellarm. lib. unic. de Matrim. cap. 38. & Tannerus tom. 4. disp. 8. n. 166.

V. Verùm si, cum de hujusmodi controversiis in foro laicali disceptatur, quæstio incidat de jure connubii, puta de præcedenti ad nuptias impedimento, Judex secularis supercedere debet, atque incidentem causæ articulum ad Judicem Ecclesiasticum examinandum remittere; quod non solum à jure communi sancitum est, sed & in Senatu Neapolitano, post maturam rei discussionem, conclusum refert

Matthæus de dictis. Neapol. 219. ac Religiose tervari in Gallia, testantur Annæus Robertus lib. 3. rerum judicat. c. 5. & lib. 4. cap. 10. ac Renatus Choppinus de sac. polit. lib. 2. tit. 1. num. 16. notatque Alteserra de Jurisdic. Ecclesiast. lib. 6. cap. 3. §. Superest. Non idem tamen locum vicium habet in Judice Ecclesiastico; etenim hic, cum causam cognoscit aut de matrimonii validitate, aut de jure ad divortium, incidentem etiam questionem dirimit de alimentis, aut dote; quod planè eruitur ex cap. 1. Qui filii sint legitimi, ex cap. de prudentia, 3. & ex cap. per tuas, 7. de donat. inter vir. & usor. ubi id notat omnes Interpretes. Sed quæcumque, jure communi spectato, ita res se habeat, attamen, si vera narrat Peuretus de abusu lib. 5. cap. 5. in Gallia usus invaluit, ut ejusmodi accessorie controversiæ de re merè temporali à Judice Ecclesiastico ad laicum illico remittantur.

VI. Idem accidit in aliis plerisque causis, quæ licet verè & propriè spirituales non sint, ob connexionem tamen, quam habent cum re spirituali, à jure communi foro Ecclesiastico addicuntur; & nihilominus alicubi sive ex privilegio, sive ex consuetudine inductum est, ut in tribunali Seculari discutiantur. Ejusmodi ex. gr. est causa jurispatronatus, de qua Alex. III. ex c. 9. de judic. generatim edixit: *Causa verò jurispatronatus ita conjuncta est, & commissa spiritualibus causis, quod non nisi Ecclesiastico judicio valeat defini;* & nihilominus in Gallia receptum esse, ut de jure patronatus merè laicali in judicio tam possessorio, quam petitorio, non Ecclesiasticis, sed Secularis Judex sententiam ferat, narrat Franciscus de Roy in proleg. jur. patron. cap. 29. Van-Expren jur. Eccles. part. 2. tit. 25. c. 4. n. 15. & citatus

Al-



Alteserra *Jurisdic. Eccl. lib. 6. cap. 11.* ubi hæc habet: *Moribus nostris, causa juris patronatus spectat ad Judicem laicum; quia depravato, ferè rerum omnium sensu, juspatronatus; ratione personarum, qua hujusmodi jure utuntur, vel pæditorum, quibus coheret, magis spectatur ut temporalis, quam ut spiritalis.*

VII. Haud abissimile infortunium obvenit aliis causis fori Ecclesiastici, quas paulatim Judices laici sibi usurparunt. Communis Doctorum doctrina, jure communi subnixæ, fert, ut lites motæ super possessione, seu quasi possessione juris annexi rei spiritalis, atque ab hoc profluentis, putæ super possessione exigendi decimas Ecclesiasticas, non minus, quam causæ proprietatis, versentur & dirimantur in tribunali Ecclesiastico; quod pluribus argumentis demonstrant Antonius de Butrio in *cap. final. de judic. num. 20.* Ripa in *cap. Decernimus, eod. num. 17.* Gutierrez Canon. *Quæst. lib. 3. c. 74. à num. 26.* Garcia de Benef. *part. 1. cap. 2. à num. 50.* Morta de *jurisdic. part. quart. cen. 1. cas. 24.* aliique congesti à Ranboch *Pænop. immunit. disp. 2. c. 5. à num. 9.* Et tamen perlicque in locis, enumeratis à Barbosa *Jur. Eccl. lib. 1. cap. 39. n. 161.* & seq. sive expresso privilegio Apostolico, sive diuturna consuetudine, ab Ecclesia tolerata, inductum est, ut causæ Beneficiales, decimarum, & similes in judicio petitorio remittantur quidem ad Judicem Ecclesiasticum, sed in judicio possessorio in foro seculari audiantur & definiantur; quod etiam in Belgio servari, præsertim cum agitur de quasi possessione juris petiendi decimas, affirmat citatus Van-Esperen *part. 2. tit. 53. c. n. 14.* Diximus sive ex privilegio, sive ex consuetudine; fertur quippe, Carolum VII. Fran-

corum Regem, privilegium impetrasse à Martino V. ut causæ possessoriae Beneficiorum agitari possent apud Regium Curiam, solo reservato petitorii iudicio Ecclesiasticæ cognitioni. Pontificium diploma refertur à Guidone Papa in *decisionibus Parlamenti Delphinatus quæst. 1.* atque à Joanne Feralto de *juribus & privilegiis Francia Regum privileg. 11.* Verum citatus Alteserra de *Jurisd. Eccl. lib. 3. c. 8.* ejusdem diplomatis verbis diligenter perpensis, contendit, Martinum V. non concessisse de novo Regibus Francorum, eorumque tribunalibus jus cognoscendi, & terminandi causas Beneficiales super possessorio, sed tantum declarasse, suæ mentis neutiquam fuisse, per alias suas procedentes Constitutiones derogare juri, quod lidem Reges, ex antiqua consuetudine, cuius initium non extaret memoria, à se, suisque Judicibus acquisitum asserebant cognoscendi de ejusmodi possessorio. Et cerè, si privilegium genuinum sit, ejusdem verba id appetè denotant, quod Alteserra affirmat. Verum tam Alteserra, quam Cabasutius in *theor. & prax. Jur. Canon. lib. 4. cap. 7. num. 3.* aliique Jurisconsulti Galli ab hoc allegati docent, non astringi Judicem Ecclesiasticum eidem parti petitoriorum decernere, cui regius Juxta possessorium antea adjudicaverit; restanturque, eam ipsam Galliarum consuetudinem limitari ad interdicta retinendæ aut recuperandæ, nec completi interdicta acquirendæ possessionis.

VIII. Ob adjecti quoque jussurandi religionem, causas reales, quantumque forent, & quascumque respicerent personas, ad Judicem Ecclesiasticum spectasse, & constat ex *c. 23. de iudicis*, ubi Innocentius III. ait: *Nunquid non poterimus de juramenti religione cognoscere, quod ad Judicium Eccl.*

*electa non est dubium periturer? ac quam certum ponit Bonifacius VIII. in cap. 3. de for. competen. in 6.* ubi respondet, potuisse Clericum laicum, pro quo fidesisset, quique juramentum interposito, promiserat se fideiussorem servare indemnem, convenire coram Judice Ecclesiastico, ad *causas forum, ratione juramenti, causæ hujusmodi cognitio vocatur pertinere.* Hoc porro titulo omnes ferè questiones super civilibus contractibus ad Judicem Ecclesiasticum olim devolvebantur; quoniam, inquit Mornacius ad *leg. 8. Cod. de Episcopali auctoritate, nunquam ferè emittebant Tabelliones officere præstitum à contrahentibus sacramentum de servandis, quæ pepigerant.* Et nihilominus tam sanctè hæc disciplina pluribus sæculis retenta est, ut Principes laici non ausi sint illam infringere; nec alium sibi modum suppeterè existimaverint impediendi, ne hæc ratione omnes causæ à suis foris ablegarentur, quam prohibere, ne deinceps contractus, pacta, atque negotia firmarentur juramento; quod in Lustrantia, aliisque in locis, legibus cautum, refert Felicius de *Olive for. Eccl. part. 1. g. 30.* ubi simul hæc lepes tenas contendit. In Gallia tamen, si vera narrat scriptis citatus Alteserra de *Eccl. Jurisdic. lib. 6. cap. 10.* non solum interdictum fuit, ne deinceps juramentum apponeretur contractibus, sed simul tantum, ut contra legum prohibitionem appositum vires amplius non haberet causam pertrahendi ad forum Ecclesiasticum: *«Olim tanta erat (scribit Alteserra) jussurandi religio, ut jussurandum omnibus contractibus apponeretur, quo fides contractus religioni jussurandi tutior esset. Hæc occasione una evenit si fides secularibus, ut Episcopi cognoscerent de contractibus, & de feodis, propter inter-*

*venient vinculum in his interpositum, cap. Novit, de Judicis. Hæc de causa veritum, ne jussurandum contractibus apponeretur, neve illa ejus ratio in iudicis haberetur, nec hoc obtinuit secularis jurisdictionis evacuare, quæ quoniam jussurandum non debet esse vinculum iniquitatis.»* Hæc de causis ratione sui, Ecclesiastico foro destinatis. Alie tunc causæ eidem foro adjectæ, ratione personarum, quas tangunt. Non vacat hic illam examinare questionem, quo jure, Divino ne, an humano, Clerici in causis merè temporalibus exempti sint à jurisdictione seculari; superfluum quippe videtur indagare primigenium originem ejus exemptionis, quæ certè nonnullis certis rebus Clericos potios, ubi primum Ecclesia, sedatis persecutionum procellis, Christianos Principes nata est. Minus verò narrat Nicephorus *lib. 7. hist. Eccl. cap. 26.* Constantinum Magnum, Clericos omnes, Constitutione lata, immunes, liberosque esse permittente, jurisdictione, & jurisdictionem in eos Episcopi, siquidem civilium iudicium cognitionem declinare vellent, mandasse. Cuius quidem exemptionis tendere adeo Episcopi voluerit fore, ut Patres Concilii Carthagenensis III. habuit anno 397. *can. 9.* relato à Gratiano in *can. 47. 11. quæst. 1.* statuerit, Clericos, iudicis seculari in causa criminali advenies, efficiendos è gradu; in causa verò civili, illud amittere debere, quod evicerunt, si primum locum in Ecclesia obtinere vellent; Item & laici (dixerunt Patres) ut quatuor Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, seu Clericorum, cum in Ecclesia et crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si delicto Ecclesiastico iudicio, publicis iudicibus purgari voluerit, etiam si pro ipsi fuerit prolata sententia, lucum suum amitt-



*mittat. Et hoc in criminali actione. In civili vero perdat, quod exiit, si locum suum obtinere voluerit. Eandem immunitatem atque exemptionem, in sequentibus sæculo & summos Pontifices, & Principes, summa inter se consensione, Clericis contulisse, liquet ex Auth. hodie Authen. Clericus, Authen. Statutum, Cod. de Episcop. & Cler. atque ex Decretalium rubricis de iudiciis, & de sac. compet.*

IX. Neque dumtaxat, si ius commune inspiciamus, solus Episcopus est Iudex competens in quibuslibet Clericorum causis, sed eisdem tribunal adire permittuntur etiam laici in controversiis, conuentione generis sint inter eosdem exoritur, idque non tantum de communi litigationum consensu, ut statutum legitur ab Arcadio Imperatore in leg. 7. Cod. de Episcopali auctoritate, sed etiam, altero eorum refragante, quemadmodum expresse decernitur in Extravag. 1. de Episcopali iudicio, in Appendice ad Codicem Theodosianum. Eius enim domus Gothofredo, eam legem non esse Constantini Magni, cuius nomen præsertit, nemo tamen inhiabit, eam saltem esse à Theodosio, sub cuius nomine citatur à Carolo Magno, à quo est renovata, usque Capitularibus inserta lib. 6. cap. 366. eisdemque Theodosio adscribitur ab Innocentio III. eam approbante in cit. cap. 17. de iudicio, ubi hæc habet: *Nec illud humillimum omittamus, quod Theodosius statuit Imperator, & Carolus innovavit. Quicumque fideliter litent habens, sine peccato fuerit, sine rursus, sine in initio litis, vel decursu temporum curricula, sine cum negotio peroratur, sine cum in eum periti promi sententia; si iudicium elegerit sacrosancti Scilicet Antistiti, illud, sine aliqua dubitatione (etiam si pars alia refragetur) ad*

*Episcoporum iudicium cum sermone litigentium dirigatur. Hæc autem facta, ab utroque Iure laicis facta, defendendi suas causas temporales ad iudicium Episcoporum, intacta perseverabat in fine sæculi XIII. seu versus incunte XIV. Scribit enim Meyerus Annalium Flandria lib. 10. à Synodo Provinciali, per Archiepiscopum Remorum apud Compendium anno 1301. coacta, fulminatos fuisse Magistros laicos, qui non patiebantur, ut laici in fora Ecclesiastica convenirentur, quod recipio legitur in ejusdem Concilii actis, que ex ms. codice S. Genevese Parisiensis, post Labbeum, publici juris fecit Harduinus tom. 7. col. 1250. sua Collectioni.*

X. Potius iure ad tribunalia Ecclesiastica provocare permittuntur viduæ, orphanæ, pupilli, atque miserabiles personæ, quibus optolari, ab Ecclesiæ incunabulis, non ultimam fuisse Episcoporum curam, ostendit Thomasius de vet. & nov. Ecclesiæ discipl. part. 2. lib. 5. c. 87. & pluribus seq. & apertè constat ex Can. 1. & 2. dist. 87. in quorum primo habetur: *Licit omnibus de nobilitate (id est omnibus Sacerdotibus) sperantibus, non debemus, in quantum possumus, non negare, & plus tamen viduarum, & orphanorum causarum: & impensius ducimus exequenda, quas tueri à nobis, vel ab omnibus Divina manifestat asserit; & in altero dicitur, Defensionis propèta Avellanti auxilio, & qui nisi actibus adire pro etatis infirmitate non possunt, exortum Pontificem decet subvenire, quia pupillis tuitionem etiam Divinitus iussit impendi. Scimus utique, inter Canonum fidem notare, cum non resperiantur inter genuinas epistolæ Gelasii Papæ, cui à Gratiano tribuuntur; at non præterea sunt contemnendi, nisi enim illas observavimus, exhibent salutem disciplinam usu receptam ex veritate*

*qua creduntur exarati. Proterquamquod certus & inhabitatus est canon 12. Concilii Maticensis II habiti anno 585. tom. 3. Collectionis Harduini col. 467. ubi idem, quod à Pseudo Gelasio addivimus, hisce verbis decernitur: *Quantum provisioni vestre, Deo auctore, causa principaliter viduarum, & pupillorum sunt commissa, personis ad eas, quod à Iudicibus crudeliter, pro levisimis causis, veluti Defensores carentes, irremediabiliter assignantur. Ob quam causam decernimus, ut Iudices non prius viduas, & pupilla conveniant, quam Episcopo monstrarint, cuius sub velamine degunt. Quod si Episcopus præsent non fuerit, Archidiacono, vel Presbytero eandem epus, ut pariter sedentes, communi deliberatione causis eorum terminos figant, ita iuste ac rectè, ut dicitur de talibus antedictæ personæ non congruissentur. Preterea autem ejusmodi canones in eum sensum nonnulli detorqueunt, ut eam significent tuitionem & protectionem viduarum, & pupillorum, Episcopis specialiter commissam & commendatam. Nam in primis tuitio & defensio, ne sit ineluctax, debet esse conjuncta cum jurisdictione; quamobrem, cum Patres Concilii Carthaginiensis V. can. 9. relato à Gratiano 23. quest. 3. can. 10. Imperatores rogantur, ut Ecclesiis darent Defensores adversum potentiam divinum, nomine Defensorum veros intellexerunt Iudices cum potestate coercitiva, quorum manus esset Ecclesiis defendere à divinum violentiis; eademque de causa, ne scilicet inutilis essent Conservatores, quibus Sedes Apostolica minus commisit tuendi jura, & privilegia alicut personarum ceteri à se specialiter concessa, necessarium reputarunt summi Pontifices, veram jurisdictionem iisdem conferre, excreen-**

*dam in aliquibus casibus, de quibus in cap. 1. & cap. 2. de Offic. Iud. deleg. in 6. Deinde nonnulli violentè, ad meram significandam tuitionem detorqueunt allegata verba Concilii Maticensis. Siquidem Fratres non horrantur, non rogant, quod propriam est mori defensoris & protectoris; sed districtè præcipiunt, ne Iudices secularibus viduas, & pupillos conveniant sine Episcopi scientia, iisdemque Iudicibus absente Episcopo per Archiepiscopum, vel Presbyterum, terminos constituti decernunt ad eorumdem personarum causas sciendas, contravenientes verò Iudices anathemati subiciunt. Hæc autem omnia verum redolent jurisdictionem, videlicetque manifestè innere, viduarum, ac pupillorum causas pertinuisse ad iudicium Episcoporum, à quibus quodammodo delegarunt Iudicibus secularibus, certis tamen adjectis levis & conditionibus. Eandem jurisdictionem Episcopis vindicantur posteriores canones, quibus libertas data est prædictis miserabilibus personis declinandis forum secularè, verumque secularibus Iudicibus, ne illas coram se sistere cogent. Quare Innocentius III. in cap. Super quibusdam, de verb. signific. Consi. Tolosano rescripsit, ut, si quid litium ipsi esset adversus viduas, orphanos, & misellos quosvis, coram Iudice Ecclesiastico, ad quem illi provocassent, stare deberet. Item viduas, (sive) pupillas, orphanas, & personis miserabilibus tenueris in iudicio Ecclesiastico transgredere. Tanta præterea fuit huius rei apud maiores nostras persuasio, ut quædam Regina Angliæ hoc solum nomine, quod vidua esset, si fibi esse putaverit, in causa feudalitè declinare iudicium Domini directi feudi, & ad Papam provocare; uti habetur in cap. En par-*

**DE SYNODO**  
*te, de for. compet. ubi Honorius III. totam enarrans hujus rei gestæ sententiam, inquit: Fuit ex parte ipsius Regine responsum, quod vidua spoliata, irrequisito fœdali Domino, spoliatorem, seu detentorem rei, coram Ecclesiastico Judice poterat consentire, cujus interest viduæ defensor.*

XI. Hæc simul collecta, & adnotata Episcoporum oculis subjiciamus, ut priora tempora cum hodiernis conferentes, videant, & dolent gravia vulnera suæ antiquæ jurisdictioni inflicta; siquidem seculares potestates, ait Guillelmus Durandus junior *de modo General. Concil. celebrand. tit. 70. part. 2. quæ per quamvis alluvionem, frustatim ad se omnia trahunt. Et sic frustatim lapus agrum concedit; sic per ipsam jurisdictionem Ecclesiasticam frustatim quodammodo deorantur, quodquid ad Ecclesiasticam jurisdictionem, potissimum quoad temporalia pertinet, sibi competere putant. Et pauci tantum casus ad Ecclesiam pertinetes, in quibus directæ, vel indirectæ, per se Ecclesiastica jurisdictione non turbantur in diversitate; paribus; nec jam constituta remedia proficere possunt, sicuti experientia docet. Hisce Judicum secularium auctoribus ab initio obtulerunt Pontifices Maximi, & sanctissimi Ecclesiarum Antistes; sed, cum illos à proposito dimovere nequiverint, ad evitanda majora mala, inolentes in dies contra Ecclesiasticam jurisdictionem consuetudines dissimularunt, & tolerarunt; & quandoque summi Pontifices consilium duxerunt, id ipsam privilegio Principibus concedere, quod propria auctoritate jampidem sibi marparant.*

XII. Jam verò, cum desperandum jam sit, ut potestas secularis inter constitutos sibi ab antiquo limites contorni patiatur, impudenter age-

**DIOECESANA**

ret Episcopus, si in sua Synodo aliquid decerneret, quo jurisdictionem aliquid aliam Jure communi attribuit recuperare tentaret; rem siquidem impossibilem aggrederetur, & sine ulla Ecclesiæ utilitate graviter apud Principem offenderet. Quare suo muneri satis abunde facturam se credit, si ad hæc teia animum diligenter intendat. Primo, ne Princeps secularis sibi unquam arroget jus sacrorum; hoc est, ut in ullo rerum eventu se immisceat in causis primi generis, merè scilicet spiritalibus, & Ecclesiasticis. Secundo, ne Judex laicos eam quoque partem Ecclesiasticæ jurisdictionis invadat, quæ hæcenus perseverat intacta; nisi enim Episcopus ejus vindicæ statim se præbeat, hanc pariter perdetentiam amitteret. Quia tamen oleamque privati Judices, supremi Principis auctoritate suffulti sunt, etiam in hoc negotio summa prudentia, circumspectio, & dexteritate opus est; atque in primis, primarum Episcoporum consuetæ exera curarum arma, debet accurate perpendere, quod monet Augustinus lib. 5. contra epistolam Parmenianum num. 13. tom. 2. Oper. col. 64. hæc, quæ ad rem optime quadrant, scribens: «Cum quisque fratrum, id est Christianorum, intus in Ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est; atque vid cum ea dilectione, de qua ipsi valitè præcipit, dicens, ut inimicum non cum existimetis, sed corripite sicut fratrem. Quando ita cuiusque crimen notum est, et vel nullus exverabile apparet, ut vel nullus proventus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas discipline.

Ter-

**LIBER IX. CAPUT IX.**

XIII. Tertio denique, ubi aut privilegio, aut legitima consuetudine, fori Ecclesiastici limites ultra Juris communis sanctiones ampliati sunt, quod exæroquum perquam raro contingere scimus, curabit Episcopus, ne sua incuria, aut conniventia contrahantur. Rem unico explicamus exemplo. Jure communi sancitum est, ut actor sequatur forum rei, ac perinde Clericus conveniens laicum in causa merè civili, & profana, illum convenire debeat coram Judice seculari, per textum in cap. Si Clericus laicum, de for. competenti. Attamen alicubi usus inolevit, ut Clericus, etiam in prædictis causis laicum conveniat coram Judice Ecclesiastico. Ejusmodi consuetudo viget in nostra Diocesi Bononiensi, quam approbavit, & servari præcipit Gregorius XV. cujus Apostolicas litteras nos retulimus in nostra Instit. 40. in fin. Eademque etiam in Hetruria ab antiquo tempore introducta reperitur, & manifestè comprobatur ex Synodis tam Provincialibus, quam Diocesanis illius ditionis, nimirum ex Synodo Florentina, quam habuit Cosmas de Pazzi Episcopus anno 1508. ad tit. de for. competenti; ex Concilio Provinciali, anno 1517. habito sub Julio Cardinali Mediceo, tunc Archiepiscopo Florentino, mox ad Romanum Pontificatum, assumpto nomine Clementis VII. evecto, in rubrica de rotulo Judicum delegatorum; item ex alio Provinciali Concilio ab Archiepiscopo Altovito celebrato anno 1463. rubrica 15. de for. competenti; & ex Diocesana Synodo, coacta anno 1666. ab Archiepiscopo Nerlio S. R. E. Cardinali; ex alia anno 1710. habita ab Archiepiscopo de Gherardesca, & recentius, ea, quam bon. mem. Archiepiscopus Martellius habuit anno 1732. Ubi ergo hæc, aut similis consuetudo invaluit, ea utiqûe

erit sarta tecta custodienda; nequa conquiri poterunt læci, quod Episcopus hoc secularis jurisdictionis minimum frustulum, consuetudine acquisitum, sibi vindicet; cum ipsi, sicuti à Guillelmo Durando supra adduximus, sola consuetudine, quæ ab initio dici potuit abusus, & corruptela, ferè integram devoraverint jurisdictionem Ecclesiasticam.

**CAPUT X.**

*Leges civiles cum moderatione & delectu in Synodo allegandæ.*

Videtur etiam abstinendum à mentione legum secularium, præsertim si affines sint illis, quæ à Sede Apostolica improbatæ fuerint; vobis suat Fagnani in cit. cap. Sicut olim, n. 86. Ad quorum recitum intelligentiam, meminisse oportet, ex legibus civilibus aliquas esse Jure Canonico expressè approbatas; aliquas expressè correctas; atque abrogatas; aliquas vero neque approbatas, neque improbatas, sed silentio prætermissas. Leges primi generis, & possunt, & quandoque debent in Synodaliibus Constitutionibus allegari; à legibus secundi generis commemorandis est abstinendum; legum tertii generis mentionem heri, perutile aliquando, & laudabile. Quæ omnia congruis exemplis exornabimus.

II. Atque, ut à primis initium dicamus, aliquas ex his delibatissimas matrimonium respicientes. Olim, juxta Ecclesiæ Romanæ disciplinam, matrimonium minime dissolvebatur ex capite impotentia: Respondimus, quod de ejusmodi ex pressum Consuetum non habemus; ad Pontifex Lucius III. in c. 2. de frigidis, & maleficiis, prout facit in secunda Collectione Decretalium Romanorum Pontificum, quæ ta-

Ff  
 mea



**DE SYNODO**  
*te, de for. compet. ubi Honorius III. totam enarrans hujus rei gestæ seriem, inquit: Fuit ex parte ipsius Regine responsum, quod vidua spoliata, irrequisito fœdli Domino, spoliatorum, seu detentorum rei, coram Ecclesiastico Judice poterat consentire, cujus interest viduæ defensor.*

XI. Hæc simul collecta, & adnotata Episcoporum oculis subjiciamus, ut priora tempora cum hodiernis conferentes, videant, & dolent gravia vulnera suæ antiquæ jurisdictioni inflicta; siquidem seculares potestates, ait Guillelmus Durandus junior *de modo General. Concil. celebrand. tit. 70. part. 2. quæ per quamvis alluvionem, frustatim ad se omnia trahunt. Et sic frustatim lapsus agrum concedit; sic per ipsam jurisdictionem Ecclesiasticam frustatim quodammodo deorantur, quodquid ad Ecclesiasticam jurisdictionem, potissimum quoad temporalia pertinet, sibi competere putant. Et pauci tant casu ad Ecclesiam pertinetes, in quibus dicitur, vel in dicitur, per hoc Ecclesiastica jurisdictione non turbatur in dicitur intendit paribus; nec jam constituta remedia proficere possunt, sicuti experientia docet.* Hisce Judicium secularium auctibus ab initio obtulerunt Pontifices Maximi, & sanctissimi Ecclesiarum Antistes; sed, cum illos à proposito dimovere nequiverint, ad evitanda majora mala, inolescentes in dies contra Ecclesiasticam jurisdictionem consuetudines dissimularunt, & tolerarunt; & quandoque summi Pontifices consilium duxerit, id ipsam privilegio Principibus concedere, quod propria auctoritate jampidem sibi marparerant.

XII. Jam verò, cum desperandum jam sit, ut potestas secularis inter constitutos sibi ab antiquo limites contumaci patitur, impudenter age-

**DIOECESANA**

ret Episcopus, si in sua Synodo aliquid decerneret, quo jurisdictionem aliquid aliam Jure communi attribuit recuperare tentaret; rem siquidem impossibilem aggrederetur, & sine ulla Ecclesiæ utilitate graviter apud Principem offenderet. Quare suo muneri satis abunde facturam se credit, si ad hæc teia animum diligenter intendat. Primo, ne Princeps secularis sibi unquam arroget jus sacrorum; hoc est, ut in ullo rerum eventu se immisceat in causis primi generis, merè scilicet spiritalibus, & Ecclesiasticis. Secundo, ne Judex laicos eam quoque partem Ecclesiasticæ jurisdictionis invadat, quæ hæcenus perseverat intacta; nisi enim Episcopus ejus vindicæ statim se præbeat, hanc pariter perdetentiam amitteret. Quia tamen veterumque privati Judices, supremi Principis auctoritate suffulti sunt, etiam in hoc negotio summa prudentia, circumspectio, & dexteritate opus est; atque in primis, primarum Episcoporum consuetæ exera curarum arma, debet accurate perpendere, quod monet Augustinus lib. 5. contra epistolam Parmeniani num. 13. tom. 2. Oper. col. 64. hæc, quæ ad rem optime quadrant, scribens: «Cum quisque fratrum, id est Christianorum, intus in Ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum schismatis nullum est; atque vid cum ea dilectione, de qua ipsi valitè præcipit, dicens, ut inimicum non cum existimetis, sed corripite sicut fratrem. Quando ita cuiusque crimen notum est, et vel nullus exverabile apparet, ut vel nullus proventus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat severitas discipline.

Ter-

**LIBER IX. CAPUT IX.**

XIII. Tertio denique, ubi aut privilegio, aut legitima consuetudine, fori Ecclesiastici limites ultra Juris communis sanctiones ampliati sunt, quod exæroquæ perquam raro contingere scimus, curabit Episcopus, ne sua incuria, aut conniventia contrahantur. Rem unico explicamus exemplo. Jure communi sancitum est, ut actor sequatur forum rei, ac perinde Clericus conveniens laicum in causa merè civili, & profana, illum convenire debeat coram Judice seculari, per textum in cap. Si Clericus laicum, de for. competenti. Attamen alicubi usus inolevit, ut Clericus, etiam in prædictis causis laicum conveniat coram Judice Ecclesiastico. Ejusmodi consuetudo viget in nostra Diocesi Bononiensi, quam approbavit, & servari præcipit Gregorius XV. cujus Apostolicas litteras nos retulimus in nostra Instit. 40. in fin. Eademque etiam in Hetruria ab antiquo tempore introducta reperitur, & manifestè comprobatur ex Synodis tam Provincialibus, quàm Diocesanis illius ditionis, nimirum ex Synodo Florentina, quam habuit Cosmas de Pazzi Episcopus anno 1508. ad tit. de for. competenti; ex Concilio Provinciali, anno 1517. habito sub Julio Cardinali Mediceo, tunc Archiepiscopo Florentino, mox ad Romanum Pontificatum, assumpto nomine Clementis VII. evecto, in rubrica de rotulo Judicum delegatorum; item ex alio Provinciali Concilio ab Archiepiscopo Altovito celebrato anno 1463. rubrica 15. de for. competenti; & ex Diocesana Synodo, coacta anno 1666. ab Archiepiscopo Nerlio S. R. E. Cardinali; ex alia anno 1710. habita ab Archiepiscopo de Gherardesca, & recentius, ea, quam bon. mem. Archiepiscopus Martellius habuit anno 1732. Ubi ergo hæc, aut similis consuetudo invaluit, ea utiqûe

erit sarta tecta custodienda; nequa conquiri poterunt læci, quod Episcopus hoc secularis jurisdictionis minimum frustulum, consuetudine acquisitum, sibi vindicet; cum ipsi, sicuti à Guillelmo Durando supra adduximus, sola consuetudine, quæ ab initio dici potuit abusus, & corruptela, ferè integram devoraverint jurisdictionem Ecclesiasticam.

**CAPUT X.**

*Leges civiles cum moderatione & delectu in Synodo allegandæ.*

Videtur etiam abstinendum à mentione legum secularium, præsertim si affines sint illis, quæ à Sede Apostolica improbate fuerunt; veda suat Fagnani in cit. cap. Sicut olim, n. 86. Ad quorum rectam intelligentiam, meminisse oportet, ex legibus civilibus aliquas esse Jure Canonico expressè approbatas; aliquas expressè correctas; atque abrogatas; aliquas vero neque approbatas, neque improbatas, sed silentio prætermissas. Leges primi generis, & possunt, & quandoque debent in Synodaliibus Constitutionibus allegari; à legibus secundi generis commemorandis est abstinendum; legum tertii generis mentionem heri, perutile aliquando, & laudabile. Quæ omnia congruis exemplis exornabimus.

II. Atque, ut à primis initium dicamus, aliquas ex his delibatissimas matrimonium respicientes. Olim, juxta Ecclesiæ Romanæ disciplinam, matrimonium minime dissolvebatur ex capite impotentia: Respondimus, quod de ejusmodi ex presso Consuetum non habemus; ad Pontifex Lucius III. in c. 2. de frigidis, & maleficiis, prout facit in secunda Collectione Decretalium Romanorum Pontificum, quæ ta-

ff  
 mea

men verba nequaquam leguntur in c. 4. *col. iii.* novissime Collectionis, Gregorii IX. juxta adnotata. Et sane, occurrentibus ejusmodi conjugis, in quibus impotentia perpetua deprehenderetur, responderi solebat mulieri, ut conjugem suum, quem tanquam virum habere non poterat, in fratris locum haberet; juxta ea quae rescripto leguntur ab Alexandro III. in cap. 2. & 3. & à Clemente III. in cap. 4. *de frigidis, & masculicatis*, in prima Collectione Decretalium. Hodie vero impotentia perpetua recensetur inter impedimenta matrimonium dirimentia; de quo *l. i. cap. Fraternalitas, & tot. tit. de frigidis, & masculicatis*. At, quoniam post contractum conjugum frequenter contingit, constare quidem de alterutrius conjugis impotentia, sed valde dubitari, num ea sit perpetua, vel potius temporaria, seu an sit insanabilis, vel possit naturali arte superari; idcirco leges civiles, quando impotentiae signa aut evidentiâ, aut indubitata non sunt, certum conjugibus praescribere tempus, intra quod operam dare possint rei conjugali, rursusque vires expediri, adhibitis etiam opportunis remediis, quae Peritorum judicio apta sint ad illas sciendâs & roborandas, si adhiberi queant, citra grave vitae periculum, & valentidinis detrimentum. Ad ejusmodi experimentum Justinianus Imperator in *l. In curia, Cod. de rejuditiis*, praefixit biennium; sed postea rursus, non posse intra biennium certum fieri judicium de impotentiae perpetuitate, in *Novella 22. §. Per occasionem illud prorogavitad triennium*. Haec autem Justiniani sanctionem expressè approbavit Caesestius III. in cap. *Laudabilem, §. de frigid. & maleficis*, ac proinde in foris Ecclesiasticis tanquam lex Canonica allegatur, & ubique religiose cus-

toditur; neque enim fides habenda est quibusdam Doctoribus Gallicanis, asserentibus, praedictam triennalem cohabitationem non esse hodie in Gallis usu receptam; eorum siquidem assertionem falsitatis redarguit, & valde confutavit Boelcher, Praeses Parlamenti Divionis; in suo Tractatu edito anno 1735. *de matrimonii dissolutione ex capite impotentiae pag. 67. & seq.*

III. In solatium orbitatis filiorum adinventum est signum adoptionis, per quam filios suscepisse videatur, qui illos non procreavit, uti habetur in *l. 1. & in l. 1. qui filium, §. de adoptionibus*. Ad hoc fingendum naturae simulacrum, cujus delineamenta expressa reperimus in sacris litteris, nempe *Genesis 48. Exodi 2. & Esther. 1.* varios & diversos ritus, pro temporum & locorum diversitate, legitimus adhibitos. Atque, ut pratereamus modum illum adoptandi, barbaris usitatum, quem describit Diodorus Siculus *Biblioth. IV. 40.* inquit: *Illam adoptionem, Hercules hoc modo factam perhibet. Juxta lectum ingressa, Herculem corpori suo adnotum ut verum imitaretur partem, subter vestes ad tectam demisit, quem in hoc usque tempus adoptionis ritum barbari observant; apud Romanos peragenda erat coram Praetore, aut Magistratu, penes quem esset legis actio, trina illa imaginaria venditio per eum, & libram, quae etiam Pontificibus, aliisque adhibitis solemnitatibus quae referunt Vincen-tius Gravina *Origin. Jur. Civil. tom. 1. pag. 208. & seq.* Heineceus *Aniquit. Rom. lib. 1. tit. 1. n. 5.* sed posteriori aevi à Romanis adinventum sunt adoptandi ritus, quod idem Auc-*

Auctores prosequuntur. Aliæ idem adoptionis formulae apud alias invaserunt nationes. A Gothis quippe filius adoptatus per actum barbae, narctur Almoinus *de gestis Francorum lib. 1. c. 20.* A Francis per barbae praecisionem, restatur idem Auctor *lib. 4. c. 25.* Sed magis communiter apud Christianos recepta fuit quaedam spiritalium adoptionis species, quae fiebat per incisionem capillorum; siquidem de Pipino misso à Carolo Martello à Luitprandum, Longobardorum Regem, haec scribit Paulus Diaconus *lib. 6. c. 53.* *Circa haec tempora Carolus Princeps Francorum Pipinum filium suum ad Luitprandum direxit, ut ejus, juxta matrem, capillum susciperet, qui ejus casarium incidens, ei pater effectus est; & de Pontifice Benedicto II. scribit Anastasius Bibliothecarius: Hic una cum Clero, & exercitu, suscepit mallone capillorum Dominum Justinianum, & Heraclium, filium clementissimi Principis, simul & ejus juxtionem, per quam significabat, eosdem capillos direxisse; quem Anastasii locum explicans Baronius ad annum 684. n. 7. ait: Sic igitur pius Imperator voluit, ut filii sui crederent, se Romanum Pontificem peculiatem habere parentem, cujus nominis impositus parere deberent, eumdemque ut patrem diligere, ac revereri. De hoc peculiari Christianorum adoptandi ritu disserit Balsamon *ad can. 57. Synodi Trullanae*, eundemque pluribus illustrant Merillus *lib. 3. observat. c. 40.* & Binius in *notis ad Vitam Benedicti II.**

IV. Sed omnibus haece, aliisque pluribus adoptionis ritibus, quos recenset Gronovius *ad tit. de cognat. legal.* & Gonzalez *ad cap. 1. col. tit. de legit.* alium modum adoptioni faciendae praescribere leges civiles, quibus utimur. Distinguunt itaque, sicut & etiam

ollin fuerat apud Romanos, duas species adoptionis: unam *perfectam*, quae dicitur *adrogatoria*, alteram *imperfectam*, quae *adoptio simplex* in specie etiam appellatur. Prima fit, cum persona extranea, sui juris, ex Principis rescripto, ita transit in potestatem & familiam adoptantis, ut perinde ac filius legitimus & naturalis, fiat ejus haeres necessarius, tam ab intestato, quam ex testamento *§. Cui autem 3. Instit. de adoption. l. Impuberem 2. Cod. eod.* Imperfecta fieri dicitur, cum persona extranea, constituta sub sui naturalis patris, seu avi potestate, solius Magistratus, alteriusve Judicis competentis auctoritate, in filium, aut nepotem adsciscitur, quin tamen transeat in familiam & potestatem adoptantis, cujus propterea non fit haeres necessarius ex testamento, quo praeterit potest, licet eidem succedat ab intestato *§. 2. vers. sed & hodie, Instit. de adoption.* Eadem porò civiles leges, turpe atque inhonestum reputantes matrimonium inter eos iniri, qui etiam imaginaria & ficta ista cognationis specie conjunguntur, irritas decrevit nuptias primo inter adoptantem, & adoptatum, atque ab isto descendentes, *l. Quin etiam, §. ff. de rit. nuptiar.* secundo inter adoptatum, & filios naturales adoptantis *l. Per adoptionem, 7. ff. eod. §. Inter eos, Inst. de nupt.* tertio inter adoptantem, & uxorem adoptati, ac vicissim inter adoptatum, & uxorem adoptantis, *l. Adoptivus, 14. ff. cit.* At id discriminis inter enumeratas personas, adoptione conjunctas, intercedere leges voluerunt, ut inter primas, quae sunt quodammodo in linea recta ascendendum, & descendendum, numquam, ne soluta quidem adoptione, matrimonium consistere valeat; ut enim dicitur in *cit. l. Quin etiam*, semper nefas reputatur, cum uxorem du-



cere, quæ per adoptionem filia, aut nepotus fuit; idemque servandum edicere inter personas tertii generis, in ter quas semel ortam ex adoptione affinitatis speciem, quæ matrimonio contrahendo obicem ponit, perpetuo esse decernunt. Quocirca adoptionis filius, si non adoptitur, eam, quæ patris adoptivi uxor fuit, ducere non poterit, quia non erit læcum habet; iniqui textus in *cl. leg. Adoptivus, ff. de rit. nuptiar.* Sed inter personas secundi generis, quæ adoptione interveniente, sibi de latere jungi videntur, impedimentum durat, quamdiu durat adoptio, seu quamdiu filii permanent sub patris potestate; sicut habetur in *cl. l. Per adoptionem, 17. de rit. nuptiar.* Soluta vero patris potestate vel per mortem adoptantis, vel per emancipationem filii sive adoptivi, sive naturalis, cessat impedimentum, & potest filius adoptivus in uxorem ducere filiam naturalem ejus, à quo fuerat adoptatus, juxta apertum textum in *cl. §. Inter eas, Instit. de nupt.*

V. Jam verò & cognationem legalem, & quæ ex ea ad nuptias proficunt obstaculo, eo propterea modo, quo à Jure civili statuta fuerant, universum recepit, approbavitque Nicolaus I. *in res. pont. ad consulta Belgarum, c. 1.* cujus responsionis fragmenta referuntur in *can. In diligere, 20. quest. 3. in c. unic. de cognat. legal.* Quamobrem, si questio incidat sive in tribuiali Ecclesiastico, sive etiam in Synodo, an in hoc, vel illo casu adit impedimentum cognationis legalis, necessario recurrendum erit ad leges civiles, atque ad eandem normam controversia decidenda. Disputant ex gr. Doctores, num præfata ad matrimonium obstacula à sola inducantur adoptione; an etiam ab adoptione implici & imperfecta. Ex utraque ori-

ri, affirmat Glossa finalis in *cl. cap. unic. de cognat. legal.* atque ibidem Panormitanus n. 5. Ancharanus n. 8. Alexander de Novo n. 12. Gonzalez num. 10. in *fu. Covarr. part. 2. de sponsal. cap. 6. §. 5. n. 1.* Pontius de *Matrim. lib. 7. cap. 41.* Hurradus *eod. tract. disp. 19. difficult. 2. n. 7.* Contra, illa ex sola adrogatione permanere, contendunt Innocentius in *eod. cap. unic. Sylvester verb. Matrimonium 8. quest. 8. disp. 4.* Henricus *quæz de Sacram. lib. 12. cap. 13. n. 7.* Sanchez de *Matrim. lib. 7. disp. 67. n. 9.* Canejus *ad tit. de cognat. leg. num. 5.* Pirhing. n. 4. Engel. 3. Vincencius de *Justis de disparat. matrim. lib. 2. cap. 6. n. 198.* & seq. Tam prioris, quam posterioris sententia patroni, unice insistent Juris Civili textibus, quos de qualibet adoptione indiscriminatim loqui, delesores primæ sententia autmant; alii ex adverso opinantibus, eos de sola adrogatione intelligendos. De hac questione actum fuit in sacra Congregatione Concilii die 25. Septembris 1734. uti videre est in *Theaur. Resolut. tom. 6. pag. 364.* Nilil tamen ex decisione, quæ tunc prodit, potest concludenter ad rem evinci. Adoptio siquidem, de qua tunc dicebatur, respiciebat potum duodennum, expositum hospitali Sancti Spiritus in Saxia, sub nullius patris potestate existentem, & adoptatum auctoritate Commendatarii ejusdem hospitalis, cui id juris à summo Pontifice concessum est; atque ideo talis adoptio non immerito videri poterit vera adrogatio, quam impedimentum ad matrimonium inter recensitas personas præstat, nullus dubitat. Itaque, cum indecise adhuc remaneat controversia, si de ea in Synodo agendum foret, ex solis Juris Civili sanctionibus posset definiti.

VI. Cognationem legalem adrogatione cognatio spiritualis, de qua in Decre-

## CAPUT XI.

*Exempla legum secundi generis, quæ scilicet sunt à Jure Canonico correctæ & improbatæ; ubi de Matrimonio Filiorumfamilias sine consensu parentum, & sptorum sine consensu dominorum.*

Hactenus de legibus civilibus, à Jure Canonico expressè receptis & approbatis. Longè plura profere possumus exempla legum abrogatarum. Ac primo loco occurrunt leges Cæsareæ permitteutes usuras, dummodo non sint immoderate, nec modum excedant præscriptum à Constantino Magno in *celebrissima l. 1. 4. ult. lib. 2. Cod. Theodosiani*, renovata à Justiniano *l. 16. Cod. de usuris*. In *trajectiis contractibus, vel specterum favori donationibus*, usque ad centesimum tantummodo licere stipulari, nec eam excedere; licet veteribus legibus hoc erat concessum; quibus tamen sanctioribus Ecclesie legibus est derogatum, ac severè vetitum, seu vetitum jure naturali, & Divino vetitum declaratum, quidquam liceri, etiam minimum sit, ex mutuo reportari; quod ex *can. 42. inter Apostolicos, ex can. 5. Concilii Elberitani, ex can. 12. Concilii Arelatensis I. ex can. 16. Concilii Carthaginensis III.* aliisque pluribus Ecclesie sanctionibus, atque ex communi SS. Patrum sensu aperte constat, inferri demonstrabile mus.

II. Jure communi Cæsareo irrita fuit matrimonium inita à filiiisfamilias sine consensu parentum; ut probant textus in *prin. Instit. de Nuptiis*, & in *l. Nuptia 2. ff. de ritu Nuptiar.* in quorum primo habetur: »Si filii familiarum sint, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt;

talibus Gregorii IX. extat integer titulus, qui est *lib. 4. tit. 12.* In eo tamen titulo nullum decretale rescriptum ad cognationem spiritualem pertinet asseritur, quod ante Alexandrum III. Pontificem prodierit. Verum hujuscæ impedimentum quod à spirituali cognatione procedit, multò ante Alexandri III. statem mentio facta reperitur. Siquidem in Concilio Romano I. sub S. Zacharia Papa, habito anno Christi 743. statutum fuit *c. 5. Ut Spirituales commatrem nullus sibi præsumat nefario conjugio copulare.* Nam, qui injusmodi opus perpetravit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum, & Dei iudicio condemnatum; tom. 7. Collectionis Harduini *col. 1928.* Nec alia etiam antiquiora desunt hujusmodi disciplinæ monumenta. Sed, cum nullum apparet anterius, eo quod habetur in *l. 26. Cod. de nuptiis*, ubi hæc Justiniani Imperatoris verba leguntur: *Ha persona omnimodò ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis à sacrosancto suscepit Baptismate; cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem, Deo mediente, anima eorum copulata sunt; id utique sufficit, ut in catalogo legum civilium, quæ à Jure Canonico expressè confirmatæ sunt, præmissa etiam de spirituali cognationis impedimento lata adscribatur; ut rectè etiam observat Joanes Baptista Bartholus Episcopus Feltrensis in suis Institutionibus Juris Canonici c. 44. Num. 7.*

nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio suadet, in tantum nunc iustus parentis procedere debeat; *in* *infra*: Si adversus ea quæ diximus, aliqui coierint, nec vir, nec uxor, nec nuptia, nec matrimonium, nec dos intelligitur; *in* *alio* dicitur: Nuptia consistere non possunt, nisi consentiant omnes, id est qui coeunt, quorum in potestate sunt. Equidem non igituramus, Cujacium in *lib. 35. Pauli ad edictum ad l. 2. & 10. de ritu nuptiarum*. & Dionysium Godofridum in *l. Filius de ff. de ritu nuptiarum*. contendere, per præfatas leges, non irritas, sed solum illicitas decerni nuptias, quas filifamilias contrahunt, in iuris, aut incestis, nec consentientibus parentibus, sub quorum sunt potestate; neque nos præterit, hanc opinionem fulciri auctoritate Paulli Jurisconsulti, qui *lib. 2. sent. tit. 14.* scripsit: *Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate ejus matrimonia jure non contrahuntur, sed contracta non solvuntur; contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præferuntur.* Verum non ita sentiunt illi eruditi viri, quibus prædictorum Juris textuum verba adæq. perspicua videntur, ut indubitanter asserant, per illa infirmari conjugia filiorumfamilias, quibus paternus consensus non adjecerit vires; quinimò Vinnius *ad lib. 2. Instit. tit. 10.* perpendens verba illa Justiniani: *ut iustus parentis præcedere debeat;* hæc insuper adnotavit: *“Justus, id est consensus, aut potius assensus parentis in nuptiis filiorum adæq. necessarius est, ut eorum præcedere debeat, neque ratione habitatione patris retrò legitime fiant, nimirum cum rati habitio in his tantum locum habeat, quæ non statim ipso jure nulla sunt, sed aliquo modo consistunt, aut pendent.”* Quod

verò attinet ad locum ex Paulo Jurisconsulio à legatum, hæc ipsa decausa, quod scilicet aperte contradicatur citatis legibus, quas certissimum est Imperatorem Justinianum ex ejusdem Pauli Jurisconsulti sententia, inseruissent corpori Juris à se promulgati, non immerito suspicantur plerique; quos sequitur Juvenin *tract. de Sacramentis. dissert. 10. quest. 5. art. 2.* illum non esse Pauli, sed Aniani cujusdam, qui Theodosianum Codicem tempore Alarici, Gothorum Regis, notis illustravit. Nec mirum, tantam ab Imperatoribus tributam potestatem parentibus in filiorum nuptias, adhuc enim remanebant rudera illius immoderate potestatis patriæ, quæ auctore Romulo, diu vigerat apud Romanos, cujus ratione *libetis parentibus locis cadere filios, carcere coercere, in agros ad opera rustica victos amandare, venundare, denique interficere*, quod totidem verbis refert Dionysius Halicarnassensis, *lib. 2. pag. 46.* Hinc, teste Lactantio *Instit. lib. 4. cap. 3.* filii dicebantur *servire patri*. Quinimò, liberorum conditionem in quibusdam fuisse duriorum conditione servili, observant idem Lactantius, & Servius *Virgil. Æneid. xi. vers. 125.* Quamvis porò hæc parentum in filios immoderata jura, quæ certe barbarum sapiebant, cultioribus Romanæ Reipublicæ temporibus fuerint valde imminuta; nihilominus tamen Justiniani ætate tantam parentes retinebant in filios potestatem, ut idem Imperator *§ 2. Instit. de patria potestate* affirmaverit: *Nulli alii sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus.* Quocirca, cum leges Cæsareæ viribus carere voluerint matrimonia à servis contracta, non consentientibus dominis, quorum subsunt dominio; mirum non est earumdem

edicto, fuisse robur adeptum conjugis à filifamilias celebratis sine consensu parentum, sub quorum potestate existunt.

III. Utrasque civiles leges, tam videlicet, quæ servorum, quam quæ filiorumfamilias solo contrahentium consensu inita matrimonia infringebant, quomdam ratas habuit Ecclesiæ; etenim S. Basilii, *epist. 199. Canonica 2. ad Amphiloctium, can. 4. tom. 3. Oper. pag. 296.* ait: *“Matrimonia sine his, qui potestatem habent, fornicationes sunt. Neque erant, vivente patre, neque hero, qui conveniunt, extra reprehensionem sunt, quemadmodum, si annuat, cohabitationi, quos penes hujus rei, est arbitrium, tunc firmitatem conjugii accipit cohabitatio.”* Et Concilium Aurelianense IV. anni 541. *can. 22. t. 1. Collectionis Harduini, col. 1470.* *“Ut nullas per imperium potestatis, filiam competere audeat alienam, ne conjugium, quod contra parentum voluntatem impie copulatur, velut captivitas judicetur; sed sicut est prohibitum, non admittatur. In his, qui perpetraverint, excommunicationis severitas, pro modo piaculi, imponatur.”* *Et can. 24.* loquens de conjugio servorum, decrevit: *“Quicumque mancipia, sub specie conjugii, ad Ecclesiæ septa conjugerint, ut per hoc credant, posse honesti conjugium; minime eis licentia tribuatur, nec talis conjunctio à Clericis defensetur;”* & paucis interjectis, complectens tam servorum, quam filiorumfamilias matrimonia clandestina, & propria auctoritate inita, addit: *“De qua re decernimus, ut parentibus, aut propriis dominis, prout ratio poscit personarum, accepta fide excusati, sub separationis promissione, reddantur; postmodum tamen careantibus, atque*

*dominis libertate concessa, si eos voluerint propria voluntate conjugere.”* Concilium Cabillonense II. anni 813. *can. 30.* relato à Gratiano, *in can. ult. 29. quest. 2.* postquam dixit: *Nobis visum est, ut conjugia servorum non dirimantur;* hæc statim limitationem adiecit: *Ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem dominorum.* Ac denique, ut alla pretereamus, quæ ad rem congesti Gonzalez *in capit. fin. de conjugio servorum, num. 3. & seq.* Ahyto Episcopus Basilicensis in suo Capitalari, sæculo 11 edito, apud Harduinum, *tom. 4. col. 1244. can. 21.* edixit: *“Ubi verò mancipia, non unius, sed diversæ potestatis juncta fuerint, nisi consentientibus utriusque dominis, hujusmodi copulatio rata non erit.”*

IV. Verum postea consultius visum est Ecclesiæ præfatas civiles leges, pluribus sæculis à se aut approbatas, aut toleratas, corrigere & abrogare, statuitque, ut deinceps nuptiarum validitas à solo penderet contrahentium consensu, nequiquam autem à iura eorum, sub quorum dominio vel potestate contrahentes existant; quod generatim sanctum legitimus in *cap. Cum locum, de spons. & matrim. in cap. Licet, & in cap. Tua, de spons. doctum;* speciatim verò de servis rescriptis Hadrianus Papa ad Archiepiscopum Salisburgensem in *cap. Dignum, de conjugio servorum.* *“Nec inter servos matrimonia decernuntur, nisi illatenus prohiberi; & si, contradicentibus dominis, & in iuris, tradicentibus fuerint, nulla ratione sunt, propter hoc, Ecclesiastico iudicio dissolvenda;”* ac tandem de filifamilias, post alias sanctiones indicatas à Juvenin *cit. dissert. 10. quest. 5. cap. 3. art. 1. de reform. Tridentinum, sess. 24. c. 1. de reform.*



mat. matrim. ubi anathematis percutit, quia falsè affirmat, matrimonium à filijsfamilias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse.

V. Quamobrem non licet hodie easdem civiles leges jàmdu ab Ecclesia rescissas, excitare, earumque obtentu, firmitatem adimere aut servorum, aut filiorumfamilias conubijs, quibus domini, vel parentes non inruerunt. Quod autem affirmant Bohemerus Jur. Eccles. Protestantium, lib. 2. tit. 9. §. 6. nempe in Pomerania, Westphalia, & Bohemia, ubi adhuc remanent vestigia antiquæ civilitatis, & etiam hodie reperitur homines proprii, hoc est existentes sub dominorum proprietate, istorum conubia non aliter esse valida, quam ex dominorum consensu, aut est accipiendum de servorum conjugijs quoad effectus civiles, aut non est admittendum à Catholicis illis in regionibus degentibus, qui sanctioribus Ecclesie legibus reguntur. Intra fines pariter penarum civilium concluditur edictum à Christianissimo Rege Henrico III. in Comitibus Blesensibus anni 1579. art. 40. promulgatum, & à Ludovico XIII. ann. 1629. & 1639. renovatum, quo nulla è invalida declarantur matrimonia à filijsfamilias contracta sine consensu parentum; illud tamen verbum invalida, non esse aliter explicandum, quam per solam relationem ad contractum civilem, ejusdem Ludovici nomine, Clero Gallicano responderunt Regij Comissarii; ubi habetur tom. 3. rerum, & decretorum Clerici Francici testaturque Lovetus, in Parisiensi Senatu Consultariis, tit. 6. litt. M. scribens: «Nullitas matrimonij proveniens ex defectu conditionum, quas requirit articulus 10. Blesensis Constitutionis, nullatenus attingit ipsum

«Sacramentum, quod nihilominus in nullo matrimonio existit; non igitur de Sacramento Matrimonij, aut nequus essentialibus ceremonijs; sed de validitate conventionum matrimonialium, de accessorij matrimonij, de dotis validitate, & communione inter virum, & uxorem; neque conventiones non dependent ex theologijs decisionibus, sed ex nediectis in Parlamento verificatis.» Idem ostendit Isaacus Habertus Episcopus Vabrensis, in libro de justitia commutativa editi à Ludovico XIII. conditi, ubi hæc habet: «Non multum laborandum est de conciliandis Regij edictis cum Ecclesie sententijs; nullo quidem umquam edicto, matrimonia filiorumfamilias invalida ac nulla esse abque consensu parentum, tutoremque, constitutum est, etsi hic error multis imposuerit. Prohibita quidem sunt, sed invalida è nulla esse, haudquaquam dehinuit. Unde etiam Decessorum suorum vestigia insistentis Rex Christianissimus Ludovicus, ea iterum prohibuit, ac austerius interdixit; invalida tamen, ac nulla esse, contra Tridentinam Synodi decretum; ac Theologorum unanimem etiam in regno suo sententiam, minime sanxit.» Idem tradit Cabassutius in theor. & prac. Jur. Canon. lib. 3. cap. 26. num. 6. & 7. ubi Broetum carpit, quod Regium edictum ad ipsam etiam Sacramenti rationem protraxerit. Idem docet Gerbasius in libro, quem inscripsit Tractatus pacificus, &c. pag. 304. Idem Natalis Alexander Theolog. dogmat. & moral. lib. 2. art. 3. propos. 5. Quocirca necimus, quæ ratione Juenia cit. dist. 10. cap. 3. art. 2. de Sacram. matrim. cap. 3. metuerit suum calculum adijcere tot

Doc-

Doctorem Gallicanorum sententis, Regia etiam declaratione firmata, & decidere noluerit, an revera in Gallia matrimonia inita à filijsfamilias sine consensu parentum, sint valida quoad substantiam, etsi civilibus effectibus destituti nemo dubitet. Neque extra institutum vagari sumus, dum hæc prolixius enarravimus; siquidem verumur, ne Episcopi prædicti, Juenia, aliorumque contra communem sapientiorum Gallie Doctorem sensum idem scriptitantium, auctoritate decepti non audeant in suis Synodis declarare, matrimonia à filijsfamilias, inivitis, ac in scijs parentibus, contracta, etsi illicita, valida tamen esse, ac proinde integrum non esse contrahentibus, quandiu eorum alter superstes est, alias nuptias inire; quam profecto Synodalem declarationem, ad consulendum animarum salutem, non solum utilem, sed maxime necessariam reputamus.

## CAPUT XII.

Exempla alia legum civilium à Jure Canonico correctarum; ubi præcipue de Adulterio & Concubinatu.

Juxta leges civiles, conjugatus cognoscens solutum, adulterij iudicio non tenetur, leg. 6. §. 1. ff. de adulterio, & l. 2. Cod. eod. tit. quamvis adulterij criminis damnatur conjugata solum admittens. Aliud statutum est à Jure Canonico, quod tam virum, quam uxorem, eadem lege teneri voluit, quia utrobique idem ligat fidei conjugalis vinculum, quare Ambrosius lib. 1. de Abraham, relatus in can. Nemo 32. q. 4. ait: «Nemo blandatur sibi de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est, nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro,

«quæ ab uxore debetur castimonia. «Quidquid in ea, quæ non sit legitima uxor, commissum fuerit; adulterij crimine damnatur:» ubi Glossa, verb. de legibus, notat: *Quæ dicunt, quod adulterium non committitur cum soluta, sed cum nupta. Acritus est Romanorum leges reprehendit Hieronymus in epist. ad Oceanum de morte Fabiola, ejus fragmentum rel. Gratianus in can. 20. eadem caus. 32. q. 5. ait quippe Hieronymus tom. 1. Oper. col. 455. «Aliæ sunt leges Cesarum, aliæ Christianorum. Aliud Papinianus, aliud Paulus, aliter præcipit. Apud illos viris impudicitia sæpe laxatur, & solo stupro, atque adulterio condemnato, passim per lupanaria, & ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud istos, quod non licet feminis, æque non licet viris, & eadem servitus, pari conditione censetur.» Ad eandem inter leges Cesarum, & Ecclesiasticas hæc in re discrepantiam alluisti Augustinus, lib. 2. de adulterio conjugis cap. 8. num. 7. tom. 6. Oper. col. 407. ubi quendam inducit adulteros, ita secum invicem loquentes: *An verò tenus nostri dignitas hæc sustinetur injuriam, ut cum alijs faminis, præter uxores nostras, et quid admittimus, in luendis panis, mulieribus comparemur? Loquere in hunc modum conquesti, addit Augustinus, confisos juribus forensibus, discrimen potenter inter viri, & uxoris conditionem: Sed isti (ait) quibus duplices, ut inter virum, & uxorem par pudicitia forma servetur, & potius eligunt, maximeque in hac causa, mundi legibus subditi esse, quam Christi; quoniam iura forensia non eadem, quibus faminas, pudicitia uxoris istos videntur obstringere, &c. Abrogatis**

20-

autem prædictis legibus civilibus, nimium indulgentibus virorum impudicitie, consequens fuit, ut eadem actio ad divortium daretur uxori contra virum adulterum, quæ huic competit adversus adulteram uxorem, quomodum perpendit Hieronymus, *cit. epist. ad Oceanum*, relatus in *can. Præcepti*, a 3. *quæst. 5. Præcepti Domini*, uxorem non debere dimitti, *excepta causa fornicationis*; & si dimissa fuerit, manere inuictam. Quidam viri jubetur, hoc consequenter redundat in feminas. Neque enim adultera uxor dimittenda est, & vir maritus retinendus; cui consonant Augustinus relatus in *can. Idolatria* a 8. *quæst. 1.* & Innocentius I. *epist. 3. ad Exuperium Episcopum Tolosanum*, c. 4. relatus pariter *cit. causa 32. quæst. 5. can. fu.* ubi rationem insuper expendit, propter quam rariùs contingit, maritum adulterum ab uxore dimitti: "Et illud desideratum est scribi (*scribit Innocentius*) cur communicantes viri cum adulteris uxoribus non conveniant, cum contra uxores in consorcio adulterorum virorum manere videntur? Super hoc Christiana religio adulterium in utroque sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberis uxores adulteras apud Sacerdotes, delere conueniunt; & ideo mulieribus proditorum crimine, Communio denegatur... Cum ergo par causa sit, interdum, probatione cessante, vindictæ ratio conulescit."

II. A legibus civilibus permixtum esse concubinatum cum una, uxoris loco, domi retenta, asserit Cujacius; quod si verum sit, nemini dubium est, esse leges, utpote juri naturali, & divino contrarias, esse ab Ecclesia re-

p obatas, præsertim à Tridentino, *sess. 2. cap. 8. de reformat. matrim.* ubi concubinos tam solutos, quam uxoratos, si ter ab Ordinario moniti, concubinas non egerint, seque ab eorum consuetudine non sejunxerint excommunicatione feriendos esse, decrevit. Diximus, si verum sit, quod sibi persuasit Cujacius; alii enim æquæ docti, ac eruditi Juris Civiles interpretati, præsertim Merillus, *Obseruat. lib. 15. cap. 15.* hallucinatum existimant Cujacium, qui concubinam confundit cum pellice, concubina quippe, à legibus civilibus permixta, erat vera uxor, ducta tamen sine dote, & nuptiali solemnitate; ut colligitur *ca. l. 144. ff. de verb. signif. l. Donationes*, 32. ff. de donationibus, & Justiniani, *Novella 18.* à legitima verò uxore differebat, sola dignitate, quia scilicet concubina, etsi & ipsa uxor esset, non transibat in familiam mariti, neque istis participabat jura, privilegia, & honores, quorum concors fiebat uxor legitima, quod constat *ex cit. l. Donationes*, & pluribus exorant Merillus *cit. loc.* Antonius Augustinus de emendatione Gratiani, *lib. 1. dialog. 15.* & Du-Gangius in *Glossario verb. Dos.* In hoc eodem sensu sanctissimus antiqui Testamenti Patriarchas, quibus permixta erat polygamia, præter uxores, habuisse legitimis concubinas, hoc est aliud uxorum genus, quæ tunc ad procreandos liberos, non ad familiam regendam, resque familiares administrandas, essent admixtæ; etenim Cætura in *cap. 25. Genesis*, dicitur Abraham concubina, & uxor; & Agar, quæ ibidem appellatur pariter ejusdem concubina, in *cap. 16.* vocata fuerat vera uxor; quod bene animadvertit Bellarminus de *Concilior. auctorit. lib. 1. c. 8. propos. 11.*

III. De ejusmodi concubinis, &

non

non de pellicibus, loquuntur antiqui canones, concubinas ad Baptismum, & concubinos ad Communionem admittentes. Concubina cujuspiam infidelis mancipii (ait Auctor Constitutionis Apostolicarum, loquens de Baptismo, *lib. 8. cap. 72.*) illi soli deditur, admittatur; si autem etiam cum aliis petulantur agi, rejiciatur. Et Patres Concilii Toletani I. habiti anno 400. *cap. 17.* relato à Gratiano in *can. Is qui, dist. 34.* "Si quis habens uxorem fidelem, concubinam habeat, non communique. Cæterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, à Communione non repellatur; tantum ut unus mulieris, aut uxoris, aut concubine (ut scilicet placuerit) ut conjunctione contentus; alias vivens abiciatur, donec desinat, & ad penitentiam revertatur." Ac denique Isidorus relatus in *can. 5. ead. dist. 34.* "Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum aut uxorem, aut certè, loco uxoris (si conjux deest) concubinam." Omnes, inquam, ejusmodi Canones non loquuntur de pellice, sed de uxore, non adhibitis dotularum tabularum solemnitatibus ducta, quam vocabulo à Casareis legibus usurpato, & communiter tunc usitato, nominato nominatur concubinam. Ita Canonem Toletanum interpretatur Gratianus, *cit. dist. 34.* ubi ait: Concubina hic intelligitur, quæ, cessantibus legalibus instrumentis, unita est; & conjugali affectu adsciscitur. Hanc conjugem facit affectus; concubinam verò lex nominat. Gratiani verò interpretationem amplectuntur, & illustrent Correctores Romani in *cod. cit. can. Is qui, dist. 34.* Hurtadus *Resolut. moral. tom. 1. tract. 1. de Ab-*

*solutione Sacramentali, cap. 6. per tot. Binius in notis ad eundem canonem 17. Toletanum, tom. 2. Conciliorum Hispaniæ collectorum à Cardinali de Aguirre, pag. 148. num. 22.* Natalis Alexander *dissert. 29. ad sect. 1.* Atque in eundem sensum tam canonem Toletanum, quam locum ex Apostolice Constitutionibus allegatum, accipendum asserit etiam hæreticus Binghamus *Orig. Ecclesiast. l. 4. lib. 11. cap. 5. §. 11. & tom. 7. lib. 16. cap. 11. §. 5.*

IV. Quòd si quis Patres Toletanos loquutos velit de vera pellice, hoc est muliere, nullo conjugali fudere viro juncta, sed unice ad explendam libidinem ab eodem domi retenta, tunc dicendum esset, eos nomine Communionis, quam concubinaris non censuerunt denegandam, non intellexisse Communionem Eucharisticam, sed solam communionem civilem, à qua, depravatis ejus sæculi moribus, quantum fas erat, indulgentes, illos non judicarent repellendos; uti, post Ferdinandum Mendozam, eundem canonem explicat Cardinalis de Aguirre *cit. loc. num. 23. & 26.* Equis etenim credat, novemdecim sapientissimos Patres, qui Toletano Concilio interfuerunt; potuisse permittere, ut Divinus memæ participes fierent fornicari, non solum nulla peracta penitentia, verum etiam in no crimine insorescentes, quos Apostelus Paulus 1. ad Corinthios 5. de regno caelorum exclusit, & ad Ephesios 5. non habere hæreditatem in regno Christi, & Dei, prædicavit.

V. In sensu, àuper exposito, diverso, concubina nomen accepit. Leo Magnus in responsione ad inquisitionem Rustici Narbonensis, relata in *can. 12. 32. quæst. 1.* ubi postquam dixerat: Non omnis mulier juncta viro uxor est viri, quia nec omnia filius est hæres patris; addit: Igitur cujuslibet loci Cle-

ri-



ricus, si filiam suam vitro habenti concubinam in matrimonium desideret, non ita accipiendū est, quasi conjugato eam desideret; nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & quibuscumque nuptiis honestata videatur. Loquitur nimirum Pontifex de concubina, quam vir sibi deivixerat non solum sine nuptiis tabulis seu nexu solubili, sed quam ad individuum quidem vitæ sibi asciverat societatem, sed ad sui arbitrium duraturam. Eiusmodi concubinarum genus, quas alio nomine ancillas etiam appellabant, quæque nulla ratione esse poterant vere uxores, à Pagani inventum, potenter fluxisse in Christianos, constat ex l. i. Cod. Theod. tit. de naturalibus liberis, ubi durior sit conditio naturalium liberorum, ut metu potestatis animi avocarentur à concubinato gentili, & admodum solubili more Romano into. Ea nihilominus lex, ab Imperatoribus lata, non valuit eundem detestandum abusum à Christiana republica eliminare; insequenti quippe ætate adhuc plures inventi sunt, qui licetè putaverint, unam feminam sibi iungere quam possent pro libito à se abijcere; quod dicitur ex Marculfo formul. lib. 1. cap. 30. & ex Marbillonio tom. 4. Analect. Jam verò has concubinas, quæ verò erant pellices, respexit Leo, cum Clericis permisit, filias suas nupti tradere viris habentibus concubinas; cum his quippe, ad tempus dumtaxat acceptis, haud consistere potuerat insolubile vinculum matrimonii. Hanc sibi mentem esse, aperte significavit idem Pontifex, inquit: *Alia est uxor, alia concubina*; & paulo inferius: *Ancillam à thoro abijcere, & uxorem certæ ingenuitatis accipere, non dupliciter conjugii, sed profectus est honestatis.* In eadem temporaria concubinas pluribus in locis invehitur

Augustinus, & præcipue de bono conjugali c. 12. relato in can. 5. 32. quas. 2. Concubina ad tempus adhibita nec etiã causa filiorum concumbant, justum faciunt concubinitium. De illis pariter expressè loquitur Egbertus Archiepiscopus Eboracensis in suis exceptionibus ex sacris canonibus, sanctorumque Patrum dictis, concinnatis, cap. 227. tom. 1. Collectio. Concil. Britan. pag. 109. ubi hæc habet: *Augustinus dicit: Quale est, quod multi virorum, ante nuptias, concubinas sibi adhibere, non erubescunt, post annos dimittunt, & sic postea legitimas uxores accipiunt? Unde coram Domino, & coram Angelis eius testor, atque denuntio, Deum ista conjugia semper prohibuisse, & nunquam placuisse, & præcipue temporibus Christianis, concubinas habere nunquam licuit, nunquam licet, nunquam licebit.*

VI. Inforti essemus, si cæteras percurrere vellemus leges à Jure Canonico deletas. Deas alias tantum indicabimus. De Jure Civili vidua nubens intra annum luctus, & multis sit obnoxia penis, de quibus Gironius ad tit. *Decretalium de secundis nuptiis*, & inter cæteras notatur infamia l. *liberorum*, §. 1. ff. de his, qui notantur infamia; iidemque viduis, intra annum nubere, veitum etiam legitus à Concilio Anhamensi, habito circa annum 1009. in cuius can. 16. præcipitur: *Et si quolibet vidua, que se ipsam rectè continuerit, sub præsidio Dei, & Regis, sedet 12. menses marito orba; deinde eligat, quem ipsa voluerit; tom. 1. Concilior. Britannicæ pag. 289.* Verum ejusmodi leges abrogarunt Urbanus III. in cap. 4. & Innocentius III. in c. 5. de secundis nuptiis, quorum postremus ait: *Cum, secundum Apostolum, mulier, mortuo viro suo, ab ejus*

in lege soluta, & nubendi eis vult; tantum in Domino, liberam habeat facultatem; non debet legalis infamia sustinere iocuram, qua, licet post viri obitum infra tempus luctus scilicet unius anni spatium nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo vitur potestate.

VII. Juxta antiquiores leges, jus erat marito occidendi uxorem in adulterio deprehensam, quod videre est apud Covarr. in 4. *Decretal. part. 2. cap. 7. §. 7. num. 1.* Posteriori verò jure Digestorum, & Codicis Justiniani, facultas quoque data est marito occidendi adulterum turpiter cum uxore agentem, in propria domo deprehensum; uti liquet ex l. *Marito*, ff. ad l. *Juliam de adulter.* & ex l. *Græchus*, C. cod. tit. Patri quoque facta est potestas interficiendi filiam, in sua potestate existentem, in sua domo, vel in domo generi in adulterio deprehensam, dummodo tamen mâ cum ipsa adulterum quoque occidat, l. *Quod ait*, l. *Nihil interest*, l. *Nec in ea*, l. *Patri*, & tribus seq. ff. ad legem *Juliam de adulterio.* At omnes ejusmodi leges, utpote quæ impunitatem dabant delinquentibus adversus quatuor Decalogi præceptum, quoculibet interdicitur, ne quemquam privata auctoritate interficiat, sunt à Jure Canonico rescissæ, uti habetur in can. *Inter hæc*, §. 3. quart. 2. Quare ab Alexandro VII. die 7. Septembris 1661. Apostolica damnationis tulo confixa fuit etiam hæc propositio, in ordine 19. *Non peccat maritus, occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.* Quinimodò adeo Jus Canonicum abhorret ab occisione uxoris, etiam in adulterio repectæ, ut virum, id scelus perpetratum, non solvat ab impedimento; quo in can. *Interfectores*, & in can. *Admonere*, §. 3. quart. 2. cæteros ligavit proptè uxoris interfectores, no

deinceps possint cum alla matrimonio contrahere; uti perpendit Petrus de Matrim. disp. 22. sect. 6. n. 2. quod tamen impedimentum esse tantum impediens, & non dirimens, docet cum communi S. Thomas in 4. dist. 28. quart. 1. art. 2. Ad aliquod verò indulgendum humanæ infirmitati, & subita ira, qua homines exaradent, cum sua, & uxore familie honori illatam injuriam propriis oculis conspiciunt, statuit Alexander III. in cap. *Sivèro de sent. excomm.* ut excommunicationi Papæ reservate non subjaceat, qui in Clericis filia propria turpiter inventum, manus injecerit violentas.

VIII. Quas hucusque enumeravimus, aliasque similes leges; à Jure Canonico correctas, frustra Episcopus in sua Synodo commemoraret, nisi forte ab illis aliquod argumentum desumerent vellet ad magis roborandas suas Synodales sanctiones. Sic si in Synodo agendum foret de adulterio, posset hujus criminis gravitas vel inde colligi, & ponderanda proponi, quod leges civiles interdum permittunt occisionem adulteri in flagitio deprehensi. Ita quoniam ad impedendam alienatam libertatem filiorum familia nuptias contrahere præsumptum, in illis, aut justè ac rationabiliter reventibus parentibus, merito diceretur, ejusmodi concubia non solum esse à naturali, & Divina lege graviter prohibita, sed & insuper legibus civilibus adeo exorta, ut, si sit standum foret, validitate carent. Is denique servandus est modus, quem tradidit sanctissimus Nicolaus Pontifex in epistola ad Consilium in Diocesi Silvanectensis congregatum, relata in can. *Loge imperatorum*, dist. 10. ubi sic legitur: *Loge imperatorum in omnibus Ecclesiasticis controversis utendum est, præsertim continetur*

*Evangelica, ac Canonice sanctioni alienantes obviare.* Deinde verò, nonnullis adductis exemplis, & Prædecessorum testimoniis, quibus id comprobatur, ita concludit: *Non quid Imperatorum leges (quibus sæpe Ecclesia nititur contra hæreticos, sæpe contra Tyrannos, atque contra procos quotique descendit) dicamus penitus tenendas, sed quòd ear. Evangelicis, Apostolicis, atque Canonicis decretis (quibus postponenda sunt) nullum posse inferre præjudicium asseramus.* Sed de legum civilium usu plura inferius, ubi de legibus à Jure Canonico silentio præteritis.

## CAPUT XIII.

*Gravis dubitatio olim exorta, an quædam Lex Civili esset à Jure Canonico recepta, an potius abrogata; atque ideo an valide contrahi possit matrimonium inter Viricum, & Uxorem Privigni.*

Cum sacre Congregationis Concilii Secretarii munere fungebamur, acciter in ea disputatum fuit, à textus Juris Civili in *l. Uxorem, ff. de ritu nuptiarum*, esset correctus, & abrogatus à Jure Canonico in *cap. Non debet, de consanguini. & affini.* Disputationi autem causam dedidit quedam Synodalis Constitutio, cuius firmitas à prædictæ legis civilis pendebat firmitate. Quidam Episcopus in suis Constitutionibus Synodalibus explicans impedimenta matrimonii dirimentia, & speciatim impedimentum affinitatis proveniens ex copula licita, dixit, matrimonium valide contrahi non posse inter viricum, & uxorem privigni, juxta citatum textum Juris Civili in *l. Uxorem, 15. ff. de ritu nuptiar.* ubi Papinianus ait: *Uxorem quandam privigni conjungi matrimonio virici non*

*oportet; nec in matrimonio convenire novercam ejus, qui privignæ maritus fuit;* cui quidem textui minime derogatum addebat ab Innocentio III. in *cit. cap. Non debet de consanguini. & affini.* Imperoniam, ut ipse præbat, Innocentius dumtaxat revocavit, & abolevit impedimentum secundum, & tertium generis affinitatis in linea collateralium; non autem in linea ascendendum, & descendendum, sicuti utrumque textum, Canonium scilicet, & Civilem perpendentes, docuerunt Oti-notomus ad *lib. 1. Insti. tit. de nupt.* num. 24. Arnoldus Vinnius ad *eund. tit. num. 2.* Joannes Schneideoni in *comment. ad Instit. Civil. lib. 1. de nupt. tit. 10. pag. 50.* Bruneman in *Comment. ad Pandictas ad cit. leg. Uxorem 15. ff. de ritu nuptiar.* quorum Auctorum judicium non ideo parvi faciendum est, quod si sint hetherodoxi, quoniam & ipsi, quoad matrimonii impedimenta, Jus Canonium sectantur; quare citatus Schneideonius affirmat, hanc unicam ob causam matrimonium inter viricum, & uxorem privigni ab eorum consistoriis irritum pronuntiar; *Quis (ait) in hoc casu Jur Civile expræs non rep. ritur correctum à Jure Canonico.* Idemque in tribunalibus Gallie sapius judicatum, refert Antonius Morinæus in *Observo ad 24. primo libro Digestorum lib. 25. ad leg. 42. de ritu nuptiar. pag. 762.* Et dato etiam, pergebat Episcopus, quod in casu matrimonii non obest impedimentum affinitatis, obstat saltem impedimentum publicæ honestatis; quod consideravit Modestinus Jurisconsultus, cum in *leg. Non facile, 2. ff. de gradibus, & affinis*, ait: *Eius itaque inter se, quos, affinitatis causa parentum loco, literorumque habetur, matrimonio copulari nefas est.* Et profecto matrimonium, de quo est sermo, ob maximam, quam redolet, inhonestatem à Jure Civili improbatum censuit Faber in *sua Juris, evidentia Papiniana tit. 10. de nuptiis princ. 6. illat. 12.* inquit: *Inhonestum autem palam est, eam, qua aliquando uxor fuerit illius, qui mihi aut filii, aut parentis loco fuerit, uxorem à me duci.* Cui adstipulatur Carpovius *lib. 2. Jurisprud. consulti. tit. 7. de dispensat. matrim. in gradu prohibito definit. 119. pag. 182.* ubi ait: *Privignus à virici, & hic rursus à privigni vidua abstinere debet, non solum ob rationem honestatis, qua in matrimonio nullum attenditur, sed etiam propter expressionem Juris Civili dispositionem.*

II. Nihilominus tamen, hujus Constitutionis articulo in sacra Congregatione Concilii maturè discussio, expensisque rationum momenti, à nobis, qui (ut diximus) ejusdem à Secretis eramus, in utramque partem adductis, que legi possunt in *Theaur. Resolut. tom. 2. pag. 26.* eadem sacra Congregatio die 8. Martii 1722. validè pronuntiavit Matrimonium inter viricum, & uxorem privigni contractum. Neque enim ulla habenda fuit ratio prædictarum Constitutionum Synodalium, utpotè que unice innitebantur Juris Civili sanctionibus jamquod correctis, atque abrogatis ab Innocentio III. in *cit. cap. Non debet de consanguini. & affini.* Ad cujus textus expositionem præmitendum est, triplex olim fuisse affinitatis genus, juxta *Can. 5. & Can. final. 35. quest. 3. & cap. 1. de sobole ex secundis nuptiis suscepta*, in prima Collectione Decretalium; primum una demtaxat media persona: alterum duabus: tertium tribus personis mediis contrahatur: quæ omnia exemplis melius, quam ulla alia ratione, explicantur. Si Titius, frater Caji, matrimonium iniisset, & consummasset cum Berta, hæc

Caji affinis erat, sicuti nunc est, in primo genere affinitatis: si mortuo Titio, Berta matrimonio jungebatur cum Sempronio, Sempronius alter Bertæ maritus, & Caji, & omnes defuncti Titii consanguineos, secundo affinitatis genere contingebat, si demum, mortua Berta, Sempronius aliud conjugium celebrasset cum Navia, etiam cum hæc & Caji, & omnes consanguine Titii, tertio affinitatis genere conjungebantur. Ex his porrò affinitatis speciebus quælibet matrimonio validè contrahendo obstat; quod ex *Can. 3. & final. liquet, & explicat Petrus Biesensis episc. 115. ac jus. Sánchez lib. 7. de Matrim. disp. 67. ac Basilus Pontius lib. 7. cap. 34. sed Innocentius III. in laudato cap. Non debet, secundam, & tertiam affinitatis speciem abolevit, & abrogavit; statuitque, ut deinceps sola affinitas primi generis, usque ad quartum gradum, matrimonium impediret, & dirimeret. Adeo autem indefinite Innocentius loquitur, ut gratis omnino, atque arbitrario quis sibi fingere valeat, per præfatum Decretalem abrogatas & deletas non esse secundam & tertiam speciem affinitatis in linea recta ascendentium, & descendentium; quemadmodum ad *tit. de consanguini. & affini. opus prædictarum Zoetii n. 9. Engel num. 6. Koning. num. 32. Schmalzgrueber n. 77. & Auctor Theolog. dogmat. & moral. ad usum Seminarii Catalaunensis tom. 7. pag. 857.* unde ab omnibus Canonistis, instar regulæ nullam habentis limitationem, usurpatur commune illud effatum: *Affinitas non parit affinitatem.**

III. Jam verò, cum viricum, & uxoris privigni, secundo demtaxat, & non primo affinitatis genere inter se conjungantur, necessario inde consequitur, nullo nunc detineri canonico impedimento, quo minus possint vali-



trahere valeat cum ejusdem sui privilegii uxore. Itaque concludendum est, malè fuisse in præfatis Constitutionibus Synodalibus allegatas leges civiles, quæ ex Jure Canonico jamdiu fuerant expressè abrogatæ. In Synodo Limana decretum est, ut in di Peruviani, qui matrimonium contraxerunt cum noverca, vel nuru, non admittatur ad Baptismum, nisi prius conjugium prælatum veluti jure naturæ irritum, solvant, ut refert Acost. *de procuranda Indorum salute. lib. 16. cap. 21.* Synodus hæc certum ponit, affinitatem, quæ ex matrimonio causatur, jure naturæ dicere matrimonium in primo gradu lineæ rectæ; id autem certum non est, cum probatissimi Auctores doceant, nullam affinitatem, nec eam quidem, quæ est in primo gradu lineæ rectæ, dirimere matrimonium jure naturæ, sed jure tantum Ecclesiastico, & consequenter super eo impedimenta, gravissimi urgentibus causis, posse à summo Pontifice dispensari; Sylvius *Oper. tom. 3. in verb. Dispensatio tertis.* At, quidquid sit de potestate, à simili dispensatione Romani Pontificis, etsi pluries rogati, abstinuerunt. Legi potest Rigantius *cit. tom. 4. ad regul. 29. Cancellaria à n. 18. & seq.* ubi etiam mentionem facit nostri consilii reverenter exhibiti, dum in minoribus casibus, Benedicto XIII. nostro Benefactori, ut à simili dispensatione, pro qua rogabatur, abstinere, prout abstinuit.

IV. Remoto impedimento affinitatis, illic corruit aliud, quod ex publica honestate oriri solet; et tamen impedimentum publicæ honestatis unice emergit aut ex sponsalibus validis, juxta textum in *cap. 1. de sponsal. & matrimon. in 6. & cap. 5. test. 24. Concilii Tridentini de reform. matrim.* aut ex matrimonio dumtaxat rato, ad normam Constitutionis S. Pii V. incipienti; *Ad Romanum;* matrimonium autem consummatum aut veram producit affinitatem, aut certe aliud impedimentum non parit. Peccata publica honestatis impedimentum, ex matrimonio rato ortum, solum contrahitur inter maritum, & conjugios uxoris, ac vicissim inter uxorem, & conjugios mariti: non autem inter maritum, & affines uxoris, neque inter uxorem, & affines mariti; vitricus vero non est consanguineus, sed affinis sui privilegii, ac proinde neque affinitate, neque publica honestate impeditur, ne matrimonium cou-

## CAPUT XIV.

*De Legibus Civilibus à Jure Canonico neque correctis, neque expressè approbatis, & proinde aliquandò oppositis in Synodo memoratis.*

Aliquid nunc dicendum remanet de legibus secularibus, à Jure Canonico silentio prætermisiss. Ejusmodi leges, si rem spectent merè profanam, neque ulla ex parte sacris canonibus advertentur, tacitè approbatæ videntur in *cap. 1. de novi oper. nuntiat.* in quo legitur: *Sicut leges non dedignetur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adjuvantur;* atque iterum in *cap. Super specula, de privileg.* ubi habetur: *Sancta Ecclesia legum secularium non respicit famulatum, quæ æquitate, & justitie vestigia imitantur;* ac demùm in *cap. unic. de transactionibus,* in Collectione quinta Decretalium, ubi Honorius III. à Joanne Cardinali Columna, suo per Orientem Legato, de variis questionibus consultus, ita respondet: *Cum jura Canonica, & Civilia edita sint super omnibus fere articulis gravatiss, procedas in his secundum canonicas & legitimas sanctiones.* Unde fit, ut Judex Ecclesiasticus, sententiam prolaturus de questione super re merè temporali, de qua nihil à Jure Canonico reperitur decisum, non solum possit, sed debeat Juri Civili se conformare; quod in *cap. 1. de novi oper. nuntiat.* tradunt Abbas antiquus *num. 2.* Joannes Andreas *num. 5.* & cum communi prosequuntur Menoch. *de Arbitrar. lib. 2. cap. 185. n. 12.* & Fagnanus in *capit. cum exes, de testament. n. 18.* Hinc Gregorius Magnus in suis ex regesto decretis sæpenumero præcipit, ut se-

cundum leges, & canones, Ecclesiastica judicium terminentur, & Gelasius Papa *epist. 4. ad Anastasium Imperatorem, tom. 2.* Collectionis Harduini *col. 893.* scripsit: *Quantum ad ordinem pertinet publicæ disciplinæ, cognoscentes, Imperium tibi superna dispositione collatum, legibus, utis ipsi quoque parent religionis, Antistes, ne vel in rebus mundanis, nisi exclusæ videantur obviare sententiæ. Hinc pariter Hincmarus, Archiepiscopus Remensis, in scheda, seu libello expostulationis adversus Hincmarum, Episcopum Laudunensem, quem obtulit Synodo Duziacensi l. sapius, sed præcipuè *cap. 23.* ad leges civiles provocavit, *tom. 5.* Collectionis Harduini *col. 1157.* Quamobrem, si Episcopus in sua Synodo causam pertractaret, de qua in sacris Ecclesiæ canonibus nihil inventiret statutum, & posset, & deberet leges civiles allegare, eisque adhaerere.*

II. Plures etiam leges civiles Ecclesiasticis constitutionibus robur, & firmitatem adiungunt; puta, quia in illarum contemptores, & refractarios severis poenis animadverunt; & ea pariter, utpotè foventer Ecclesiasticam disciplinam; perutiliter allegantur. Ita Leo Magnus *epist. olim 93. num. 15.* ad Turibium Asturicensem Episcopum adducit, & summo præ commendat leges à Principibus latis contra hereticos Priscillianistas, inquit: *Etiam Mundi Principes ita hanc sacrilegiam, amentiam detestati sunt, ut auctorem ejus cum perisque discipulis, plebem publicarium esse prosequerent.* Profruitur ista districtio Ecclesiasticæ lenitatis, quæ etsi Sacrosancti iudicio, orientes relictos, fugit utiliones, severis tamen Christianorum Principum constitutionibus adjuvatur; dum ad spirituale non

num-

numquam recurrant remedium, qui  
 «*stiment corporale supplicium.*» Ob  
 eandem rationem; quod nimirum sint  
 Ecclesie favorabiles; sine ulla diffi-  
 cultate in medium profertur possunt  
 leges civiles concedentes privilegia,  
 atque exceptiones Ecclesiis, eorum-  
 que Administris; ex *gr. Auth. Item  
 nulla, Cod. de sacramentis Ecclesie,*  
 ubi Ecclesie, & persone Ecclesiasti-  
 cæ ab exactioibus, & oneribus, per  
 seculares Magistratus imponendis, li-  
 berantur. *Auth. ingressi, Cod. eod.*  
 ubi bona ingredientium Religionem,  
 si intestati decedant, monasteriis ad-  
 dicuntur; & *Auth. Quas actiones,*  
*Cod. eod.* ubi Imperator tempus qua-  
 draginta annorum exposcit, ut quis  
 usucapiat res immobiles, ad inferior-  
 res Ecclesias pertinentes; ad Roma-  
 næ Ecclesie, tamquam omnium pres-  
 tantissimæ, ac ceterarum Capiti, pri-  
 vilegium indulget, ne adversus eius-  
 dem bonæ, vel iura præscribi valeat,  
 nisi centum annorum spatio. Eo au-  
 tem liberius potest prædicta lex civilis  
 allegari, quia utrumque privilegium est  
 in sacros canones insertum; privile-  
 gium etenim inferiorum Ecclesiarum  
 legitur in *cit. II. lnd.* in *cap. Quia in-  
 dicante, de prescriptionibus, & in  
 cap. Accedentibus, de privilegiis;* &  
 de privilegio Ecclesie Romanæ men-  
 tio fit in *Can. penult. & ult. 16. quest.*  
*3. in cap. Cum dilecta, de confirma-  
 tione nulli, vel inutili, in cap. Cum  
 vobis, in cap. Ad Audientiam, in  
 cap. Si diligenti, de prescriptionibus,*  
*& in cap. Si qui, de præ-  
 scriptionibus, in 6.* In Annalibus tamen  
 Venerabilis Cardinalis Baroni ad  
 annum Christi 190. *ann. 28.* legitur  
 de S. Gregorio Magno, quod, cum mis-  
 sisset Petrum Subdiaconum in Siciliam,  
 qui præter alia sibi injuncta, Patrimo-  
 nium Ecclesie Romanæ in ea Insula  
 consistens provida cura administraret;

«*ad eundem Petrum paulo post li-  
 teras dedit, cum ipse vendicare vel-  
 let Romanæ Ecclesie fundum quendam,*  
*præcipiens, ut, si quadragin-  
 ta annis absque intermissione pos-  
 sessio illius continuata esset, nul-  
 la fieret possessori molestia, non-  
 nens uti privilegio à Justiniano Ec-  
 clesie Romanæ concessio centum  
 annorum, ne exordia Pontificatus  
 sui aliorum lacrymis suspicaretur.*»  
 Literæ deputacionis prædicti Petri  
 Subdiaconi leguntur inter epistola  
 S. Gregorii Magni *lib. 1. epist. 1. ad  
 universos Episcopos Sicilie.* Quæ  
 autem ad ipsum Petrum conscrip-  
 ta memorat Cardinalis Baro-  
 nius, videri possunt in *epist. 9. cit.*  
*lib. 1.*

III. Fas etiam erit Episcopo ali-  
 quid, ad normam ceteroquin sacro-  
 rum Canonum, constituentium, innuere,  
 atque in exemplum afferre leges civiles,  
 quid simile decernentes. Ita se gessit  
 Innocentius III. in *cap. Vergenti, de  
 hæresibus,* ubi bona hæreticorum con-  
 fiscanda edicens, eaque in terris Im-  
 perii fisco seculari, in terris Ecclesie  
 fisco Ecclesie addicenda, exemplo uti-  
 tur legum secularium, eadem po-  
 tuerunt afflictiorem reos lætæ majestatis. Idem-  
 que exemplum legum secularium, in  
 aliis etiam delictis, delinquentium bo-  
 na fisco addicentium, adhibuit Boni-  
 facius VIII. in *cap. Cum secundum le-  
 ges, de hæretic. in 6.* ut inde pariter  
 conficeret, potiori jure confiscanda esse  
 bona hæreticorum. Inde insuper Pon-  
 tificex in *Extravag. 1. de electione, in-  
 ter communes,* prohibens, quenquam  
 in Episcopum recipi, qui antea non  
 exhibuerit Apostolicas litteras, testa-  
 tes, sibi talis Ecclesie regimen fuisse  
 commissum, utitur exemplo legum se-  
 cularium, id ipsum ad se fieri præci-  
 plentium; qui ad aliquam provinciam  
 gubernandam se à Principe missos asse-

rant. Denique idem Bonifacius VIII.  
 in *cap. Si judex, de sentent. excomm.*  
 in 6. ad confirmandum quod ibidem  
 decernit, nimirum reum à Curia se-  
 culari deprehensum in habitu, & Ton-  
 sura Clericali, reputandum esse Cle-  
 ricum; donec constet de contrario; ac  
 proinde veluti talem Curie Ecclesiasti-  
 cæ tradendum, utitur auctoritate leg-  
 um civilium, idem in re simili de-  
 cernentium: *Sicut de illo, qui in  
 possessione ingenuitatis existit, si  
 dicatur ab alio liberinus; legalis  
 sancti auctoritas, ut probandi ne-  
 cessitate, non ipse, sed adversa-  
 rius adstringatur,* atque, ut magis  
 adhuc insinuet, unumquemque  
 talem præsumi, qualis ex habitu esse  
 dignoscitur, alium adducit exem-  
 plum; à legibus pariter civilibus pe-  
 titum; «*Justum est enim, ut ipse  
 utalis, quem gestat, ex habitu quovis-  
 que appareat aliud præsumatur, qua-  
 nalis esse, cujus fert habitum, com-  
 probatur. Ex signare namque con-  
 sueto fabricensibus imprimi, latians  
 fabricensibus agnoscitur. Et custodes  
 aquarum, (quos hydrophilacas no-  
 minant) quæ eis inungi solet, anno-  
 tatione signati, manifesti sunt om-  
 nibus, & angariarum nomine non re-  
 videntur.*» Fabricenses quippè, hoc  
 est homines deputati ad arma cu-  
 denda in publicis fabricis, notabantur  
 stigmatè in brachiis, ut, si ab opere  
 se subducerent, cui erant perpetuo allig-  
 ati, ex eo dignosci possent, nullique  
 liceret fugientes receptare; quod ha-  
 beretur in *l. Stigmata, Cod. de fabri-  
 centibus lib. 11.* Similiter hydrophila-  
 cæ, seu aquarii, homines scilicet,  
 quibus commissa erat custodia publi-  
 corum aqueductuum; signandi erant  
 Imperatoris stigmatè in singulis mani-  
 bus, *l. Decoratus, Cod. de aquæ duc-  
 tu, cod. lib. 11.* ut inde essent omni-  
 bus manifesti, nec unquam à proprio

manere distraherentur; uti in eadem  
 lege cavetur. Erant nimirum tam fa-  
 bricenses, quam hydrophilacæ, genus  
 quoddam servorum, quibus olim stigma  
 inurebatur in facie; sed Constantinus Augustus in *l. 17. Cod. de Pa-  
 nis,* venit, ne ullum signum ho-  
 minum vultibus deinceps imprimere-  
 tur, quo facies (ait) *quæ ad si-  
 militudinem pulchritudinis est cœ-  
 lestis figurata, minime maculetur,*  
 iussitque, ut deinceps poena crimi-  
 num reis inflicta scriberetur in eorum-  
 dem suris, vel manibus, ex quo fac-  
 tum est, ut etiam illi qui spontè  
 se publicis operibus in perpetuum  
 mancipabant, non in vultu, sed in  
 brachiis, vel manibus signarentur. Jam  
 verò, ratiocinatur Bonifacius, si re-  
 ceusati homines, ex civilium legum  
 sanctione, tales præsumuntur, quales  
 apparent ex signo, quod in brachiis,  
 aut manibus habent impressum, ideo-  
 que, nulla interjecta mora, sunt ad  
 opus reducendi, ad quod dignoscon-  
 tur addicti; ita pariter, qui signa ges-  
 tat Clericalia, habitum videlicet, &  
 tonsuram, donec contrarium probetur  
 pro Clerico habendus est. & tam-  
 quam talis Ecclesiastico foro illicò restituendus.

IV. Præterea inopportunum quan-  
 doque non erit, commemorare severis-  
 simas poenas, à legibus sæculi in hu-  
 jus, aut illius delicti fontes inflictas,  
 puta in homicidas, adulteros, usura-  
 rios; ut hac ratione, qui ad eæ crimi-  
 na proclives sunt, eorumdem gravi-  
 tatem magis agnoscant, atque ab illis  
 perpetrandis retrahantur. Denique, si  
 cuiusquam nimirum asperè videantur leg-  
 es Ecclesie, quas propterea nonnihil  
 leniri & temperari, ut ab illis salu-  
 tem se absolvi exoptaret, salubre con-  
 siliium erit, ei in memoriam revocare  
 leges civiles, è quarum conspectu mi-  
 tes & suavissimè apparere poterunt



Ecclesiasticæ sanctiones. Id Innocentius III. in cap. *Per venerabilem*, qui filii sui legitimi, scribens ad Willhelmum Comitem Montis Pessiani, qui suos filios spurios à Pontifice legitimi petierat, ejus petitioni abnuens, ne hac repulsa Comes offenderetur, opportunitatem duxit, adducere leges civiles, longè reverentius, quam Ecclesiasticas, spurios insectantes, inquit: *Canonem verò veteris tales ad sacros Ordines promoveri, secularibus quoque legibus, non solum repellentibus est à successione paterna, sed negantibus ipsi etiam alimenta, petitioni tunc non duximus anuendum*. Denique, si quæ sunt leges civiles Ecclesiasticis sanctionibus adstantiales, itque conformes, haud interdictum erit eas commemorare; uti factum videmus à laudato S. Gregorio Magno in epist. 54. lib. 1. in qua Joanni Defensori, quem in Hispanias pro Ecclesiastica causa ipsi delegata mittebat, opportuna mandata dant, hæc ait: *De persona Presbyteri hoc attendendum est, quia, si quam causam habuit, non ab alio teneri, sed Episcopus ipseus adiri debet, sicut Novella Constitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis, & Deo amabilibus, ac Reverentissimis Episcopis, Clericis, & Monachis*. Similiter Joannes VIII. Pontifex in sua epistola 167. Episcopis suadere, ac etiam prescribere volens, ut neminem temere excommunicarent, sed solum causa cognita, & accuratè discussa, non modo Ecclesiasticos Canones, sed etiam Novellas Constitutiones Justiniani Imperatoris citat, dicens: *Insuper nostro Apostolatus inimicavit, ut cum sine ratione discussa excommunicare vultis. Quapropter Apostolica auctoritate jubemus, ut nemo vestrum eum excommunicet, antequam ad legis examen perveniat. Scitote, quoniam in ceteris*

*capitula Concilii Africani legitur, similiter in secundo Novellarum Justiniani libro, ut nemo Episcopus, aut Presbyter laicum excommunicet, antequam causa probetur*.

V. Si hæc omnia diligenter consideret Episcopus, facile deprehendet, quid sibi voluerit Fagnanus, cum movit, abstinendum esse ab allegandis in Synodo legibus civilibus ab Ecclesiâ reprobatis; contra verò satis intelliget, quo censu, & intra quem modum accipienda sint verba illa Hincmari Remensis in Opusc. 17. ubi ait: *Leges Romanas ab Imperatore Justiniano promulgatas probat Ecclesiâ, aliæque ab Ivone Carnotensi prolata in epist. 280. videlicet: Instituta legum Novellarum commendat, & servat Romanæ Ecclesiæ; hisque collatis cum textu Nicolai I. in Con. Lege Imperatorum, dist. 10. cujus verba superius attulimus, in calce capituli duodecimi hujus libri, satis, superque edocibitur, quas leges civiles tunc commemorare, atque in suas Synodales Constitutiones inserere valeat*.

## CAPUT XV.

*Nihil in Synodo constituendum, quod Regularium privilegia laedit.*

Quemadmodum inferiori non licet legem abrogare à Superiore latam, ita nec privilegia derogare cuipiam à Superiore concessis; quocirca S. Gregorius Magnus epist. 14. lib. 8. indicat. 1. tom. 2. Oper. col. 905. *Hæc Constitutionis nostræ decreta, quæ pro Defensorum sunt privilegia, & ordinatione disposita, perpetua stabilitate, & sine aliqua constitutionis refragatione servari, sive qua scripto decrevimus, seu qua in eis*

sin nostra presentia videntur esse disposita; nec à quoquam Pontificum sin totum, partemve, qualibet occasione, convelli decernimus, vel mutari; & epist. 111. lib. 9. indicat. 22. col. 1018. *„Cura est sollicitudinis adhibenda, ut ea, quæ pro quiere Monachorum, religiosaque conversationis fuerint ordinata, nec dissimulatione negligere, nec quædam valeat præsumptio perturbare. Sed sicut in hoc, quod ratio exigebat utiliter, oportuit definiti; ita, quod definitum est, non debet violari.*” & Innocentius IV. in Concilio Generali Lugdunensi relato in cap. 1. de Privileg. in 6. *Volentes* (inquit) *libertatem, quam nonnullis Apostolicæ Sedis privilegio exemptionis induit; sic integram observari, ut & illam alii non infringant, & ipsi ejus limites non excedant*.

II. Hæc, aliæque jura, id ipsum decernentia, Episcoporum oculis subiecit Fagnanus in cap. *Quod super his, de inferiori, & obed. auct. 14. ad fin. ut sibi persuasum haberent, nihil Synodaliibus Constitutionibus esse inserendum, quod præjudicium inferat privilegii à Sede Apostolica concessis Regularium Ordinum Institutis. Ad uberiorem autem Episcoporum instructionem, in exemplum addidit idem Fagnanus quædam Synodum Cracoviensem, è cujus Actis, jubenti Paulo V. exquæta fuerè nonnulla decreta, quibus Regularium exemptio vulnerabatur. Haud abnorme exemplum nos adnotatum reperimus in lib. 14. decretor. sacre Congregationis Concilii pag. 602. ubi Robertus Cardinalis Ubaldini refert, à sacra Congregatione approbata fuisse Acta, & Decreta Concilii Provincialis Cameracensis, hæc tamen adjecta declaratione, ut per illa nihil converteretur derogatum privilegii Regularium; quibus propterea denun-*

tom. I.

tiari mandavit, ut sua privilegia, non clari in corpore Juris, quantumvis ejusdem provincie Episcopis exhiberent, ut hæc ratione isti cognoscerent, quidnam in Concilio decrevisi illi adversaretur, & idcirco corrigendum foret.

III. Hæc fortasse exemplis nimium perterriti plerique Episcopi, nullum ne minimum quidem verbum in suis Synodis de Regularibus fecerè; quod tamen nos minime probandum censemus; siquidem quamplurima sunt, in quibus Regulares, quantumcumque fruantur exemptione, subsunt Episcopo, tamquam Apostolicæ Sedis delegato; & ne hujus subjectionis obliviscantur, necesse est, eam quandoque illis in memoriâ redigere, quod certe nunquam commodius, quam in Synodaliibus Constitutionibus fieri poterat. Quare saniori consilio alii Episcopi, absque ulla Regularium injuria, aut eorundem exemptionis violatione placet in suis Synodis expressè, & nominatim de illis sanxerè. Atque, ut antiquiora hujus rei præteream exempla, in Synodo Amëina, habita anno 1595. ab Antonio Maria Gratiano, duo leguntur integra capitula Regulares respicientia, unum sub num. 929. cui titulus: *Quando quicunque Regularis Episcopus est; alterum sub n. 930. ubi casus enumerantur, in quibus Episcopi justis, editisque Regularibus pariter debent*. De Regularibus pariter multa speciatim statuta deprehendimus in sæpiis à nobis laudatis Synodis, nimirum Casertensi habita à Cardinali Denhoff lib. 2. cap. 7. Neapolitana habita à Cardinali Cantelmo p. 4. cap. 8. Imolensi sub Cardinali Gozzadino tit. 7. cap. 10. Sabinesi coacta à Cardinali Hannibale Albano, c. 8. ac Singulana, celebrata à Cardinali Lanfranco ann. 1736. cap. 10.

IV. Verum, ut Episcopus tuto, &

Gu 3

si-

sine ullo offendiculo, in hoc negotio procedat, debet omnia bene prænoscere, in quibus Regulares habet suæ jurisdictioni obnoxios. Hæc singulatim recensentur ab Auctoibus de hac materia tractantibus, præcipue ab Erasmo Cokier de *jurisdic. Ord. in exempt. part. 2. quæst. 25.* Fagnano in *c. Græve de offic. Ord. à num. 37. usque ad fin.* Natall Alexandro in *Append. 1. ad tom. 1. Theolog. dogmat. & moral.* & quibus pauca quædam respicimus. Et primo quidem Regulares delinquentes contra Decretalem Innocentii III. in *cap. 1. de custod. Eucharist.* non solum à suo Superiore Regulari, sed etiam ab Episcopo, cui tanti Sacramenti cura debet potissimum incumbere, corrigi, & puniri possunt; sicuti, approbante Innocentio XIII. die 8. Januarii 1724. rescriptum fuit à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, cujus decretum referatur in *Appendice ad citatam Synodum Neapolitanam*, habitam à Cardinali Pignatelo, *num. 20.* Et quoniam ad SS. Eucharistiam majorem venerationem conferri, ne passim, & sine causa, publice Fidelium adorationi exponatur, propterea sacra Congregatio Concilii, apud eamdem Fagnanum *num. 77.* censuit, non licere Regularibus, illam in propria Ecclesia, sine velle expone, nisi ex causa publica, à loci Ordinario approbata. *Sacra hæc. censuit.* (i) *ut vult decreti editi die 27. Augusti 1630. non liceat Regularibus, etiam in eorum propriis Ecclesiis, sanctissimum Eucharistiam Sacramentum publice adorandum exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario, ex causa autem privata posse, à modo Sanctissimum Sacramentum è tabernaculo non extrahatur, & sit velatum ita, ut ipsa sacra Hostia videri non possit.* De quo argumen-

to plura à nobis collecta legi possunt *Instit. 30.*

VI. Præterea Concilium Tridentinum in decreto *sess. 22. de observandis & extimandis in celebratione Missæ*, postquam plura statuit religiosè servanda in celebratione hujus tremendi Sacrificii addidit: *» Hæc igitur nomina, quæ summam enumerata sunt, omnibus locorum Ordinariis vitæ proponuntur; ut non solum ea vitæ, sed quæcumque alia hæc continere visa fuerint, ipsi, pro data visib. à sacrosancta Synodo potestate, hæc etiam ut delegati Sedis Apostolicæ prohibeant, mandent, corrigant, & statuant, atque ad ea inviolatè servanda, censuris Ecclesiasticis, aliiisque poenis, quæ illorum arbitrio constituentur, Fidelem populum ne compellat; non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque.* Ex quibus verbis aperte conficitur, amplam atque indènitam auctoritatem datam esse Episcopis compellendi Regulares quoscumque ad plenam & exactam observationem non tantum eorum, quæ præfato decreto continentur, verum etiam aliorum, quæ ipsimet Episcopi ad majorem illius ineffabilis Mysteriorum decorem & cultum, duxerint præcipienda; quæ circa laudatus Cardinalis Lanfridinus in citata Synodo Cingulana jure dixit: *» Cum etiam Regulares, nec vi decreti sacri Concilii Tridentini, subiant correctioni, & punitioni Episcopi, si commiserint prohibita, vel inobedientia in Ecclesiis, veliam suorum Ordinum, circa Missæ Sacrificium (prout alias à sacra Congregatione Concilii declaratum fuit), diligenter caveant eorumdem Ordinum Superiores, ne quomodolibet potestate, nobis competente, nuti cogamur in sibi subjectos Sacre-*

»dotes.» Quoniam verò in eodem Tridentini decreto Episcopis præcipitur, ut *singuli in suis Diocesisbus interdicant, ne cui usque, & ignoto sacerdoti Missas celebrare liceat; jure pariter Joseph Cardinalis Spinelli, Archiepiscopus Neapolitanus, die 3. Januarii 1743. sub poena suspensionis à Divinis ipso facto incurrenda, etiam Regularibus injunxit, ne quempiam exterum Sacerdotem in suis Ecclesiis celebrare permittant sine prævia Ordinarii licentia; quod à nobis veitum fuerat in nostra *Instit. 34. §. 1.* Pro sua quippe rerum Ecclesiasticarum singulari peritia probe noverat idem Cardinalis, prædicti decreti virtute, factam esse Episcopis facultatem etiam censuris animadvertendi in contumaces & inobedientes Regulares. Eundem, cum in eodem decreto eorum reperitur, ne Episcopus quemquam prædatur missam celebrare extra Ecclesiam in Altari portatili; hæc verò sacra Congregatio Concilii die 4. Junii 1672. licuisse censuit Archiepiscopo Tolerano, contravenientes Regulares, etiam censurarum inflictione, coherere; uti habetur *lib. 27. decretor. pag. 406.* Atque, generatim loquendo, in his, in quibus à jure communi, à Sacro Concilio Tridentino, à Constitutionibus Apostolicis tributa est Episcopo jurisdictione in Regulares, potest illos etiam per censuras Ecclesiasticas compellere; quod totidem verbis ab eadem sacra Congregatione rescriptum legitur ad Episcopum Nebiensem die 7. Februarii 1632. *lib. 14. decretor. pag. 371. à tergo.* Ob eandem rationem, quia scilicet Tridentinum *sess. 25. de invocac. & venerat. reliq. Sanctorum*, decrevit, ne in ulla Ecclesia, quomodolibet exempta, ulla exponatur insolita Imago, aut nova Reliquia, ab Epis-*

copo non approbata; minime dubitandum est, quin possit Episcopus inobedientes Regulares quibuscumque poenis, etiam censurarum, compescere; quod etiam ex decreto colligitur edito à sacra Congregatione Concilii 5. Junii 1700. apud Monacellum in *formal. tom. 1. titul. 3. formul. 8. numer. 49.*

VI. Eadem porò sancta Tridentina Synodus, *sess. 24. cap. 1. de Regular. Bonificii VIII. Constitutionem* renovans, quæ legitur in *cap. Periculo, de statu Monachorum in 6. Sacramentalium clausuræ exactam custodiam Episcopis commisit, isdemque mandavit, ut in omnibus monasteriis sibi subjectis, ordinaria, in aliis vero, Sedis Apostolicæ auctoritate, clausuram Sacramentalium, ubi violata fuerit, diligenter restitui, & ubi violata est, conservari maxime procuraret, inobedientes atque contradiutores, per censuras Ecclesiasticas, à laique poenas, quæcumque appellatione postposita, compescerent. Hanc verò sanctionem explicavit, ampliusque Gregorius XV. in sua Constitutione 18. incipiente *Inscrutabili, Bullar. tom. 3. decernens* quoscumque Regulares, delinquentes in his, quæ respiciunt clausuram Monialium, etiam ipsimet Regularibus subjecta, aut personas intra monasterii septa degentes, corrigi & puniri posse ab Episcopo loci, nunquam Apostolicæ Sedis delegato. Quo verò sanctissimum clausura custodiretur illegisa, Alexander VII. in sua Constitutione 156. quæ incipit *Felici, Bullar. tom. 5. vetuit*, Prælati Regulari semel duntaxat in anno, occasione visitationis, fas esse monasterii sibi subjecti septa ingredi; si autem necessitas urgeat sagulis in anno idem monasterium ingrediendi, id non aliter Prælati Re-*



gulari licere voluit, quam cum præsentia Episcopi Diocesani, aut alterius personæ Ecclesiasticæ, ab ipso met Episcopo specialiter deputanda.

VII. Et quoniam crebri allocutiones Regularium cum Monialibus, vitæ sunt quodammodo advariari fini perfectæ clausuræ, cuius præcipuus scopus fuit segregare Moniales ab hominum consortio, ut liberis orationi vacent, & Deo unice animum intendant, idcirco pluribus Pontificis sanctionibus vetitus fuit Regularibus accessus ad Moniales, etiam sui Ordinis, nisi que Prælatis subiectas, sine expressa licentia non solum ejusdem Prælatis Regularis, sed etiam Episcopi. Sanctum id fuerat à Sixto V. anno 1590. cuius decretum Paulus V. Urbanus VIII. alique posteriores Pontifices confirmarunt & renovarunt. Verum quia Regularia varia tentantur effugia, ut ejusmodi decretum eluderent, novis propterea sanctionibus fuit roborandum, & clarius explicandum. Dicitabant plerique, gravis culpx reos non fieri Regulares, alloquentes Moniales ex rationabili causa, atque ad honestum finem. Alii subtilibus ratiocinationes, opinabantur, horæ quadrantem cum dimidio, respectu spatii 24. horarum, quibus dies naturalis absolvitur, exiguum esse materiam que Ecclesiasticæ præcepti transgressionem plerumque excusat à gravi noxa; ac prinde, per tanti temporis intervallum; quod eleystra metiebantur, putabant, se posse, sine periculo lethalis peccati, cum Monialibus loqui, nulla petita ab Episcopo licentia. Arbitrabantur alii, saltem prædicto decreto non comprehendî Regularis predicationis munus obruentes in Monialium monasteriis; quibus idcirco docebant, licere, post explicitam concionem, sermonem cum illis habere, præsertim de rebus spiritua-

libus, in ipsa prævia concione tractatis. Sed istas omnes cavillationes amputavit sacra Congregatio Concilii, quæ die 11. Maii 1669. approbante Clemente IX. declaravit, Regulares quoscumque, *absque legitima facultate* accedentes ad colloquendum *etiam per quodcumque modicum temporis spatium, cum Monialibus, aut aliis intra clausuram degentibus, peccare mortaliter, easque sub excommunicationis, privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque contra Regulares accedentes, sine licentia, ad monasteria Monialium statutis penis, posse ab Ordinario tamquam Sedis Apostolicæ delegato coerceri.* Et die 26. Novembris 1672. respondit, nullum quantumvis honestam & rationabilem causam eximere à gravi culpa Regulares accedentes ad Moniales sine Episcopi licentia. Ac die 21. Maii 1678. iisdem penis affici dicit Regulares, qui, post habitam ad Moniales concionem, de quibuscumque rebus cum iisdem loquuntur, nisi specialem quoad hoc facultatem ab Episcopo antea impetraverint. Hæc aliaque sacra Congregationis decreta, eandem materiam respicientia, simul collecta habentur post Diocesanam Synodum Pisnam anni 1708. & in Appendice ad Synodum Lucanam, habitam ab Archiepiscopo Colledro anno 1726.

VIII. Ad eandem clausuræ materiam pertinet translatio Monialium de uno ad aliud etiam ejusdem Ordinis, & Instituti monasterium. Sed hæc Apostolicæ Sedi reservata est, sicuti concessio licentiæ egrediendi è monasterio. Nihilominus eveniente aliquo repentino casu, quo haberi nequeat recursus ad Sedem Apostolicam, permitti potest Monialibus egressus è monasterii clausuris. Verum hujusmodi casus tres omnino numerantur: nempe mag-

nium incendium, infirmitas lepx, ac epidemix, sive pestis. Et quoniam Episcopus, ut supra dictum fuit, ex Apostolicæ Sedis, & Concilii Tridentini delegatione clausuræ Monialium custos est etiam quoad monasteria ab ordinaria sua jurisdictione exempta, idcirco S. Pius V. Pontifex Maximus in sua Constitutione, quæ incipit *De cori & honestati, in Bullario veteri tom. 6. n. 8. & in postrema Romana editione tom. 4. part. 2. numer. 15.* voluit, ut, ubi Moniales, etiam Regularibus subjectæ, necesse habeant, ad evitanda predictarum infirmitatum pericula, è monasterio exire, non modo Prælatis Regularis, sed etiam Episcopi licentia in scriptis accedat. Olim scitata fuit controversia, an, præter casus superius expressos, Moniales è claustris extrahi possint absque auctoritate Apostolicæ Sedis; eveniente tamen casu aliquo ita gravi, ut aliis supra dictis, in S. Pii Constitutione expressis, quodammodo æquipollet, ut puta, si Monialis aliqua, propter morum pravitatem ab uno ad aliud monasterium transferenda iudicetur; siquidem morum corruptela epidemico morbo æquiparari potest. De hac questione inter Doctores Salmaticæ actum fuit, quo tempore Cardinalis de Lugo in ea civitate morabatur. Et hic quidem in *Respons. moral. lib. 5. cap. 18.* sententias Theologorum, & Canonistarum celebres illius studiorum Universitatis exponit; ipse verò eam amplectitur, quæ docet, minime licere, sine auctoritate Sedis Apostolicæ, Monialem ab uno ad aliud monasterium transferre in penam delicti ab ea commissi; hoc enim frequenter nimium translationibus viam aperiret; sed licitum esse ad hujusmodi translationem procedere, propter evidens periculum scandalii, & perversionis aliarum Monialium;

hunc etiam casum verè putat æquipollem esse morbo epidemix in Bulla S. Pii V. expresso. Hujusmodi autem sententiæ innixi quidam, ulterius progressi sunt, contententes, translationem in hisce casibus fieri posse solo Prælatis Regularis iudicio & impetio, non requisita aut obtemperata Episcopi licentia. Quod tamen nullo pacto suscipere potest. Si enim Episcopi auctoritas necessaria est pro extrahendis è clausura Monialibus, etiam ab illius ordinaria jurisdictione exemptis, in ipsis casibus litteraliter expressis in Bulla S. Pii V. quis unquam suadere poterit, Episcopi auctoritate opus non esse, ubi agatur de aliis casibus, qui in Bulla nequaquam expressi sunt, sed ad illius dispositionem sola ratiocinationis subtilitate pertracti?

IX. Neque verò prædictis tantum limitibus circumscriptur delegata jurisdictioni Episcopi in Regulares, sed longe ulterius protenditur. Etenim coercitione Episcopi sunt obnoxii Regulares excipientes Confessiones secularium sine accepta ab Episcopo facultate contra decretum Tridentini *sess. 23. cap. 24. de reform.* Item excipientes Confessiones Monialium, etiam suo Ordini subiectarum, sine prævia Episcopi approbatione; juxta Constitutionem 18. Gregorii XV. *Bullar. tom. 7. & juxta Constitutionem 10. Clementis X. 5. 4. Bullar. tom. 7. pag. 170.* Illi enim Pontifices iustis gravibusque de causis, quas relet Fagonius in *capit. Cum Capella, de privili.* hoc discipline caput statuerunt, ut quavis Prælatis Regularibus Sacerdotibus Regularibus sibi subiectis, etiam ab Episcopo non approbatis, & sine illius licentia, facultatem tribuant excipienti Confessiones suorum collegarum Regularium, minime tamen valeant Monialibus sui Ordinis, quantumvis eorum gubernio sub-

subiectis, inconsulto Episcopo, & sine illius approbatione, Confessarios ordinarios, aut extraordinarios deputare; ut videre est in citatis eorum Constitutionibus, quæ licet in Hispaniarum regnis suspensæ fuerint in vim celsitudinis Brevis Urbani Papæ VIII. Relati apud *Lezanam consulti. 40. num. 116.* in aliis tamen orbis Catholici regionibus, pro quibus ejusmodi Brevia suspensiva non proderunt, omnimodæ executioni demandari debent, quemadmodum Ultramontani etiam Scriptores fatentur, Thomassinus *de veteri. & nova Ecclesiæ disciplina part. 1. lib. 3. cap. 40. num. 7.* Van-Expæ *Juris Ecclesiastici tom. 2. tit. 6. de Sacram. Pœnit. n. 27.* Cabassutus *in Theor. & Prax. Juris Canon. lib. 3. cap. 11. num. 18.* Genett. *in Theologia Moral. tom. 4. tract. 6. de Sacram. Pœnit. c. 8.* Natalis Alexander *in Theologia Dogmat. & Moral. lib. 2. de Sacram. Pœnit. art. 10. regul. 7.*

X. Ad idem rerum genus pertinent ea quæ sequuntur. Sacra Tridantina Synodus *sess. 25. cap. 10. de Regular.* providè constituit, ut Superiores etiam Regulares Monialibus sibi subditis Confessarium extraordinarium habeat, aut ter in anno offerre tenerentur. Sed, quoniam hujusmodi Confessarius semper ex ipso Superioris Regularis Ordine delegabatur, idque pusillus fortè mulierum animos in graves sæpè angustias conjiciebat, sub Innocentio Papa XIII. post diturnum examen circa plura discipline capita, quæ pro Hispaniarum regnis definienda ut stabilienda proponebantur, habitum in Congregatione particulari ad fidè deputata, cui nos, tunc in minoribus constituti, Secretarii officium præstitimus, hæc etiam constitutum fuit, ut Superiores Regulares Monialibus sibi subiectis semel saltem in anno Confessa-

rium extra ordinem deputarent Presbyterum aliquem ad id approbatum, secularem, vel alterius Ordinis Regularem; quod si id ab ipsis negligenter, tunc Episcopi, pro sui arbitrio, & conscientia, deputationem hujusmodi facere valeret, nec illa quovis titulo, aut prætextu à Superioribus Regularibus impediri posset; ut videre est in litteris Apostolicis ab Innocentio XIII. editis quarum initium est *Apostolici ministerii*, quæque deinceps à Benedicto XIII. in forma specificè confirmatas, nos ipsi ad supremum Pontificatum assumpti, hac parte, ad universum Orbem Catholicum expressè extendimus, & amplius per nostram Constitutionem, quæ incipit *Pastoralis Cura*, quæque extat *tom. 2. Bullarii nostri n. 56.*

XI. Utque alios aliquot casus enumerando exequamur, in quibus Regulares subiecti sunt Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, omittendi non sunt remanentes accedere ad publicas processiones, contra decretum Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 13. de Regular.* Predicantes in Ecclesiis suorum Ordinum Episcopo contradicente, vel non petita ab eo benedictione, aut in alienis Ecclesiis sine ejusdem Episcopi licentia, contra decreta ejusdem Tridentini *sess. 5. cap. 2. de reform. & sess. 24. cap. 4. ac citatam Constitutionem Interstabili Gregorii XV.* Non servantes interdictum ab Episcopo latum, aut dies festos ab Episcopo indicitos, vel recusantes promulgare censuras, jussu Episcopi denuntiandas, contra decretum *sess. 25. cap. 12. de Regular.* Conferentes litteras dimissoriales, aut Ordines suis subditis secularibus, contra decretum *sess. 25. cap. 10.* Publicè docentes, non emissa prius Fidei professione coram Episcopo loci, ad normam Consti-

stitutionis Pii IV. editam anno 1564. Graviter delinquentes in administratione cujuslibet Sacramenti, quemadmodum expressè sancitum fuit à Gregorio XV. in eadem *Constit. Interstabili §. 4.* Notorie, & cum scandalo delinquentes extra claustra; hi quippe, juxta Constitutionem Clementis VIII. editam 8. Martii 1596. puniri possunt ab Episcopo, nisi Superior Regularis, ab Episcopo admonitus, intra eam præfixam ab eodem Episcopo tempus, illos punierit, & de punitione Episcopum certiores fecerit. Delinquentes in personam ipsius Episcopi, ejusque jurisdictionem impediendo, juxta decretum sacre Congregationis Concilii, à Gregorio XIII. approbatum, de quo Fagnanus *in cit. cap. Grave, num. 76.* Transgredientes decretum ab Alexandro VII. editum die 27. Septembris 1659. quo privilegia concessa Prelatis, Episcopo inferioribus, quoad usum Pontificalem, intra certos terminos coarctantur, & locorum Episcopis potestas datur, decreti transgressores censuris coercendi. Presumentes dare habitum sui Ordinis mulieribus Tertiaris, non collegialiter viventibus, inconsulto Episcopo; privilegia enim, quæ ad id faciendum olim Regulares habuerant, ita hodie sunt limitata, ut nulli queant habitum prædictum conferre sine licentia Episcopi; ad quem pertinet præmittere examen conditionum, quas sacre Urbis Congregationis in mulieribus exigunt, quæ inter prædictas Tertiaris cooptari possunt; de qua re pluribus nos disserimus in *nostra Instit. 29.* ubi ediximus, Regularibus, priusquam à loci Ordinario facultatem obtineant, de qua est sermo, onus incumbere hæc ritè probandi, primo scilicet, se privilegium habere à Sede Apostolica concedendi sui Ordinis habitum loci-

minis non collegialiter viventibus; secundo, kennias habitum actu petentes, esse probatè vite, bonique moribus præditas; tertio, eas suæ ætatis annum agere quadragesimum; quarto, tot annuos redditus ex propriis bonis percipere, quot sunt ad earum alimentum necessarij; quinto denique, non cum aliis eas colabitate, quam cum personis in primo tantum consanguinitatis; vel affinitatis gradu sibi conjunctis; aliqua vero ex his conditionibus deficiente, debet Ordinarius petitam licentiam denegare. Quæ omnia in *prædicta nostra Institutione* præscripta, jam antea expensa à nobis pariter fuerant, occasione cujusdam causæ *Mabartianæ* sacre Congregationis Concilii, cujus Secretarii munere tunc temporis fungebamur, propositæ, & decisæ 10. Maii 1727. *Incensur. Resolut. tom. 4. pag. 55.*

XII. Sed tædè jam cætera prosequi, in quibus Regulares delegatè subjacent Episcopi jurisdictioni. Qui singula exactè & minutissimè descripta videre desiderat, citatos legat Cokier, & Fagnanum. Interim nos concludimus, integrum esse Episcopo in Synodalibus Constitutionibus hæc suam exereere delegatam auctoritatem in Regulares, & quandoquæ expedire ut id faciat, ad illos continendos in officio, & irrepetentes abusus cohibendos.

## CAPUT XVI.

*Modus adhibendus in Constitutionibus respicientibus Regulares.*

Eti Regularibus non ignorans, se in prædictis casibus Episcoporum subdi jurisdictioni, cum tamen in Synodalibus Constitutionibus se tangi sentiant, eas multis nominibus impugnant conantur; quod à longa ejusmodi



subiectis, inconsulto Episcopo, & sine illius approbatione, Confessarios ordinarios, aut extraordinarios deputare; ut videre est in citatis eorum Constitutionibus, quæ licet in Hispaniarum regnis suspensæ fuerint in vim celsitudinis Brevis Urbani Papæ VIII. Relati apud *Lezanam consulti. 40. num. 116.* in aliis tamen orbis Catholici regionibus, pro quibus ejusmodi Brevia suspensiva non proderunt, omnimodæ executioni demandari debent, quemadmodum Ultramontani etiam Scriptores fatentur, Thomassinus *de veteri. & nova Ecclesie disciplina part. 1. lib. 3. cap. 40. num. 7.* Van-Expæ *Juris Ecclesiastici tom. 2. tit. 6. de Sacram. Pœnit. n. 27.* Cabassutus *in Theor. & Prax. Juris Canon. lib. 3. cap. 11. num. 18.* Genett. *in Theologia Moral. tom. 4. tract. 6. de Sacram. Pœnit. c. 8.* Natalis Alexander *in Theologia Dogmat. & Moral. lib. 2. de Sacram. Pœnit. art. 10. regul. 7.*

X. Ad idem rerum genus pertinent ea quæ sequuntur. Sacra Tridentina Synodus *sess. 25. cap. 10. de Regular.* providè constituit, ut Superiores etiam Regulares Monialibus sibi subditis Confessarium extraordinarium habeat, aut ter in anno offerre tenerentur. Sed, quoniam hujusmodi Confessarius semper ex ipso Superioris Regularis Ordine deligebatur, idque puillis fortè mulierum animos in graves sæpè angustias conjiciebat, sub Innocentio Papa XIII. post diturnum examen circa plura discipline capita, quæ pro Hispaniarum regnis definienda ut stabilienda proponebantur, habitum in Congregatione particulari ad fidè deputata, cui nos, tunc in minoribus constituti, Secretarii officium præstitimus, hæc etiam constitutum fuit, ut Superiores Regulares Monialibus sibi subiectis semel saltem in anno Confessa-

rium extra ordinem deputarent Presbyterum aliquem ad id approbatum, secularem, vel alterius Ordinis Regularem; quod si id ab ipsis negligenter, tunc Episcopi, pro sui arbitrio, & conscientia, deputationem hujusmodi facere valeret, nec illa quovis titulo, aut prætextu à Superioribus Regularibus impediri posset; ut videre est in litteris Apostolicis ab Innocentio XIII. editis quarum initium est *Apostolici ministerii*, quæque deinceps à Benedicto XIII. in forma specificè confirmatas, nos ipsi ad supremum Pontificatum assumpti, hac parte, ad universum Orbem Catholicum expressè extendimus, & amplius per nostram Constitutionem, quæ incipit *Pastoralis Cura*, quæque extat *tom. 2. Bullarii nostri n. 56.*

XI. Utque alios aliquot casus enumerando exequamur, in quibus Regulares subiecti sunt Episcopis tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, omittendi non sunt remanentes accedere ad publicas processiones, contra decretum Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 13. de Regular.* Predicantes in Ecclesiis suorum Ordinum Episcopo contradicente, vel non petita ab eo benedictione, aut in alienis Ecclesiis sine ejusdem Episcopi licentia, contra decreta ejusdem Tridentini *sess. 5. cap. 2. de reform. & sess. 24. cap. 4. ac citatam Constitutionem Interstabili Gregorii XV.* Non servantes interdictum ab Episcopo latum, aut dies festos ab Episcopo indicitos, vel recusantes promulgare censuras, jussu Episcopi denuntiandas, contra decretum *sess. 25. cap. 12. de Regular.* Conferentes litteras dimissoriales, aut Ordines suis subditis secularibus, contra decretum *sess. 25. cap. 10.* Publicè docentes, non emissa prius Fidei professione coram Episcopo loci, ad normam Consti-

stitutionis Pii IV. editam anno 1564. Graviter delinquentes in administratione cujuslibet Sacramenti, quemadmodum expressè sancitum fuit à Gregorio XV. in eadem *Constit. Interstabili §. 4.* Notorie, & cum scandalo delinquentes extra claustra; hi quippe, juxta Constitutionem Clementis VIII. editam 8. Martii 1596. puniri possunt ab Episcopo, nisi Superior Regularis, ab Episcopo admonitus, intra eam præfixam ab eodem Episcopo tempus, illos punierit, & de punitione Episcopum certiores fecerit. Delinquentes in personam ipsius Episcopi, ejusque jurisdictionem impediētes, juxta decretum sacre Congregationis Concilii, à Gregorio XIII. approbatum, de quo Fagnanus *in cit. cap. Grave, num. 76.* Transgredientes decretum ab Alexandro VII. editum die 27. Septembris 1659. quo privilegia concessa Prelatis, Episcopo inferioribus, quoad usum Pontificalem, intra certos terminos coarctantur, & locorum Episcopis potestas datur, decreti transgressores censuris coercendi. Presumentes dare habitum sui Ordinis mulieribus Tertiaris, non collegialiter viventibus, inconsulto Episcopo; privilegia enim, quæ ad id faciendum olim Regulares habuerant, ita hodie sunt limitata, ut nulli queant habitum prædictum conferre sine licentia Episcopi; ad quem pertinet præmittere examen conditionum, quas sacre Urbis Congregationis in mulieribus exigunt, quæ inter prædictas Tertiaris cooptari possunt; de qua re pluribus nos disserimus in *nostra Instit. 29.* ubi ediximus, Regularibus, priusquam à loci Ordinario facultatem obtineant, de qua est sermo, onus incumbere hæc ritè probandi, primo scilicet, se privilegium habere à Sede Apostolica concedendi sui Ordinis habitum loci-

minis non collegialiter viventibus; secundo, kennias habitum actu petentes, esse probatè vite, bonique moribus præditas; tertio, eas suæ ætatis annum agere quadragesimum; quarto, tot annuos redditus ex propriis bonis percipere, quot sunt ad earum alimentum necessarij; quinto denique, non cum aliis eas colabitate, quam cum personis in primo tantum consanguinitatis; vel affinitatis gradu sibi conjunctis; aliqua vero ex his conditionibus deficiente, debet Ordinarius petitam licentiam denegare. Quæ omnia in *prædicta nostra Institutione* præscripta, jam antea expensa à nobis pariter fuerant, occasione cujusdam causæ *Mabartian.* sacre Congregationis Concilii, cujus Secretarii munere tunc temporis fungebamur, propositæ, & decise 10. Maii 1727. *Incensur. Resolut. tom. 4. pag. 55.*

XII. Sed tædè jam cætera prosequi, in quibus Regulares delegatè subjacent Episcopi jurisdictioni. Qui singula exactè & minutissimè descripta videre desiderat, citatos legat Cokier, & Fagnanum. Interim nos concludimus, integrum esse Episcopo in Synodalibus Constitutionibus hæc suam exereere delegatam auctoritatem in Regulares, & quandoquæ expedire ut id faciat, ad illos continendos in officio, & irrepetentes abusus cohibendos.

## CAPUT XVI.

*Modus adhibendus in Constitutionibus respicientibus Regulares.*

Eti Regularibus non ignorans, se in prædictis casibus Episcoporum subdi jurisdictioni, cum tamen in Synodalibus Constitutionibus se tangi sentiant, eas multis nominibus impug-nare conantur; quod à longa ejusmodi

III. Sed quamquam hæc ita se habeant, atramen prædictæ Constitutio verbis nimirum indelinitis concepta, acriter fuit à Regularibus impugmata, ob rationes quas subnectimus: Summus Pontifex Paulus IV. in sua Constitutione impressa in Bullario Rodriguez, permisit Fratribus minoribus distribuere sacram Eucharistiam in suis Ecclesiis omnibus Christi fidelibus illam petentibus, sola excepta die Paschalis Resurrectionis Dominicæ. Ejusmodi privilegium, confirmatum à S. Pio V. ad omnes Regulares, per *communitationem*, ut ajunt, extensum est. Verùm, quia Eugenius IV. in sua Constitutione *Fide digna*, 24. pag. 77. tom. 2. part. 7. Bullar. jampredem declaraverat, tempus Paschale, intra quod integrum est Fidelibus annuæ perceptionis Eucharistiæ præceptum satisfacere, non unius, sed quindecim dierum spatium, hoc est, à Dominica Palmarum ad Dominicam in Albis, intercludi, dubitatum fuit, an sub limitatione prælati privilegii Regularibus concessi, sola intelligenda esset dies Paschalis, an potius omnes comprehenderebantur prædicti quindecim dies. Controversia de qua plura Diana tom. 2. edit. coord. de Eccles. Commun. resolut. 17. usque ad 24. Lezana Oper. tom. 2. verb. Eucharistia quod Regulares num. 2. & Tamburini de Jur. Abbati. tom. 2. disp. 7. quest. 7. n. 2. & 7. sæpius discussa fuit in sacra Congregatione Concilii, quæ censuit, sola die solemnitatis Paschalis, absolute prohiberi Regulares, ne Eucharistiam in suis Ecclesiis portigent secularibus, etiam si isti jam antea annuæ Communionis præceptum in propria parochia impleverint; aliis vero diebus impediri non posse, quominus illam distribuant, modo secularis, Eucharistico pane in eorum Ecclesiis refecti, non

se solutos arbitrentur, ab obligatione illum percipiendi à proprio Sacerdote. Ex multis, quæ proferri possent, duo seligimus sacre Congregationis decretum. Primum prodit in causa *Burdigalen.* 9. Julii 1644. iterumque confirmatum fuit in una *Senonen.* 15. Junii 1650 lib. 19. decretor. pag. 54. cujus verba sunt: "Sacra Congregatio Concilii, post maturam discussionem, censuit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus habentibus privilegia Apostolica, ut à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusive non valeant ministrare personis secularibus Sacramentum Communionis; non posse tamen iisdem prohibere, ut personis secularibus die Paschalis non administrent dictum Eucharistiæ Sacramentum, etiam si dicte personæ secularis satisfecissent præcepto Ecclesiæ ac de re edito." Alterum emanavit in causa *Melchioni.* anno 1682. quod in sacre Congregationis Actis ita legitur adnotatum: "Parochii loci Lovanii commoventes sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum personis secularibus ministrari à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis à Regularibus, & præsertim Societatis Jesu, prætextu privilegiorum, unde arguitur iuribus parochialibus præjudicium inferri, & Ecclesiæ præceptum eludi, cum non desint multis asserentes, se in Ecclesiis Regularium illi satisfecisse; libellum propterea Sanctissimo Domino nostro, ut hisce malis occurreret, innotato Regularibus, ne præfatio tempore dictum Sacramentum audeant ministrare. Cum autem Sanctitati suæ placuerit ad sacram Congregationem Concilii remittere hujusmodi preces, Patri Procuratori Provinciae Belgicæ Societatis Jesu, suc-

cesserit communicatas, & proponitur indubium: an Patres Societatis Jesu, nallique Regulares possint ministrare sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum personis secularibus à Dominica Palmarum usque, & per totam Dominicam in Albis, Cui dubio die 31. Januarii eisdem anni 1682. responsum fuit affirmative, excepto die Paschalis; ita tamen, ut in aliis diebus sacramentes Eucharistiæ à Regularibus intra duas hebdomadas Palmarum, & Paschalis, non satisfaciatur præcepto."

IV. Jam verò hisce decretis, sæpius à sacra Congregatione renovatis, etiam die 14. Januarii 1736. in causa *Suessana Jurium parochialium*, in *Theol. Resol. tom. 7. pag. 161. & 181.* aperte contraire, dicebant Regularibus, præfatum Constitutionem Episcopi Midensis, cujus verba adeo generalia erant, ut viderentur liberam facultatem ipsi auferre etiam Eucharistiam in suis Ecclesiis qualibet anni die ministrandi. Et quia Synodalis Constitutio verbis ite expensis, iusta deprehensa est Regularium quarumonia; ideo sacra Congregatio Concilii die 24. Augusti 1686. eadem Constitutionem corrigi, & reformari jussit.

V. Nullus autem Regularium quarumonia esset locus, si Episcopus illis interdiceret, ne solemnè Dominicæ Resurrectionis die illi, secularium sacram Eucharistiam audeant ministrare; aut si severissimis poenis eorum refræneret insolentiam, qui eam falsam, nec corie tolerandam doctrinam in vulgus disseminarent, annuæ scilicet Communionis præcepto posse Fideles in eorum Ecclesiis satisfacere etenim hæc propositio non solum est aperte contraria Decretali Innocentii III. in *cap. omnia utriusque sexus*, ejusdemque Decretalis communi, usque comprobate

II. Episcopus Midensis in sua prima Constitutione Synodali, excommunicationis vinculo ipso facto innodatum voluit, & pronuntiavit quemcumque sive Seculare, sive Regularem, quovis modo exemptum, qui sine sui auctoritate & licentia, quodcumque Sacramentum administraret personis secularibus, aut alia ratione in cujuslibet Sacramenti administratione delinqueret. Conformis profecto videbatur hujusmodi Constitutio superius iudicata sanctioni Clementis V. in *Clem. 1. de prælat. ubi anathemate percelluntur Regularis Sacramentum Eucharistiæ, aut Extreme Unctionis, sive Clericis, sive laicis administrantes, vel Matrimoniæ solemnizare*; hoc est, ut ibidem explicat Glossa, solemnem benedictionem conjugibus impertiri præsumentes, sine licentia Parochi. Coherere pariter videbatur laudatæ Constitutioni 18. Gregorii XV. in *capit. 5. 2. Episcoporum cœdicioni* supponuntur Regulares sine legitima facultate sese ingerentes in his que pertinent ad animarum curam, aut quodlibet Sacramentum ministrantes absque prævia Episcopi approbatione, & licentia.



acceptioni, verum etiam contradicit ipsimet Apostolicis, de quibus gloriantur, privilegiis; in his enim facultas sit Regularibus ministrandi in suis Ecclesiis sacram Eucharistiam personis secularibus, expressè & nominatim excepta die Paschatis Resurrectionis Domini, uti audimus. Quare, cum circa annum 1630. quidam Patritius Cahil, Parochus Dublinensis, inter ceteras propositiones, quas à nonnullis Regularibus in Hiberniâ degentibus doceri ac spargi audiverat, & quorum iudicium à facultate Theologica Academiæ Sorbonensis postulavit, hanc etiam ab ipsidem Regularibus prolatam ad eandem facultatem derulit: *Parochiani non tenentur in propria Parochia communicare in Paschate*; etsi Regulares, qui ceteroquin alias propositiones, de quibus accessabantur, unquam à se assertas negabant, hanc unam consuetu suorum privilegiorum obtinent, pro viribus nisi sint defendere; impedit nihilominus non valuerunt, ne eidem hæc, quam iure merebatur, inureretur censura. *Propositio Julia, scandalosa, & temeraria*; quemadmodum refertur in Opere inscripto *Collectio iudiciorum*, &c. edito Parisi anno 1727. pag. 324. 329. & 346.

VI. Idem Episcopus Midensis in sua Synodali Constitutione octava expressè denuntiaverat, se nulli sive Secularium, sive Regularium, Ordines collaturam, qui non servasset temporum interstitia à Concilio Tridentino præscripta; à quibus an quempiam abolvendum Ecclesiæ necessitas, aut utilitas exposceret, id non à Prelato Regulari, sed à se fore diffricandum, edixerat. Hæc pariter Constitutio in nota videbatur Tridentino *sess. 33. c. 11. & 13. de reform.* quibus in locis soli Episcopo permittitur causam ex-

aminare, propter quam sit aliquis citius, quam iura requirant, ad altiorum Ordinem promovendus. Fulcriti insuper videbatur pluribus decisionibus sacre Congregationis Concilii, quæ sæpius censuit, à sacra Tridentina Synodo, soli Episcopo Ordines collaturæ, nequaquam autem Prelato Regulari, litteras dimissoriales concedendi suo subdito Regulari facultatem fieri, hæc, ex iuxta causa, ab interstitiorum lege eximendi. Ita quippe ab eadem responsum comperimus in *Nullius 31. Junii 1597. lib. 9. decretor. pag. 18. in Aquen. mense Julii 1589. lib. 6. decret. pag. 18. & in N. N. 12. Septembris 1639. lib. 11. decret. pag. 65.* Attamen, quia Sedes Apostolica, post Tridentinum, nonnullis Regularium Ordinum Institutis privilegium concessit exemptionis ab interstitiis, idcirco sacra Congregatio, idcirco sacra Congregatio, prædicta die 24. Augusti 1686. rescipit, etiam hanc Constitutionem Synodalem Midensem, *estè reformandam quoad eos Regulares, qui habent privilegium concessum post Tridentinum.*

VII. Aliud rei, de qua agimus, exemplum spectat facultatem administrandi Sacramentum Pœnitentiæ. Bonifacius VIII. in *cap. Supr. Cathedralium, de sepulturis, inter Extravag. commun.* statuit, non posse Regulares secularium Confessiones excipere, *sine licentia, gratia, & beneplacito Episcopi*, in cuius Diocesi commorantur. Benedictus verò XI. in *cap. Inter cunctas, de privilegiis, pariter inter Extravag. commun.* decrevit, Superiores Regulares debere quidem significare Episcopo, fuisse à se quosdam sui Ordinis Fratres deputatos ad audiendas secularium Confessiones, non tamen teneri eorundem Fratrum nomine exprimere, nec certum numerum designare; voluitque insuper, ut, nisi Episcopus

episcopus intra triduum ad Confessiones excipiendas approbasset, quos Prelatus Regularis ita confusè eidem significaverat, idem nihilominus possent Sacramentum Pœnitentiæ, auctoritate Apostolica, secularibus administrare. Verum hæc Benedicti XI. sanctionem abrogavit Clemens V. in *Clem. Dudum, de sepulturis*, restauravitque Constitutionem editam à Bonifacio VIII. quam denud renovavit Tridentinum, *sess. 23. cap. 15. de reform.* edicens, nulli Regularium fas esse, secularium etiam Sacerdotum, Confessiones excipere sine Episcopi approbatione. Hanc portò approbationem, seu licentiam, posse ab Episcopis concedi Regularibus ad certum tempus, & limitari ad certum duntaxat genus personarum, disertè declaratur Clemens X. in sua Constitutione 10. §. 4. Urbanus VIII. in suis Apostolicis litteris in forma Brevis; anno 1639. datis in causa moti litigii inter Cardinalem Sandovalen, & Regulares illius Diocesanos. Innocentius XIII. in sua Constitutione super Ecclesiastica disciplina in regnis Hispaniarum, edita die 13. Maii 1723. & confirmata à Benedicto XIII. die 24. Septembris 1724. alia Constitutione, quæ extat in Appendicæ ad Concilium Romanum anni 1725. atque opposita doctrina, quam Regularium plerique venditabant, proscripserat est ab Alexandro VII. qui, teste Cabasatio in *theor. & pract. Jur. Canon. lib. 1. cap. 10. num. 13.* die 30. Januarii 1659. hanc propositionem: *Non possunt Episcopi limitare, seu restringere approbationes, quas Regularibus concedunt ad Confessiones audiendas, neque ulla ex parte revocare*: declaravit falsam, temerariam, scandalosam, & erroneam; quæ omnia videri possunt in *nostra Instit. 86.*

VIII. His ita per Tridentinum Concilium, & per Apostolicas Constitutiones decretis atque firmatis, accesserunt opportune declarationes dubiorum, quibus vexari non destitit sententia textus; licet plana, & aperta, tum ipsius Concilii, tum prædictarum Constitutionum, de quibus declarationibus à nobis fusiore calamo actum est in *nostra Instit. 86.* Accesserunt acquiescentiæ significationes solemniter editæ à Superioribus Ordinum Regularium, qui & agnovērunt, & ultro acceptarunt quæcumque decreta fuerant circa necessariam Episcopalem approbationem, ubi Regulares excipere velint secularium Confessiones; seque præmissis legibus teneri, propria subscriptione professi sunt, ut accidit Parisi in solemnitate actu, relato per extensum in *tom. 3. celebris Collectionis Iudiciorum pag. 35.* Post hæc omnia, quis crederet, aliquid adhuc reluctantiæ & contradictionis germen excitandum superfuisse? Er tamen ita se res habuit. Notæ sunt Anglicanæ Ecclesiæ calamitates post illius regni separationem à Catholica unitate, ac Fide; & satis compertum est, quantarum & sollicitudinum mole Apostolica Sedes operam dederit, ut pauci Catholici, qui ibidem relicti sunt, in Sanctæ Religionis integritate permanerent, & quot, in eum finem, Ecclesiastici regimini formas, atque rationes excogitare debuerit; donec Ven. Servus Dei Innocentius Papa XI. per suas litteras in forma Brevis, anno 1688. editas, id tandem constituit, ut tres Vicarii Apostolici, Episcopali characterè insigniti cum titulis Ecclesiarum in infidelium partibus existentium, per diversis illius regni regionibus opportune divisa constituerentur, qui Catholicorum in his degen-

spirituale regimen gerent. Adversus hosce Vicarios Apostolicos controversiam excitant Missionarii Regulares, contententes Confessarium ministerium à se exerceri posse erga seculares personas, absque illo rum approbatione; tum quia eorumdem auctoritas, rigorosè loquendo, Ordinaria dici nequit; tum quia Conciliaria decreta, & Apostolicæ Constitutiones de Episcopis Ordinariis locorum verba faciunt; tum denique quia retroactis temporibus ipsi Regulares Missionarii, annuentibus Romanis Pontificibus, & præsertim Urbano Papa VIII. secularium Confessiones exceperant sine approbatione Superioris Ecclesiastici, quantumvis Episcopi titularis. De hac controversia non semel actum est in Congregationibus Urbis; cumque in ipsis animadversum fuerit, Apostolicos ejusmodi Vicarios deputatos fuisse, & adhuc deputari cum iis facultatibus, quibus Ordinarii in *indivisi* civitatibus, & diocæsi bus utuntur; ex eo autem, quod, certis concurrentibus circumstantiis, permissum fuerat, non rectè inferri quòd obtinere debeat, cum immutatus fuerit rerum status; iteratis vicibus decretum fuit, Regulares Missionarios non posse secularium Confessiones audire, nisi impetrata prius approbatione à Vicariis Apostolicis, quibus nempe subjecti esse debeant in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem. Atque hæc decreta Apostolica auctoritate confirmata fuerunt, tum olim ab Innocentio XII. per litteras in forma Brevis datas die 5. Novembris 1696. tum etiam à nobis ipsis per similes litteras datas die 2. Septembris 1746.

IX. Non desuit tamen, qui intuenti, exercendaque hæc in Episcopali auctoritate, modum excederet,

Episcopus quidam sibi licuisse auctoritatem, in suis Synodalibus Constitutionibus prohibere, nec ullis Regularium, etsi cæteroquin à se approbatus, accederet ad domum secularium ægrotantium, ut eorumdem Confessiones libè exciperet, sine speciali licentia Parochi proprii ejusdem ægrotantis. Displicuit hæc Constitutio Regularibus, eo quod ea non tam imminui, quam potius ipsis aucteri videretur facultas audiendi secularium Confessiones; neminem quippè facile reperiri aiebant, qui vellet sanus Confessionem eligere, à quo nequeat ægrotans, & mox fortasse decessurus, sacramentalem absolutionem obtinere; suam proinde adversus decretum querelas ad sacram Congregationem Concilii detulerunt; eaque, sive ob prædictam rationem, sive potius ne ægrotantes, privarentur solatio peccata sua appehendi Confessario, quem optarent, die 14. Decembris 1698. Synodalem Constitutionem ita temperandum censuit, ut liberum quidem sit Regularibus, janti ab Episcopo approbatis, accedere ad domos secularium morbo laborantium, ibique Sacramentum Penitentiae ipsidem administrare, hæc tamen adjecta lege, ut tenerentur exceptæ Confessionis attestationem, in scheda scriptam, in eadem domo relinquere; quæ certior feret Parochus de peracta ab infirmo Sacramentali Confessione, ut tuto deinde possit cætera Sacramenta eidem conferre.

## CAPUT XVII.

*Aliæ exponuntur earundem querelarum causæ.*

Hæc de prima querelarum causa. Alteram, quam, non decretum, sed potius decreti verba interdum Regularibus suppeditant, unicuique præfaciet exemplum. Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 1. de Regul. præcipit: Ut omnes Regulares, tam viri, quam mulieres, ad Regule quam professi sunt, præscriptum vitam instituant, & component.* Hinc autem factum est, ut nonnulli Episcopi non dubitaverint, hanc Tridentini sanctionem in suis Synodis renovare, idemque, ac totidem ferè verbis iterum decernere. Enimverò, cum Episcopi, in sua quilibet Diocesi, sacrorum canonum custodiam habere, atque in id potissimum incumbere debeant, ut quotquot Deo devincti, atque Ecclesie obsequii sunt specialiter mandipati, canonum statuta Religiosè custodiant, ad eos quoque pertinent invigilare, ut Regulares ad Regulam, quam professi sunt, suam vivendi rationem componant. Atque, ut missa faciamus quamplurima Provincialia Concilia, quæ, ante concessam Regularibus exemptionem ab Episcopi jurisdictione, exactam propriæ Regulæ observationem ipsidem & commendarunt, & statutis in transgressores poenis districtè præceperunt, Synodus Provincialis Bituricensis anni 1336. *tom. 7. Collectionis Harduini col. 1600.* quamvis non minus, quam Diocæsanæ jurisdictione careret in Regularibus, nihilominus *cap. 1. tit. 1. Statuimus, præcipimus, & ordinamus, quod Religiosi, cujuscunque status fuerint, Capitulum Ne in agro, & alias Decretales editas super Regu-*

*Tom. 1.*

*Laribus Instituta, & constitutiones inviolabiliter custodiant & observent; & Synodus Burdigalensis, habita post Tridentinum, anno nimirum 1583, tom. 10. Collectionis Harduini col. 1766. c. 25. inquit; superiores, atque Præpositi omnium monasteriorum, & ordinum, omnem curam & diligentiam adhibeant, tam in Capitulis Provincialibus, quam in monasteriorum, etiam commendatarum, visitationibus, ut ipsorum inferiorum nec subditi, ex præscripto suæ professionis vitam instituant, & paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac, nisi quæ sunt alia, cujusvis monasterii pecuniaria vota, & precepta, fideliter, & inviolatè observent. Sed, quumquam hæc nemo inficiari audeat, attamen sæpius à Regularibus accusarum est verbum illud *præscriptum*, seu *statuimus*, in Synodalibus Constitutionibus usurpatum; eo siquidem denotari dicebant ordinarii Episcopi in ipsos auctoritatem & jurisdictionem, & non meram custodiam atque vigiliantiam super observatione eorum, quæ aut à Juri communi, aut à Pontificiis Constitutionibus, aut à propriis cujusque Ordinis Institutis, sunt Regularibus injuncta. Quapropter sacra Congregatio Concilii justam agnoscentes Regularium querelam, verbum illud *præcipimus*, seu *statuimus*; nedum à Diocæsanæ, verum etiam à Provincialis Synodi Constitutionibus jussit expungi, & decretum in hunc modum reformari: *Intelligant Regulares, se tenent ad Regule, quam professi sunt, præscriptam, vitam instituire*; sicuti testantur *Fagnanus in c. Quod super eis, num. 25. de majorit. & obed. & Matthæus de Offic. c. ult. num. 5. & seq.**

II. Tertiam demum occasionem impugnandi Synodalia statuta, quam à Regularibus inde arripit diximus, quod

III

ai-



nimitum generant, atque instar regule tradant, quæ in peculiaribus facti circumstantiis unice devernari possunt, duo demonstrabant exempla. Summus Pontifex Clemens VIII. die 17. Martii 1596. prævio concilio sacre Congregationis Concilii, sancivit non licere Prælato Regulari litteras dimissoriales concedere suis subditis Regularibus ad Ordines suscipiendos à quocumque Antistite, sed teneri dirigere ad Episcopum Diocesanam, in cuius scilicet Diocesi degit Regularis Ordinibus initiandus; si vero Episcopus Diocesanus abierit, aut non sit Ordinationem habuitur, tunc permittit Prælato Regulari suos subditos dimittere ad quocumque Antistitem, dummodo non in fraudem, hoc est: de industria, litteras dimissoriales illis dare distulerit ad tempus, quo prævidebat Diocesanam Episcopum abfuturum, aut Ordinationem non habiturum, quod quidem multis de causis quandoque fieri contingit, & præcipue ut Regularis, ad Ordines suscipiendos, qui iuxta ejusdem Clementis VIII. sanctionem, sua scientia experimentum subire debet coram Episcopo, à quo Ordines petit, declinet examini, quod ab Episcopo Diocesano severius institui solere novit.

III. Hoc decreto, de quo nos præfixe tractavimus in nostris Instit. 27. suffulti aliquot Episcopi, in suis Constitutionibus absolute illicitas pronuntiant Ordinationes Regularium, qui cum tempus immineret Ordinationis, è loco recedunt, ubi antea degebant, & ad alteram continentem Diocesam, à cuius Episcopo Ordines suscipiunt, & paulo post ad pristinum locum redeunt; omnes quæ prædictæ circumstantiæ recessus; & reditus, vehementem inducunt præsumptionem fraudis, quam abesse voluit Clemens VIII. ut Regu-

lares ab alieno Episcopo, & non à proprio loci, in quo comorantur, licite Ordines suscipere valeant. Enimvero, si minor, aut mulier, è patria recedat, alio se conferat, ibique aliter, quam patriæ leges requirant, contractum inerat, ac, stipulatione sequuta, in patriam se recipiat, id in fraudem statui in patria vigentis factum præsumitur, iuxta ea, quæ allegantur à Rota decisis. 17. n. 17. & seq. parti. 15. recen.

IV. Et nihilominus sacra Congregatio Concilii, ejusmodi Episcoporum Constitutionibus ad trutinam positis, in causa *Nespolitana*, die 5. Septembris 1682. censuit, non posse in præsentem universalem regulam constitui, sed iudicium elicendum esse peculiaribus facti circumstantiis; quævis enim ex his, quæ enarravimus, vehementer oriatur fraudis præsumptio, hæc tamen præsumtio aliis contrariis præsumptionibus debilitari, & elidi potest. Item, quod attinet ad ipsos subditos Regulares, Ordinibus initiatos, hi facile se excusare valent prætextu obedientiæ debitæ suis Superioribus, à quibus alio se conferre, & paulo post ad profertem conventum justii sunt redire, quin rationem sciant, propter quam id fuerit ipsis imperatum; Superiores vero statim ostendunt necessitatem monasterii, quod brevem tantum, & non diuturnam exigebat permanentiam illius Religiosi, quem illic miserunt. Quamvis autem ejusmodi excusationes interdum falsa sint in oculis Dei, hominum corda perstruant, non tamen illic falsæ probari queunt in foro Ecclesiæ. Quamobrem integram quidem erit Episcopo laudatam Clementis VIII. sanctionem suis Synodalibus Constitutionibus insertere, ejusque exactam observationem Regularibus indicere, atque inculcare, quod

quod in plerisque Diocesanis Synodis tam Italiae, quam Galliæ, prudenter factum refert Hallier de sac. Ordin. parti. 2. sect. 5. cap. 7. art. 8. §. 1. factas etiam erit eidem illicitam quandoque pronuntiare Ordinationem Regularis, quem ex specialibus facti circumstantiis cognoscit vere in fraudem è sua Diocesi abisse, ut alibi Ordinem reciperet; licebit præterea universim declarare, Regularium è Diocesi discessionem, imminente Ordinationis tempore, & subditas ad eandem regressionem postquam alibi sunt Ordinibus initiati, nunquam carituras fraudis suspitione; verum, propter indicatas rationes, cavendum ei erit, ne generatim, & veluti per modum regulæ, illicitas & fraudulentas statuat habentibus omnes omnino Ordinationes Regularium è sua Diocesi discedentium, & post susceptos ab alio Episcopo Ordines iterum in eandem sese recipientium.

V. Alterum ejusdem rei haud ab simile exemplum nobis exhibet facultas prædicandi, in Synodalibus Constitutionibus nimitum quandoque Regularibus limitata. Evangelicæ prædicationis ministerium Episcopis præcipue esse conceditum, nemo dubitat. Apostoli quippe, in quorum vices & munus Episcopi successerunt, Christus Dominus, coelos consensus, peculiariter præcepit: *Euntes in mundum universum, predicate Evangelium omni creature*; quod illi adeo districtè ad se pertinere existimant, ut cætera potius Apostolorum munia, quam prædicationis officium, aliis committenda duxerint; eum *Act. 6.* agentes de Diaconorum electione, discipulorum multitudini dixerunt: *Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spi-*

*ritu Sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus.* Illic Apostolus Paulus 1. ad Corinthios. de se ait: *Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare*; & ad Timotheum scribens *epist. 2. cap. 2.* eum ad prædicationis opus, tanquam sui muneris præcipuum, hortatur, inquit: *Prædicaverbum, in sta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Persuasum id fuit sanctissimis Ecclesiarum Præsulibus, qui non solum prædicationis ministerium per semetipsos religiose explebant, sed illud recensentes inter proprias & peculiare Pastoris curas, nullum, ne Presbyterum quidem, coram se è suggesto prædicare permittebant, nisi raro admodum, atque ex sui jussione, & singulari quadam delegatione. Colligimus hoc ex Possidio de August. in ejus vita cap. 5. narrante, cum à Valerio Hipponeusi Episcopo deputatum fuisse ad sui loco concionandum, *contra usum & consuetudinem Africanarum Ecclesiarum*, ubi solus Episcopus prædicandi officio fangebatur. Chrysostomo itidem eximie & singulari laude veritatis Palladius, quod nondum Episcopus factus, *vices Episcopi ageret in prædicatione verbi Dei.* At insequentibus sæculis Episcopi, sive aliis curis nimium distenti, sive prædicationis muneri rite obsequendo impares, illud etiam coram se peragendum aliis demandare passim consueverunt; quocirca Patres Concilii Valentini III. anni 855. *can. 16.* se se mutuo ad verbi ministerium excitantes, novaque lege adstringentes, illud vel perse, vel per alium ministrare, sibi invicem permisissent; ajentes *tom. 5. Collectionis Harduini col. 94.* *Ut unusquisque nostrum sive per se, sive per aliquem, vel aliquem ex Minis-*

ris Ecclesie fideliter docetis, ita verbum pro edic. sitis iam in urbe, quam foris in plebibus exhibet, ut omnino eis admonitis & exhortatio salutaris desiste non possit; eandemque permissionem prædicandi per idoneum substitutum, Episcopus fecerat Ludovicus Pius Capitular. lib. 1. c. 107. iniquiens: Episcopus monemus, ut sive per se, sive per Vicarios, pabulum verbi Divini secundo populo adjuvantes. Non proinde tamen unquam Episcopi penitus subtrahi fuerit ab eodem verbo Dei ore proprio annuntiandi; id siquidem, utpote à Christo Domino eorum humeris impositum, nunquam à se abscipere valent, juxta doctrinam D. Thomae 2. part. 2. q. 67. art. 2. Ad primum, ubi hæc habet: Utrumque officium, scilicet docendi, & baptizandi, Dominus Apostolis inquit quorum vice gerunt Episcopi, aliter tamen, & aliter. Nam officium docendi commisit eis Christus ut ipsi per se illud exercerent, tanquam principes sinagogarum. Unde, & ipsi Apostoli dicuntur Act. 6. Non est a quom, nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Officium autem baptizandi commisit Apostolis, ut per alios exercerent. Unde & Apostolus dicit 1. Corinth. 1. Non misit me Christus baptizare, sed evangelizare; & hoc ideo, quia in baptizando nihil operatur meritum, & sapientia Ministris, sicut in docendo; sed tunc scilicet libertas illis data est, aliorum opera & ministerio, cum ipsi, legitimo detenti impedimento Evangelicis verbi panem suis ovibus frangere nequeant quod licet licet explicavit Innocentius III. in Concilio Lateranensi cap. 10. relato in cap. 15. de officio Ordinarii. ubi ait: Cum sepe contingat, quod Episcopi proprias suas occupationes multiplici, vel invidetudines corporales, aut horum incursum, seu occasionis alias (ne

dicamus defectum scientie, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum) per se ipsos non sufficiunt ministrare verbum Dei populo, maxime per amplas Dioceses, & effusas; generali Constitutione sancimus, ut Episcopi viros idoneos ad sancte prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere & sermone, qui plene sive commissas, vice ipsorum, cum per se ñdem nequeverint, sollicitè visitantes, eas verbo adificent, & exemplo; & magis disertè Tridentinum sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 3. de reform. quibus in locis definiunt: "Prædicationis munus esse Episcoporum præcipuum, eosque teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum sanctum Jesu Christi Evangelium." Cui decreto inhxrens S. Carolus Borromeus in sua prima Synodo Provinciali Act. Eccles. Mediol. part. 1. pag. 2. ita Episcopus est alloquutus: "Nos auctoritatem sancto sancti Tridentinum Concilii, & veterum Patrum sequuti, in Domino Episcopos hortamur, ut toto per ore sin hanc curam incumbentes, greges sibi commissos ipsimet, præsentem in Ecclesia sua, verbo Dei pascent. "Quod si levi de causa, aut quodam vani languore impediti, non liceant, sciant, sibi prætermisi necessarii officii Judicii Deo præcipue rationem esse reddendam. Sin autem se viderentur fere impeditos cognoverint, per viros idoneos, ex præscripto ne ejusdem Concilii diligendos, hoc minus studiosissime populo præsentent.

VI. Hanc Episcoporum obligationem præ oculis habentes Bonifacius VIII. Benedictus XI. & Clemens V. certumque simul putantes, eidem interdum saltem, ab Episcopo satisfieri, cum concesserunt Regularibus privilegium prædicandi in Ecclesiis suorum

Or-

Ordinum, atque in communibus placitis, omnes unanimiter, primus quidem in cit. cap. Super Cathedram, de sepulchris, aliter in cit. capit. Inter cunctas, de privilegiis, inter Extravag. commun. & Clemens V. in Clement. Dudum, de sepulchris, horam exceperunt, in qua ipsemet Episcopus prædicat, vel coram se sole uniter prædicare facit; tunc enim in eadem civitate, seu oppido, quemlibet inferiorum silere jussorunt, nisi Episcopus ipse alter judicaverit. Et rectè quidem; etenim, cum solus Episcopus est super secunda prohibitionis parte, qua interdicitur Regularibus, ne prædicent, quando Episcopus coram se solemnter prædicare facit: quoniam, etsi eadem congregatio olim responderit, hanc quoque prohibitionem sustineri, attamen Gregorius XIII. vehementer dubitavit, an id esset usu receptum; sicut annotatum reperimus in cit. lib. 89. Positionum pag. 171. Enimvero, cum soleant Episcopi concionibus in sua Cathedrali interesse tempore Adventus, & Quadragesime, si prædicta prohibitio vigeret, debent Regulares ab habendis in suis Ecclesiis concionibus abstinere eo potissimum tempore, quo Fideles illas audire solent; & hac de causa eorumdem Regularium Ecclesiis frequentant. Hæc autem ratio tantæ efficitur visa est sacre Congregationi Concilii, ut in allegata causa Pat. in 26. Aprilis 1607. dixerit, nulli quidem fas esse concionari, quando Episcopus ipse per semetipsum ad suum populum verba faciat, sed nequaquam impediri posse Regulares, ne in propriis Ecclesiis conciones habeant, quando Episcopus coram se solemnter prædicare facit; ad postmodum, eadem questione nova examini subjecta, in citata causa Brundisina 10. Martii 1645. eadem congregatio mentem suam claris explicans, declaravit, id esse intelligendum, cum Episcopus consuetis concionibus interest, quæ per annum fieri solent; sed, si idem Episcopus

VII. Jam verò nulla unquam in sacra Congregatione Concilii fuit difficultas circa prohibitionem factam Regularibus, ne ea hora in suis Ecclesiis conciones habeant, qua Episcopus per semetipsum prædicat; sed semper, & firmiter censuit, ejusmodi prohibitionem in suo robore permanere, atque ad unguem esse servandam. Ita quippe respondit in Pacen. 26. Aprilis 1607. ad 4. dub. lib. 89. Positionum pag. 170. in Bituntina 17. Februarii 1629. lib. 14. decretor. pag. 31. in Brundisina 10. Martii 1645. lib. 17. pag.

Tom. I.

Hh 3

co-



copus ex causa publica, convocatis Clero, Magistratu, & populo, coram se predicare faciat; tunc illi licere dixit, præcipere Regularibus, ut à predicando abstinere, atque inobedientes poenitentiam etiam censuram cedere. E quidem omnes prædictæ rerum circumstantiæ videntur efficere illam solemnitatem, quam iura requirunt, ut non liceat eodem tempore Regularibus predicare; secus verò accidit, cum tempore Adventus, & Quadragesimæ, Episcopus concioni adest; tunc quippè non videtur Episcopus *facere coram se solemniter predicare*, sed potius concionem audire, quæ etiam eo absente haberetur.

VIII. Quoniam autem in Synodalibus Constitutionibus, seu Episcoporum edictis, non possunt omnia explicari, quæ necessaria sunt ad discernendum, quandonam cum veritate, & proprietate sermonis dici possit, quod Episcopus faciat coram se solemniter predicare; tunc eadem sacra Congregatio Concilii, ad precavendas lites & discordias inter Episcopum, & Regulares, die 12. Julii 1587. censuit, posse quidem Episcopum in peculiari-

bus eventibus, in quibus opportunum reputet solemnem indicare concionem, coram se ab alio habendam, inlibere Regularibus, ne ea ipsa hora in suis Ecclesiis prædicent; minime tamen expedit, ut constitutione, seu edicto illis generatim prædicare prohibeat, quotiescumque ipse coram se solemniter predicare faciat; inde enim innumera orientur lites, an hæc, aut illa concio, coram Episcopo habita, illi fuerit prædicta qualitatibus, seu comites habuerit conditiones, quæ sacra Congregatio Concilii ad ejusdem solemnitatem requiri declaravit. Fingite Episcopum, sola motum curiositate celebrem quemdam Oratorem audiendi, eidem injungere, ut solemnem quadam die in sua Ecclesia Cathedrali pium aliquod argumentum è suggestis exponat, atque ad eundem auditorum frequentia cohonestandum, Clerum convocare, Magistratum, & populum; nulla profecto tunc suberit justa causa prohibendi, ne in aliis Ecclesiis, præsertim Regularium concio fiat; & tamen hic casus sub generali constitutionis prohibitionem comprehenderetur, & qua cæteroquein fuisset excipiendus.

## LIBER DECIMUS.

DE CENSURIS, DE USURIS, ET CONTRACTIBUS; NECNON DE  
MULCTIS PECUNIARIIS.

### CAPUT PRIMUM.

*Censuræ, præsertim latæ sententiæ, Synodalia Constitutum transgressoribus, non nisi sobrie, & circumspectè infligantur; ubi etiam de potestate dictas Censuras ferendi.*

Censura, uti eam describit Suarez de censuris, disput. 1. sect. 1. est poena spiritualis, & medicinalis, qua homini baptizato, delinquenti, ac contumaci, quorundam spiritualium bonorum usus auferatur ab Ecclesia, donec à contumacia recedat. Omnium gravissima, teste Augustino lib. de corrept. & gratia, capit. 15. est excommunicatio, per quam Fidelis, non hoc, aut illo spirituali bono privatur, sed tamquam putridum membrum, ab Ecclesia abscinditur, atque à Fidelium communione, & consorcio separatur; quocirca Cyprianus epist. 62. eam appellat *gladium spirituales, quo superbi, & contumaces ne-*

*tantur, dum de Ecclesia eiciuntur, Neque enim (ait) vivere sibi possunt, cum domus Dei una sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia; possit; cui concitit Hieronymus, epist. vltim. 1. nunc 14. ad Heliodorum scribens, n. 8. „In veteri quidem lege quicumque „Sacerdotibus non obtemperasset, aut „extra castra positus lapidabatur à populo; aut, gladio cervicæ subjecta, „contemptum explebat cruore; nunc „verò inobediens spirituali mucrone „truncatur, aut ejectus de Ecclesia, „rabido demonum ore discerpitur.“*

II. Quare, cum rationis & equitatis principia suadeant, poenam esse commensurandam culpæ & pro cul-

copus ex causa publica, convocatis Clero, Magistratu, & populo, coram se predicare faciat; tunc illi licere dixit, præcipere Regularibus, ut à predicando abstinere, atque inobedientes poenitentiam etiam censuram cedere. E quidem omnes prædictæ rerum circumstantiæ videntur efficere illam solemnitatem, quam iura requirunt, ut non liceat eodem tempore Regularibus predicare; secus verò accidit, cum tempore Adventus, & Quadragesimæ, Episcopus concioni adest; tunc quippè non videtur Episcopus *facere coram se solemniter predicare*, sed potius concionem audire, quæ etiam eo absente haberetur.

VIII. Quoniam autem in Synodalibus Constitutionibus, seu Episcoporum edictis, non possunt omnia explicari, quæ necessaria sunt ad discernendum, quandonam cum veritate, & proprietate sermonis dici possit, quod Episcopus faciat coram se solemniter predicare; tunc eadem sacra Congregatio Concilii, ad precavendas lites & discordias inter Episcopum, & Regulares, die 12. Julii 1587. censuit, posse quidem Episcopum in peculiari-

bus eventibus, in quibus opportunum reputet solemnem indicare concionem, coram se ab alio habendam, inlibere Regularibus, ne ea ipsa hora in suis Ecclesiis prædicent; minime tamen expedit, ut constitutione, seu edicto illis generatim prædicare prohibeat, quotiescumque ipse coram se solemniter predicare faciat; inde enim innumera orientur lites, an hæc, aut illa concio, coram Episcopo habita, illi fuerit prædicta qualitatibus, seu comites habuerit conditiones, quæ sacra Congregatio Concilii ad ejusdem solemnitatem requiri declaravit. Fingite Episcopum, sola motum curiositate celebrem quemdam Oratorem audiendi, eidem injungere, ut solemnem quadam die in sua Ecclesia Cathedrali pium aliquod argumentum è suggestis exponat, atque ad eundem auditorum frequentia cohonestandum, Clerum convocare, Magistratum, & populum; nulla profecto tunc suberit justa causa prohibendi, ne in aliis Ecclesiis, præsertim Regularium concio fiat; & tamen hic casus sub generali constitutionis prohibitionem comprehenderetur, & qua cæteroquin fuisset excipiendus.

## LIBER DECIMUS.

DE CENSURIS, DE USURIS, ET CONTRACTIBUS; NECNON DE  
MULCTIS PECUNIARIIS.

### CAPUT PRIMUM.

*Censuræ, præsertim latæ sententiæ, Synodalia Constitutum transgressoribus, non nisi sobrie, & circumspectè infligantur; ubi etiam de potestate dictas Censuras ferendi.*

Censura, uti eam describit Suarez de censuris, disput. 1. sect. 1. est poena spiritalis, & medicinalis, qua homini baptizato, delinquenti, ac contumaci, quorundam spiritalium bonorum usus auferatur ab Ecclesia, donec à contumacia recedat. Omnium gravissima, teste Augustino lib. de corrept. & gratia, capit. 15. est excommunicatio, per quam Fidelis, non hoc, aut illo spiritali bono privatur, sed tamquam putridum membrum, ab Ecclesia abscinditur, atque à Fidelium communione, & consorcio separatur; quocirca Cyprianus epist. 62. eam appellat *gladium spirituales, quo superbi, & contumaces ne-*

*tantur, dum de Ecclesia eiciuntur, Neque enim (ait) vivere sibi possunt, cum domus Dei una sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia; possit; cui concitit Hieronymus, epist. vltim. 1. nunc 14. ad Heliodorum scribens, n. 8. „In veteri quidem lege quicumque „Sacerdotibus non obtemperasset, aut „extra castra positus lapidabatur à populo; aut, gladio cervicæ subjecta, „contemptum explebat cruore; nunc „verò inobediens spiritali mucrone „truncatur, aut ejectus de Ecclesia, „rabido demonum ore discerpitur.”*

II. Quare, cum rationis & equitatis principia suadeant, poenam esse commensurandam culpæ & pro cul-



pa modo imponenda; consequens inde est, non nisi propter gravorem culpam esse excommunicationem ferendam. Id jam pridem edixerat Concilium Aurelianense V. anni 549. can. 2. & Arvernense II. paulo post celebratum, can. pariter 2. relato à Gratiano in *Con. 42. 11. quæst. 7. inquit*: Nullus Sacerdotum, quemquam recta fidei sententia, pro parvis & levis causis à Communionis suspendit; & Concilium Meldense anni 841. can. 26. tom. 2. Collectionis Harduini, col. 1293. *Quia anathema est æterna mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine.* Sed, quoniam hæc saluberrima monita è memoria exciderant quorundam Ecclesie Prælatorum, qui frequenter ob culpas, si non leves, minus tamen graves, anathematis gladio suas oves percellabant, de quo sæpius conquestus est infra allegandus Joannes Gerson; ideo Concilium Provinciale Colonienae I. anni 1426. part. 17. tom. 5. cap. 9. Collectionis Harduini, col. 2025. illa renovare, atque in omnium Prælatorum memoriam redigere curavit, ita decernens: „Cum excommunicatio poena sit, qua nulla major est in Ecclesia, nec sit excommunicandus quis, nisi pro peccato lethali, quod anathema sit æternæ mortis damnatio, nec intelligenda veniat, nisi illis qui aliter corrigi non possunt, debet iudex non ante excommunicare quempiam, quam cognoverit, id vel causæ gravitatem, vel ejus, qui extra communionem suspendendus est, apertam contumaciam, precepto iusto acquiescere, nolentis exhibere; ac denum Tridentina Synodus, sess. 25. capit. 5. de reform. omnes Ecclesiarum Antiquitates in hunc modum admonet: Quamvis excommunicationis gladius

„nervus sit Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in fidei; populos valde salutaris; sobriè tamen, magnaque circumspectione, exercendus est; cum experientia doceat, si temerè, aut levibus rebus incutitur, magis contumeliam, quam formidari, & contumaciam potius parere, quam salutem.

III. Quæ porro de excommunicatione dicta sunt, intelligi etiam debent de suspensione, & interdicto; quamquam enim pauci quidam Doctores, inter quos Cajetanus in *summ. verb. Suspendio*, & Medina *Summ. lib. 1. c. 11. §. 8.* affirmant, suspensionem ob levem culpam ferri posse; idemque de interdicto sentiant Emmanuel Sa, *verb. Interdictum n. 7.* Gaspar Hurtado, *tract. de interdicto difficult. 17.* rectius tamen Suarez *de censuris, disp. 4. sect. 4. num. 7.* & *disp. 36. sect. 3. num. 2.* Vazquez, *in 1. 2. disp. 128. num. 49.* Layman *lib. 1. Theol. moral. tract. 5. part. 3. cap. 3. numer. 5.* & *part. 4. cap. 4. n. 4.* docent, suspensionem à Divinis, seu ab officio, & Beneficio, ad longum tempus, atque interdictum, etiam personale, nisi parvialè sit, sed integrum, & totale, nec valide propter culpam levem, nec præcedentem propter lethalem, quæ gravioribus non accenseatur, irrogari. Quamvis igitur Episcopus ordinarius potestatem habeat ferendi censuras, easque in suarum constitutionem transgressores decernendi; non tamen expedit, ut hunc suæ potestatis gladium exeat, nisi ad coercenda graviora crimina. Scimus profecto necesse non esse, ut ante Superiores legem, quæ aliquid sub censura prohibetur, illud jam esset lethalius malum, sed quoniam quæ contingere, tunc primum gra-

viter malum fieri, cum à Superiore prohibetur sub poena censura, quæ certè ejusdem intentionem ostendit obligandi sub mortali; at non decere, dicimus, ab Episcopo aliquid sub gravi precipi, vel prohiberi, statuta in transgressores censura, nisi materia præcepti, sive ratione sui, sive ratione circumstantiarum, quas inferius indicabimus, talis, & tanta sit, ut hanc poenam exposcat. De Prælati hæc ait Gerson *tract. de vita spirituali animæ, lect. 4. coroll. 7. tom. 3. Oper. cal. 42.* loquens de excommunicationibus late sententiæ: Qui pro solis incommodis temporalibus evitandis, aut commodis politicis conservandis, æternam vult infligere mortem, cui quæso similis erit? Illi nimirum, qui volens abigere muscam à fronte vicini, non securi percussus, vicinum stultitiam excerebravit; aut ei parvam dixerim, qui studens curatorem modici vulneris in pede equi sui prædem confestim abrupt; & scidit, æquumque peremit.

IV. In eundem ferè sensum, longè ante Gersonem, ad Alexandrum II. scripsit S. Petrus Damiani, *epist. 12.* ubi morem reprehendens, qui tunc temporis inoleverat, ut cunctis ferè Constitutionibus Apostolicis subjungeretur anathematis poena in eorundem transgressores, inquit: *Delinquit itaque quis, qui ille est, in illa Apostolicæ Constitutionis edictum, & aliquando levi quadam ac perexigua offensione transgreditur; & continuo, velut hæreticus, & tanquam cunctis criminibus teneatur obnoxius, anathematis sententiæ condemnatur. Et cum dictante iustitia, alio sit ultione placendus, qui plus delinquit, alio qui minus excedit; hic graviter leviter peccantibus, aqua cunctis, & indifferens poena, solius scilicet, ana-*

*thematis, irrogatur... Quam bene, si sancta prudentie vestra placet, hunc morem de cætero à decretalibus paginis amoveri præcipiat, & vel damni pecunia, vel alterius cuiuslibet ultionis calculum in eorum transgressione præstat, ne quod altis est ad ultionis inimitabilem provisionem, aliis ad perniciem præveniat animarum.*

V. Quod si omnium Doctorum consensu, grave & enorme crimen requiritur ad irrogandam censuram, etiam quam vocant comminatoriam, & ferendæ sententiæ; multo sanè gravius, & execrabilius esse oportet delictum, ob quod infligatur censura late sententiæ, qua nimirum homo, per solam legis transgressionem, nulla prævia monitione, ejusdem legis ministerio statim perstringitur. Eiusmodi censuras, præcipue verò excommunicationis late sententiæ, visus sunt improbare nonnulli Doctores. Godscalcus Rosemundus, Theologus Lovaniensis in suo *Confessionali cap. 20.* eas è medio prorsus auferri velle, inquit: *Valde inconsultum & periculosum est, quod Episcopi in suis statutis, cæteri quoque Judices, tam faciles sint in multiplicandis censuras; unde expectari esset, ut etiam inquit Gerson, ut omnes Constitutiones sententiæ excommunicationis late sententiæ, in Jure, vel statutis contentæ, quarum unus nullus est, aut plus obest, quam prodest, expressa revocatione cessarentur in provinciis, & Diocesis, & in Ecclesia universali. Expectari etiam esset, ut nullæ excommunicationis sententiæ ferretur de facto à Jure, vel Judice, neque pro præventi, neque pro futuro, nisi manifesta contumacia, qua quis ostendit, se non paratum audire. Ele-*

*clesiam Verum hæc Godscaldi assertio, qua parte omnes excommunicationes late sententiæ tamquam perniciosas delicti, & abrogari vellet, audax est; communem enim Ecclesie usum condemnat, & Concilia, summus Pontifex, omnesque Ecclesiarum Præciles tacite carpit. Neque eidem adscripturatur, quem citat, Gerson; hic siquidem hoc est, totus est in explicando; qua ratione excommunicationis vinculo ipso facto irretitur, qui ex mera ignorantia, quamquam culpabili, aut infirmitate, peccatum committit, nisi ceteroquin contentum non sit, sed paratus sit stare correctioni Ecclesie; & postquam multa ad hanc rem explicandam adduxit, concludit coroll. 12. col. 49. eas excommunicationes late sententiæ hauriuntur operari, ut abique processu alio judiciali, aut nova constitutione, possit Judex statim, probato facto, vel confesso, ferre sententiam, & eandem publicare; non ita, ubi canonice essent solam ferendam sententiæ; quoniam monitiones, & processus secundum terminos Juris prærequirerentur multiplices. Unde apparet, non improbari à Gersonis excommunicationes late sententiæ, sed ad eas requiri sententiam declaratoriam criminis, quæ utique est necessaria pro foro externo, in quo nemo est reputandus censura innotatus, nisi legitime probetur reus criminis, cui est censura jure ipso alligata; in foro autem interno, & coram Deo, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta, ad incurrendum in censuram late sententiæ, nulla est necessaria Judicis declaratio, sed sat est crimen perpetrare, cui illa est annexa; suam quippe contumaciam, & Ecclesie contemptum satis aperte manifestat,*

qui in legem delinquit, quam scit in sui transgressores censure vinculum statim, & illico injicere; sicuti egregie ratiocinantur Suarez de censuris, disp. 3. sect. 8. num. 3. & Gonzalez in cap. 48 de sententiæ excommunicationis. num. 6. sed pro ceteris legendus est de hac re expresso disserens Theophylus Raynandus Oper. tom. 4. pag. 514. ubi scribens adversus Ayalam, censuras late sententiæ hoc nomine reprehendentem, quod illis non præcedat canonice admonitio, egregie ostendit, admonitionis loco esse promulgationem legis, aliquid fieri præcipit, vel prohibentis, sub pena censure.

VI. Godscaldi, & Ayalæ assentiri videtur Van-Espen Jur. Eccles. univ. part. 3. tit. 11. cap. 6. num. 19. ubi, etsi non audeat absolute damnare excommunicationes late sententiæ, eas tamen rectè adinventas, & per decem omnino seculis ignoras Ecclesie fuisse affirmat. A Van-Espen falli facile demonstrabimus. Atque in primis nullam putamus fingi posse excommunicationem illam severiorem, quæ homo baptizatus perpetuo arceatur à Sacramento rum perceptione, omnique excidat spe consequenda ab Ecclesia reconciliationis; & tamen prioribus seculis, quorundam atrociorum criminum reos, facto ipso, seu sola criminis perpetratione, in hanc poenam incurrisse, præter alibi laudatos Petavium, Morinum, Albaspinum, aliosque plures, tradit Cardinalis Bona *Res. liturgic. lib. 1. cap. 17. num. 1.* inquit; *in exordio Christiane Religionis, statim erat pietatis studium, tantum odium improbitatis, ut quibusdam sceleribus, quæ atrociora visa sunt, omnis prorsus venie spes, omnis poenitentia denegaretur; adeo ut*

quæ

qui ea commisisset, quamvis à Divina misericordia eorum remissionem vere contritionis subsidio obtineret, numquam tamen posset cum Ecclesia reconciliari; ea erant idolatria, homicidium, & adulterium." Quid quod, si actu penitentes, aut jam semel penitentia functi, in aliud ejusdemque generis peccatum, quamvis privatim & occulte, relaberentur, numquam deinceps veniam & pacem ab Ecclesia impetrarent? Nonne & hæc species erat severissima excommunicationis? Et tamen, hanc relaxatis fuisse ipso facto inustam, & pluribus demonstrat doctis. Morinus de Pen. lib. 5. cap. 27. 28. & 29. & liquet ex plurimum Conciliorum decretis, occulte etiam relaxatos ab omni etiam civili Fidelium consortio segregantibus. Siquidem Concilium Turonense I. anni 461. can. 3. Collectionis Harduini, tom. 2. col. 795. decrevit: *Si quis verò post acceptam penitentiam sicut canis ad vomitum suum, ita ad secularis illicetbras, delicta, fuerit reversus est, & penitentia, fuerit reversus, à communione Ecclesie, vel à communione Fidelium extraneus habeatur.* Concilium Veneticum circa annum 461. celebratum, can. 7. Collectionis Harduini, t. 2. col. 797. statuit: *Penitentes quoque, qui susceptam publice penitentiam internescerunt, & ad prioris erroris consuetudinem revoluti, vitæ se seculari, conversationique reddiderint, non solum à Communione Dominicorum Sacramentorum, sed etiam à conviviis Fidelium submovendos.* Concilium Aurelianense I. anni 511. can. 11. tom. 2. Collectionis Harduini, col. 10. ro. De his (ait) qui, suscepta penitentia, Religionem suæ professionis obtulit, ad secularia relabuntur, placuit eas & à communione suspendi, & ab omnium Catholicorum convivio separari. Quare

quod Siricius Papa, epist. 1. ad Himerium Tarraconensem Episcopum cap. 5. tom. 1. Collectionis Harduini col. 848. relaxatis permisit, ut sola intra Ecclesiam Fidelibus oratione iurgentur, sacra mysterium celebrant, quævis non intereant, interint à Domino autem mens a convivio segregentur, id ex mera indulgentia, & communis legis relaxatione factum existimat Morinus cit. cap. 29. Ad hæc, Auctor Operis de Vita contemplativa (quem alii Prosperum Aquitanicum, qui medio sæculo v. scripti, alii Julianum Pomerium, qui eodem sæculo labente floruit, fuisse contendunt) lib. 2. cap. 7. disertè affirmat, ea ætate Clericos, grave aliquid facinus occulte admittentes, statim in foro conscientie, & coram Deo, in suspensionem incidisse, quam Albaspinus Observat. lib. 1. cap. 2. & Suicer. Thesaur. Eccles. tom. 1. pag. 601. pro quadam excommunicationis specie habiliam, non immerito notant; ait quippè Pomerius n. 2. *Hi, qui in nulli gradu Ecclesiastico constituti, aliquod occulte crimen admittunt, ipsi se vana persuasione decipiunt, si eis videtur propterea communicare, & officium suum implere debere, quod homines, occultatione sui criminis, fallunt; & n. 7. Qui autem ea commiserint, & ideo procedente metuunt, ne sententiam juxta excommunicationis accipiant, sine causa communicant; imò verò conspiciet contra se, itam Divina indignationis exaggerant, quod & hominibus innocentiæ fugiunt, & contempto Dei judicio, abstinere ab Altari propter homines erubescunt.*

VII. Quod si hæc nondum satis esse videatur ad probandum, maioribus nostris iniustiam non fuisse morem decernendi censuras late sententiæ; alia statim proferemus anti-

quæ



quissima, & certissima ejusdem rei monumenta. Narrant omnes viri docti tres olim fuisse species excommunicationis majoris: de qua sola in presentis res est: prima dicebatur *excommunicatio simplex*; altera *anathema*; tertia *maranatha*, de qua frequens mentio occurrit in Annalibus Ordinis S. Benedicti concipitur à Patre Mabillon, tom. 4. in *Appendice*, in Historia Lotharingæ Calmet, tom. 1. part. 2. pag. 320. & in nova editione Glossarii Caroli Du-Cangli, verbis *Maranatha*. Simplex excommunicatio, & anathema, in hoc dumtaxat inter se differabant, quod illa solo verbo proferebatur, anathema verbò pronuntiare celebri quàm sollemnitate pluribusque à iustis carenonis, que apte forent ad ostendam perpetratæ sceleris enormitatem; maranatha autem hoc anathemati addebatur, ut excommunicatus, solius Dei iudicio relictus, ab Ecclesiæ communitate separatus permanere juberetur usque ad adventum Domini, seu ad diem iudicii; quod et ipsa nominis ætymologia docuit Augustinus apud Soarez de *ecclesiis*, lib. 8. sect. 2. & explicarunt Patres Concilii Tolentani IV. statim allegandi. Jam verò antiquissima Synodus Gangrensis, paulò post Nicænam habita, omnes suorum viginti canonum transgressores anathemate percussit his verbis: *anathema sit*, Collectio Hardulmi, tom. 1. col. 137. &c. quibus sententiam fatam importari, nemo facillè inficiabitur. Patres autem Concilii Tolentani IV. habiti anno 633. cui Episcopi 63. interfuerunt, esp. 75. tom. 1. *anathema maranatha* in eos pronuntiarunt, qui adversus regnum, vel Regem conjurarent, in quos hanc formidandam sententiam, ter repetitam, protulerunt: Hoc etiam tertio acclama-

mus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis, vel cunctis Hispaniæ populis, qualibet meditatione, vel studio, sacramentum fidei suæ, siquod pro patris salute, gentisque Gothorum statu, vel incolumitate regie potestatis pollicitus est, violaverit, aut Regem, necesse attraxerit, aut potestate regni eieverit, aut presumptione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Spiritus Sancti, & Martyrum Christiani, atque ab Ecclesia Catholica, quam perjurio profanaverit, efficiatur extraneus, & ab omni communionione Christianorum in ædem, neque partem iustorum habeat, sed necum diabolo, & angelis ejus eternis suppliciis condemnetur una cum illis qui eadem conjuratione inveniuntur; ut par poena perditionis constingat, quos in perniciem præcipua societas copulat. Et ideo, si placeat omnibus, qui adestis, hæc tertio reiterata sententia, vestre vocis eam consensu firmate. Ab universo Clero, vel populo dictum est: Qui contra hanc nostram definitionem presumpserit, anathema, maranatha, hoc est, perditio in adventu Domini sit, & cum Juda Scarioth partem habeat, & ipsi, & socii eorum: Amen. Eademque anathematis sententiam, eodem ritu, ac eisdem serò verbis, in eisdem regni, & Regni proditores, denub latam legitimus in Concilio Tolentano XVI. anni 693. esp. 10. eod. tom. 3. Collectionis Hardulmi col. 180. Qui autem prædictæ sententiæ ritum, quo tribus vicibus, veluti trium monitionum loco, fuit repetita, considerat, multo que magis si illorum verborum: *anathema sit in conspectu Spiritus Sancti, & Martyrum Christi*; vim, & ef-

ficialam attentius expendat, minime dubitavit, Patrum mentem fuisse, excommunicatione late sententiæ percellere quotquot in posterum in patriam, aut Regem; rebellionem intentarent.

VIII. Non itaque recenter adinventæ, nec primis decem Ecclesiæ sæculis ignota prorsus fuerunt excommunicationes late sententiæ; sicuti sibi finxit, rerumque Ecclesiasticarum minus peritis imposuit Van-Espen, ut illarum usum improbaret, easque parvi faciendas videret, quod certè alibi non obscure insinuavit.

## CAPUT II.

*Auctoritate & exemplis improbatur immoderatus usus Censurarum late sententiæ.*

Vindicata Ecclesiæ potestate infligendi censuras late sententiæ, illud affirmamus, quod nemo negavit, nimirum frequentius, quam recte disciplinæ ratio exposcat, censuras ejusmodi irrogari. Enimverò Navarra manual. cap. 27. num. 49. notat, ante annum 1298. quo promulgatus est sextus Decretalium, vix duemtas fuisse triginta sex excommunicationes late sententiæ, que etiam ad viginti sex poterant commode redigi, eoque plures unum eundemque serò casum respicerent. Per solum autem sextum Decretalium (pergi Navarra) inducta fuerunt 32. & per solas Clementinas 50. Postea per Bullam Cane, per Extravagantes impressas, & non impressas, per Constitutiones Synodales, & Prævinctales, per constitutiones, & reservationes Sæcularium, & Religiosorum, seu innovatas; additque, valde utilem, immò & necessariam fore aliquam earum limitationem, saltem quoad forum conscientie. A Navaro in hunc

modum edocti, ac præfatum Concilium Tridentinum decretum præ oculis habentes, cum nos sacre Congregationis Concilii munere fungebamur Secretarii, semper Episcopis, nos amici consulentibus, auctores fuimus, ut parè, & magna cum circumspectione censuras indulgerent, præsertim late sententiæ; sepe etiam, cum idem sint Synodales Constitutiones, pristinam promulgarentur, ad nos transmitterent, eos horrà sumus, ut ab illis censuras deleterent, quibus earumdem transgressores ipso facto innotabantur. Hanc eandem fuisse mentem comperimus Præfatus Alroviti, nostri in eodem munere Prædecessoris; ille puppe in causa *Neapolitana*, proposita die 18. Maii 1686. cum ageretur de edicto, ab Archiepiscopo edito, quo sub poena suspensionis ipso facto incurrenda interdicebatur Parochis, ne in sepeliendis pauperum cadaveribus quædam pergerent, que videbantur minus decetia, hæc in suo voto adnotavit: *Verum mihi semper visum est, imponere, & eam suspensionis facto incurrenda, pro qualibet levi culpa, præsertim contra Parochos, non minus in præjudicium animarum, eorum cura, commissarum, quam ipsorum Parochorum delinquentium.*

II. Item cum in Congregatione habita die 20. Decembris 1687. examinanda essent Synodalia decreta Episcopi Visionensis, & contraversa præcipue verteret circa unum decretum, quo sub poena excommunicationis late sententiæ prohibebantur Sacerdotes Interde aleis, vel taxillis, quocumque modo, & cum quacumque persona, postquam Alrovitus in suo suffragio Doctores reitit assentes, licere quandoque Sacerdotibus, animi relaxandi causa, aleis, & taxillis ludere, modo id non frequenter, &

sine scandalo fiant; atamen, quia ludus, qui juxta Doctrinam. D. Thomae 2. 2. *quest. 168. art. 2.* ad virtutem pertinet eutrapellae, facile degenerat in vitium, eo quod ludentes aut nimium illi indulgent, aut à conditionibus delinquant, quas idem D. Thomas *ibid. & art. 187.* ad ludum cohonestandum requirit; ideo addidit Alтовитus, posse Episcopum in sua Synodo edicere, ne Sacerdotes, & Clerici aleis, vel taxillis ludant; sed, quantum attinet ad censuras, hæc prudenter animadvertit, *Penam excommunicatiouis late sententiæ, uti nimis rigidam, etiam nullo reclamante, ex officio tollendam esse, & per consequens, decretum in hac parte reformatione indigere, censuram; licet enim sacrum Tridentinum Concilium cap. 1. *sess. 22. de reform. tribuerit Episcopis facultatem procurandi observantiam eorum, quæ per antiquos canones disposita fuerit circa vitam & honestatem Clericorum, non solum sub penis per dictos canones statutis, sed etiam aliis, eorum arbitrio imponendis, & atamen arbitrium hujusmodi regulari debet à Jure, juxta cuius dispositionem non est imponenda pena excommunicatiouis, præsertim late sententiæ, nisi in casu, quo committitur culpa lethalis, quæ ex supradictis non contrahitur per Clericos, raro, vel reformationis causa, & citrà scandalum ludentes.* Putavit nimirum Alтовитus, nullam in casu, de quo res erat, adfuisse circumstantiam, ob quam poterit ludus prohiberi sub gravi; quod ceteroquin posse aliquando evenire, paulo post demonstrabimus.*

III. Sed numquam magis à censuris multiplicandis alienum ostendit Alтовитus, quam in causa *Meliteni*, quæ fuit ejusmodi. Episcopus Melitenis in sua Synodo excommunicatio-

ni late sententiæ subjecerat Clericos occulte delinquentes arma prohibita. De hoc decreto, adversus quod Clerici reclamaverant, disputandum erat in sacra Congregatione Concilii die 16. Decembris 1684. Ad Alтовitus in suo suffragio, quod pro suo Secretarii nuncere; ut motis est, exaravit, acriter decretum impugnavit; aiebat enim: usum armorum veterum quidem esse Clericis in *cap. Clerici, de vit. & honest. Clericor.* & propterea recrè posse iterum illum ab Episcopo Clericis interdici sub penis arbitrariis, etiam pecuniariis, locis piis applicandis, quemadmodum tradunt Antonelli. *de Regim. Eccles. lib. 6. cap. 5. num. 2. & Beller. Disquisit. Clerical. part. 2. tit. de penis Cleric. §. 1. num. 2.* sed, quod attinet ad censuras, eas à Jure irrogatas dicebat, Clericis arma gestantibus, non autem illa domi retinentibus, & præterea prædictas censuras esse ferendas, & non late sententiæ; quemadmodum bene ponderavit Raynaudus *de Religio loricato, vers. Jure tamen communi, Oper. tom. 17. pag. 197.* Et quamquam (pergebat Alтовitus) in Constitutionibus summorum Pontificum videlicet 49. Pii IV. & 145. S. Pii V. excommunicatio late sententiæ feratur adversus Clericos delinquentes, aut domi delinquentes arma prohibita, hæc tamen Constitutiones solos complectuntur Clericos, dependentes in temporalis ditione Romani Pontificis; cumque versemur in materia odiosa & poenali, non sunt extendende ad Clericos alibi commorantes. Etenim, quamvis in Clementina. *Ne in agro. §. Quia verò in fin. de statu Monachorum*, excommunicatio late sententiæ decernatur in Monachos arma detinentes intra septa monasterii sine licentia Abbatis, non propterea sub ea comprehenduntur Canonici Regulares, licet isti sæpius in Jure confun-

dan-

dantur cum Monachis, & expressè nominentur in præcedenti Clementinæ periodo, ubi excommunicatione ipso facto declarantur irretiti tam Monachi, quam Canonici Regulares, qui, relicti claustris, per Principum Curias evagantur; quemadmodum, post Glosam in eodem *Clem. verb. Monachos*, advertit Suarez *de censuris, disput. 15. sect. 5. n. 8.* ex quibus omnibus concludendebat Alтовitus, Synodalem Constitutionem Melitensem esse ita temperandam, ut excommunicationem, non late, sed ferendam tantum sententiæ, Clericis arma detinentibus iniret. Non fuit causa, præfata die, definita, nec deinceps in sacra Congregationis regestis proposita apparet; fortasse quia Constitutionis defensores, à contrario-suffragio Secretarii certum periculum cause suæ metuentes, Episcopo suaserunt, ut ipsemet Synodale decretum reformaret.

IV. Nihil enim verò hoc exemplo efficacius adduci poterat ad indicandam, & suadendam Episcopis cautelam, & circumspectionem, quam adhibere debeant in decernendis censuris late sententiæ, ne secus sua decreta reformare, aut etiam prorsus delere cogantur; etenim nihil magis est apud Doctores receptum, quam quod Episcopus queat Jus commune adjuvare, poenasque augere ab illo inflictas, quod fuisse probat Romaguerra *ad Constitutiones Synodales Gerwardenses, lib. 1. tit. 1. cap. 1. n. 23.* & nihilominus est illis, quæ enarravimus, perspicuum fit, non semper congruum reputari, ut quæ à Jure communi sunt vitia, atque interdum etiam sub censurarum comminatione interdicta, iterum ab Episcopo prohibeantur, statuta in transgressores censura late sententiæ; sed hæc, tamquam extremum remedium, est tantum adhibenda, cum malum gravissimum est, neque alter præci-

di, aliusque penis coliberi potest. Hanc pariter fuisse, esseque constantem sententiam sacre Congregationis Concilii, ex eo colligitur, quod paucis ante annis accidit Episcopo Larinensi. Habita ab eo fuerat Dioecesis Synodus anno 1728. adversus ejus nimium severas Constitutiones Clerici Larinenses appellarunt; sed san. mem. Benedictus XIII. appellatione rejecta, eas ad unguem servari jussit; Benedicto è vivis erepto, ab ejus successore Clemente XII. facultas facta est Larinensibus Clericis sua jura deducendi ad sacram Congregationem Concilii; quæ cum in prima ex Synodalibus Constitutionibus, à Clero impugnat, sancitum deprehenderit, ut omnes indiscriminatim Ecclesiasticis tenerentur interesse Congregationi, de questionibus, ad forum conscientie spectantibus haberi consuevit, atque in earum altera injunctum videri Sacerdotibus, ut quotiescumque prædictæ Congregationi non interesset, in sequenti die abstinere à celebratione Missæ, die 30. Augusti 1732. rescriptis, primam Constitutionem non sustineri quoad Clericos nondum sacris initiatos; quæ altera verò deleri jussit præfatum poenam suspensionis; etsi enim hæc levisima esset, & unica tantam dei Sacerdotis arceat à Sacro Altaris ministerio, levior tamen sacre Congregationis visa est culpa, propter quam infligebatur; quod videri potest in *Theaur. Resolut. tom. 5. pag. 387.*



## CAPUT III.

*Interdum decernit potest. Censura lata sententia ad cohibendum cultum, quæ in se spectata est levis, si ob adiunctas circumstantias fiat gravis.*

Verùm contingere potest, ut res, quæ in se spectata levis esse videtur, gravis tamen appareat, si circumstantiis pendendantur, quibus circumvestitur, & præsertim si consideretur periculum, ne abusus, qui ab uno, vel altero in Dioecesi induci cepit, nisi statim præcoeretur, totam paulatim communitatem contaminet; quemadmodum notavit Gibalinus de censuris discip. 2. quæst. 2. consecrat. 7. In hoc autem rerum eventu, si Episcopo alius non suppetat, modus, licet profectò etiam censurarum ense illum præcedere, novum quispè non est, ut, quod in paucis dissimulandum prudentia dicitur, in tota communitate tolerari non debeat. Plura hujus rei exempla nobis suppeditant Conciliorum canones. Item in Concilio Garthaginens. IV. anni 398. can. 24. relato in Can. Sacerdote, consecrat. dist. 1. excommunicandum statuit, qui Sacerdote verbum in Ecclesia faciens, aggressus de auditorio fuerit. Gregorius II. in Concilio Romano anni 721. cui Episcopi 33. interfuerunt, can. 17. relato dist. 23. Can. 23. & in cap. de vit. & honest. Clericor. anathema pronuntiavit adversus Clericos comm. neutrientes, inquisiens: Si quis ex Clericis Lazaverit commam, anathema sit. Et responderunt terò, anathema sit. Bonifacius VIII. in Extravag. Detestanda, de repleturis inter comm. excommunicatione perulit, quicumque cadavera exenterent, &

concederent. Nulla autem ex his actionibus, si nudè inspiciantur, tantam præferunt cultum, ut excommunicationis poena debuissent coëreri; quinimò, etiam assentiamus Suarez de censuris disp. 24. sect. 1. num. 6. docenti interdum vocari excommunicationem in antiquis iuribus solam privationem Eucharistiæ; cuius usus per anonomasiam dicitur Communitio; atque in hoc sensu excommunicationis vocabulum usurpatum intelligamus à citato Concilio Garthaginensi IV. adhuc videri non potuerant tanti criminis rei, qui à concione recedebant, ut propterea debuissent sacra mensa prohiberi. Quare, ne credamus, sacros canones à iustitia, & æquitatis tramite deviasse, dubitandum non est, quin ille actiones gravitatem acceperint ab adiunctis circumstantiis, quod certè de concisione cadaverum, quæ non sine enormi barbarie, & maximo Fidei horrore fiebat, ex prædictæ Decretalis legione apparet.

III. Hinc pariter in recentioribus Synodis, præcipuè Hispanens, Tolentanæ, & Abulensi, relatis à Thoma Sanchez Consil. lib. 5. cap. 1. dub. 14. num. 6. Leandro quæst. moral. part. 5. tract. 5. disp. 2. quæst. 30. & Sancto in select. disp. 47. excommunicatio lata est adversus eos, qui, cum ex legitima causa, jejuniarum diebus, carnibus viscerentur, piscis simul comedebant; quamvis enim ea admittit, seu carnium unum cum piscibus comestio; priusquam à nobis, nostris Apostolicis litteris datis die 30. Maii 1721. confirmatis die 22. Augusti ejusdem anni, & luculentius explicitis in nostra responsione ad Questiones nobis propositas ab Archiepiscopo Compostellano die 8. Julii 1744. quæ extant tom. 1. nostri Bullar. Constit. 19. Constit. 27. & Constit. 99. severa lege pro-

prohiberetur, fortassè secundum se gravi culpa vacaret, attamen ob adjunctum scandalum, à quo vix sejungi poterat, jure ac merito etiam sub poena excommunicationis fuit in præfatis Synodis interdicta; quemadmodum bene ponderat Daniel Concha, Ordinis Prædicatorum Theologus, in suo Comment. Theologico in præfatum nostrum Rescriptum ad postulata Archiepiscopi Compostellani §. 1. n. 50. Levissimam quoque turpitudinem, etiam priusquam à seculi communi hominum consuetudine cohonestaretur, præferre potuit usus pulveris Nicosianæ, vulgo Tabaci; & nihilominus Urbanus VIII. Constitutione, quæ incipit cum Ecclesia, edita die 30. Januarii 1642. sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda, Tabacum sumere vetuit in Ecclesiis civitatis, & Dioc. Hispan. quæ ejusdem Dioecesis Sacerdotes non verentur Tabacum sumere in Altari; ex quo sacra lintea indecenter fodabantur, & Fideles nondum assueti Tabaci graveolentia, illius fetorem abhorrentes ab Ecclesiis se subducebant; eademque de causa Innocentius X. & Innocentius XI. sub eadem excommunicationis poena late sententiæ, ejusdem Tabaci usum interdixere intra Vaticanam Basilicam; pluresque Episcopi, hisce permoti exemplis, excommunicatione innodarunt non solum quoties intra quamlibet suarum Dioecesium Ecclesiam Tabacum sumerent, sed etiam Sacerdos, qui ante Missæ celebrationem, & laicos, qui ante Eucharisticam Communionem eodem pulvere extra Ecclesiam uterentur; de quibus Constitutionibus plura inferimus.

III. Quod si res, quæ in se levis sunt ob adjunctas interdum circumstantias scandali, prudenter sub censura late sententiæ prohibentur; multò magis excommunicatione late senten-

tia cohiberi poterit peccatum, quod & in se jam grave est, & insuper grave affert scandalum. S. Toribius in sua prima Synodo Provinciali habita anno 1582. tom. 4. Concilior. Hispanie Cardinalis de Aguirre p. 247. set. 3. cap. 4. ipso jure excommunicatos decrevit Clericos, operam dantes mercatura. Contra hanc Constitutionem appellavit Clerus ad sacrum Congregationem Concilii, ad quam Synodus de more missa fuerat examinanda. Sed sacra Congregatio, etsi alias plures censuras ex ejusdem Synodi Constitutionibus deleri jussit, hanc tamen sustinendam censuit; non solum quia sciebat, omnem negotiationem sub interminatione anathematis prohibuit esse Clericis, præsertim Sacris initiatis, in cap. 6. No. Clerici, vel Monachi; verum etiam quia audierat, Infideles Indos plurimum offendi, cum Ministros Evangelicos vident impensam operam dare negotiationi; inde enim occasione arripuit suspiciandi Evangelicæ prædicationi, si non unicum, saltem præcipuum scopum esse, viam aperire Europæ ad negotiationem illis in regionibus extendendam, atque ingentem auri copiam ex his in Europam apportandam; quemadmodum narrat idem Cardinalis de Aguirre loc. cit. pag. 261.

IV. Ad idem præcavendum scandalum, Evangelicæ prædicationi consulendum fuit & dignitatis sumus Pontifex Clemens IX. sub poena excommunicationis late sententiæ, prohibuit quibuscumque Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quam Regularibus, degentibus sive in insulis, provinciis, & regnis Indiarum Orientalium, sive in partibus Americæ tam australibus, quam septentrionalibus, ne unquam cujusvis cause, occasionis, & tituli pretextu quæstuosam exercent nego-

nationem sive per se, sive per alios, sive nomine proprio, sive Religiosorum Ordinum, quorum forte sint alumni; voluitque, statutas à se in prædiciis negotiatores pecunias neque eum evadere, qui semel tantum mercaturam fecit; quod videre est in Constitutione ejusdem Pontificis, impressa inter Apostolicas Constitutiones, resistentes Missiones Sinarum & Turchiarum, in unum volumen collectas, editasque Parisiis anno 1676.

part. 1. pag. 75.

V. Ex quibus omnibus conficitur, impossibile esse, ut Episcopus certa præscripta norma, ad quam tutio, & sine officio conformare se queant in decernendis censuris lata sententiæ, cum res pendat à regram locorum, & temporum conditionibus, quas pendere ad ipsorum prudentiam pertinet. Neque ex eo, quod nos sciamus, aliquam censuram, ab aliquo Episcopo latam, etiam Clero contradicente, ratam habitam à sacra Congregatione Concilii, inferre possimus, eandem, si alibi feratur, ratam pariter habendam; scimus etenim, sacram Congregationem sustinuisse edictum quondam editum ab Episcopo Comenâ, quo sub pena suspensionis ipso facto incurrenda, prohibebatur Clericis, in Sacris constitutis, ingressus in Ecclesiam sine veste nigra oblonga, quam *talarem* vocant, uti habetur *lib. 4. decretor. pag. 128.* sed simul *lib. 8. pag. 288.* adiutorum legitimus, eandem sacram Congregationem è simili edicto, promulgato ab Episcopo Rubensii, expungit jussisse penam censurarum, eorumque loco subrogandam penam solutionis quinque librarum cere albæ, & solum in subsidium, adjuvandas censuras, ferendæ tamen, non verò lata sententiæ; quia nihilum in Diocesi Rubensii usus vestis brevioris

non adeo apud Ecclesiasticos invaluerat, sicuti in Diocesi Comenâ, in qua, uti Episcopus sacra Congregationi significaverat, usus vestis talaris, quam propriam esse Ecclesiasticorum infra dicemus, omnibus ferè observaverat, non sine populi admiratione & scandalo. Quare iterum concludimus, non posse certam regulam tradi, in infligendis censuris, ubique servandam, sed rem totam relinqui prudentiæ & circumspectioni Episcoporum.

## CAPUT IV.

Quid de usuris, & Contractibus in Synodo decerni possit; ubi specialiter de mutuo.

Optabat Fagnanus in *septa cit. et. Sicut olim, num. 82. de accusat.* nihil à Synodo Provincialibus quoad usuras decerni; & tamen vitæ eût Concilium Provinciale inventum, à quo non fuerit usura expressè damnata, easque exercentes verisimilis prentis subjecti. Hunc eundem morem imitata Diocesis Synodi, præsertim recentioris, ab anno scilicet 1698; usque ad hunc habitæ, quas summo studio collectas attentè perlegimus, specialem de usuris sermonem insinuerunt, easque iterum, iterumque improbarunt. Nec proinde aut hæc auctoritas Fagnani refragatur, aut Fagnanus communi Synodorum unæ & præxi adversariis, quod enim Fagnanus voluit, hoc unum est, ne à particularibus Synodis questiones dirimantur in causis *usurarum, & aliarum vitiorum, quibus timorata conscientia irritari possunt;* quales sunt questiones circa contractus, inter graves Theologos controversæ, & nondum ab Ecclesia desinitæ; non verò prohibuit, ne usura verè & propriè

talis, aut contractus certò fœnerationi prohibebantur, atque et qualiter Diocesi quælibet inveniatur. Quæ autem nominatim prius, aut posterioris generis sint, per summa capita inuenimus.

II. Omne lucrum ex mutuo, præcipuè *ratiose mutui*, ut loquuntur Theologi, hoc est lucri cessantis, damni emergentis, aliove extrinsecito, in remato, usurarium, atque omni juri, naturali scilicet, Divino, & Ecclesiastico, illicitum esse, perpetua fuit, & et Catholicæ Ecclesiæ doctrina omnium Conciliorum, Patrum, Theologorum unanimitè consensu firmata. Huic contradicere Græci schismatizati, qui teste Guidone Carmelita in *Catalogo hereticorum*, quodcumque lucrum ex mutuo permittunt, Græci ex parte consensit Calvinus, qui *ad cap. 18. Ezechielis*, licere docuit aliquod moderatum lucrum, non quidem à paupere, sed à divite, præcipuè ratione mutui, exigere. Errori à Calvino obiter insinuat, ex professo propagavit Carolus Mollinæus in *suo Tract. de usuris*, ubi *n. 10.* audacter affirmat, usuram non esse prohibitam, nisi in quantum est *contra charitatem*. Distinguit deinde *n. 85.* tres hominum gradus. Primum complectitur pauperes, emendicanda stipende viuentes; quibus, non mutuo, sed elemosyna succurrendum, alii; alteri in ligentes, qui pro tempore indigent, quævis pares sint mutuo postea restituendo; atque his quoque mutuum gratuitò danlum asserit; tertium gradus complectitur divites, & mercatores, qui nihil indigent, sed rem suam negotiatione amplificare student; & ab his usuram moderatam, ratione mutui, justè ac sanctè exigi posse, tradit Mollinæus. Fandem prævam opinionem ample ratus alia ratione defendit Claudius Salmasius in duplici Tractatu, altero inscripto *De usu*

*ris*, alio *De trapectico fœnore*, quibus in locis usuram nisi charitatem laudat, ab omni culpa absolvit, eò quòd sit *merces locatæ pecuniæ*. Verùm quamquam plurimi heterodoxi, Calvinus, Molinæus, & Salmasii systemati stabilendo elaboraverint, inter quos Petrus Heintgius *lib. 2. q. 1. Gerardus Noord de fœnore, & usuris lib. 1. Gronovius, & Barbeyrac in notis ad Hugonem Grotium lib. 2. cap. 12. Boehmerus Jur. Ecclæ. Protest. tom. 5. lib. 5. tit. 19.* rationem tamen, qua eam Salmasius tutatus est, ferè omnes resellerunt, rectè arbitrantes, mutuatæ pecuniæ dominium transferri in mutuatarium, ac propterea non posse mutuum locationi ullo pacto comparari, sicuti testatur Godefrius Mascovius in *notis ad Puseuodorf, lib. 4. cap. 7. §. 5.*

III. Impie Calvinus, & Molinæi opinionioni non veriti sunt subscribere pauci quidam Doctores Catholicæ. Distingunt & isti duplex genus mutui unum, quo pecunia, aliare res datur ad consumptionem, quod plerumque fit cum indigentibus, pecuniam mutuatam accipientibus, ut se, suamque familiam sustentent; debita solvant, si illam nuptiis tradant, &c. alterum quod datur ad negotiationem, ut cum mercato: oribus fieri solet, qui acceptam mutuo pecuniam succurrendum, argenti, ingensque ex ea lucrum reportant. In primo casu usuram esse fatentur, quiddam exigitur ultra sortem. Ad à fœneris labe excusant lucrum, quod in secundo casu ex mutuo percipiunt, dummodo sit moderatum, modicumque terret: à patriæ legibus diluunt.

IV. Novam hanc distinctionem, ab hæreticis primùm excogitatam, præveterat Ecclesiæ Patres, qui uno ore, absolute, atque indefinitè fœnerationem pronuntiant quiddam ex mutuo ultra sortem exigitur. Terrucianus *l. 4.*



contra Marcionem *cap. 17.* ita explicat Ezechielis locum: *Pecuniam, inquit, suam fanori non dedit, & quod abundaverit, non sumit, fanoris accipit redundantiam, quod est usura.* S. Basilii in *Psalm. 14. tom. 1. Oper. pag. 107.* allegat pariter Ezechielis loco istum: *Ezechiel id in maximis malis recessit, et fanus, & quidpiam nuda, totam accipitur.* S. Ambrosii lib. *unic. de Tobia c. 14. n. 49. t. 1. Oper. col. 607.* Et *esca usura est, & vestis usura est, & quodcumque sorti accedit, usura est.* S. Hieronymus in *Ezechiel lib. 6. cap. 18. tom. 5. Oper. col. 210.* Alii pro pecunia fanorata solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt, usuram appellari, & superabundantiam, quicquid illud est, si ab eo, quod dederint, plus acceperint. S. Augustinus in *Psalm. 36. serm. 3. n. 6. t. 4. Oper. col. 283.* Si fanoraberis homini, id est mutuum pecuniam tuam dederis, à quo aliqui, plusquam deditur, expetere accipere, non pecuniam solum, sed aliquid, plusquam deditur, hoc illud erit, si, siue vinum, siue oleum, aut quodlibet aliud, si plusquam deditur, expetere accipere, *fanorator* est. Concilium Agathense relatum à Barchardo l. 2. *cap. 726.* ab Ivone *part. 6. col. 200.* & à Gratiano *caus. 14. q. 3. Can. 4. Usura est, ubi amplius requiritur, quam datur, v. gr. si dederis solidos decem, & amplius quaesieris.* Ex quibus Gratianus libidem concludit: *Eccc evidenter ostenditur, quod, quicquid ultra sortis, in exitu, usura est.* Patribus adhaerens veteres Theologi, qui, dicit D. Thomas 2. 2. q. 78. *art. 2.* adeo distincte omne lucrum ex mutuo, iure naturali, & Divino velatum asserere, ut ne minus quidem ab obsequio, aut à lingua, quod cerè quod minimum est, nullique onerosum, à mutuario,

sollus mutui causa, exigi posse docuerit.

V. Neque verò Calvinii, & Moliniani asseclis suffragantur aut loca sacrae Scripturae speciatim prohibentis, ne pauperes usuris opprimantur, uti *Exodi 22. vers. 25.* & *Levitici 25. vers. 35.* aut sententia Patrum, usuras dumtaxat redarguentium immoderatas, aut canones Conciliorum, putà 36. ex Apostolicis, 17. Nicenis, & 12 Concilii Arelatensis primi, solas Clericos faneratores severis poenis subicientes. Etenim antiqui Testamenti pagina in ipsimet in contrarium adductus locis, & adhuc clariss. *Deuteronomii 23. vers. 19.* *Ezechielis 18. & Psalm. 14.* omnem omnino usuram, absque ullo personarum, à quibus exigatur, discrimine prohibet, & detestatur; pauperes autem alicubi expressè nominat vel tantum exempli causa, quia plerumque contingit, ut illi magis egeant opis alienae, & necessitate adacti mutuum accipiant, etiam sub obligatione immoderatae sive solvendi, quemadmodum ad praedictum *Exodi* caput adnotavit etiam Hugo Grotius; vel quia usura, quae à pauperibus extorquentur, praeter propriam pravitatem, quamdam reddenti servitatem & immunitatem, specialis nota & reprehensione digna, sicuti ratiocinatur Ghibellinus de *usuris lib. 1. cap. 7. art. 2.*

VI. In novo autem Testamento *Lucas 6.* illis Christi Domini verbis: *Mutuum date, nihil inde sperantes;* praecipit tradi, seu verius naturalem legem iterum inculcari, nihil proventus lucri ex mutuo ab ullo sine paupere, siue divite, exigendi, non solum docet D. Thomas 2. 2. q. 78. *art. 1. ad 4.* sed concors fuit Conciliorum, Patrum, summorumque Pontificum sententia, praecipue Urbani III. in *c. Consultat. de usuris*, qui praefati tex-

tus auctoritate omnem quantumvis minimam usuram universam vestitam pronuntiat; explicans etiam praefata Christi Domini verba, is prohiberi, aut, omnia usurae, & superabundantiam. Dicere autem, summos Pontifices, & Concilia praedicti textus verum & genuinum sensum non esse assecurata, quod aliquos missitare non puduit; & temerarium, & ferè haereticum est; quicquid enim sit, an Ecclesia non solum infallibili polleat auctoritate in definiendis questionibus Fidei, aut mores respicientibus, quod nullus Catholicorum negat, sed etiam in delectu rationum, quae ad suas definitiones stabilendas interdum adducit, de quo nonnulli Catholici dubitarunt; certum & indubitatum est, eam errare non posse in interpretanda Divina Scriptura, ejusque genuino sensu Fidelibus aperientio.

VII. Haud absimilia reponimus ad testimonia Patrum. Hi siquidem, licet vehementius invehantur in usuras immoderatas, atque à pauperibus extortas, veluti culmen sceleris, ad quod homines pertrahit sordida atque insatiabilis avaritia; non idcirco tamen approbant moderatas à divitibus exigendas; quinimò etiam istas aliis in locis expresse condemnant. Etenim verò *Ambrosius cit. lib. de Tobia cap. 6. tom. 1. Oper. col. 597.* de his agens, qui pecuniam suam fanerantur non indigent, sed diviti, sed negotiatori, cui uberes proventus pariat, eos in hunc modum increpat: *«Nihil aequius faneratioibus, qui aliena damna lucra sua arbitrantur, & dispendio suo depurant, quicquid ab aliis possidentur. Accipiantur haeredes novos, adolescentulos divites explorant per suos, adjuvant se, simulantes paternam, & avitam amicitiam, volunt domesticas eorum cognoscere necessitates...*

Tom. I.

«Sic verò nobis laqueos alicujus necessitatis offenderint, intexunt tantum abulas, sicut nobile praedium esse venale, ampliam domum, accumulanti proventus fructuum, annuos redditus exaggerant, hortantur, aut commant. Similiter faciunt, pretiosas vestes, & mollia nobilia praedicatoris. Neganti se habere pecuniam, ingerunt suam, dicentes: utere ut tuus; de fructibus emptae possessionis pretium multiplicabis, delibitum reddes & cap. 14. col. 607. Et putas, te pio facere, quia à negotiatore velut munus suscipis? Inde ille fraudem facit in mercato pretio, unde tibi solvit usuram. Fraudis illius tu auctor, tu particeps, tibi proficere quicquid ille fraudaverit. Et esca usura est, & vestis usura est, & quodcumque sorti accedit, usura est. Quod velis, et innovent imponas: usura est. Similiter Hieronymus in *cti. c. Ezech. tom. 5. Oper. col. 210.* perinde ac si cum illis ipsis congregaretur contra quos pugnavit, foenus reprobat, etiam ex re percipiendum, quod ingentem fructuum mutuario attulit, iniquis: «Solent argumentari, ac dicere: dedit illi unum modium, qui satus fecit decem modos; nonne iustum est, ut modium modium de meo plus accipiam; cum ille me liberalitate novem, & semis de meo habeat? Nonne ille errare, inquit Apostolus, Deus non irascitur. Respondet enim nobis breviter fanerator miseriores, utrum habens dederit, an non habenti. Si habenti, utique dare non debuerat. Sed dedit quasi non habenti. Ergo quare plus exigit quasi ab habente?»

VIII. Ad canones quod attinet, si argumentum, quos ex illis instaurant, quicquam haberet roboris & efficacitatis, probaret etiam, formationis, &

adulteria esse laicis permitta, quia plerique canones in solos Clericos fornicarios, & adulteros, nulla facta laicorum mentione, animadvertunt: que sanè argumentatio inepta & ridicula foret; novum quippe non est, Ecclesiam se reverè in Clericis punire delicta, que etiam in laicis excoeratur, sicuti oportuè, & ad rem apposituè monuit Concilium Carthaginense I. can. 14. *Quod in laicis reprehenditur, id multo magis in Clericis oportet prohiberi.* Ceterum non desunt alii innumeri canones, Clericos equè ac laicos usurarios redarguentes, atque ut alios prætereamus, antiquissima Synodus Eliberitana can. 20. tom. 1. Colloc. Hadriani col. 352. hæc habet: *Si quis Clericorum detectus fuerit usurarius accipere, placuit, cum degra. latri, & abstineri. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit correctus jam se cessaturum, nec ulterius ex acturum, placuit, ei veniam tribui. Si verò is ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia esse proficiendum.* Ac Leo Magnus epist. 3. ad Episcopos p. r. Campaniam, Picenum, Tusciam, & universas Provincias constitutos, c. 3. relat. can. 7. 24. quest. 4. exagitant usuræ peccatum, ait: *Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in Clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condemnemus.*

IX. Jure itaque ac merito Antores permittentes, moderatum lucrum ex mutuo à divite, & negotiatore exigere, veluti adversantes communi & perpetuè Catholice Ecclesie doctrinæ, inflammarunt, & validissimis argumentis confutavit Navarrus Comment. de usuris num. 8. & seq. Gibelinus, & Leotardus, n. sno quilibet de usuris Tractatu, Cardinalis de Lugo de just. & jur. tom. 2. disp. 25. Jacobus Gaytte egregio Opere, quod

concinnavit adversus Molinæum, Salmasium, Auctoremque libelli Græcæ, du *Traité de la pratique des Bénédictins Saintebeuve in resolut. canonum conscientie tom. 2. ultim. tituli. Paris. an. 1700. cap. 210. pag. 422. & seq. Aloisius Bulteau, seu Bultellus, in Apologia pro Lactantio in materia usurarium, edita Parisiis anno 1677. Pouget in suis Catholicis Instit. tom. 1. pag. 760. Natalis Alexander Theologorum, & mor. tom. 2. lib. 3. cap. 7. Generis Theolog. mor. il. tom. 1. tract. 4. de mutuo, & usura quest. 6. & seq. Poyras in Dictionar. cas. constit. tom. 3. verb. Usura, Continuator Pralectionum Theologicarum Honorati Tournely tract. de contract. part. 2. cap. 3. aliique plurimi.*

X. Verùm quoniam tot Doctorum auctoritate & argumentis minime perterriti, prædictam exoticam opinionem nonnulli iterum reficere non dubitarunt; propterea nos ad Petri Cathedram evecti, ne Catholice doctrinæ puritas, cujus depositum nobis est à Christo concedendum, hac erroris labe foedaretur, datis ad Italia Episcopos encyclicis literis sub die prima Novembris 1745. hæc inter cætera declaravimus: primo, omne lucrum ex mutuo, ratione mutui, usurarium, & illicitum esse; secundo ad usuræ labem purgandum, nullum accessiri posse subsidium, vel ex eo quod id lucrum non excessivum, & nimium, sed moderatum; non magnum, sed exiguum sit, vel eo quod is, à quo id lucrum, solus causa mutui, deponitur, non pauper, sed dives existat, nec datam sibi mutuo summa relicturus otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas; vel novis coëmendis prædiis, vel questionibus agendis negotiis, utilissimè sit impenturus; tertio, quamquam unà cum mutui contractu possint quandoquæ

quæ alii tituli, ut ajunt, forte concurrere, ipsi mutuo extrinseci, & quibus justa oriatur causa; aliquid, ultra sortem ex mutuo debitam exigendi; attamen falsò & temerè affirmari diximus; ejusmodi titulos semper reperit, ac ubique præsto esse, ita ut illorum ratione, quotiescumque pecunia, frumentum, aliòve id generis, alteri cuicumque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram, salvamque, recipere. Alia præterea ediximus, atque in contractibus servanda commendavimus, que in Episcopales Synodos utiliter inseri poterunt, ne usuræ macula inficiantur; sicuti videre est in prælati nostris literis, que sunt in ordine 143. Bullarii nostri, tom. 1. quasque nuper primo Theologico Commentario illustravit Daniel Concina Ordinali Prædicatorum Theologus.

XI. Quamobrem, si jampridem aliquot Episcopi, inter quos Cardinalis de Camus Episcopus Gratianopolitanus, Cardinalis de Bissy tunc Episcopus Tullensis, Jacobus Benignus Bossuet Episcopus Meldensis, & Bragadinus Episcopus Verontensis, in suis Edictis, & Pastoralibus Instructionibus præfata proscripterant erroneam opinionem; atque quam non verant jam à Concellis, summorumque Pontificum Constitutionibus prædammatam; multo magis integrum nunc erit Episcopis illam, postquam iterum nominatim, & expressè est ab Apostolica Sede reprobrata, novis, si opus fuerit, Constitutionibus à sua Diocesi extorbare, tamque temerè disseminantes, aut usu ipso approbantes, severis poenis coercere.

XII. Post eliminatum hereticorum errorem, qui paucorum fraudulentia, etiam in Catholicam reipublicam irrepere coepert; ab eis non erit obiter

deregere falsam doctrinam, qua sunt imbuti Judæi inter Christianos degentes. Ex illis Deuteronomii verbis cap. 23. *Non feneratoris fratri tuo ad usuram pecuniam, nec frugem, nec quamque aliam rem, sed alieno; inferant Hebræi, sibi licet honorari Christianis, quos, licet inter eos versentur, pro alienis habent, & extraneis.* Facile quidem esset hanc judaeorum fallaciam retundere, aut dicendo cum Ambrasio cit. lib. de Tobia cap. 15. in allegato textu permissum dumtaxat fuisse Judæis, usuras exigere ab Amorrhæis, Amalectis, aliisque vicinioribus populis, à quibus Deus dominium abstrulerat rerum omnium, quas possidebant, & Judæis contulerat; aut dicendo cum D. Thoma 2. 2. cit. quest. 78. art. 1. ad 2. non fuisse permissum Hebræis usuras exigere ab extraneis, sed toleratum, tamquam minus malum, eo pacto, quo propter duritiam cordis eorum, fuit in illis toleratum uxorum repudium; quod etiam ante D. Thomam senserat Alexander de Hales part. 3. quest. 86. art. 2. ubi ait: *Namquam fuit permissum licitum feneratori alieno, sed permissum fuit illis, sicut dare bellum repudi, propter duritiam cordis sui. Peccabant tamen mortali ter feneratorum alieno; sed permittatur eis de duplici causa, scilicet ne facerent poenis, ad eos non feneratorum fratribus suis, & quia duri erant, & paulatim trahendi ad perfectionem.* At quoniam res est cum Hebræis, qui Theologorum, & SS. Patrum auctoritate irritæ, nec ullus nobis supplicet modus evellendi pravam illam opinionem, que in eorumdem mentibus altas egit radici-ces, unum faciendum superest; nimirum ut falsa illius opinio, usum, qui in detrimentum cedit, & oppressionem pauperum Christianorum, pro-



vitibus impediamus; neque aliter id prestari potest, quam opportunitis constitutionibus Episcoporum, & Christianorum Principum edictis, quibus severè prohibentur Judæi Christianorum loca incoelentes, ne ratione mutui quidquam à Christianis extorqueant, & certa simul prescribatur quantitas lucri, ultra quam nihil impune evigere possint ex aliis contractibus, cum Christianis initiis.

XIII. Primum statutum fuit in Concilio Ahenis, anni 1254. edito à Luca Dacherio tom. 1. Spicilegii, in cuius c. 19. pag. 724. habetur: Statuimus, & mandamus, in his, que deinceps mutauerint Judæi Christianis, Christianorum ipsorum actus simpliciter juramento, an quidquam nantarum sit in eis; & in eo, quod nantarum esse dixerint, sic jurati absolvantur; quod decretum renovatum legitimus in Concilio Montis Pessulani, anni 1258. c. 1. eod. tom. 1. Spicilegii pag. 725. Alterum edidit Innocentius III. in Concilio Generali Lateranensi cap. 67. relato in cap. Quanto magis de usuris ubi districtè vetuit, ne Judæi obtenta consiliet contractus, quem ceteroquin licite cum Christianis inire queunt, graves, & immoderatas usuras exigant: Synodali decreto statuimus, ut, si de cetero, quocumque preteritu, Judæi à Christianis graves & immoderatas usuras extorserint, Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato gravamine satisfecerint competenter. Utrumque vero ad compescendos generatores Judæos, in temporalidione Ecclesiæ commorantes, iterum decernendum consultit Marcellus Severolus, sacri Consistorii Advocatus, nobis, dum viveret, singularis amicitia nexu conjunctus, in suo elaborato sulragio, edito apud Passerinum in ci.

Quamquam 2. post n. 84. de usuris, in 6. Et ne à Synodis recedamus, ita neperimè statuit Episcopus Pirærensis in sua Dioecesana Synodo habita anno 1742. tit. 4. num. 17. cuius exemplum poterunt alii Episcopi imitari.

## CAPUT V.

An, & quando usura suspicione vacent quidam speciales contractus, de quibus interdum est in Synodo agendum; ubi de lucro, quod ultra sortem recipitur in Montibus Pietatis, de censibus, & de cambiis.

Hactenus de usuris generatim acceptis. Descendendum nunc est ad speciales contractus, de quibus dubitari potest, an occulta usurae tabe sordescant. Divi multumque inter Theologos, & Canonistas olim disceptatum fuit, an usurarii essent Montes Pietatis, Perusie anno 1450. primum erecti, in quibus, recepto pignore pecunia, aut frumentum mutuo datur pauperibus ea lege, ut, si prefixo tempore debitum non solvant, vendantur pignora, & ex eorum pretio Mons Pietatis sortem creditam, & modicum quid ultra sortem recipiat, residuum vero reddatur debitori. Ejusmodi Montes præ ceteris impugnarunt Cajet. in comment. de Mont. Piet. capit. 1. & Dominicus Soto lib. 6. de just. quest. 1. art. 6. quibus videbatur modicum illud lucrum, ultra sortem receptum, usuram sapere. Acriter pariter in illos invelitur eum aliis A Catholicis Carpovius Pract. Crim. quest. 92. numer. 4. & seq. Verum Leo X. in Concilio Lateranensi V. sess. 10. sacro approbante Concilio, Montes predictos licitos, arque ab omni usurae labe immunes pronuntiavit, siquidem, quod

ultra sortem à mutuatariis exigitur, non causa mutui, sed alio nomine exigitur, præcipue ut sine Montis detrimto congrua merces assignetur ministris, qui non sine magno labore pignora custodiunt, excutiunt, expendant, & alia ejusdem generis multa præstant in gratiam mutuatorum. Sicut enim, si amicus, unius diei intervallo à me distans, mutuum à me petat, quod ad eum mittere cogat per hominem à me conductum; & mutuum, & mercedem quam dedi homini, per quem mutuum misi, jure repetere possum; ita Montis Praefecti aliquid ultra sortem creditam exigere valent, erogandum in Montis ministerium salarii: quemadmodum ratiocinatur Sylvius in 2. 2. D. Thom. q. 78. art. 4. quest. 1. ubi alia plurima adducit argumenta ad vindicandam justitiam Montium Pietatis.

II. Quoniam verò periculum est, ne quod à Montis Praefectis ultra mutuam pecunie summam exigitur, expensas superet in ministrorum sustentationem erogandas; ideo sacra Congregatio Concilii, ut omnis usurae suspicio quam longe abesset à Montibus Pietatis quos Tidenin. sess. 22. c. 8. de reform. inter loca pia enumeravit, & Episcoporum visitationi subiecit, die 7. Februarii 1637. rescribens ad Archiepiscopum Neapolitanum, nihil ultra sortem exigendum statuit, nisi prius consulta Apostolica Sede: Loca Pia (verba sunt sacrae Congregationis, quæ reperimus adnotata lib. 15. decretor. pag. 486.) & sacras ades, que deposita retinentur, dum mutuant indigentibus pecuniam, accepto pignore, non posse quidquam à mutuatariis, nisi ex Sede Apostolica dispensatione accipere. Idemque responsum datum legitimus ad Episcopum Adriensem die 14. Martii ejusdem anni, eod. lib. 15. decretor.

pag. 501. à tergo. Multo minus, absque Apostolicæ Sedis placito, erit plus exigendum, quam antea consueverit, etiamsi Mons Pietatis eo auctario indigeat ad solvenda debita, quæ in mutuatorum commodum contraxit; quod probè scientes Praefecti Montis Pietatis civitatis Casalensis, dum nos sacre Congregationis Concilii Secretarium agebamus, ab eadem sacra Congregatione facultatem sibi fieri petierunt, & Montem, cujus redditus impares erant sublevandis pauperum indigentibus, aere alieno gravandi, & simul exigendi quinque ex singulis centenis nummis ac us, qui in posterum, dato pignore, pecuniam à Monte recipere, ut tali pacto possent, & consuetæ sustinere onera, & ad alienum passivum solvere; quemadmodum videri potest in Theaur. Reservat. tom. 1. pag. 28.

III. Quod si contra Episcopum animadverteret, plus à mutuatariis solvi, quam necessarium sit ad Montem servandum indemnem à necessariis expensis, & posset, & deberet usuram moderatè, & redigere ad aequalitatem cum quotidianis sumptibus, alique oneribus, quibus Mons prægratur; quamvis etiam in hoc eventu tutius sit, ut priusquam Episcopus moderationem decernat, sacram Congregationem Concilii consulat.

IV. Non solum de Montium Pietatis, sed etiam de emptiōnis censualium reddituum justitia plerique dubitantur; omnem siquidem censum esse larvatum usuram, putarunt Henric. quod lib. 1. quest. 29. & quilib. 8. quest. 24. & Salicet. in Auth. En lege, Cod. de usuris, quibus adhaesit Hotomanus lib. 2. Observat. c. 15. quamvis licet non tam indagande, & stabilendæ veritatis studio, quam Apostolica decreta, statim alleganda, insecranda præviti, ductus videatur. Sed distin-

quendum est inter censum realem, & personalem. Censum realem, qui jus est percipiendi annuum pensionem ex praedio, aliove fundo fructifero, absque ulla usura labe constituitur, vendi, & emi posse declarat Martinus V. in *Extravag. 1. de emptio. & vendit. inter. commun.* Calixtus III. in *Extravag. 2. eod. tit.* & S. Pius V. in sua Constitutione incipiente *Cum omni*, edita 14 Kalendas Februarii 1568, modo ex severitatem conditiones in praefatis constitutionibus praescriptas quas singulatim enumerat & explicat Navarrus in *Comment. de usuris. num. 45. & seq.* Sicut enim potest quis emere rei alicujus usufructum, remanente dominio directo penes venditorem, ita potest emere jus percipiendi partem fructuum ex alieno fundo, eorumque loco, potest venditor se obligare ad solvendam emptori singulis annis certam pecuniam summam, illorum fructuum estimationi respondentem. Hoc autem, & non aliud, fieri per contractum census realis, in quo omnia impleantur, quae fieri voluit S. Pius V. illum percipienti evidenter apparet. Controversia tamen adhuc hodie remanet, an licitum, vel potius venerabilius sit census personalis. Constituitur hic census, non super aliqua fructifera, sed super persona venditoris, qui obligationem sibi, vel suis etiam heredibus imponit certam pensionem solvendam emptori, ex industria, arte, & labore suo; qui quidem census non transit in realem, quamvis pro ejus securitate quandoque detur hypotheca, quoniam, percurare re hypothecata, non perit census, sicut contingit, cum perit fundus, in quo est constitutus census realis, sed adhuc remanet obligata persona. Jam vero ejusmodi census, solo spectato jure naturae, ab usura reato absolvunt

Sous lib. 6. de just. quest. 5. art. 1. conclus. 4. Covarrubias lib. 3. var. riar. cap. 7. n. 5. vers. *Ego xanté*, Azorius *Instit. part. 3. lib. 10. cap. 5. quest. 1.* Lessius lib. 3. de just. cap. 22. num. 18. Resistent ad tit. de usur. num. 157. Continuatur Praelectionum Honorati Tournely part. 2. de contract. cap. 6. alique non pauci, illum ex adverso merum esse mutuum, census veste obiectum ad occultandam usuram, contendunt Navarrus *est. Comment. de usur. num. 81.* Molina de just. tract. 2. disp. 387. num. 7. Gutierrez lib. 2. pract. quest. 177. num. 7. Cardinalis de Lugo de just. & jur. disp. 27. sect. 2. num. 25. Fachin. lib. 2. contrav. cap. 44. alique magni nominis Doctores quoniam (inquiunt) ejusmodi census personali non emittit jus ad percipiendam annuam pensionem, sicuti in reali, sed vendit ipsa pensio; quemadmodum enim is, qui accepto pretio se obligat ad dandum equum, si re ipsa vendit equum, & non merum jus ad equum; ita qui, accepto certa pecuniae summa, se, suamque personam obligat ad solvendam quotannis certam pensionem, dicitur vendere ipsam pensionem. Quomobrem census personalem ementi, aurum ex auro per se, & immediatè nasceretur, in quo *vera* consistit usurarii contractus nequitia; sicuti dicitur in *Can. Sicut. 8. vers. Integrum, dist. 47.* Magis autem praedicis Auctoribus usura labe fedatas videtur census personalis utrinque redimibilis, qui, ablato verborum contextu, aliud esse non deprehenditur, quam parum mutuum. Ex praefato, si teste Paganano in *Cap. in civitate. n. 36. de censuris*, tunc omnes Canonistae melioris notae periculosam sententiam emptionem census realis ad certum tempus, & idcirco Innocentius omnibus Fidelibus consulendum ait, ut ab usura

justi contractu abstineant; additque praeterea Conradus, hortandus esse Magistratus, ut illum prohibeant; eò magis deterrendi erunt Fideles à contrahendis censibus personalibus utrinque redimibilibus, qui certe majorem praeserferant usurae speciem, quam census reales ad certum tempus.

V. Sed superfluum est censum personalem novis argumentis insectari, quem jam proscripsit S. Pius V. in laudata Constitutione *Cum omni*, ubi ad sensus honestatem, inter ceteras conditiones, hanc quoque requirit, ut census constituitur in re fructifera, non quacumque, sed immobili, certa, ac nominatim designata. Quapropter etiam Auctores, qui censum personalem, ejus natura inspecta, ab usura suspitione vindicant, ingenuè tamen fatentur, eum licite fieri non posse, ubi praefata Pii V. Constitutio est recepta; quod tamen in Gallia, Belgio, & Germania non contigit, affirmant Lessius *est. cap. 22. num. 20.* Hannoldus de just. tract. 10. num. 716. Pirhing. ad tit. de usur. num. 85. Wiestner *ibid. num. 81.* Verum quamquam nos vicimus eundem summum Pontificem, supplicante Catholico Rege Philippo II. indulgisse Hispanis, ne ad suae Constitutionis, quoad eas conditiones, quae juris naturalis, aut Divini non sunt, exactam observationem adstringerentur, sicuti narrat Gutierrez *cit. quest. 177. in fin. & Fellicantus de Solis lib. 1. de censib. cap. 7. num. 2.* nec dubitemus ab eadem obligatione potuisse, contrario usu, seu legitime praescripta consuetudine, ceteras eximi nationes; vehementer tamen suspicamur, in censu mere personali praesertim utrinque redimibili, eas desiderari conditiones, quas non solum Pontificia Constitutio, verum etiam ipsum jus naturale, & Di-

vinum exposcent, ne sit levatur contractus mutui, & propterea coram Deo usurarius.

VI. Sed quoniam nulla haecenus hac de re ab Apostolica Sede prolata est sententia, non deest, ut Episcopus in sua Synodo censum personalem declaret ex natura sua usurarium; sed, si praesit Dioecesi, ubi praedicta viget S. Pii V. Constitutio, urgebit ejusdem observationem, curabitque pro vicibus, ne personales census in eam clanculum inducantur; si vero Dioecesi gubernet, in qua Piana Constitutio non est moribus recepta, serio Fideles monebit acriter hortabitur, ut à censibus personalibus abstineant, eò quod, etiam sola spectata eorumdem indole, usurae periculo, & suspitione non vacent.

VII. Post census, consideranda occurrunt cambia. Est autem cambium permutatio pecuniae, cum moderato camporis lucro, quod tribus modis fieri potest; vel scilicet permutando pecuniam praesentem cum alia diversae speciei, puta auream cum argentea; vel numerando camporis pecuniam in uno loco, puta Remae, restituendam in alio, puta Parisiis; vel contra, accipiendo ab ipso campore pecuniam Romae, ut illa eidem restituitur Parisiis. Primum dicitur cambium *mutuum, & manuale*; alia duo appellantur cambia *localia, & per litteras*; eò quod nuncrant pecuniam Romae, litterae traduntur directè ad alterum camporem, seu mercatorem commorantem Parisiis, qui restitutio ibidem facienda committitur. Ex quolibet ex his cambiis licetè camporis aliqui lucrari, Doctores omnes consentiunt; quia lucrum quod percipit, non ex mutuo, sed ex alio provenit legitimis titulis, quos praeteris expendunt Sotus lib. 6. de just. quest. 10. art. 2.



Navarrus manual. cap. 17. num. 289. *urgie ad 293.* Joannes Medina de *contractibus tract. 2. disp. 404.* Necesse tamen est, ut in cambio locali vera fiat pecunie translatio, aut saltem, ut qui pecuniam accipit, serium habeat animum illam alibi restituendi; si enim aciret, eo ipso in loco, ubi accepta est, fore restituendam; quævis cambii litteræ aliò directæ fingentur: sub cambii specie, vera lateret usura, quæ hominum quidem iudicium effugeret, Deum autem eludere non posset. Et de hoc cambio, quod *hotum*, & *stecium* appellant, et sunt intelligenda, quæ adversus cambia statuit clar. mem. Cardinalis Lanfredinus in sua Diccesana Synodo Cingulana, habita die 6. Augusti 1736. cap. 14.

VIII. Hæc manifesta sunt, & vix ulli obnoxia difficultati. Alia captiosa adinventa est species cambii, quod vocant *obliquum*. Istius indigens mille aureis, mutuos eos petit à Cajo, qui cum consueverit negotiari, & negotiatione pecuniam suam augere, renuit indulgere petitioni Titii, à quo, ratione mutui, nihil potest exigere; quia vero Titius Cajum urgere non cessat, res inter eos in hunc modum componitur: Titius mutuos accipit à Cajo predictos mille aureos, neque, mutui causa, quidquam se Cajo, ultra sortem, soluturum promittit; ut tamen Cajo damnum rependat, quod ex dato mutuo subit, dat ei facultatem, æquivalentem pecunie summam, sive à semetipso, sive ab alio per cambii contractum accipienda; eamque ad negotiationem destinandi, simulque Titius se obligat ad solvendum Cajo, donec ei mutuum restituat, quidquid ratione cambii impendit, aut impendere deberet, si predictos mille aureos à campo accepisset. Quandoque etiam

ipsemet Titius mutuatarius assumit simili onus, cambii negotiandi tantam pecuniam summam, quantum mutuum accipit à Cajo, in commodum tamen, & utilitatem ejusdem Caji, cui quotannis solvit quantum ex cambii lucratur, aut lucrari posset, donec ei mutuum restituat. Si primo modo res peragatur, pertinet ad Cajum mutuantem probare, cambii litteras reverè à se transmissas, seu mille aureos se fuisse per cambiam ab alio consecratum. Sed si Titius mutuatarius onus in se suscepit, summam ei æquivalentem, quam à Cajo mutuum accipit, cambii activis negotiandi; tunc aut stetit promissis, aut non; si primum, Cajo creditor justè percipit fructus, seu pecunie accessiones à cambii productas; si secundum, quamvis tunc nihil ex cambii consequatur, eosdem tamen fructus à Titio requirit, titulo *ejus quod intererit*, seu damni, quod subit ex eo, quod Titius susceptæ obligationi non satisfecerit, juxta decisionem *Sac. Romanæ Rotæ coram Dinnozetto jun.* Et quia hic posterior modus securiorem reddit mutuantem, cui duplicem aperit viam ad consequendum auctariam mutuatæ pecunie, hæc de causa frequentius adhibetur.

IX. Præmissa hæc cambii obliqui notione, quam præbet Cardinalis de Luca *lib. 5. tit. de cambii in Summ. part. 1. n. 26.* facile est suspicari predictas involutas ambagas, esse unice excogitatas ad palliandam usuram, quæ nihilominus non satis occultatur, & magis adhuc aperte se prodit, cum contractus secundo ex recensitis modis inicit; quid enim absurdius, quid incredibilius fingi potest, quam quod Titius indigens mille aureis, quos mutuos accipit à Cajo, totidem statim habeat paratos ad nundinas transmittendos, atque in activa cambii erogan-

gandos, in mutuantis Caji utilitatem? Et nihilominus non desunt Auctores, qui pro ejusmodi cambiorum tœnda posita decernant, inter quos Cardinales de Luca de *cambii directi. 7. n. 5. disc. 3. n. 8. disc. 27. n. 9.* Ansalde de *commerc. & mercat. disc. n. 46. & 219.* Rota Bononiensis apud Urcolum de *transact. 9. 40. à n. 23. usque ad fin. & Rota Romana decisi. 1. lib. 8. ad ornai. Card. de Luc. & decisi. 323. & 695. cor. Molines.*

X. Verùm quidquid sit de foro externo, in quo fortasse hæc res gesta præsumitur, sicut in contractus stipulatione describitur; in foro tamen interno, ubi sola spectatur veritas, si pecunia accepto mutuo respondens, neque à mutuantem, neque à mutuatario, juxta predictas diversas pactiones, fuerit ad nundinas transmissa, seu in cambii activa eroga, nec unquam in alterutro animo fuit eam ad nundinas transmittere, seu in cambii erogare, minime dubitandum est, cambium esse illicitum, turpe & usurarium, ac propterea à Christiana republica prosum eliminandum. Non enim verò negamus, posse mutuantem, qui solet pecuniam suam negotiatione augere, aliquid percipere à mutuatario titulo *ejus quod interest*, hoc est lucri cessantis, aut damni emergentis; sed etiam hic legitimus adest titulus aliquid ultra mutuatam sortem exigendi, si erit ingenuè adducendus, neque recurrendum ad predictos cambii obliqui infractus, qui vehementem ingentis suspicionem fraudis & deli. Quamobrem clar. mem. Cardinalis Marcellus de Aste, Episcopus Anconitanus, in suo Pastoralis monito, edito post Constitutiones Synodales Cardinalis Bartholomæi Massæ ejusdem Urbis Episcopi, evulgatas anno 1738. pag. 165. & 219. suas oves serio est dehortatus à cambii obliquis, quæ mera esse deprehendit tegumenta

usuræ nec inopportunitate exitimamus, ut quilibet Episcopus ad eradicandum à sua Diccesi eorumdem cambiorum abusum, simile monitum formet, suisque interat Synodalibus Constitutionibus.

## CAPUT VI.

*A cambii localibus activis, omniquæ alia quævis negotiatio, quæ vitium in se licita, & licetis permittitur, per Synodalem Sanctionem cohibeantur Clerici.*

EX illicitis cambii iterum ad localia licita redeunt; hæc à laicis impune exerceri poterunt, non vero idem à Clericis, quibus vitium esse cambii activis operam dare, statim demonstrabitur. Nihil est antiquius in Ecclesia, lege Clerici interdixit: omniem seculari curam & questuosam negotiationem, quo liberius possint orationi vacare, & ad Ecclesiasticam, quibus addicti sunt, ministeria incumbere; quod pluribus probat Theophilus Raynaudus in *discept. de Religio Negotiatore*. Quinimodò tam ipse Raynaudus in *ead. discept. 3.* quam Franciscus Doninicus Granulterus in Apologia, quam compilavit pro lege *Dicæna prohibente Clericis mercaturam*, eam prohibitionem à Jure Divino promanare, conserunt. Septimus inter Canones, dicitur Agostolice, ex recensione Cotelieri, alius quartus, sic se habet ex versione Dionysii Exigii: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam secularis curas adumet; sin aliter, deficiatur.* Cyprianus *epist. 66.* testatur, suo ævo Clericos ab omni commercio civili fuisse vocatos: *Qua nunc ratio (ait) & forma in Clero tenetur, ut qui in Ecclesia Damini Orantione Clerici promoveantur, in nullo ad administrare Divina accedunt, nec vo-*

Navarrus manual. cap. 17. num. 289. *urgie ad 293.* Joannes Medina de *contractibus tract. 2. disp. 404.* Necesse tamen est, ut in cambio locali vera fiat pecunie translatio, aut saltem, ut qui pecuniam accipit, serium habeat animum illam alibi restituendi; si enim aciret, eo ipso in loco, ubi accepta est, fore restituendam; quævis cambii litteræ aliò directæ fingentur: sub cambii specie, vera lateret usura, quæ hominum quidem iudicium effugeret, Deum autem eludere non posset. Et de hoc cambio, quod *hæmum*, & *stercus* appellant, et sunt intelligenda, quæ adversus cambia statuit clar. mem. Cardinalis Lanfredinus in sua Diccesana Synodo Cingulana, habita die 6. Augusti 1736. cap. 14.

VIII. Hæc manifesta sunt, & vix ulli obnoxia difficultati. Alia captiosa adinventæ est species cambii, quod vocant *obliquum*. Istius indigens mille aureis, mutuos eos petit à Cajo, qui cum consueverit negotiari, & negotiatione pecuniam suam augere, renuit indulgere petitioni Titii, à quo, ratione mutui, nihil potest exigere; quia vero Titius Cajum urgere non cessat, res inter eos in hunc modum componitur: Titius mutuos accipit à Cajo predictos mille aureos, neque, mutui causa, quidquam se Cajo, ultra sortem, soluturum promittit; ut tamen Cajo damnum rependat, quod ex dato murno subit, dat ei facultatem, æquivalentem pecunie summam, sive à semetipso, sive ab alio per cambii contractum accipienda; eamque ad negotiationem destinandi, simulque Titius se obligat ad solvendum Cajo, donec ei mutuum restituat, quodvis ratione cambii impendit, aut impendere deberet, si predictos mille aureos à campo accepisset. Quandoque etiam

ipsemet Titius mutuatarius assumit simili onus, cambii negotiandi tantam pecuniam summam, quantum mutuum accipit à Cajo, in commodum tamen, & utilitatem ejusdem Caji, cui quotannis solvit quantum ex cambii lucratur, aut lucrari posset, donec ei mutuum restituat. Si primo modo res peragatur, peritiam ad Cajum mutuantem probare, cambii litteras reverè à se transmissas, seu mille aureos se fuisse per cambiam ab alio consecratum. Sed si Titius mutuatarius onus in se suscepit, summam ei æquivalentem, quam à Cajo mutuum accipit, cambii activis negotiandi; tunc aut stetit promissis, aut non; si primum, Cajo creditor justè percipit fructus, seu pecunie accessiones à cambii productas; si secundum, quamvis tunc nihil ex cambii consequatur, eosdem tamen fructus à Titio requirit, titulo *ejus quod intererit*, seu damni, quod subit ex eo, quod Titius susceptæ obligationi non satisfecerit, juxta decisionem *Sac. Romanæ Rotæ coram Dinnozetto jun.* Et quia hic posterior modus securiorem reddit mutuantem, cui duplicem aperit viam ad consequendum auctariam mutuatæ pecunie, hæc de causa frequentius adhibetur.

IX. Præmissa hæc cambii obliqui notione, quam præbet Cardinalis de Luca *lib. 5. tit. de cambii in Summ. part. 1. n. 26.* facile est suspicari predictas involutas ambagas, esse unice excogitatas ad palliandam usuram, quæ nihilominus non satis occultatur, & magis adhuc aperte se prodit, cum contractus secundo ex recensitis modis inicit; quid enim absurdius, quid incredibilius fingi potest, quam quod Titius indigens mille aureis, quos mutuos accipit à Cajo, totidem statim habeat paratos ad nundinas transmittendos, atque in activa cambii erogan-

gandos, in mutuantis Caji utilitatem? Et nihilominus non desunt Auctores, qui pro ejusmodi cambiorum tœnda posita decernant, inter quos Cardinales de Luca de *cambii directi. 7. n. 5. disc. 3. n. 8. disc. 27. n. 9.* Ansalde de *commerc. & mercat. disc. n. 46. & 219.* Rota Bononiensis apud Urcolum de *transact. 9. 40. à n. 23. usque ad fin. & Rota Romana decisi. 1. lib. 8. ad ornai. Card. de Luc. & decisi. 323. & 695. cor. Molines.*

X. Verum quidquid sit de foro externo, in quo fortasse hæc res gesta præsumitur, sicut in contractus stipulatione describitur; in foro tamen interno, ubi sola spectatur veritas, si pecunia accepto mutuo respondens, neque à mutuantem, neque à mutuatario, juxta predictas diversas pactiones, fuerit ad nundinas transmissa, seu in cambii activa eroga, nec unquam in alterutro animo fuit eam ad nundinas transmittere, seu in cambii erogare, minime dubitandum est, cambium esse illicitum, turpe & usurarium, ac propterea à Christiana republica prosum eliminandum. Non enim vero negamus, posse mutuantem, qui solet pecuniam suam negotiatione augere, aliquid percipere à mutuatario titulo *ejus quod interest*, hoc est lucri cessantis, aut damni emergentis; sed etiam hic legitimus adest titulus aliquid ultra mutuatam sortem exigendi, si erit ingenuè adducendus, neque recurrendum ad predictos cambii obliqui infractus, qui vehementem ingenitæ suspicionem fraudis & deli. Quamobrem clar. mem. Cardinalis Marcellus de Aste, Episcopus Anconitanus, in suo Pastoralis monito, edito post Constitutiones Synodales Cardinalis Bartholomæi Massæ ejusdem Urbis Episcopi, evulgatas anno 1738. pag. 165. & 219. suas oves serio est dehortatus à cambii obliquis, quæ mera esse deprehendit tegumenta

usuræ nec inopportunum existimamus, ut quilibet Episcopus ad eradicandum à sua Diccesi eorumdem cambiorum abusum, simile monitum formet, suisque interat Synodalibus Constitutionibus.

## CAPUT VI.

*A cambii localibus activis, omniquæ alia quævis negotiatio, quæ vitium in se licita, & licetis permittitur, per Synodalem Sanctionem cohibeantur Clerici.*

EX illicitis cambii iterum ad localia licita redeunt; hæc à laicis impune exerceri poterunt, non vero idem à Clericis, quibus vetitum esse cambii activis operam dare, statim demonstrabimus. Nihil est antiquius in Ecclesia, lege Clerici interdixit: omniem seculari curam & questuosam negotiationem, quo liberius possint orationi vacare, & ad Ecclesiasticam, quibus addicti sunt, ministeria incumbere; quod pluribus probat Theophilus Raynaudus in *discept. de Religio Negotiatore*. Quinimo tam ipse Raynaudus in *ead. discept. 3.* quam Franciscus Doninicus Granulterus in Apologia, quam compilavit pro lege *Dicæna prohibente Clericis mercaturam*, eam prohibitionem à Jure Divino promanantem, conterunt. Septimus inter Canones, dicitur Agostolice, ex recensione Cotelieri, alius quartus, sic se habet ex versione Dionysii Exigii: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, nequaquam secularis curas adumet; sin aliter, deficiatur.* Cyprianus *epist. 66.* testatur, suo ævo Clericos ab omni commercio civili fuisse vocatos: *Qua nunc ratio (ait) & forma in Clero tenetur, ut qui in Ecclesia Damini Orantione Clerici promoveantur, in nullo ad administrandam Divina accedant, nec vo-*



licitis, negotiis secularibus alligatur; cuius quidem disciplina adeo tenax fuit, utem Cyprianus, ut, cum auferret, à Gemino Victore, de sculo excedente (quem Pamellus suspicatur fuisse Episcopum Ecclesie Furnitanorum), quemiam Geminum Faustinum Presbyterum fuisse testamento sui autorem nominatum; in ead. epist. ad Clerum, & plebem Furni consistentem data iussit, ut contra Victorem sententiam exequerentur canonis Africani; quæ erant, ne pro datione ejus heret oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesia (pro morte tunc temporis usitato) frequentaretur? Neque enim (ait) apud Altare Dei meretur nominari in Sacramentum peccæ, qui ab Altari Sacerdotes, & Ministros voluit vocare. Atque ut propriis ad quæstuosam negotiationem accedamus, Concilium Carthag. III. anni 107. can. 15. 1. 1. Collectionis Harduini col. 967. statuit Placuit, ut Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi, vel Clerici, non sint conductores, neque procuratores privatorum, neque ulli turpi vel inhonesto negotio victum querant; quia respectu debent scriptum esse: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. Concilium Arelatense II. circa annum 472. can. 14. tom. 2. Collectionis Harduini col. 774. decretum: Si quis Clericus pecuniam dederit ad usuram, aut conductorem alieni rei voluerit esse, aut turpis lucrû gratia aliquod negotiatiõis exercuerit, deponatur à Clero, à communione alienus fiat. Patres vero Concilii Chalcedonensis can. 7. cit. tom. 2. ejusdem Collectionis col. 602. se molestissime audivisse aiunt, quod quidam, qui in Clero videntur allecti, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & secularia negotia sub car. sua suscipiant; idque fieri, co-

dem canone vetant. Conciliis continentur antiqui Ecclesie Patres, à quibus Hieronymus dist. 52. ad Nepotianum n. 5. relato in Can. 9. dist. 88. Clericum negotiatiõis vacantem, quasi excommunicatum, fugiendum suadet. Negotiatiõem Clericum, & ex mope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fugit. Auctor Quæstionum veteris, & novi Testamenti inter Opera Augustini t. 127. relat. ead. dist. Can. 16. Foris uti (ait) omnibus semper non licet; negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari factum, non licet. Severus Sulpicius hist. l. 1. c. 27. Clericos turpi quæstui inhiantes, in oburgat: Tanta hoc tempore animarum habendi cupiditas, voluit tabes, inessit; inhiant possessionibus, prædia excolunt, auro inebriant, emunt, vinduntque, quæstui per omnia student. Quare Gelasius Papa, ut hanc Clericorum immoderatam aviditatem compesceret, epist. ad Episcopos per Lucianam, Brutos, & Sicelliam constitutos, c. 15. relato in Can. 14. q. 4. Clericos, qui deinceps negotiatiõis operam darent, ab omni Ecclesiastico ministerio arcendos, decrevit: Clerici aut ab indignis quæstibus nocerint obtinendum, & ab omni casualibus negotiatiõis ingenio, vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi, si cessare voluerint, mox à Clericibus officiis abstinere cogantur. Cuius vestigiis inhxrens Alexander III. in c. 6. Ne Clerici, vel Monachi, sub interminatione anathematis prohibuit, ne Monachi, vel Clerici causa lucrû negotentur; ejusque Constitutionem intantavit Clemens V. in Clem. 1. 4. Adversus verò, de vit. & honest. Clericorum.

II. Verum quædam sunt species

negotiatiõis improprie talis; Clerici minime interdictæ, quas diligenter expendant Theophylus Raynaudus in cit. discept. Gonzalez in cit. cap. 6. Ne Clerici, vel Monachi, num. 6. Panimoll. dect. 6. anno. 5. part. 1. & Episcopus Perrinezius in suis Canonicis. Allegat. part. 5. allegat. 7. Istarum præcipua est, quæ quæ manuum suarum labore, & honesto artificio, victum sibi comparare studet. Hanc approbavit Apostolus Paulus Act. 20. de ipso dicens: "Ipsi scitis, quoniam ad ea, neque mihi opus erant, & his, qui necum sunt, ministraverunt manus vestra; & 2. ad Thesalonio. 3. scribens: Neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione, nocte, & die operantes, ne quem vestrum gravaremus." Ad sanctissimi porro Apostoli Pauli imitationem, plerique venerabiles Antistites, & Sacerdotes, susceptæ Divini verbi prædicationi, sacrisque Ecclesie ministeriis, externam manuum operam adjugebant, quæ nec à dignitate ipsorum, nec ab Ecclesiæ cura, quam perpetuum gerebant, abhorret; eaque ratione sibi metipsis vitæ subsidia parabant, tum aliis operibus operis sui quantum imperitabatur, sicuti narrat Epiphanius heresi 80. num. 6. Et profecto de Zenone Episcopo Majuma in Palæstina memorie prodidit Sozomenus lib. 7. cap. 28. eum jam senem, ac centum circiter annorum, certum tempus lineas vestes texendi artificio dedisse, eoque, sibi metipsis, & pauperibus necessaria subministrasse, cum tamen Ecclesiam divinam, & opulentam haberet. De Spiridione Episcopo Trimituntis in Cypro referunt Ruffinus lib. 10. cap. 5. & Socrates lib. 1. cap. 12. quod cum antea pastor ovium fuisset, in isthoc vitæ genere, ex

singulari animi moderatione omnem vitam suam transegerit. Mepachos pariter Abbatis Aptonii exercuisse omnes artes, atque ex divenditis officiis vicariare, quod verò superaret, per mulierum monasteria, & carceres distribuere, scribit Palladius in Aptonio Hist. Lays. cap. 29. Atque ut innumera ejusdem rei præterquam exempla, Concilium Carthageniense IV. can. 52. tom. 1. Collectionis Harduini col. 981. jubet Clerici victum & vestitum sibi, artificio vel agricultura, alique officio sui detrimere, potare. Altera improprie negotiatiõis species, Clericis permixta esse vendere res ex propriis prædiis collectas, atque sustentationi superfluas; in quo sensu dicit Auctor Operis imperfecti in Mathæum hom. 38. omnes homines esse negotiatores; quia omnes coguntur per, quibus abundant, cum aliis quibus carent, permutare. Ticitum quoque esse Ecclesiasticis è rebus ad propriam, & familie sustentationem coemptis, quæ supersunt, etiam curis, quam cunctis, vendere, modo justè pretii non prætercedantur limites, iure tradunt Gonzalez in cit. cap. 6. num. 6. Reb. de oblig. just. part. 2. quest. ult. num. 2. Molina de just. disp. 342. conclus. 2. Guierrez de gab. q. 76. num. 16. Cætera, quæ aliis veteri negotiatiõis nota à Clericis exerceri queunt, idem Auctores enumeratè expliant.

III. Quoniam tamen Clerici quæstui inhiantes, facile sibi persuadent, hunc, aut illum contractum, ipsi cæterisquin prohibuit, iustra classem contineri negotiatiõis minus proprie talis, & quod deturis est, facile Theologos inveniunt, falsæ eorum opinionis patrociantes; necesse propterea est, ut interdum Episcopus eorum immoderate aviditati obstaret; sed

sed si res dubia sit, priusquam hunc, aut illum contractum Clericis vetitum declarat; explorare debet, quid de illo senserit sacra Congregatio Concilii, cujus in hanc rem plura decreta simul collecta referunt *Pagnanus in cap. Multa. Ne Clerici, vel Monachi*, Natalis *Alexander epist. 27. post. tom. 1. Theolog. dogmat. & moral. Passerinus de stat. homin. tom. 2. quest. 187. n. 189. & Monacell. in formuli. legal. tom. 3. pag. 149.* Quod verum spectatum ad rem presentem spectat, tunc, & absque ulla hesitatione declarare poterit, cambia activa ad veram & propriam pertinere negotiationem, Clericis prohibitam; quemadmodum docuerunt Abbas in *cap. 1. n. 12. vers. Ex his nota. Ne Clerici, vel Monachi*, Redoan. *de spoliis quest. 2. n. 6. & q. 15. n. 13. Ballet. Disquisit. Cleric. part. 1. tit. de discipul. Cleric. §. 21. n. 19.* & septies decium fuit à Rota Romana, præcipue *deci. 173. num. 6. deci. 251. num. 5. & 209. parti. 14. recent. & deci. 209. numer. 19. parti. 12. recent.* Quapropter, etsi cambium activum, à Clerico iurium, validum sit, neque ex eo, quod is illicitè egerit, propterea absolvatur debitor ab obligatione solvendi, quod stipulatione promisit, sicuti advertit Cardinalis de Luca de *cambii disc. 18. num. 7.* & respondit Rota *devis. 378. num. 5. & seq. part. 17. recent. & deci. 313. n. 5. & 6. parti. 19. recent.* attamen potest Episcopus in ipsum, tanquam verum negotiatorem, statui à sacris canonibus, & Apostolicis Constitutionibus poenis animadvertere, nisi que Synodalibus Constitutionibus edicere, ne ullus in posterum, in sacrorum canonum contemptum, id facere præsumat.

IV. At nihilominus arbitrantur Clerici, nullo negotio se posse eas

penas evadere, si nimirum cambii activi contractum per interpositam insant personam; hanc enim ignorant plurimos, gravesque Auctores opinari fas esse Clericis, quamlibet questionam negotiationem per alium exercere; tunc quippe, ajunt, non distrahantur à Divinis, nec cum proprii status dedecore implicentur secularibus curis; quæ fuit unica ratio, cur sacri canones omnem illis interdixerint negotiationem. Ita docere Molina *tract. 2. disp. 342. num. 13. Lessius de just. lib. 2. cap. 21. num. 6. in fin. Layman Theolog. moral. lib. 7. tract. 4. cap. 17. §. 7. n. 40. vers. Præterea.* Theophylus Raynaldus *cit. discept. n. 91.* Cardinalis de Luca de *Cambii disc. 18. n. 8. circa med.* Lazarus Benedictus Migliorucci, sacrorum Canonum in Pisana Universitate Professor, *Instit. Canon. lib. 2. tit. 29. dissert. 7. pag. 437. & seq.* alique plures. Huius eadem opinioni adhaerens sæpius ludatus Altovitus, sacre Congregationis Concilii olim Secretarius, in quadam causa *Fluminina*, sacre Congregationis proposita die 29. Novembris 1681. Clericos etiam Sacris initiatos, censuit, & poenæ, & culpæ reatum effugere, si cambia activa contrahant per interpositam personam; quamvis hanc opinionem minus tutam advertens, eorum suffragium hisce verbis conclusit, *Verum quidem est, hunc negotiandi modum, per interpositam personam, licet non prohibuit, nec illicitum, non esse tamen decentem statui Clericali, ideoque non esse ad praxim deducendum.* De eodem juris articulo, ejusdem causæ occasione disseruit Cardinalis de Luca in suo speciali disceptu, edito ab Episcopo Zaulo ad *Statut. Favent. tom. 1. 2. edit. Roman. anni 1723. pag. 166. & seq.* qui, cum jam antea docuisset, licere Clericos, etiam per se-

metipso, cambia activa contrahere, eò fortius illis permissum censuit & cambia, & quamlibet aliam negotiationem, per alium exercere. Quia tamen optime prævidebat, hanc doctrinam, si à sacra Congregatione approbaretur, scandalum parituram; ideo sub *eiusdem discursu num. 60.* sacre Congregationi auctor fuit, ne ullum hac de re responsum daret; & reapte neque tunc, neque die 23. Septembris 1686. quæ eadem questio ejusdem sacre Congregationis examini fuit iterum subjecta, ullum ab ea prodit responsum. Sed prædictam opinionem, quam Cardinalis de Luca, & Altovitus sectati fuerant, iterum postea in trutina positam, validissimis argumentis retortunt Faminellus Romane Curie Prælati, morum integritate, & Juris scientia præclarus, in *sua respon. 6. num. 41. tom. 2.* & clar. mem. Cardinalis Acciajuoli in quodam suo suffragio exarato in causa *Milevitana Synodi numer. 26.* Et similiter Romane Rote Auditorium, eadem rejecta, contrariam sententiam est amplectatur; tui videre est in *deci. 1. num. 9. tit. 47. tom. 3. coram bon. mem. Cardinali Falconero.* Et rectè quidem; quoniam, juxta regulam 71. Juris in 6. *Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.* Nec verum est; Clericos, per interpositam personam, cambii, alterius generis negotiationi vacantes, à curis liberari, quibus negotiatores implicantur; scimus quippe, experientia edocente, eos continuè anxios & sollicitos esse de lucro, quod ex data alteri pecunia sint reportaturi plenosque timoris, ne à socio decipiantur. Neque contrariæ opinioni favet canon 18. Concilii Eliberitani, ubi ventia data videtur sacris Ecclesie Ministris, aliorum opera &

ministerio negotiationem exercendum, dum dixerit *tom. 2. Collectionis Harduini col. 252. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi de loci suis, negotiandi causa, non discedant, nec circumveniant provincias, quæstionibus mundanis sectentur. Sane ad vietum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & si invenerint negotiari, intra provinciam nongententur.* Siquidem si vel sola consideretur, quæ ea ætate vigeat, Ecclesiasticæ disciplinæ sanctitas, & præ oculis habeantur quos indicabimus, vetustissimi Ecclesie canones, sacros Altaris Ministros ab omni turpis questionis suspitione quam longè abesse jubentes, facile est conficere, Eliberitanos Patres de sola loquitos honestissima negotiatione, tunc temporis usitata, qua scilicet sanctissimi Antistites, alique inferioris ordinis Sacerdotes, ex artificio, proprio labore confectis, vietum sibi, & pauperibus comparabant; simulque edixisse, ne ad hanc licet innoxiam exercendam, idem extra provinciam vaparentur.

V. Sed supervacaneum est pluribus de hac questione disserere, quam nos, statim ac ad supremum Ecclesie Pontificatum eveci sumus, definitivum; necessarium quippe reputantes, novæ legis fræno cohibere insatiabilem Clericorum cupiditatem divitiis accumulandi, nostris Apostolicis litteris, datis die 27. Februarii 1741. quæ habentur *tom. 1. nostri Bullarii Constit. 17. declaravimus & ediximus*, nullam negotiationem, aliam Clericis prohibitam, posse ab ipsis, sub alieni nominis velamine, exercere, eique etiam per alios, operam dantes, obnotios fecimus poenis, quæ à sacris canonibus, & Constitutionibus Apostolicis statuta sunt contra Clericos negotiatores. Quocirca, cum contro-



varia Apostolica Sedis iudicio dirempta jam sit, tuto poterunt Episcopi ad ipsam in suis Synodis iterum docerere, & Clericos per interpositam personam cambia activa contrahere praesumentes, ad sacrorum canonum normam ponere.

## CAPUT VII.

Quid sentiendum de contractu, quem vocant trium contractuum, an a Synodo permitti, an potius proscribi debeat.

Postquam Clericis ab omni etiam in se licita negotiatione proprie tali omnino abstinendum diximus, indagandum restat, an licitis inire liceat contractum societatis, cum *assurance*, (ut ajunt) *capitalis*, & *fructuum*; quem enim *contractum trium* appellant; quidque de illo ab Episcopo decerni queat, est indicandum. Contractus societatis, generationem acceptus, est duorum, vel plurimum *conventio contribuendi ad communem lucrum*, & *damnum*, *secundum proportionem rerum contributarum*. Potest autem contribui vel pecunia, vel opera, seu industria, vel instrumentum, puta navis, equus, anima, &c. eaque omnia debent ad negotiationem destinari; nulla quippe, nisi licita, potest esse societas, ubi nulla ex rebus a sociis collatis instituitur negotio, in quo qua lucrum sperari queat. Ut autem societas justa sit, sicuti lucrum, ita & periculum, ac damnum debet, secundum eandem proportionem; esse singulis sociis commune; nam, ut ait Ulpianus in *leg. 29. ff. pro socio, si alter lucrum tantum, alter damnum sentiret*, societas diceretur *levitima*, ab apostolico reonis, qui, absque ullo sui periculo, aliarum ferarum venationis

particeps esse voluit.

II. Ad ejusmodi verò periculum evitandum, atque unum ex sociis solius lucri participem, ejusque secum reddendum, hic inveniendae societatis modus est adinventus: Titius inquit contractum societatis cum Sempronio mercatore, cui mille aureos tradit, è quibus probabiliter sperat se centum, & triginta lucraturum; sed metuens Titius, ne unà cum sperato lucro etiam capitale amittat, alium contractum inquit cum eodem Sempronio, cui condonat sexaginta aureos sperati lucri, ut qualescunque sit futurus negotiationis exitus, ipsi caveat de securitate capitalis mille aureorum; rursusque secum reputans Titius, melius sibi fore, aliquid moderatum lucrum, sed certum habere, quam pinguis, sed incertum expectare, tertium contractum cum eodem Sempronio inquit, quod eidem remittit alios viginti aureos sperati lucri, ut quinquaginta relictos ei solvat, si ve negotio bene, si ve male succedat. Obstringitur itaque hae contractibus Sempronius ad reddendum Titio intra certum tempus integram sortem, id est summam mille aureorum solvam, & quinguentia insuper aureorum incrementum.

III. Hic perit est trines ille contractus, quem celebrem fecit exorta inter Dominicum Scotum, & Martinum Navarum discordia. Putabat nimirum Navarrus, nec predictos contractus, simul, & cum eadem persona, tuto conscientia inire posse, atque ab usuraria pravitate immunet esse, ob rationes, quas adducit in *tra. manuali cap. 19. num. 254. & seq.* Scotus ex adverso asserbat, trium illorum contractum conjunctionem de genere in mutuum fœderationem, & societatis leges, quae lucri, damnique communionem exposcunt, evenerunt, tam-

inamque assertionem pluribus propagabat argumentis, quae videri possunt in ejus Opere *de just. lib. 6. g. 6. art. 2. Causa delata est ad Sixtum V. Pont. Max. qui, diligenter questione discussa, duplicis securitatis pactionem societati adjectam, usurariam pronantiam, etiamque deinceps fieri prohibuit sua Constitutione 68. quae incipit *Detestabilis*, edita anno 1586. tom. 1. part. 1. Bullar. pag. 269.*

IV. Et nihilominus nondum casus finitus est; siquidem plures, & non obscuri nominis posteriores Theologi trium contractum ab omni usure reatu absolvent, & licitè etiam nunc fieri posse defendunt; inter quos Covarr. *3. var. cap. 2. n. 3. Lessius lib. 2. de just. cap. 25. dud. 3. num. 24.* Franciscus Garcia *de contract. part. 2. cap. 67.* Cardinalis de Luca *de just. & jur. disp. 30. sect. 4.* Gibalini *de usur. lib. 6. cap. 3. art. 4.* Salamancaenses *tom. 3. Curs. moral. tract. 14. cap. 3. punct. 2. §. 2.* Bonacini *de contract. disp. 7. g. 3. punct. 11. n. 2.* Vancoy *part. 7. tract. de contract. cap. 6. g. 1.* Neque hic negotium fecisset contraria Constitutio Sixti V. ajunt enim, Cardinales Toletum, & S. Severinæ, quibus conclamatae Constitutionis cura fuerat à Pontifice commissa, testatos esse Patrem Stephanum Tuccio Societatis Jesu Sixti mentem fuisse, damnare duntaxat conventiones, & pacta, quae in se injusta, illicita, & usuraria forent, non verò quae omni usura vacare probarentur; quod refert Cornelius Respons. *moral. lib. 1. quest. 12. num. 3.* hisce verbis: «Cardinalis Toletus, & Cardinalis S. Severinæ, in quibus motus mandatum fuit à Sixto V. componende legis, seu Bullae Detestabilis, affirmarunt Patrem Stephanum Tuccio, Theologum Societatis Jesu, ut is dicit ad me litteris tes-

tuatus est, noluisse Sixtum sua lege prohiberi, nisi injustos societatis contractus; quare qui ante legem statam justè erant, post latam quoque licere.» At ante legem à Sixto latam, pergunt praefari Doctores, injusta, & usuraria erat societas, in qua periculum capitalis, & lucri rejicitur in alium socium, virtute solius contractus societatis; non autem, quae videtur, qui societati superadduntur, contractum, unum socium securum reddit capitalis, & aliorum partis licet; hic quippe hanc securitatem emit ab altero socio, qui liberè, & sponte ad eam se obligat, & tamquam praestitæ cautionis pretium, assequitur illud longè majus lucrum, quod primum ex collata in negotiationem pecunia probabiliter sperare posset. Ita pariter sensisse addunt celeberrimè Romae Rotæ Auditorem Joannem Baptistam Cocchinum in *una Romana societatis* 3. Junii 1602, cujus sententiam idem sacrae Rotæ Tribunal constanter tenuit, pluribusque confirmavit decisionibus, in quibus ratum habuit contractum trium.

V. At praefatis Doctores contradictores se praebent Geneti. Theologiae *moral. tom. 1. tract. 4. cap. 14.* Natalis Alexander *Theolog. dogm. & moral. edit. Paris. tom. 1. lib. 3. cap. 7. art. 1. §. 23.* Auctor Dissertationis editae Lugduni anno 1673. *de usuraria trium contractuum pravitatè*, Aurelius Pierre *tom. 4. de contract. quest. 4. §. 2.* Sainteubeuve *art. 184. tom. 2. resolut.* Auctor Theologiae moralis ad usum Seminarii Petrocoriensis *tom. 2. lib. 4. cap. 8.* Gabriel Anroine *tom. 3. tract. de contract. cap. 8. quest. 7.* Continuator Plectioisium Journely *part. 2. de contract. cap. 4. art. 1.* & nuper Daniel Concina in Opere, cui titulus *Usuraria contractus trium Dissertationibus*

*Historico-Theologicis demonstrata*, aliisque, quibus absolum videtur opinari, Sixtum V. in Constitutione, quam edidit ad terminandam controversionem inter Sotum, & Navarrum summa contentione agitatam circa illum contractum trinum, de quo in praesens est sermo, verbis lapsisse, & questionis nodum non solum non solvisse, sed ne attingere quidem. Ex assertionem autem Cardinalium Toleni, & S. Severinae, aliud non inferri audent, nisi quod Sixtus noluerit legem novam rogare, sed contractum proseribere, quem deprehenderat jam in se turpem, & usurae labe foeditum. Equidem, cum tempore Clementis VIII. compilandus esset liber septimus Decretalium, fuit dubitatum, an illi inserenda foret praefata Sixtina Constitutio, atque in Congregatione habita die 12. Novembris 1592. deliberatum, non esse inserendam, eo quod nihil novi in ea decerneretur, sed contractus reproberetur in se feneratorius, jam à Jure communi proscriptus; sicuti colligitur ex Actis Congregationum ea super re habiturum, quae asservantur in Archivio Arcis Sancti Angeli. Quod autem contractus trium contractum sit in se feneratorius, evidenter patere, praedicti Auctores arbitrantur, quoniam conferens pecuniam, rejecto periculo in accipientem, censetur mutuum dare, & pecunia dominium in eodem accipientem transferre, cui reipsa perit, si pereat. Neque ad rem facere videtur, quod accipiens pecuniam obligeat ex pacto ad eam eregandum in negotiationem, quod non contingit in vero mutuo, & ejus ratioe ita mutuatarius sit dominus receptae pecuniae, ut eam pro suo libito in quemcumque usum impendere valeat: etenim ea pacto, & inde orta obligatio videtur apparet,

atque unice apposita ad obtegendam usuram, quia revera nihil interest ejus, qui pecuniam tradit, habere cautionem, & pecuniam, & lucri, an illa ab accipiente in negotiationem, vel in alium quemcumque usum impendatur. Addunt praeterea, utri contractus obtentu omnes leges eludi, usuras prohibentes; cum petenti mutuum quilibet respondere possit: nolo mutuum dare, sed societatem tecum inire sub pacto, ut me de sorte securum facias, & ab majus lucrum, quod ex negotiatione probabiliter spero eventurum, aliquid minus, sed certum, mihi tradendum pronuntias. Sciunt sane, etiam hunc contrahendi modum approbati à Navarro *tit. loc. num. 255.* at non ita sensisse clamitant Gregorium IX. in *cap. Naviganti, de usuris*, cum ait: *Naviganti, vel eunti ad mundanas, certam mutuae pecuniae quantitatem, pro eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus.* Si quidem (inquunt) si Pontifex feneratorium pronuntiavit, qui non aliter pecuniam vult mutuum dare mercatori maritimo, quam subeundo ejusdem pecuniae periculum, ut hac ratione aliquid ultra sortem à mutuatario percipiat, quemadmodum praedictum textum expendentes adnotant S. Antonius 2. *part. cap. 7. §. 21. tit. 7. Sylvestri verb. Usura 1. §. 351. Molina de contract. disp. 31. §. n. 1. & Gonzalez in eod. cap. Naviganti, num. 8.* multo magis usurarius erit, qui non aliter vult societatem inire, nisi rejecto in socium sortis periculo, & accepta insuper ab eo securitate alienius lucri. Neque vero audientes voluit Auctores relatos à Gibalino *de usuris lib. 2. cap. 4. art. 3. n. 25.* existimantes, in allegatum textum irrepsisse mendum, & legendum: *usu-*

*rarius non est censendus*; huic quippe explanationi, teste eruditissimo Gonzalez *ibid. num. 7. in fin. repugnat omnium Codicum fides, in quorum nullo invenitur particula non, sed textus legitur, sicuti habetur in vulgata Decretali.*

VI. Haec sunt praecipua rationum momenta, quae in utramque partem adducuntur; neque Apostolica Sedes priori opinioni, etsi minus congruere videatur Sixtinae Constitutioni, ullam hactenus censuram iniecit, à qua proinde eidem infligenda debet Episcopus abstinere; ad usum verò quod attinet, tutò poterit contractum trinum, quem etiam ejusdem patris periculum fatentur, pro viribus impedire, atque ab eo incundo suos subditos debortari; quod à plerisque Episcopis in suis Dioecesanis Synodis sapientissime factum referunt, citati Geneti. *tom. 1. tract. 4. cap. 14.* Natalis Alexander *epist. 94. in Appendic. ad tom. 2. sua Theolog. moral.*

## CAPUT VIII.

*Contractus injuliet Dioecesis proprii, & peculiares in Synodo examinantur.*

Quoniam impossibile foret singulos recensere contractus, quos veterum hominum nequitia in dies excogitat ad larvandas usuras, Episcopus generatim monemus, ut cum aliquem peculiarem contractum, sibi inusitatum, in commissis sibi Dioecibus fieri animadvertunt, quem ipsamet implicita atque involuta illius ineundi formula suspectum reddit, eum, acitis in consilium Theologis, diligenter examinent, & si usurae labe foedatum repererint, statim prohibeant. Praesertim id fuisse à scriptis

Tom. I.

laudato Praxule Boaventura, Episcopo Montis Falisci, & Corneti, narrat Franciscus Gervasius in *supra cit. Ordine Synodi*, quo teste, vigilantissimus ille Antistes in Congregationibus suae Dioeceseos Synodo praesens, Theologorum judicio subiecit plures contractus, in sua civitate, & Dioecesi usitatos, & quibus, qui sui manifeste feneratorii, aut oculi fornicoris suspecti sunt ab illis reneantur, Synodali Constitutione interdixit.

II. In nonnullis Dioecibus frequentes sunt contractus, vulgò nuncupati *collatici*, qui sunt injunctio: Pro quolibet bove terram arantem, tradito bubulco, seu colono, solvitur domino bovis certa portio frumenti, & hac tamen adjecta lege, ut, si bos naturaliter moriatur damnatum sit domino, & bubulco commune; si vero pereat culpa ejus, cui traditur est, is totum damnum solvat. Haec contractus, de quo fuit Clericus in *miscellan. decis. 20. per tot.* invaluerunt in Dioecesi Americae, & quia poterat primo aspectu aliquando usurae suspitionem ingerere, ut eum elocrent providi Episcopi Americae, illum Theologis sedulo discutendum commiserunt; cumque ab his accepissent, usurae fugitio vacare, contractum, uti antea continebat, etiam in posterum fieri permiserunt; sed quo magis delis & fraudibus occurrerent, nonnullas conditiones in eo adhiberi iusserunt, quas etiam approbavit sacra Congregatio Concilii die 6. Decembris 1730 *Theaur. Resolution. tom. 5. pag. 86. & 87.*

III. In nostra Dioecesi Bononiensi, aliisque finitibus, frequentissimus est contractus, qui dicitur *potium francanali*. Titulus vendit domum, seu praedium Sempronio, cum pacto

Kk 3



redimendi rem venditam, quam tamen non tradit Sempromio, sed sibi retinet, tamquam ejusdem conductor, solvique propterea emptori mercedem conveniam, donec illam redimat. Contractus ejusmodi, cuius meminit Rota Bononiensis apud Cyprium *decis.* 110, reputatur licitus; etenim, cum illicitum non sit rem vendere cum pacto redimendi, neque illicitum erit, eadem adijcere alium contractum locationis, & conductionis, qui precedentem venditionem non destruit, sed confirmat; quemadmodum ratiocinatur Ansaldu *decis.* 467, *num.* 4. & *seq.*

IV. At nonnulla sunt, quae contractum venditionis cum pacto redimendi, vitare possunt. Et primo quidem, si in illius stipulatione facultas, quae datur venditori, rem venditam, quoadcumque voluerit, redimendi, gravetur onere eam redimendi, majori pretio, quam ad rem vendiderit, contractus erit injustus; quamquam enim Leonardus *de usuris quest.* 16, *num.* 30, etiam hanc pactionem licitam tenetur, rectius tamen alii usurariam praesumendam credunt; addentes, quod si haec praesumptio alii adijcatur conjecturari, sine ulla hesitatione debeat in foro externo abolere usurariam pronuntiare, ob regulam textus in *cap. Illa nos, de pignoratibus*, quam ad rem exornat Ansaldu *cit. decis.* *num.* 6. Secundo, si venditio fiat cum pacto redimendi intra certum tempus, quo elapso non sit amplius locus retrovenditioni, manifestam patitur reddet usuram; siquidem ejusmodi pactum efficit, ut contractus induat naturam pignoris, quod observavit Mantica *de factis & ambig. conven. lib.* 4, *tit.* 31, *num.* 68, & *seq.* Et quomvis non indueret naturam pignoris, adhuc à justitia deheret, si

obtentu pacti redimendi, venditio fieret intra limites justii pretii, neque haberetur ratio oneris impositi venditori fundum redimendi intra certum tempus, quo elapso, nequeat illum pro suo libito, eodemque pretio recuperare; de qua re legendus est Leonardus *cit. quest.* 15, à *num.* 16, usque ad 27, ubi pluribus argumentis praefati contractus injustitiam demonstrat. Tertio, si pactum redimendi hac lege ineatur, ut non liceat venditori fundum redimere, nisi post praefixit tempus, puta duorum, aut decem annorum, intervallem, non carebit praesumptione usurae; quoniam ex ea temporis praefixione fas est conficere, interim voluisse emptorem lucrari ex mutuo, & usuram ficta fundi emptione palliare; & quavis haec sola conjectura tanta non sit, ut contractum in foro externo statim evincat heneratitium, sit tamen emptor aliis fuerit de usura diffamatus, aliud non desiderari, ut etiam praedictum pactum iudiciali sententia declaratur usurariam, docent Moberdan. *decis.* 7, *de empli. & vendit.* & Mantica *loc. cit.* *num.* 31.

V. Jam verò, cum pactum francandi, de quo est sermo, intra speciem continetur contractus venditionis cum pacto redimendi, (sicuti praemonuimus) omnes praefatae, atque similes conditiones, quae hanc turpem atque illicitum reddunt, etiam illud contaminant. Quare Gabriel Cardinalis Palaeus, primus Archiepiscopus Bononiensis, ne pactum francandi, in sua Dioecesi passim usurpatum, animas suae curae concreditas usurae flagitio illicqueat, & accuratam Instructionem promulgavit, typis Bononiensibus anno 1587, impressam post quaestiones morales ejusdem mandato explicatas à Patre Ludovico de Beja Ordinis Ere-

mitanarum, in qua, mira prudentia, & solertia, omnes in primis enumerat, & enucleatè exponit conditiones, quae illud in foro externo aut omnino usurarium, aut saltem usurae suspectum probant; Confessarios deinde monet, ut in foro Sacramentali ab emptore diligenter exquirant, num tevesa sermum animam habuerit fundum emendi, ejusque dominium acquirendi, vel an potius voluerit mutuum dare pecuniam, & usque ad ejusdem restitutionem consequi fractus ex domo, praedio, aliove fundo, quem cum pacto francandi emere simulavit; si enim res hoc posteriori modo se haberet, esset certi & turpis fauoris reus; similiter, & venditorem interrogandum, sit, ndm ab emente pecuniam mutuam petierit, cum fenore restituentiam, eumque renuentem induxerit ad usuram obtegendam pallio pacti francandi; in hoc quippe rerum statu non esset venditor immanis à gravi noxae reatu, cum neminem liceat ad feneratorum allicere, qui alius non sit ad feneratorum paratus; quinimò vix contingere potest, ut à peccato excusetur, qui, ut consequatur pecuniam, quam ab iniquo feneratori sine usura obtinere non potest, se obligat ad eam restituentiam cum fenore, juxta Doctrinam D. Thomae 2. 2. q. 78, art. 4. in corp. Dicendum est, quòd nullo modo licet inducere aliquid ad mutuandum sub usurae, licet tamen ab eo, qui hoc paratus sit facere, & usuras exercet, mutuum accipere sub usura, propter aliquod bonum, quòd est subuentio sua necessitati, vel alterius; quam sequuntur Innocentius in *cap. Super eo, de usuris*, Sylvester in *Summ. verb. Usura* 7. §. 1. Tabiena *verb. Usura* 8. §. 1. 2. & 3.

VI. Pauca haec, quae delivavimus exempla, satis esse videntur ad edocen-

dos Episcopos circumspectionem, quam adhibere debent, cum peculiarem quempiam contractum, nova atque inusitata vete circumventum, in Dioecesi interepere advertunt; hunc quippe aut illico, aut saltem in Synodo solerter expendere debent, nec sinere, ut communi usae recipiatur, nisi ab omni usurae periculo quam longè abesse compererint.

## CAPUT IX.

## De mulctis, seu penis pecuniariis.

Non est hic sermo de elemosynis, quibus scimus integrum olim fuisse penitentibus redimere poenam canonicam; cui pro modo perpetratae culpa facti fuerant obnoxii. Etenim, cum, tevesente charitate, ceperint homines ab illis severis jejuniis, alisque corporis macerationibus abhorre- re, quibus penitentibus afflictabantur, ex singulari quadam Ecclesiae indulgentia illis concessum fuit, ut praedictas poenas possent arbitrio suo redimere, atque in elemosynas commutare. Hujus disciplina, quam non ante saeculum octavum in Ecclesiam invecram, neque usae nonum propagatam, putat Morinus *de Penit. lib.* 10, *cap.* 17, monumentum occurrit in Concilio Triburienfi anni 895, *can.* 36, 37, & 38, *tom.* 6, *part.* 1. Collectionis Harduini *cit.* 456, quibus in locis venia datur penitentibus redimendi quorundam solum jejuniarum, in plures annos sibi praescriptum, uno denario, vel pretio deaurati, sive tres pauperes, pro nomine Domini, pascendo. Et magis appetit in Concilio Remensi *can.* 927, ubi, post indicium militibus, qui interfuerunt bello Suenionensi, inter Robertum, & Carolinum Repos- acto, cujushbet feris sextae, & triam,

quadragesimarum pro tres annos ieiunium, libera sit iisdem potestas, illud ex parte redimendis elemosinis: *Omnibus his tribus quadragesimis, secundum, quarta, & sexta feria, in pane, sale, & aqua abstinere, aut redimant; tom. 6. Collectionis Harduini part. 1. col. 469.* Neque ea disciplina displicuit Petro Damiano, praesertim severitatis ceteroquin tenacissimo; in siquidem commissis sibi a Romano Pontifice Legatione fungens, Guidone Archiepiscopo Mediolanensi sioniacis Ordinationibus, aliarumque rerum sacrarum mundinationibus implicata, penitentiam ieiunium centum annorum; sed simul libertatem dedit illius redimenda certa pecuniae elemosino, in annos singulos eroganda; quod ipsemet Damianus scripsit ad Hildebrandum tunc Romanae Ecclesiae Archiepiscopum, apud Barroium *ad ann. 1059. n. 55.* Eundem verò morem adhuc perseverasse in fine duodecimi, atque initio decimi tertii saeculi, colligitur ex variis libris penitentiaribus, ea erant extantia, quos producit Iulianus Morinus *idem cap. 17. num. 6. & 119.* & evidenter constat ex epistola Innocentii III. *tom. 1. epistol. 7. ex recensione Stephani Baluzii pag. 517. lib. 2. epistol. 270.* Archiepiscopo *Magdelungensi, & Augustano eius, Albertino &c. in Magdelungensi synodica constitutio, data pro bello facta in quo longi illi, inter ceteras, impenditur facultatem, minimum aut circa eos, qui de bonis terrae Saxeae voluerint subvenire, de discretorum virorum consilio, & qualitate personarum, consilio, & qualitate personarum, & rerum facultate potatis, & considerato nihilominus devotionis affectu, opus utique penitentiae commutare potuerit in opus elemosinae faciendae." Sed posteriori aetate, quemadmodum idem Morinus observat, eum*

obsoleverint penitentiae canonicae, consequens fuit, ut obsolesceret etiam earundem redemptio, de qua nullo verbum fecere antiqui Scholastici, etiam de variis speciebus relaxationum penitentiarum multa disputaverint. De haec elemosinis loquitur Muratorius *tom. 5. dissert. 68. Antiquitatum Italicarum medi aevi, ubi notat, eas, quae juxta sacrorum Canonum normam, erogandae erant in redemptionem captivorum, aut in alimentam pauperum, uti habetur apud Reglonem lib. 2. cap. 440. & 119.* aliquando, hominum multitudine, fuisse conversas in commodum & utilitatem Sacerdotum, quomodo proinde turpem avaritiam merito exagitat & perstringit.

II. Neque loquimur de elemosinis, quae etiam nunc à Confessoribus penitentibus imponuntur tamquam opportunissimae ad abluendum scelus maculas, juxta illud *Danielis 4. Peccata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas misericorditer pauperum;* quamquam uti rectè monet Thomassinus *de vet. & nov. Eccles. discipl. part. 3. l. 1. c. 74. n. 1. & 4.* consultius sit, ut non sola elemosyna penitentibus praescribatur, sed simul orationes, jejunia, aliaeque poenae corporis afflictivae, pro criminum gravitate, & numero, accumulentur, quae efficaciores sunt ad mendandum intestinum animae motus, eorumque contraria expungenda, cum elemosyna nihil expungat avaritiam, carnem verò non imaceret, nec reliqua vitia directè attingat. Cavendum praeterea est Confessorio, ne elemosynam, quae penitenti praescribit, sumi praeterea pauperum, sibi in elargiendum invidet; id quippe aut invidiam operet, aut certe non esset turpis questus notum; à qua ut Confessorius omnino immunus servaret S. Carolus Borromeus,

maxis, isdem praeterea districtè praecipit, ut, si quando elemosyna, pro Missis celebrandis penitentibus imponatur, eam non sibi, neque Ecclesiae, aut Monasterio suo addicatur; qua de re plura superius à nobis dicta sunt *lib. 5. cap. 9. in fin.*

III. De libere elemosynis (ut diximus) hic non agimus; sed unice res est de mulctis, seu poenis pecuniariis, quae à Judice Ecclesiastico, in vindictam patrii criminis sapienter in foro externo infliguntur. Eumverò, si sacrorum canonum statuta perquirimus à plerisque ejusmodi mulctas praebari, ab aliis autem improbari, deprehendimus. Concilium Berghamstedense in Anglia, sub Bertualdo Archiepiscopo Cantuariensi, anno 697. celebratum, quod habetur in Collectione Spelmani, *tom. 1. pag. 194. & 119.* & in nova Collectione Conciliorum Britannie *tom. 1. pag. 60.* adulteria, laetitia, aliaeque plura enormia delicta, pecuniaria multa castigat. Leges etiam Ecclesiasticae Aluredi Regis Anglorum, ab eodem Spelmano *ibid. pag. 364.* & in nova Collectione *ibid. tom. 1. pag. 186.* relatae, laetè omnia peccata, eadem poena pecuniaria coercet. At Othobonus Cardinalis S. Hadriani, Apostolice Sedis ad Regnum Angliae Legatus, in suis Constitutionibus in Concilio Angliano anni 1248. promulgavit, quae extant in eadem Collectione Spelmani *tom. 2. pag. 276.* ne facilius crimina admittentur, à quibus quilibet posset solus poenae solutione absolvi, id deinceps fieri *can. 4.* vetuit; eisdemque adherens Concilium Excestrense anni 1287. *cap. 31.* & Concilium Londinense anni 1342. *c. 10.* Quomodo enim Thomassinus *ibid. c. 74. n. 7.* has Constitutiones intellegit de commutatione penitentiae canonicae in elemosynam in foro Sacramentali, de qua paulo ante, discreti-

mus, nobis tamen manifestè loqui videntur de poena pecuniaria, in foro externo irroganda; etenim Constitutio Cardinalis Othoboni interdicit Archidiaconis, ne poenam à delinquenti pro gravi, & notorio crimine restipulant; sed commensuratum crimen penitentiam animadversione censura; & Concilium Londinense Archidiaconis pariter, eorumque Officialibus prohibet, ne à recidivo poenam restipulant quovis modo, sub poena restitutionis dupli pecuniae, fabricae Cathedralis Ecclesiae applicandae; Archidiaconi autem, non in foro interno, & Sacramentali; sed in externo jurisdictionis exercant; atque in delicta animadvertant.

IV. Concilium idem Taronense anni 1294. *can. 3.* apud laudatum Thomassinum *part. 3. lib. 1. cap. 74. num. 7.* Archidiaconos, Archiepiscopos, & Diaconos rurales, jurisdictionem contentiosam administrantes, acriter reprehendit, quòd à Clericis, & laicis poenam pecuniariam, contra canonum prohibitionem, exigunt & extorqueant. Ex adverso Episcopus Augustodunensis in celebri illa disputatione super fidebus jurisdictionis Ecclesiasticae, & laicalis, habita in Convectu Cleri Gallicani anno 1229. indicto à Rege Philippo Valensi, pluribus argumentis evincit, posse, secundum Jura tam Canonica, quam Civilia, ab Episcoporum Officialibus poenas pecuniarias decerni. Idem ostendit vigere repositum inter Juris communis sanctiones; Siquidem Alexander III. in *Cap. Licet. 3. de poenis, impiohibere videtur, ut pro correctione excoisibus, & criminibus quicquid, à Clericis, & laicis poena pecuniaria exigatur.* Sed idem Alexander III. in *Cap. In Archiepiscopatu. 4. de reprobationibus, & Henricus III. in Cap. Dilectus. 18. de offic. Jud. ordin. cunctant,*



das, seu multas imponere, & precipere permittuntur.

V. Si poro sanctorum Antistitum exempla investigamus, ea non minus hac in re inter se discrepare invenimus. S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis consuevit istiusmodi poenas infligere. Sed S. Hugo Episcopus Lincoliensis *Archidiaconos suos, ceterosque Praelatos severè compescuit, ne à delinquentibus multas exigent pecuniariam.* Cumque ei obijceretur contrarium exemplum S. Thomae, respondit: *Credite mihi, non idcirco sanctus fuit; alia enim virtutum merita Sanctum exhibuerunt, alia meruit nomine Martyris palma;* quod narratur in ejusdem Vita apud Surium die 17. Novembris c. 16. Similiter de B. Joanne Episcopo Teroanensi refertur in ejusdem actis de eoxo Scriptore exaratis, eum nunquam induci potuisse ad multas recipiendas. Oppositum autem placuisse aliis Episcopis, doctrinae, & sanctitatis fama neque praclaris, eruditè ostendit Franciscus Perez Episcopus Terulensis in sua Defensione canonica, Hispano sermone conscripta, potestatis decretorum Episcoporum *pa. 44. 51. & 69.* quibus fortissimè experientia comperit fuit, pecuniarias poenas magis timeri, quam spirituales censurarum, quae utpote spirituum tangentium, interdum à crasis, & obsecratis hominibus contemnantur; quod etiam sensè Petrus Blesensis *epist. 74. tom. 2. Biblioth. Patrum pag. 99.* ubi de quodam Guidone laico, notorio adultero, & saepius excommunicato, haec scribit: *Certissimum illius emendationem vobis promitto in oblatione pecuniae. Sensibilibus est illa remedia, non verbalis, adeoque plus doloris incutit, & timoris; nam, juxta Ethicorum 11. 17.*

*Ploratur lacrymis amissa pecunia veris;*

*Non cohibent sacra verba malum;*

*Planguntur nummi, quam funera.*

VI. Verum omnem hanc de re controversiam diremit Concilium Tridentinum, quod *sess. 25. c. 3. de reform.* potestatem decernendi multas pecuniarias Episcopis vindicavit, iniquitas: *«Licet eis (Episcopis), si expedire videbitur, in causis civilibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam Laicos, per multas pecuniarias, quae locis suis ibi existentibus, suo ipso quod exacte fuerint, assignentur... procedere, & causas definire.»* At ipsummet Concilium *sess. 6. cap. 1. de reform.* Episcopos sine legitima causa à suis Dioecibus absentibus poena multavit amissionis *quartae partis fructuum unius anni, fabricae Ecclesiae, & pauperibus loci, per Superiorem Ecclesiasticum applicandorum.* Et *cit. sess. 25. c. 14.* in Clericos concubinos, post monitionem non respicientes poena animaverit privationis tertiae partis fructuum suorum Beneficiorum, ac Pensionum, *quae fabricae Ecclesiae, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicentur;* crescente vero contumacia, eisdem omnibus spoliatis Beneficiorum fructibus ac proventus, praedictis pariter locis applicandi. Quare nemini fas est dubitare, licere Episcopo multas pecuniarias delinquentibus infligere, si ad eorum emendationem, aliorumque tutorem, eas conducere existimaverit.

VII. Rectè tamen monet Fagnanus in *Cap. Irrefragabili, §. Ceterum n. 13. de Offic. Ordinari.* ejusmodi poenas exigi solum posse per judicialem sententiam, & causa cognita, non verò ex-

extra iudicium à dissimatis de aliquo crimine, ut illius solutione judiciale evitent inquisitionem; ita enim videntur delicta, non positi, sed tolerari; & poena sine solutione impunitas enim delinquendi: *«Quod facit (adversus) contra illos Episcopos, qui Dioecesium visitationis titulo peragrantes, diligenter investigant, an in loco suspecti, vel dissimati, eiusque accessibus contestantur, se velle contra eos criminaliter procedere, suadenteque ut se componant in certa pecuniarum summa, quam si recusent solvere, minuantur, se processuros ad formalem inquisitionem, incarcerationem, & condemnationem; & his concessionibus, brevi manu, ingentes pecuniarum summas extorqueant, quod est indestabile; & non semel vidi processuros contra Episcopos super huiusmodi extorsionibus & concessionibus satisfactos.»*

VIII. Abstinerè praeterea debet Episcopus à novis constitutionibus passim edendis, inflicta in transgressores poena pecuniaria; ne videatur illas ferre pro queratu, & poena emungenda causa; ad quam calumniam praeventendam Concilium Provinciale Aegense anni 1585. *tom. 10. Collect. Hard. col. 1576.* loquens de Synodo Dioecessana, statuit: *Censura ibi fiat de singularum moribus, vestitu, & vita; ac infligatur poena potius personalis, etiam carceris, ubi opus fuerit, quam pecuniaria.* Eandem pariter fuisse mentem sacrae Congregationis Concilii, ex pluribus, quae subnectimus, ejusdem decisionibus, edocetur. Jussit Tridentinum *sess. 5. cap. 2. de reform.* ut Plebani, ceterisque animarum Rectores *diebus saltem Dominicis, & festis solemnibus, plebes sibi committas, pro sua, & eorum capacitate, patiantur salutaribus verbis; voluque ut si ab Epis-*

*copo moniti, trium mensium spatio numeris suo defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu alias, ad ipsius Episcopi arbitrium cogantur.* Hinc si libi licuisse putavit Episcopus Novariensis in suis Constitutionibus Synodalibus Parochos, huic decreto contravenientes, poena multare. Sed Sacra Congregatio Concilii die 15. Junii 1658. etsi de potestate Episcopi non dubitavit, id tamen fieri non decessit, respondit. Episcopus Amissiensis in sua Synodo excommunicationem, & quinquaginta aereorum poenam decreverat in Parochos è sua Parochia duorum dierum spatio, sine Episcopi licentia absentes. Sed eadem Sacra Congregatio delendam censuit è decreto excommunicationis late sententiae; & poenam pecuniarum non imponendam in certa quantitate, sed relinquendam arbitrio Episcopi, qui, cum casus contingeret, ita illam temperaret, ut responderet temporis absentiae, & reddidit Parochos ex sua Ecclesia obvenientes; uti habetur *lib. 153. memorialis p. 657.* In Synodo Brundisiana statutum fuerat, ut Sacerdotes, alique inferiores Clerici indigne deberent Ecclesiae, cui juxta decretum Tridentini *cap. 16. sess. 23. de reform.* erant adscripti, singulis Dominicis, alique festis diebus, & in tota Octava Corporis Christi, atque insuper solemnibus applicationibus, per annum fieri consuetis, interesse, sub poena ducatorum quinquaginta, Seminario applicanda; sed sacra Congregatio die 19. Julii 1658. admonendum censuit Episcopum, ne ad poenam exactionem procederet, eo quod Tridentinum *cit. loc.* Clericis Ecclesiam deserentibus, cujus obsequiis in eorum Ordinatione sunt participati, interdicendum dumtaxat statuat exercitium Sacrorum.

## CAPUT X.

De mulctarum seu poenarum applica-  
tione seu destinatione; & obiter non-  
nulla de procuratoris debita Episcopi  
curisanti.

Hæc de potestate imponendi poenas  
pecuniaris. Quod vero attinet ad  
earundem poenarum destinationem, &  
nam, sacra Congregatio Concilii apud  
Fagnanum in cap. Presbyteri, de poe-  
nis, à n. 4. usque ad fin. hæc tria declara-  
vit: primo, mulctas à Tridentino in-  
flicta Clericis non residentibus, aut  
concubinatibus, & que iuxta etc. c. 7.  
et 25. ad retundendam Clericorum,  
& laicorum contumaciam indicuntur,  
semper locis piis, sicuti idem Tridenti-  
num præcipit, esse assignandas; se-  
cundo, que nulla certa lege, vel statu-  
to sunt taxata, seu in certa pecunie  
summa præbitæ, sed Episcopi in arbitrio  
decernantur, eas si in ius non posse,  
nisi in opera pia expendi; ne scens, ut  
idem Fagnanus n. 9. ponderat, arbitri-  
um Episcopi, propter avaritiam, &  
que tum, si immoderatum; tertio de-  
nique, quas in certa mensura designant  
canones, vel Synodice Constituciones,  
servari posse integras, egerit Episcopo,  
si verè egerit, quavis momento eodem  
Fagnano n. 22. ad evitandum scandala-  
rum, & peccati periculum, tutus sit,  
ut Episcopus priusquam prædictas poe-  
nas sibi vindicet, consulat sacram Con-  
gregationem Concilii, cujus erit iudicare,  
an reverè tanta poenarum inopia,  
cui prædictis poenis oportet subveniri.  
Universis enim loquendo in arbitrio  
Superioris committitur decernere, an  
quis sit verè pauper, iuxta doctrinam,  
quam tradunt Bartol. in l. Si constan-  
te, r. 4. ff. solut. matrim. alique con-  
cepti à Menoch. lib. 2. cent. 1. cas. 63. n. 6.

II. Quoniam autem res hæc non  
levis est momenti, & facile possent  
Episcopi à nonnullis, quæ circumferun-  
tur, sacra Congregationis decretis de-  
cipi, necessarium ducimus eisdem  
sacra Congregationis Concilii mentem  
diligentiùs indagare, & exponere.  
Sciendum itaque, sacram Congregatio-  
nem ante annum 1614. sæpiùs dixisse,  
liberum esse Episcopo verè pauperi &  
indigenti, poenas pecuniaris tertii ge-  
neris in sua inopia levamen erogare,  
quemadmodum nuper à Fagnano audi-  
vimus; et ab anno 1614. ab ejsmodi  
declarationibus eisdem eadem absti-  
nuit, & mos invaluit, ut Episcopus,  
quæ præfata pecunia suam sublevare  
capit inopiam, facultatem, eam sibi  
addicendi, petat ab eadem sacra Con-  
gregatione, quæ illam modo conce-  
dit, modo negat, sicuti diversè ex-  
poscunt rerum circumstantiæ; quod  
in quadam causa *Novariensi*, pro-  
posita die 11. Maii 1658. ad rem ad-  
notavit sacra Congregationis Secreta-  
rius, hæc verbis: *Sacra Congregatio  
pro diversitate circumstantiarum, &  
Episcoporum, prout ipsi, & eorum  
integritati, & utilitati magis, aut  
minus sibi, similia in multa appli-  
candi poenas pecuniaris concecit.*  
Facultatem vero, quam interdum im-  
pendendam existimat, nunquam vult  
esse perpetuam, sed ad certum li-  
mitat tempus, quia interim cessare  
potest causa, quæ eam hic & nunc  
concedendam suadet. Ita reapse in ea-  
dem causa *Novariensi* permisit quidem  
Episcopo, ut posset mulctis pecuniariis  
tut, ad prouocandas literas, quas inten-  
taverat pro indemnitate locorum in-  
firmitatis sue Diocesis, cujus sumptibus  
subeundis pares non erant suæ Mensæ  
reditus, sed hinc permissionem dura-  
turam voluit tantum ad sex annos. Episcopo  
pariter Anglemensi potestatem fe-  
cit, easdem mulctas in proprium com-

mo-

modum suæque paupertatis subsidium  
invenendi, sed dumtaxat ad triennium;  
uti constat ex ejusdem sacrae Congre-  
gationis decreto edito 15. Januarii  
1640. & adnotato lib. 19. decret. pag.  
514. quod proderit integrum audire,  
quoniam in eo & omnia confirmantur,  
quæ hactenus diximus, & summa elu-  
cet circumspectio ac cautela, quæ sa-  
era Congregatio in impediendis ejus-  
modi facultatibus se perit: «Sincissi-  
mus Dominus noster (verba sunt de-  
creti) audita sententia sacrae Congre-  
gationis Concilii, veris existentibus  
marratis, in quibus gravatur consue-  
tencia ipsius Oratoris, benignè an-  
nuoit, ut per triennium percipere possit  
poenas & mulctas pecuniaris, quæ  
sibi sacris Canonibus, seu statutis Syn-  
nodalibus, pro delictis ad certam  
summam fuerint præfixitæ, non in-  
super poenas, & mulctas, quæ vel ab  
sejus arbitrio pendent, vel per sen-  
tentias, nulla præcedente Cognitione,  
vel Statutorum Synodalicum determi-  
natione imponuntur, nec poenas  
«Clericorum non residentium, vel  
«Concubinariorum quæ piis locis om-  
nino applicentur. Quare quicquid  
olim fuerit, abolendum non est, ho-  
die Apostolicæ Sedis licentiam requirit,  
ut Episcopus, quantumvis pauper,  
emendas seu mulctas pecuniaris sibi  
addicere, & in proprios usus expendere  
possit.

III. Notandum tamen est interdum  
contingere, poenam pecuniarium  
esse quidem inflictam à Synodali sta-  
to, simulque præfixam in certa pecu-  
niæ quantitate, & propterea hoc no-  
mine pertinere ad tertium genus poenarum,  
quas diximus ab Apostolica Sede  
Episcopo egerit quandoque concedi;  
sed simul evenire, eam esse ab eodem  
statuto applicatam certo loco pio, seu  
ad aliquod determinatum piæ opus  
destinationem, cujus rei exemplum no-

bis suppeditat Diocesana Synodus  
Oriolana, habita anno, 1600. c. 71. relata  
à Cardinali de Aguirre tom. 4. *Conclat-  
tor. Hispan. pag. 741.* ubi sic decernit-  
ur: *In his Constitutionibus, & sta-  
tutis nostris, atque hujus secundæ  
Diocesis Synodi Oriolanæ, in quibus  
poenas & mulctas pecuniaris in  
voluntate sanctæ matris, nec quæ ra-  
tione distribubenda esse sint declarata,  
earum dimidiam partem sanctæ  
Crucciatæ applicamus, alteram vero  
dimidiam partem in opera pia, nos-  
tro arbitrio, distribui volumus.* Jam  
verò cum res ita se habeat, scient  
Episcopi, poenas ejusmodi, quoad eam  
partem, quæ est certo loco, seu pio  
opere applicata, nunquam sibi, quan-  
tumque liborem inopiæ, fore, ab  
Apostolica Sede concedendas, nisi pro-  
baverint, locum, seu opus piæ ea  
pecunia non indigere; neque enim  
Sedes Apostolica, ut unè gratificetur,  
vult juri quæsito alterius præjudicium  
inferre.

IV. Quæ autem hucusque dicta  
sunt de Episcopi, facile dicant, quid  
sentendum sit de Capitulis Ecclesia-  
rum Cathedralium, quibus aliquando  
in mentem venit, sibi licere, vacante  
Sede, mulctas pecuniaris & delinquen-  
tum compositiones, in suos, & Cano-  
nicorum usus convertere. Contende-  
bant id anno 1642. Canonici Mazzar-  
rientes, de quibus in Congregatione  
Concilii die 6. Decembris ejusdem an-  
ni quantum fuit. *An Canonici Eccle-  
siae Cathedralis possint, Sede vacante,  
propria auctoritate in usus proprios  
convertere poenas, mulctas, & compo-  
sitiones delinquentium?* Respondit in-  
tem fuit: *Canonici non posse; ut vi-  
deretis lib. 17. decretor. pag. 119. à  
terg. & 120.* paucis vero post annis,  
nimirum die 28. Martii 1648. instante  
Vicario Capitulari Elmensi, in eadem  
Congregatione sequens hæc ab eisdem  
du-



dubium propositum fuit: *An Vicarii Capitulari liceat penas & multas pecuniarias huic usus proprios convertere, seu potius teneatur omnes pias locas applicare?* & simile receptum prodit: *Vicarium Capitulum non pisse penas & multas in usus proprios convertere; sed integras locas pias debere applicare;* ut legitur lib. 28. decretor. p. 264. & 269. Nec reperire datum est exempla facultatis Vicarii Capitularibus impetrite, ut sibi applicare possent multas pecuniarias. Siquidem congrua Vicarii Capitularis sustentatio desumenda est ex vacantis Sedis emolumentis, quæ scilicet ex jurisdictione, aut ex sigillo, seu ex alio quocumque fonte proveniunt; & quibus detracto ejusdem Vicarii competentis salarii, quicquid reliquum est, ad futurum Episcopi commodum remanere debet: *Sacra & alia tenent, & emolumenta, Sede Episcopali vacante observantia, ex jurisdictione, & sigillo, aut alia undequaque, neque ad Capitulum, neque ad eius Vicarium spectare; sed debere futuro Successori reservari, si ad Episcopum, Ecclesia non vacante, pertinuerint.* Ex his tamen emolumentis deducendum esse salarium rationabile, Vicario constituendum, & prosequendum. Ita decretum fuit ab eadem sacra Congregatione die 11. Julii 1616. lib. 17. decretor. pag. 56. & 56. in quodam casu, Nullius & iterum in una Agrigentina, die 17. Aprilis 1617. eodem lib. 17. decretor. pag. 272.

V. Tandem est animadvertendum, quæcumque multas seu penas pecuniarias, statim ab Episcopi Administris exactæ sunt, deponendas esse penas prohibito virum; etenim Alexander IV. suis Apostolicis litteris, quæ habentur post Eymericum in Director. Inquisit. pag. 26. decretis, hereticos, eorumque fautores, defensores,

& receptatores, in quibusdam casibus molestandos penas pecuniarias, singulique voluit; hinc integre fidei hominibus, arbitrio Ordinaris eligendo, eundemmodum tradi, ut cum deinde opus fuerit, impendantur in proseguenda causa Fidei adversus hereticos. Alexandri vestigiis adhererunt Patres Concilii Toletani, anni 1565. act. 2. c. 24. tom. 10. Collections. Hardouin. col. 1151. ubi ita edicere: *Penas pecuniarias, si quando à Judicibus ordinariis, juxta rationem delicti, delinquentis qualitatem, eas imponi contigerit, in pios tantum usus, & pro executione justitie, non pro privata Episcoporum utilitate, expendantur, arbitrio Episcopi, vel ejus Vicarii. Deputeturque ab eodem Episcopo, qui easdem penas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur.* Hæc autem praxis, veluti optissima ad obviandum doctis, fraudibus, & calumniis; placuit Ven. Innocentio XI. Pontifici Maximo, cujus propterea jussu sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, suis encyclicis litteris ad omnes Episcopos die 30. Februarii 1678. datis, quæ habentur apud Clericum de Benefic. discord. tom. 1. n. 4. illudem injunxit, ut quælibet emendas, multas, seu penas pecuniarias, statim custodiendas tradant probis & fidelibus Depositariis, ut hæc ratione semper innotescat, quantum à delinquentibus exactum sit, & in quem usum erogatum.

VI. Quæ hætenus diximus, ut quilibet videt, ad omnia collineant, ut scilicet à foro Ecclesiastico omnis areatur avaritiæ species; quem eundem scopum semper respexit sacra Congregatio Concilii, quotiescumque de pecunia, quocumque nomine Episcopo penitenda, in ea actum est. Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 3. de reform. præcepit, ut Episcopus singulis annis

sive Diœcesis visitationem instituit, quam si, propter ejusdem Diœcesis latitudinem, intra annum explere nequeat, biennio saltem absolvat. Visitanti autem Episcopo permisit, pro se, suoque honesto comitatu, abire, quibus de jure id onus incumbit, procuraciones exigere, seu moderata & frugalia victualia recipere; relinquendo tamen arbitrio eorum, qui visitantur, aut eadem victualia subministrare, aut pecuniam, quam antea consueverat, exolvere. Hoc porro decreto non prohibetur Episcopus, ne intra ejusdem anni curriculum, si ita necessarium duxerit, iterum Diœcesim visitando perlostrat, quemadmodum rectè notant Eagnonius in c. Cum venerabilis, num. 3. de censibus, Pirhing. in 3. l. Decretal. tit. 25. sect. 2. n. 94. Gardin. de Luca. in Miscell. Eccl. disc. 1. n. 118. & in Adnotat. ad Concil. Trident. disc. 5. n. 6. Sed ne quinquam Pastorem visitationem herantem instimulet, quasi crebrius ad suas oves accurrat, ut eas sæpius tondeat, non autem ut earumdem morbis novum afferat medicamen; propterea cum sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium anno 1586. tum sacra Congregatio Concilii die 19. Septembris 1682. convenerunt: Episcopo, his eodem anno Diœcesim visitanti, nec tam tantum deberi procuraciones; examinatio quippè sequenti articulo: *An Episcopus, qui, si commode sibi vitare teneat, possit hujusmodi visitationem facere per mensem, vel circiter, ante quam habetur integer annus à die peractæ ultimæ visitationis,*

vel potius debeat expectare, quod nonnisi circulus integre compleatur, antequam deinceps visitet, ita ut intra singuli quilibet anni cursum una tantum visitatio fiat: "sacra Congregatio Concilii, prædicta die, & anno, respondit: *Affirmative, sed non posse recipere procuraciones, neque victualia, nisi semel in anno.* Cui quidem responsioni concinit alia, ab eadem sacra Congregatione data die prima Junii 1737. in causa Policastræ. *Procuraciones, in qua proposita questione: An Episcopus, non completo anno ab ultima visitatione, possit iterum eandem Ecclesiam visitare, & aliam procuracionem à visitandis exigere?* responsum fuit: *Affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam; Theaur. Reol. 1. 8. p. 87.* Huc etiam pertinet, quod ab eadem sacra Congregatione decisum fuit, quoad procuracionem solvendam Vicario Capitulari. Diximus superius lib. 2. c. 9. n. 5. posse à Vicario Capitulari Diœcesim visitari post octiduum à die ultimæ visitationis, ab Episcopo peractæ; sed quoniam non decet, ut ipse cum tanto incedat comitatu, quantum indiget Episcopus, qui majori præfulget dignitate; ideoque sacra Congregatio die 18. Julii 1708. in causa Oranæ. *Procuraciones, impressa tom. 9. Theaur. pag. 180. rescripsit, Vicario Capitulari deberi tantum mediocriter procuraciones, quæ Episcopo solvi consueverunt; tali enim pacto servabitur indemni ab expensis, quæ visitationis causa occurrunt, sed nihil lucri ex ea percipiet.*

FINIS.

